13
4 M
36

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

27.2.27.
27
27
13- 101 a 113

NICOLAI VIGELII IV-
RISCONSVLTI

DIGESTO-
RVM
PARS TERTIA:

De iure quod in rebus habe-
mus, cum ſuis cauſis & actio-
nibus.

Acceſſit De arte litem conteſtandi libellus tam neceſſarius, quàm hactenus fuit incognitus.

Cum Legum quæ in hac Tertia Digeſtorum parte continentur, necnon Rerum & uerborum in eadem præcipuè memorabilium, gemino INDICE.

SOC.IESV.BIBL.SEC.COLL.ROM.
IHS



Ex legato Illustrissimi Comitis

Cum Cæſ. Maieſt. & Chriſtianiſs. Gall. Regis gratia & priuilegio ad annos VI.

AVTOR AD LECTOREM.

NE pars hæc tertia rerum iura continens ſine Præfatione prodeat: placet hic caſu de rerum iure propoſito, argumēta utriuſq; partis in eo latentia inquirere, de ſingulis dijudicare, & ſic quid de uniuerſa cauſa pronunciandum uideatur, oſtendere. Ita enim & conſuetudini, qua omnino aliquid præfandum eſt, ſatisfaciemus, & in exemplo ſtudioſis aliquam iuris in cauſis & controuerſijs hominum latentis, inquirendi & cognoſcendi uiam monſtrabimus. Sit igitur caſus talis:

Titius cum diu contra Sempronium de arce N. cum prædijs ad eam pertinentibus litigaſſet, nec finem litis uideret, 13. die Martij manè conuocatis hominibus, ui apertis portis, in dictam arcem irruit, eamq; occupat: per murum clàm Sempronius euadit. Cumq; per mēſem Titius arcem iſtam cum prædijs ad eam pertinentibus ea ratione poſſediſſet, Sempronius exercitu quodam fortè fortuna tranſeunte, hac occaſione uſus, à ducibus familiariter ſibi notis quoſdam impetrauit milites, quorum opera arcem recuperauit, Titio interim in militia abſente. Quo intra annum non reuerſo, nec aliquid renunciante, Seius Titij amicus, cui cura arcis fuerat à Titio demādata, poſt annum ab expugnatione Sempronij elapſum, contra Sempronium agit interdicto Vnde ui. Quæritur quid iuris?

In hac cauſa actio ſeu argumentum actoris tale eſt: Aduerſus eum, qui aliquem ui de aliquo loco deiecit, interdictum ſeu actio datur de eo, quodq; ille qui ui deiectus eſt, tunc ibi habuit reſtituendo. Iam autem Sempronius Titium, cuius nomine agitur, ex arce N. ui deiecit. Habuit autem Titius in illa arce frumenti modios tot, uini amphoras tot, ſupellectilem tanti precij. Quæ omnia Titio perierunt. Petit itaq; Seius Titij nomine, ut ratione dictæ actionis & interdicti Sempronius ad arcem, eaq; omnia quæ ibi Titius habuit, reſtituenda condemnetur, compellaturq; cum reſtitutione fructuum & expenſarum litis, &c.

Ad hanc actionem Sempronius reſpondens, aut negabit uel ius uel factum eius, aut diſtinguet, aut demum litem à cauſa actionis ad alias eius circumſtantias transferet. Nam extra hæc tria genera nullum eſt excipiendi genus aliud. De iure actionis conſtat, factum negari non poteſt. Diſtinctiones ſeu exceptiones eius ènumerantur 3. lib. 23. cap. 11. Inter quas numeratur & hæc: Niſi quis uim ui repellendo aliquem de poſſeſsione deiecerit. Iam autem Sempronius hac exceptione utens, dicit ſe uim ui repuliſſe. Se enim prius à Titio ab eadem arce ui deiectum eſſe. Cuius exceptionis in ſyllogiſmum redactæ, utraq; propoſitio uera apparebit, & neutra ab actore replicando poterit negari: diſtingui tamen poterit hoc modo: Si in continenti, non ex interuallo Sempronius uim ui repuliſſet. Sed ex interuallo, nō in continenti uim ui repulit. Ergo exceptio propoſita Sempronio reo eſt deneganda. Hoc argumento

contra exceptionem propoſitam Seius actor replicare poteſt. cuius replicationis maior propoſitio approbatur l.3.§.eũ igitur.ff. de ui & ui armata. Minor etiã propoſitio à reo nõ poteſt negari, nec ulla etiam ratione diſtingui. Dicendum igitur, reum conuentum propoſita exceptione non defendi.

Cum autem nulla alia exceptio in caſu propoſito lateat, qua Sempronius cauſam propoſitæ actionis diſtinguere poſsit: uidendum illi erit, utrum litem à cauſa ad alias actionis circuſtantias transferre poſsit: quod inter tria exceptionum genera tertio loco eſt enumeratum. Transfertur autem lis ad alias actionis circumſtantias, cum negatur aut actori competere actio, aut aduerſus reum conuentum, aut per illum procuratorem, aut apud hunc iudicem, aut hoc loco, aut hoc modo, aut hoc tempore, aut deniq; in tantum tale'ue, quantum quale'ue petitur. Vtrum autem Seio actori actio propoſita competat, diſpiciendũ eſt ex ĳs quę proponentur j.lib.23.cap.11.quæſt.5.ubi inter cætera talis regula propoſita eſt: Quòd ſi is qui alterius nomine poſsidebat, deiectus eſt, non ipſi deiecto, ſed ei cuius nomine poſsidebat deiectus, interdictũ competat. Sed ex caſu propoſito patet, Seium actorem, qui ex arce deiectus eſt, nõ ſuo, ſed abſentis Titĳ nomine poſſediſſe. Ergo hinc excipiendi materia Sempronio ſuppeditatur, ut Seio actori competere actionem propoſitam neget. Cuius exceptionis utraq; propoſitione uera exiſtente, ad diſtinctiones eius ſeu replicationes actori reſpiciendum. Inter diſtinctiones autem eius ī.d.quæſt.5. propoſitas, numeratur & hæc: Niſi is, cuius nomine deiectus poſſedit, abſit: tunc enim deiecto interdictum non eſt denegandum, quæ diſtinctio propoſitæ cauſæ ineſt. Ergo hoc argumento per replicationem oppoſito, altera quoq; rei conuenti exceptio poteſt elidi. Cuius replicationis neutra propoſitio à reo negari, nec ulla duplicatione diſtingui poteſt. Itaq; nec ſecunda rei conuenti exceptio, quamuis tam ipſo iure quàm facto ſubſiſtat, eſt admittenda. Sed attendendum, num aliud quoddam argumentũ, ſeu exceptio alia pro reo conuento ex caſu propoſito elici poſsit. Caſus autem uerba ī.propoſita inter cætera & hęc ſunt: Seius, Titĳ amicus, cui cura arcis fuerat à Titio demandata, poſt annum ab expugnatione Sempronĳ elapſum, contra Semproniũ agit interdicto Vnde ui. Iam ex ĳs quę j.d cap.11.quęſt.9. proponuntur, conſtat, interdictũ unde ui eſſe annale. Erit ergo hoc tertium argumentum ſeu tertia exceptio pro reo Sempronio ex tempore actionis deſumpta. Cuius utraq; propoſitio uera apparet. Quibus igitur rationibus diſtinguendum ſit, actori Seio erit diſpiciendum, ut aliquam replicationem aduerſus eam inuenire poſsit. Inter diſtinctiones autem iamdictæ regulæ ī.d.quæſt.9.propoſitas, numeratur & hæc: Niſi abſentis poſſeſsio ui ſit occupata. hoc enim caſu annalis pręſcriptio agenti non obſtat. Quæ diſtinctio propoſitæ cauſæ ineſt, & actori Seio replicandi materiam ſuppeditat. Quæ replicatio neq; negando, neq; diſtinguendo à reo Sempronio poteſt elidi. Ergo & tertia rei conuenti exceptio,

ceptio,utputa per replicationem eliſa,non erit recipienda.

Cum ita q; actio propoſita tam ipſo iure, quàm facto ſubſiſtat, & exceptiones oppoſitæ per replicationes elidantur,nec replicationes iſtæ à reo conuento contrarijs duplicationibus elidi queant: in cauſa propoſita pro actore Seio ſecundum eius petitionem (petitorio tamen iudicio ſaluo) erit reſpondendum. Ita in omni iure cauſarum inquirendo ab actionis genere incipiendum,per exceptiones et replicationes tranſeundum,donec tandem perueniatur uel ad id quod ab aduerſario negatur, ubi ſtatus cauſæ erit conſtituendus, uel ad id quod nulla ulteriore diſtinctione ab aduerſario eliditur. Qua ratione in cauſis dijudicandis obſeruata,facile quid de quauis cauſa oblata reſpondendum ſit,animaduertere poſſumus.

CAPITVM HVIVS TERTIAE PARTIS ELENCHVS.

LIBRI VICESIMI PRIMI, De rerum dominio,eiusq; actionibus.

De cauſis ex quibus dominium adquiritur. Cap.1
De perſonis per quas nobis adquiritur 2
Quibus adquiratur dominiū : item quid, quale & quantum adquiratur 3
De dominio rerum amittendo & alienando 4
De rei uendicatione 5
Quibus & aduerſus quos competit rei uendicatio ? item ubi & apud quem? 6
Quid ueniat in rei uendicat.petendum? 7
De antecedentibus rei uendicationem: item de adiunctis & conſequentib. ſeu euentis 8
De adfinib.rei uendicat.remedijs 9
De actione ad exhibendum 10
De Publiciana in rem actione 11.

LIBRI VICESIMI SECUNDI, De uſucapionibus.

De uſucapionib.in genere. Cap.1
De exceptionibus aduerſus cauſam uſucapionis 2
De exceptionib.quæ ſumuntur ex re quæ poſsidetur 3
De exceptionib. quæ ſumuntur ex cauſa poſſeſsionis 4
De reliquis exceptionib . aduerſus uſucapionem:item de acceſsionib. & interruptionib.poſſeſsionis 5
De ſpecialibus exceptionibus aduerſus ſingulas uſucapionis cauſas 6

LIBRI VICESIMI TERTII. De poſſeſsione,eiusq; cauſis & actionibus.

De definitione ac diuiſionibus poſſeſsionis. Cap.1
De adquirenda poſſeſsione 2
Quib.& per quos adquiratur poſſeſsiō:itē quid & quantum adquiratur 3
De amittenda poſſeſsione 4
De interdictis 5
Quorum legatorum 6
Ne uis fiat ei qui in poſſeſsionem miſſus erit 7
Vti poſsidetis 8
De ſuperficiebus 9
Vtrubi 10
Vnde ui 11
Quod ui aut clam 12
De precario 13

LIBRI VICESIMI QVARTI, De uſufructu,& alijs ſeruitutibus perſonalibus cum ſuis actionibus.

De uſufructu conſtituendo. Cap.1
De uſufructu amittendo 2
Ad quos uſusfructus amiſſus reuertatur: & de uſufructu adcreſcendo 3
De actione quæ pro uſufructu datur, tam perſonali,quàm in rem confeſſoria 4
De iure uſufructuarij 5
De cautione uſufructuarij 6
De actionib. proprietatij aduerſus fructuarium,& de actione in rem negatoria 7
De uſu,habitatione,& operis ſeruorum 8

LIBRI VICESIMI QVINti, De ſeruitutibus prædiorum.

De ſeruitutibus prædiorum in genere. Cap. 1
De cauſis ſeu modis conſtituendæ & adquirendæ ſeruitutis, cum ſuis exceptionibus 2
De cauſis ſeu modis amittendæ ſeruitutis 3
De actione ſeruitutum tam confeſſoria, quàm negatoria in rem 4
De ſeruitutibus urbanor. prædiorum 5
De ſeruitutibus ruſticorum prædiorum 6
De itinere, actu & uia 7
De interdicto de itinere, actuq́; priuato 8
De itinere, actuque reficiendo interdictum 9
De aquæductu 10
De interdictis aquæductus 11
De aquæhauſtu, eiuſq́; interdicto, de fonte 12
De cloacis 13

LIBRI VICESIMISEXTI, De reliquo rerum iure.

De rerum diuiſionib. Cap. 1
De rebus ſacris, ſanctis & religioſis 2
De interdicto de mortuo inferendo, & iure ſepeliendi. 3
De ſepulchro ædificando interdictum 4
De ſepulchri uiolati actione 5
De rebus omnium communibus & publicis 6
De interdicto, Ne quid in flumine publico, ripa'ue eius fiat, quo peius nauigetur 7
De interdicto, Ne quid in flumine publico, ripa'ue eius fiat, quo aliter aqua fluat atq; priore æſtate fluxit 8
De locis & itineribus publicis 9
De interdicto, Ne quid in loco publico fiat 10
De interdicto tam prohibitorio, quàm reſtitutorio uiæ & itineris publici 11
De actionibus popularibus 12
De rebus priuatis tam proprijs & communibus quàm alienis 13
De arboribus cædendis interdicta 14

LIBRI VICESIMISEPTIMI, De noui operis nunciatione, de damno infecto, & de aqua pluuia arcenda.

De noui operis nunciatione. Cap. 1
De actionibus & interdictis, quæ occaſione noui operis nunciationis competunt 2
De damno infecto 3
De miſsione in poſſeſsionem damni infecti nomine 4
De actione in factum, Si miſſus non admittatur 5
De actione ex ſtipulatu, de damno infecto 6
De aqua pluuia arcenda 7

DIGE-

FINIS.

DIGESTORVM LIBER VICESIMVSPRIMVS:

DE RERVM DOMINIO, EIVS'QVE actionibus.

In hoc Libro tractabitur primùm de dominio rerum adquirendo, poſtea de eo amittendo poſtremò de actionibus quæ pro dominio & quaſi dominio uindicando competunt. Quod ad primum attinet, eius quatuor loci ſunt notandi. Primò, cauſæ ex quibus dominium adquiritur: deinde, perſonæ, per quas nobis adquiritur: tertiò, quibus adquiratur: poſtremò, quid et quantum adquiratur. Hiſce quatuor abſolutis, primum membrum de adquirendo dominio concludemus.

DE CAVSIS EX QVIBVS dominium adquiritur.
Cap. I.

QVOD *ad cauſas adquirendi dominij attinet, ſciendum eſt, quamuis earum plures ſint, ut infrà dicetur, tamen alicui eiuſdem rei dominium non niſi ex una cauſa contingere poſſe. quod approbatur l. 3. §. ex pluribus. ff de adquirenda uel amittenda poſſeß. hiſce uerbis:* Dominium non poteſt niſi ex una cauſa contingere. *Concordat l. 14. §. actiones. in fine. ff. except. rei iud. cuius uerba uide in Comment. liberat. cap. 19. except. 4. repl. 1. & l. 120. ff de reg. iuris. ubi Paulus: Non ut ex pluribus cauſis (inquit) deberi nobis idem poteſt, ita ex pluribus cauſis idem poßit noſtrum eſſe. Vnde Imperator Iuſtinianus: Si rem legatarij quis ei legauerit (inquit) inutile eſt legatũ: quia quod proprium eſt ipſius, amplius eius fieri non poteſt.*[a] *Hiſce præmiſsis, uidendum nunc quot & quæ ſint adquirendi dominij cauſæ. Sunt autem harum duo genera. Nã aut iure naturali ſeu gentium ſubſiſtunt, aut iure ciuili. quæ diuiſio cauſarum approbatur l. 1. in prin. ff. de adquir. rer. dominio, hiſce uerbis:* Quarundam rerum dominium nanciſcimur iure gentium, quod ratione naturali inter omnes homines peræquè ſeruatur: quarundam iure ciuili, id eſt iure proprio ciuitatis noſtræ. *Concordat Inſt. de rer. diuiſ. §. ſingulorum uerò, his uerbis:* Singulorum hominum multis modis res fiunt. quarundam enim rerũ dominiũ nanciſcimur iure naturali, quod (ſicut diximus) appellatur ius gentiũ: quarundam uerò iure ciuili. Commodius eſt itaq; à uetuſtiore iure incipere. Palàm eſt aũt, uetuſtius eſſe ius naturale, quod cum ipſo genere humano rerum natura prodidit. Ciuilia autem iura tunc eſſe cœperũt, cum & ciuitates cõdi. & magiſtratus creari, & leges ſcribi cœperunt. *Ait Imperator.* Commodius eſt itaq; à uetuſtiore iure incipere, &c. *Huic concordat d. l. 1. §. & quia. ff. de rerum dominio, his uerbis:* Quia antiquum ius gentium cum ipſo genere humano proditum eſt: opus eſt ut de hoc prius referendum ſit. *Hoc igitur ordine ſeruato, primùm proponemus cauſas quibus iure naturali ſeu gentium res nobis adquiruntur: deinde cauſas, quibus adquiruntur iure ciuili.*

a Inſt. de legatis. §. Si cui fundus. ibi, Sed ſi ri.

I. *Itaq; adquirendi dominij cauſa eſt, occupatio eius quod nullius eſt. quæ cauſa approbatur l. 3. in prin. ff. de adquir. rer. dominio, hiſce uerbis:* Quod nullius eſt, id ratione naturali occupanti conceditur. *Concordat iiſdem uerbis Inſt. eodem tit. §. feræ igitur. Huius exempla uide paulo inferius, in ſequentibus cauſis. Propoſitæ cauſæ exceptio prima hæc eſt: Niſi quis id cuius commercium non eſt, occupauerit: ueluti rem ſacram, ſanctam, religioſam, uel liberum hominem. hæ enim res quamuis in nullius bonis ſint, tamen occupanti non conceduntur. Secunda exceptio eſt: Niſi res publicæ occupentur. nam nec iſtæ res in ullius bonis eſſe creduntur. quod approbatur l. 1. §. hæ autem res. ff. de diuiſione rerum, his uerbis:* Quæ res publicæ ſunt, nullius in bonis eſſe creduntur. Attamen occupanti non conceduntur. *Tertia exceptio eſt: Niſi res hæreditariæ occupentur. Nam & hæ in nullius bonis ſunt. quod approbatur d. l. 1. §. quod autem, his uerbis:* Res hæreditariæ, antequàm aliquis hæres exiſtat, nullius in bonis ſunt. *Attamen hæ res ad propoſitam regulam non pertinent. quæ exceptio cum duabus præcedentibus pluſquàm manifeſta eſt, ut probatione non ſit opus. Quinimò, qui huiuſmodi res occupauerit, ſacrilegij crimine, plagij, peculatus, expilatæ hæreditatis, uel alio huiuſmodi publico tenetur iudicio, ut ſuis locis docebitur.*

II. CAVSA: *Captatio ferarum beſtiarum, uolucrum & piſcium. Hæc cauſa approbatur Inſtit. de rerum diuiſ. §. feræ igitur, hiſce uerbis:* Feræ beſtiæ, & uolucres & piſces, & omnia animalia quæ mari, cœlo & terra naſcũtur, ſimul-

atq; ab aliquo capta fuerint, iure gentium ſtatim illius eſſe incipiunt. quod enim antè nullius eſt, id naturali ratione occupanti conceditur. *Concordat l. 1. §. fin. ff. de adquir. rer. dom. his uerbis:* Omnia animalia, quæ terra, mari, cœloq; capiuntur, id eſt feræ beſtię, uolucres, piſces, capientiũ fiunt. *Ait lex:* Quod enim antè nullius eſt, *&c. Hiſce uerbis proponitur ratio cauſæ propoſitæ, de qua dictum eſt paulò ſuperius. Ex ratione autem iſta facile poteſt elici.* PRIMA *aduerſus cauſam propoſitam Exceptio, hæc ſcilicet: Quòd ſi animal alicuius ſit, nec ferum, ſed manſuetum, occupanti illud non concedatur, ſed ſi alius id capiat, furtum eius committat. Vnde Caius iuriſconſultus:* Si quolibet modo (*inquit*) anſeres mei & gallinæ meæ turbari, turbatæue, adeò lõgè euolauerint, ut ignoremus ubi ſint: tamen nihilominus in noſtro dominio tenentur. Qua de cauſa furti nobis tenebitur, qui quid eorũ lucrandi animo apprehenderit.[a] *Huius primæ exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi fera beſtia nondũ plenè ab alio capta ſit, uel ab alio capta cuſtodiam eius euaſerit, ſeq; in naturalem receperit libertatem. hæc enim eius eſſe deſinit, & conceditur occupanti: de quo paulo ſ. Planè replicatio hæc in anſeribus, gallinis, porcis, et alijs animalibus noſtris, quæ feram naturam non habent, non admittitur, ut paulo antè anſerum et gallinarum exemplo eſt oſtenſum. item elegans huius exemplum proponit in porcis à lupo ereptis, Vlpianus l. 44. ff. de adquir. rerum dominio, hiſce uerbis:* Pomponius tractat, cum paſtori meo lupi porcos eriperent: hos uicinæ uillæ colonus cum robuſtis canibus & fortibus quos pecoris ſui gratia paſcebat, conſecutus lupis eripuit, aut canes extorſerunt. Et cum paſtor meus peteret porcos, quærebatur, utrum eius facti ſint porci qui eripuit, an noſtri maneant? nam genere quodam uenandi id erant nacti. Cogitabat enim, quemadmodum terra mariq; capta, cum in ſuam naturalem laxitatem peruenirent, deſinerent eorum eſſe qui cepiſſent: ita ex bonis quoq; noſtris capta à beſtijs marinis & terreſtribus, deſinant noſtra eſſe, cum effugerint beſtiæ noſtram perſecutionem. Quis deniq; manere noſtrum dicet, quod auis tranſuolans ex area aut ex agro noſtro ſuſtulit, aut quod à nobis miluus eripuit? Si igitur deſinit: ſi fuerit ore beſtiæ liberatũ, occupantis erit: quemadmodum piſcis uel aper uel auis, cum poteſtatem noſtram euaſerit, ſi ab alio capiatur, ipſius fit. Sed putat potius noſtrum manere tamdiu, quamdiu recuperari poſsit: licet in auibus & piſcibus & feris uerum ſit quod ſcribit. Idẽ ait, etſi naufragio quid noſtrum amiſſum ſit, non ſtatim noſtrum eſſe deſinere: denique quadrupli teneri eum qui rapuerit. Et ſanè melius eſt dicere, & quod à lupo eripitur noſtrũ manere, quamdiu recipi poſſit id quod ereptum eſt. Si igitur manet noſtrum, ego arbitror etiam furti competere actionem. Licet enim non furandi animo fuerit colonus perſecutus (quamuis et hoc animo fieri potuerit) ſed ſi non hoc animo perſecutus ſit: tamen cum repoſcenti non reddiderit, ſupprimere & intercipere uidetur. Quare & furti & ad exhibendum teneri eum arbitror, & uindicari ab eo exhibitos porcos poſſe. *Hactenus uerba Vlpiani: quibus oſtenditur, animalia noſtra, quæ feram naturam non habent, non deſinere eſſe noſtra, nec occupanti concedi, quamuis cuſtodiam & perſecutionem noſtram euaſerint. Hæc de prima exceptione.*

[a] *l. 5. §. penult. ff. de adquirend. rer. dominio. Inſt. eod. tit. §. gallinarum.*

II. EXCEPTIO *eſt: Niſi in alieno ſolo feras, aues uel piſces ceperit. Hæc exceptio reprobatur Inſt. de rerum diuiſ. § feræ igitur, hiſce uerbis:* Nec intereſt, feras beſtias & uolucres utrum in ſuo fundo quis capiat, an in alieno. *Concordat ijſdem uerbis l. 3. in prin. ff. de adquir. rer. dominio. Proinde apes, quarum feram naturam eſſe conſtat, ſi in arbore noſtra conſederint, antequam in alueo à nobis concludantur, non magis noſtræ eſſe intelliguntur, quàm uolucres quæ in arbore noſtra nidum fecerint. Ideoq; ſi alius eas incluſerit, dominus earum erit, exceptione propoſita non obſtante. Fauos quoq; ſi quos hæ fecerint, ſine furto quilibet poſſidere poteſt.*[a] *Planè qui alienum fundum uenandi aut aucupandi gratia ingreditur, poteſt à domino fundi, ſi is præuiderit, prohiberi ne ingrediatur.*[b]

III. EXCEPTIO *eſt: Niſi fera nondum plenè in poteſtatẽ et poſſeſſionem capientis peruenerit. Huius exceptionis exemplum primum eſt, ſi quis feram uulnerauerit tantùm, nondum ceperit: quo caſu fera eius nondum eſt facta. Quæ exceptio in caſu propoſito, approbatur Inſt. de rerum diuiſ. §. illud quæſitum, hiſce uerbis:* Illud quæſitum eſt, an ſi fera beſtia ita uulnerata ſit ut capi poſsit, ſtatim tua eſſe intelligatur? Et quibuſdam placuit, ſtatim eſſe tuam, & eò uſque tuam uideri, donec eam perſequaris: quòd ſi deſieris perſequi, deſinere eſſe tuã, & rurſus fieri occupantis. Alij uerò putauerunt, non aliter tuam eſſe quàm ſi eam ceperis. Sed poſteriorem ſententiam nos cõfirmamus, quòd multa accidere ſoleant, ut eam non capias. *Concordat l. 5. §. illud quæſitum. ff. de adquir. rerum dominio, his uerbis:* Illud quæſitum eſt, an fera beſtia, quæ ita uulnerata ſit ut capi poſsit, ſtatim noſtra eſſe intelligatur? Trebatio placuit, ſtatim noſtrã eſſe, & eouſq; noſtram uideri, donec eam perſequamur. Quòd ſi deſierimus eam perſequi, deſinere noſtram eſſe, & rurſus fieri occupan-

[a] *l. 5. §. apium. ff. de adquirẽd. rer. domin. & inſt. eod. tit. §. Apium.*
[b] *Inſt. d. tit. §. feræ igitur. ibi. Planè. item l. 3. §. Planè quod & l. 5. §. Apium. ibi. Sed ut in prĩ. ff de adquirend. rer. domin. & l. 16. ff. de ſeruit. ruſt. præd.*

occupãtis. Itaq; ſi per hoc tẽpus, quo eam perſequimur, alius eam ceperit eo animo, ut ipſe eam lucrifaceret, furtum uideri nobis eum commiſiſſe. Pleriq; non aliter putauerunt eam noſtram eſſe, quàm ſi eam ceperimus: quia multa accidere poſſunt, ut eam non capiamus: quod uerius eſt.

Alterum propoſitæ exceptionis exemplum eſt, Si fera beſtia in laqueum, quem quis uenandi gratia poſuerat, inciderit: hoc enim caſu quæritur, an fera eius qui laqueum poſuerat, facta ſit, antequam reſcierit eam incidiſſe? Proculus hanc quæſtionem proponit quidem, ſed nihil certi reſpondet, l. 55. ff. de adquir. rer. dom. Verba Proculi hæc ſunt: In laqueum, quem uenandi cauſa poſueras, aper incidit: cum in eo hæreret, exemptum eum abſtuli: num tibi uideor, tuum aprum abſtuliſſe? & ſi tuum putas fuiſſe, ſi ſolutum eum in ſyluam dimiſiſſem, eo caſu tuus eſſe deſijſſet, an tuus maneret? & quam actionem mecum haberes, ſi deſijſſet tuus eſſe? num in factum dari oporteret, quæro. Reſpon. Videamus ne interſit, laqueũ in publico an in priuato poſuerim. Et ſi in priuato poſuerim, utrum in meo, an in alieno: & ſi in alieno, utrum permiſſu eius cuius fundus erat, an non permiſſu eius poſuerim? Præterea utrum in eo ita hæſerit aper, ut expedire ſe non poſſet ipſe, an diu luctando expediturus ſe fuerit. Summam tamen hanc puto eſſe, ut ſi in meam poteſtatem peruenerit, meus factus ſit. Si aũt aprum meum factum in ſuam naturalem laxitatem dimiſiſſes, eoq; facto meus eſſe deſijſſet, actionem mihi in factum dari oportere: ueluti reſponſum eſt, cum quidam poculum alterius ex naue deieciſſet. *Hactenus Proculus, qui (ut mihi quidem uidetur) ad quæſtionem propoſitam nihil certi reſpõdet, ſed eam uidetur permittere arbitrio iudicis, ut is pro uarietate circumſtãtiarum æſtimet, utrum aper eius qui laqueum poſuit, factus ſit, nec'ne? Ego autem puto, eum qui laqueũ poſuit, aprum ſeu feram non poßidere, antequam reſcierit eum in laqueum incidiſſe, & affectum poßidẽdi habuerit. Nam is qui neſcit (inquit Paulus) nõ poßidet theſaurum, quamuis fundum poßideat.* [a] *Iam ſi non poſſedit aprum, qui laqueum poſuit, nec dominium eius adquiſiuiſſe uidetur: quoniam dominium, niſi præcedat poſſeßio, comparari nequit.* [b] *Furti ergo actione non tenetur, qui aprum exemptum abſtulit: quoniam nemo eſt cui furtum fiat.* [c] *Planè, mea quidem ſententia, in factum actione tenetur, ſiue aprũ abſtulit, ſiue eum dimiſit, quamuis aper eius qui laqueum poſuit factus non ſit: quia fecit, quo minus eius fieret. Sed & de dolo tenetur, ſi dolo fecit, quẽadmodum is qui promiſſum animal occidit, ſtipulatori de dolo tenetur.* [d]

a l. 3. §. Neratius ibi: Is enim qui. ff. de adquir. uel amit. poſſeß. b l. 1. in prin. ff. de adquir. uel amit. poſſeſ. et l. 2. in fine. ff. pro derelicto. c l. 44. §. qui alienum, ibi: Nec enim fur ſuum ff. de furtis. & l. 1. §. Sceuola. ff. ſi quis teſtam. liber eſſe iuſ. ſuit. &c. d l. 18. §. fin. cum l. ſequente. ff. de dolo malo.

IIII. EXCEPTIO *eſt: Niſi fera capta, cuſtodiam capientis euaſerit, ſeq; in naturalem receperit libertatem. Hæc exceptio approbatur l. 3. §. fin. ff. de adquir. rer. dominio, hiſce uerbis:* Quicquid autem eorum ceperimus, eò uſq; noſtrum eſſe intelligitur, donec noſtra cuſtodia coercetur: cum uerò euaſerit cuſtodiã noſtram, & in naturalem libertatem ſe receperit, noſtrum eſſe deſinit, & rurſus occupantis fit. *Concordat ijſdem ferè uerbis Inſt. eod. tt. §. feræ igitur. ibi: Quicquid autem. item l. 1. §. in beſtijs. ibi: Quia deſinit. ff. ſi quadrupes paup. Naturalem autem libertatem recipere intelligitur, cum uel oculos noſtros effugerit: uel ita ſit in conſpectu noſtro, ut difficilis ſit eius perſecutio.* [a] *Vnde examen apium, quod ex alueo noſtro euolauerit, eò uſq; noſtrum eſſe intelligitur, donec in conſpectu noſtro eſt, nec difficilis eſt eius perſecutio: alioquin occupantis fit.* [b] *Planè exceptio propoſita replicationẽ admittit hanc: Niſi fera capta manſueta ſit facta, ut ex conſuetudine abire & redire ſoleat. Hæc replicatio approbatur l. 4. ff. de adquir. rer. dom. hiſce uerbis:* Niſi ſint manſuetæ factæ, & mitti ac reuerti ſolitæ ſint. *Sed & iam dicta replicatio recipit duplicationem talem: Niſi fera manſueta reuertẽdi animum habere deſierit. quæ duplicatio approbatur l. 5. §. in ijs autem. ff. de adquir. rer. dominio, hiſce uerbis:* In ijs autem animalibus, quæ ex conſuetudine abire & redire ſolent, talis regula comprobata eſt, ut eò uſq; noſtra eſſe intelligantur, donec reuertendi animum habeant: quòd ſi deſierint reuertendi animum habere, deſinant noſtra eſſe, & fiant occupantium. *Concordat ijſdem uerbis Inſt. eod. tt. §. in ijs autem animal. Reuertendi autẽ animum deſijſſe habere intelliguntur tũc, cum reuertendi conſuetudinem deſeruerint.* [a] *Planè duplicatio hæc locũ tantùm habet in ijs animalibus, quæ ferã habent naturam: ut in apibus,* [b] *pauonibus, columbis,* [c] *ceruis,* [d] *&c. non autem in ijs quorum fera natura non eſt, ut gallinarum & anſerum.* [e] *Hæc de ſecunda adquirendi dominij cauſa.*

a l. 5. in prin. ff. de adq. rer. dom. Inſt. eod. tt. d. §. feræ igitur. ibi. Naturalem. b l. 5. §. apiũ. ibi, Examẽ. ff. de adquir. rer. dom. Inſt. eod. tt. §. apium. ibi, Examen.

a d. §. in ijs. in fine. b Inſt. de rer. diui. §. apiũ. l. 5. §. apiũ. ff. de adquirẽ rer. dominio. c Inſt. d. tt. §. pauonum. et d. l. 5. §. pauonum. d Inſt. d. tt. §. ceruos. et d. l. 5. §. ceruos. e Inſt. d. tt. §. gallinarum. & d. l. 5. §. gallinarum.

III. *Cauſa. Occupatio rei à domino pro derelicto habitæ. Hæc cauſa approbatur l. 1. ff. pro derelicto, hiſce uerbis:* Si res pro derelicto habita ſit, ſtatim noſtra eſſe deſinit, & occupantis ſtatim fit. *Ratio huius cauſæ in promptu eſt: Quia quod nullius eſt, occupanti cõceditur, de quo ſ. Cõcordat l. 2. ff. eod. tt. cuius uerba uide J. cap. 4. cauſa 2. exceptio. 1. itẽ cõcordat l. 5. §. fin. ff. eod. tt. his uerbis:* Id quod quiſq; pro derelicto habuerit, continuò meum fit: ſicuti cum quis æs ſparſerit, aut aues emiſerit, quamuis incertæ perſonæ uoluerit ea eſſe. Eius tamen fient qui eas ſuſtulerit, easq; cum quis pro derelicto habeat, ſimul intelligitur uoluiſſe alicuius fieri. *Concordat item Inſt. de rerum diuiſione. §. hoc amplius. ibi: qua ratione, his uerbis:* Verius eſſe uidetur, ſi rem pro derelicto à do-

mino

mino habitam occupauerit quis, ſtatim eum dominum effici. Concordat item l. 44. §. qui alienum, ibi: Quòd ſi dominus. ff. de furtis: cuius uerba uide alibi. Declaratur cauſa propoſita Inſt. d. uerſ. qua ratione, his uerbis: Pro derelicto autẽ habeeur, quòd dominus ea mente abiecerit, ut id in numero rerum ſuarum eſſe nolit. Ideoq; ſtatim dominus eius eſſe deſinit. Exemplum cauſæ propoſitæ habetur l. ult. ff. pro derelicto. cuius uerba uide J. cap. 4. cauſa 2. Planè huius cauſæ exceptio prima hæc eſt: Niſi nondum abiecerit rem ſuam dominus. Hæc exceptio approbatur l. 27. §. 1. ff. de adq. uel amit. poſſeſ. cuius uerba uide J. cap. 4. cauſa 2. except. 1. Secunda exceptio eſt: Niſi abiecerit quidem rem ſuam dominus, ſed non ea mente, quòd eam habere nolit. quæ exceptio conſtat ex uerbis paulo ſuperius propoſitis hiſce: Pro derelicto autem habetur, quòd dominus ea mente, &c. Huius exceptionis primum exemplum in ijs quæ nauis leuandæ cauſa eijciuntur, proponitur Inſt. de rer. diuiſ. §. fin. his uerbis: Alia cauſa eſt earum rerum, quæ in tempeſtate leuandę nauis cauſa eijciuntur. hæ enim dominorum permanent. Quia palàm eſt, eas non eo animo eijci, quòd quis eas habere nolit: ſed quo magis cum ipſa naui maris periculum effugiat. Qua de cauſa, ſi quis eas fluctibus expulſas, uel ſtatim io ipſo mari nactus, lucrandi animo abſtulerit, furtum committit. Nec longè uidentur diſcedere ab his, quę de rheda currente non intelligentibus dominis cadunt. Concordat ijſdem uerbis l. 9. § fin. ff. de adq. rer. dom. Concordat item l. 21. §. 1. ibi: idem iuris. ff. de adq. poſſeſ. cuius uerba uide J. lib. prox. cap. 6. pro derelicto, except. 2. item concordat l. 44. §. ſi iactum. ff. de furtis. cuius uerba uide alibi. Concordat item l. 2. § fin. ff. ad legem Rhodiam de iactu. his uerbis: Res iacta domini manet, nec fit adprehendentis: quia pro derelicto non habetur. Concordat l. 8. ff. eod. tit. his uerbis: Qui leuandæ nauis gratia res aliquas proijciunt: non hanc mentem habent, ut eas pro derelicto habeant: quippe ſi inuenerint eas ablaturos, etſi ſuſpicati fuerint, in quem locum eiectę ſint requiſituros: ut perinde ſit ac ſi quis onere preſſus, unam rem abiecerit, mox cum alijs reuerſurus, ut eandem auferret. Secundum propoſitæ exceptionis exemplum in ijs quæ naufragio pereunt, poſteaq; rurſus emergunt, proponitur l. 58 ff. de adq rer. domi. his uerbis: Quæcunq; res ex mari extracta eſt, non ante eius incipit eſſe qui extraxerit, quàm dominus eam pro derelicto habere cœperit. Cõcordat l. 44 §. idem ait ff. eod. tit. cuius uerba uide ſ. cauſa prox. except 1. repl. 1. Concordat itẽ l. 13. in prin. ff de adq. poſſeſ. cuius uerba uide J. lib. 23. c. 4. cauſa 31. concordat item l. 21. §. 1. ff. eod. tit. cuius uerba uide J. lib. 22. c. 6. pro derelicto, except. 2. Planè olim quidem licuit fiſco & publicanis res fluctibus eiectas occupare, ac ſibi retinere: ſed hoc ius poſtmodum eſt ſublatum. de qua re uide ſ. lib. 11. cap. 2. queſt. 1. cauſa 23. Tertium propoſitæ exceptionis exemplum in ijs rebus, quas dominus ſepoſuit uel perdidit, proponitur l. 3. in prin. ff. de incendio, ruina, &c. cuius uerba uide alibi. Concordat Inſt. de rer. diuiſ. §. fin. cuius uerba uide paulo ſuperius ead. except. exemplo primo. Concordat item l. 44. §. qui alienum. ff. de furtis. cuius uerba uide alibi. Concordat item l. 67. ff. de rei uendicat. his uerbis: A tutore pupilli domum mercatus, ad eius refectionẽ fabrum induxiſti, is pecuniam inuenit: quęritur, ad quem pertineat? Scæuola reſpondit, ſi non theſauri fuerunt, ſed pecunia fortè perdita, uel per errorem ab eo, ad quem pertinebat, non ablata, nihilominus eius eã eſſe cuius fuerat. Hæc de ſecunda exceptione. Tertia propoſitæ cauſæ exceptio eſt: Niſi quis poſſeſſionem rei à domino pro derelicto habitæ, nactus non ſit. Hæc exceptio approbatur l. 2. ff. pro derelicto. cuius uerba uide J. cap. 4. cauſa 2. except. 2.

IIII. Cauſa. Inuentio theſauri. Hæc cauſa approbatur Inſt. de rer. diuiſ. §. theſauros, hiſce uerbis: Theſauros, quos quis in loco ſuo inuenerit, D. Hadrianus, naturalem ęquitatem ſecutus, ei conceſſit, qui eos inuenerit. Declaratur & confirmatur cauſa propoſita l. 31. §. theſaurus. ff. de adq. rerum dom. his uerbis: Theſaurus, eſt uetus quædam depoſitio pecuniæ, cuius non extat memoria, ut iam dominũ non habeat. Sic enim fit eius qui inuenerit, quòd non alterius ſit. Iam dictæ cauſæ ſeu regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi lucri aut metus uel cuſtodiæ cauſa dominus quid ſub terra condiderit. Quę exceptio approbatur d. l. 31. in fine. ff. de adquir. rerum dominio, hiſce uerbis: Alioquin ſi quis aliquid uel lucri cauſa, uel metus, uel cuſtodiæ condiderit ſub terra, non eſt theſaurus, cuius etiam furtum fit. Secunda exceptio eſt: Niſi non ab Imperatore ſit impetratum, ut theſaurum quærere, uel inuentum ſibi liceat retinere. Hæc exceptio reprobatur l. unica in princip. C. de theſauris, hiſce uerbis: Nemo in poſterum ſuper requirendo io ſuo uel alieno loco theſauro, uel ſuper inuento ab alio uel à ſe, effuſis precibus pietatis noſtræ benignas aures audeat moleſtare. Nã in ſuis quidem locis unicuiq;, dummodo ſine ſceleratis ac puniendis ſacrificijs, aut alia qualibet arte legibus odioſa theſaurum (id eſt, condita ab ignotis dominis tẽpore uetuſtiore mobilia) quærere, & inuẽto uti liberam tribuimus facultatem: ne ulterius Dei beneficiũ inuidioſa calumnia perſequatur, ut ſuperfluum ſit hoc precibus poſtulare, quod iam lege permiſſum eſt, &

eſt, & poſtulanda imperatoriæ maieſtatis uideatur præuenire liberalitas.

Tertia exceptio eſt: Niſi non in ſuo, ſed in alieno loco theſaurum inuenerit: quo caſu non niſi pro dimidia parte inuentori adquiritur theſaurus, & pro reliqua dimidia parte domino loci. Hec exceptio approbatur Inſt. d. §. theſauros, hiſce uerbis: At ſi quis in alieno loco non data ad hoc opera, ſed fortuitò inuenerit, dimidiũ domino loci conceſsit D. Hadrianus, & dimidium inuentori. Et conuenienter ſi quis in Cæſaris loco inuenerit, dimidium inuẽtoris, & dimidium eſſe Cęſaris ſtatuit. Cui conueniens eſt, ut ſi quis in fiſcali loco uel publico uel ciuitatis inuenerit, dimidium ipſius eſſe debeat, & dimidium fiſci uel ciuitatis. *Concordat l. 1. §. fin. C. de theſauris, his uerbis:* Si fortè uel arando, uel aliàs alienã terram colendo, uel quocunq; caſu nõ ſtudio perſcrutandi in alienis locis theſaurũ inuenerit: id quod repertum fuerit, dimidia retenta, altera dimidia data cum locorum domino partiatur. ita enim eueniet, ut unuſquiſq; ſuis fruatur, & non inhiet alienis. *Concordat item l. 3. §. ſi in locis. ff. de iure fiſci. ubi Calliſtratus:* Si in locis fiſcalib. (*inquit*) uel publicis, religioſis ue, aut in monumẽtis theſauri reperti fuerint: diui fratres cõſtituerunt, ut media pars ex his fiſco uendicaretur. Item, ſi in Cęſaris poſſeſsione repertus fuerit, dimidiam ęquè partem fiſco uendicari. *Ait Iuriſconſultus:* Religioſis ue. *Huic quodammodo uidetur repugnare Inſt. d. §. theſauros. ubi cum dictum eſſet, D. Hadrianum theſauros, quos quis in ſuo loco inuenerit, ei eos conceſsiſſe, ſubijciuntur hæc uerba:* Idemq; ſtatuit, ſi quis in ſacro aut religioſo loco, fortuito caſu inuenerit. *De qua antinomia uide gloſ. Inſt. in d. uerbo Religioſo.* *Quod autem de eo qui in alieno loco theſaurum inuenerit, dictum eſt, idem intelligi debet de creditore theſaurum in loco ſibi pignori obligato inueniente. Nam ita Triphoninus:* Quòd ſi creditor (*inquit*) inuenerit, in alieno uidebitur inueniſſe: partem itaq; ſibi, partem debitori præſtabit: nec recepta pecunia reſtituet. quod iure inuentoris, non creditoris nomine ex theſauro apud eum permanſit. Quæ cum ita ſint, & cum ex principis authoritate creditor ut proprium agrum tenere cœperit iure dominij, intra conſtitutum luendi tempus pignoris cauſa uertitur: poſt tranſactum autem tempus theſaurum in eo inuentum ante ſolutam pecuniam totum tenebit: oblato uerò intra cõſtitutum tempus debito (quoniam uniuerſa præſtantur, atq; ut in ſimplici pignore reuocantur) reſtitui debebit, ſed pro parte ſola: quia dimidium inuentori ſemper placet relinqui. a *Hactenus Triphoninus iuriſconſultus.*

a *l. 63. ✥ quod ſi creditor ff. de adquirend. rer. dom.*

Quarta exceptio eſt: Niſi non caſu, ſed data opera theſaurum quæſierit, & inuenerit. Hec exceptio approbatur l. unicã. C. de theſauris, hiſce uerbis; In alienis terrulis nemo audeat inuitis, imò nec uolentibus uel ignorantibus dominis, opes abditas ſuo nomine perſcrutari. Quod ſi nobis ſuper hoc aliquis crediderit ſupplicandum, aut præter huius legis tenorem in alieno loco theſaurũ ſcrutatus inuenerit: totum hoc loco totum domino reddere compellatur, & uelut temerator legis ſaluberrimæ puniatur. *Ait Imp.* In alienis terrulis. *Ex hiſce uerbis elicitur prima propoſitæ exceptionis replicatio, hæc ſcilicet: Niſi non in alieno, ſed in ſuo ſolo theſaurum quis fuerit perſcrutatus, & data opera inuenerit. Cui concordat d. l. unica. in prin. cuius uerba uide paulo ſuperius except. 2. Ait inſuper Imp.* Quod ſi nobis ſuper hoc aliquis crediderit ſupplicandum. *Hiſce uerbis reprobatur altera propoſitæ exceptionis replicatio hæc: Niſi precibus ab Imperatore impetrauerit, ut theſaurum ſibi quærere liceat.*

Quinta exceptio eſt: Niſi arte magica theſaurum quæſierit. tunc enim quamuis in ſuo quæſierit, inuentum tamen theſaurum ſuum non facit. quæ exceptio approbatur d. l. unica, in prin. ibi: Dummodo ſine ſceleratus. cuius uerba (ut dixi) uide paulo ſuperius except. 2.

Sexta exceptio eſt: Niſi in fiſci loco theſaurum inueniens, partem ad fiſcum pertinentem ſuppreſſerit. hoc enim caſu nullam partem ſuam facit. quæ exceptio approbatur l. 3. §. fin. ff. de iure fiſci, his uerbis: Qui cum in loco fiſci theſaurum inuenit, partem ad fiſcum pertinentem ſuppreſſerit: totum cum altero tanto cogitur ſoluere. *Septimæ exceptionis loco notãdum eſt, quòd is qui in alterius poteſtate eſt, ſi theſaurum inueniat, non ſibi, ſed ei in cuius eſt poteſtate, adquirat. Quę exceptio approbatur l. 63. in prin. ff. de adquir. rer. dominio, hiſce uerbis:* Si is qui in aliena poteſtate eſt, theſaurum inuenerit: an perſonæ eius in cuius eſt poteſtate, acquirit? Hoc erit dicendum, ut ſi in alterius agro inuenerit, partem ei acquirat: ſi uerò in parẽtis dominiúe loco inuenerit, illius totus ſit: ſin autem in alieno, pars dominó acquiratur.

V. *Cauſa. Si quis lapillos, gemmas, & alia huiuſmodi in littore maris inuenerit. Hæc cauſa approbatur Inſt. de rer. diuiſ. §. item lapilli, hiſce uerbis:* Lapilli & gemmę, & cętera quę in littore maris inueniuntur, iure naturali ſtatim inuentoris fiunt. *Concordat iiſdem propè uerbis l. 3. ff. d. tit. item concordat l. 1. §. item in bello. ff. de adquir. uel amitt. poß. his uerbis:* In bello capta, & inſula in mari nata, & gemmæ, lapilli, & margaritæ

garitæ

garitæ in litoribus inuentæ: eios fiunt qui primus eotum poſſeſsionem nactus eſt. *Planè ſi quis rem alienam in littore maris iacentem auſerat, furtũ eius cõmittit: de quo paulo ſuprà, Cauſa 3.*

V I. *Cauſa. Si quid capitur ex hoſtibus. Hæc cauſa approbatur Inſtitut. de rer. diuiſ. §. item ea quæ, biſce uerbis:* Item ea quæ ex hoſtibus capimus, iure gentium ſtatim noſtra fiunt, adeò quidem ut liberi homines in ſeruitutem noſtram deducantur: qui tamẽ ſi euaſerint noſtram poteſtatem, & ad ſuos reuerſi fuerint, priſtinum ſtatum recipiunt. *Concordat l. 5. §. fin. & l. 7. in prin. ff. de adquir. rer. dom. his uerbis:* Quæ ex hoſtibus capiuntur, iure gentium ſtatim capientium fiunt: adeò quidẽ ut & liberi homines in ſeruitutem deducantur. Qui tamen ſi euaſerint poteſtatem hoſtium, recipiunt priſtinam poteſtatẽ. *Concordat itẽ l. 51. ff. eod. tt. his uerbis:* Quæ res hoſtiles apud nos ſunt: non publicæ, ſed occupantium fiunt. *Concordat l. 1. §. item in bello. ff. de adq. poſſeſ. cuius uerba uide ĩ. cauſa proxim.* An lex: Qui tamen ſi euaſerint noſtram poteſtatem, & ad ſuos reuerſi fuerint, priſtinum ſtatum recipiunt. *Hiſce uerbis* Exceptio *deſignatur aduerſus cauſam propoſitã. Liber enim homo ex hoſtibus captus, capientis quidẽ fit: ſed ad ſuos reuerſus, iure poſtliminy priſtinum ſtatum & omnia ſua iura recuperat, de qua re alibi dicetur. Sed & alia exceptio hæc eſt: Niſi bellum ciuile fuerit. quæ exceptio approbatur l. 21. §. fin. ff. de captiuis. cuius uerba uide ĩ lib. 10. cap. 3. cauſa 2 exc. 2.*

V I I. *Cauſa. Per alluuionem quoque nobis adquiritur. Quæ cauſa approbatur Inſtitut. de rerum diuiſ. §. præterea quod per alluuionem, biſce uerbis:* Quod per alluuionem agro tuo flumẽ adijcit, iure gentium tibi adquiritur. *Concordat l. 7. §. 1. ff. de adquir. rer. dom. iiſdem propè uerbis. Item l. 1. §. fin. C. de alluuionibus, his uerbis:* Cum fluuius priore alueo derelicto alium ſibi facit: ager quem circumit, prioris domini manet. Quod ſi paulatim ita auferat, ut alteri parti adplicet: id alluuionis iure ei quæritur, cuius fundo adcreſcit. *Declaratur cauſa propoſita definitione alluuionis Inſt. d. §. præterea, his uerbis:* Eſt autem allouio, incrementum latens. Nam per alluuionem id uidetur adijci, quod ita paulatim adijcitur, ut intelligi non poſsit quantum quoquo temporis momento adijciatur. *Concordat l. 7. §. 1. ff. de adq. rer. dom. his uerbis:* Per alluuionem id uidetur adijci, quod ita paulatim adijcitur, ut intelligere non poſsimus quantum quoquo momento temporis adijciatur. *Eſt igitur propoſitæ cauſæ prima exceptio hæc: Niſi non paulatim, ſed ui fluminis ſit adiectum. Quæ exceptio approbatur Inſt. d. §. præterea, biſce uerbis:* Quòd ſi uis fluminis de tuo prædio partem aliquam detraxerit, & uicino prædio attulerit, palam eſt eam tuam permanere. *Concordat iiſdem uerbis d. l. 7. §. 2. ibi, Quòd ſi uis flum. Planè exceptio iam dicta replicationem admittit hanc: Niſi pars ui fluminis adiecta longiore tempore fundo adhæſerit. Quæ replicatio approbatur Inſt. d. loco, biſce uerbis:* Planè ſi longiore tempore fundo uicini tui hæſerit, arboresq́; quas ſecum traxit, in eum fundum radices egerint: ex eo tẽpore uidentur uicini fundo adquiſitæ eſſe. *Concordat iiſdem uerbis d. l. 7. §. 1. ibi, Planè ſi longiore. Sed & aliam recipit exceptio propoſita replicationẽ, hanc nimirum: Niſi is qui rem ſuam ui fluminis fundo uicini adiectam uindicat, de damno dato præſtando nõ caueat. quæ replicatio in exemplo ratis delatæ approbatur l. 8. ff. de incendio, ruina, &c. biſce uerbis:* Ratis ui fluminis in agrum meum delatæ, nõ aliter tibi poteſtatem faciendam, quàm ſi de præterito quoq; damno mihi cauiſſes: Neratius ait. *Hæc de prima exceptione. Secunda exceptio eſt: Niſi lacus & ſtagna ſint. Quæ exceptio approbatur l. 12. in prin. ff. de adquir. rer. dominio, biſce uerbis:* Lacus & ſtagna licet interdum creſcant, interdum exareſcant, ſuos tamẽ terminos retinent. Ideoq́; in his alluuionis ius non agnoſcitur. *Tertia exceptio eſt: Niſi agri ſint limitati. Hæc exceptio approbatur l. 16. ff. de adquir. rer. dom. biſce uerbis:* In agris limitatis ius alluuionis locum non habere conſtat. idq́; & diuus Pius conſtituit. *Quid autẽ ſint agri limitati, declaratur d. lege, in fine. biſce uerbis:* Agrum autem manucaptum limitatũ fuiſſe, ut ſciretur quid cuiq; datum eſſet, quidq́; ueniſſet, & quid in publico relictum eſſet. Sunt igitur agri limitati, agri ex hoſtibus capti, & militibus aſsignati uel uenditi. Ager autem qui deuictis hoſtib. ciuitati Romanæ datus eſt, limitatus non eſt, & ideo habet alluuionem. [a]

[a] *d. l. 16. ibi. Et Trebatius.*

V I I I. *Cauſa. Si inſula in mari uel in flumine naſcatur. Hæc cauſa approbatur Inſtitut. de rerum diuiſ. §. inſula. biſce uerbis:* Inſula quæ in mari nata eſt (quod rarò accidit) occupantis fit: nullius enim eſſe creditur. At inſula in flumine nata (quod frequenter accidit) ſiquidem mediam partem fluminis tenet, communis eſt eorum qui ab utraq; parte fluminis prope ripam prædia poſsident, pro modo ſcilicet latitudinis cuiuſq; fundi, quæ prope ripam eſt. Quòd ſi alteri parti proximior ſit, eorum eſt tantùm, qui ab ea parte prope ripam prædia poſsident. *Concordat iiſdem uerbis l. 7. §. inſula. ff. de adq. rer. dom. Planè repugnat biſce l. 65. §. fin. ff. eod. tt. ubi Labeo:* Si id quod in publico natum aut ædificatum eſt (*inquit*) publicum eſt, inſula quoq; quę in publico nata eſt, publica eſſe debet.

debet. *Hanc antinomiam gloſſa reconciliare quidem conatur, ſed mihi ſatis non facit. Ea autem antinomia ſepoſita, uideamus propoſitæ cauſæ exceptiones. Planè ſi inſula in flumine nata, tua fuerit, deinde inter eam inſulam & contrariam ripam alia inſula nata fuerit, menſura eo nomine erit inſtituenda à tua inſula, non ab agro tuo, propter quem ea inſula tua facta fuerit. nam quid intereſt qualis ager ſit, propter cuius propinquitatem poſterior inſula cuius ſit quæratur?* a *Quod loco primæ exceptionis aduerſus propoſita uerba hæc:* Si alteri parti proximior ſit, &c. *eſt notandum. Secunda exceptio hæc eſt: Niſi inſula nata ita creuerit poſtea alluuione, ut alterius fundo proximior ſit facta, à quo ab initio fuit remotior. Hæc exceptio approbatur l. 56. in prin. ibi: Vel etiam ut propior. ff. de adquir. rer. dom. cuius uerba uide paulo ſ. exc. 4. repl. 1. Tertia exceptio hæc eſt: Niſi flumē alueo ſuo relicto, fluere cœperit inter inſulam natam & agrum proximiorē. hoc enim caſu quamuis alterius ager ex aduerſa parte propter adcreſcentem alueū, quem flumen reliquit, uideatur proximior eſſe: tamen eius manet inſula, cuius antea fuit. Hæc exceptio approbatur l. 56. §. item quæro. ff. d. tit. hiſce uerbis:* Quæro, ſi cum propior ripæ meæ aſt nata inſula, poſtea totū flumen inter eam & inſulā fluere cœperit, relicto ſuo alueo quo maior amnis fluxerat: nunquid dubites, quin etiam inſula mea maneat: & nihilominus eius ſoli, quod flumē reliquit, pars fiat mea? rogo te quid ſentias, reſcribas mihi. Proculus reſpōdit: Si cum fundo tuo propior in initio fuiſſet inſula, flumen relicto alueo maiore, qui inter eam inſulam fuerat, & eum fundū uicini qui trans flumen erat, fluere cœperit inter eam inſulam & fundum tuū, nihilominus inſula tua manet: ſed alueus qui fuit inter eam inſulam & uicini fundū medius, diuidi debet ita, ut pars propior inſulæ tuę tua ſit: pars autem propior agro uicini, eius eſſe intelligatur. Intelligo enim, cum ex altera parte inſulæ alueus fluminis exaruerit, deſiiſſe inſulā eſſe. ſed quo facilius res intelligeretur, eum agrū qui inſula fuerat, inſulam appellaſti. *Porrò in textu ſuprà propoſito, quo cauſa propoſita approbatur, ſequuntur hæc uerba:* Pro modo ſcilicet latitudinis cuiuſq; fundi, quæ prope ripā eſt. *Per hæc uerba, Quarta exceptio denotatur. quòd ſcilicet inſula nata, iis qui ex parte fluminis prope ripā prædia poſſident, non ex æqualibus partibus communis ſit, ſed pro latitudine cuiuſq; fundi. Concordat l. 29. ff. de adquir. rer. dom. ubi Paulus:* Inter eos (*inquit*) qui ſecundum unam ripā prædia habent, inſula in flumine nata non pro indiuiſo cōmunis fit, ſed regionibus quoq; diuiſis. Quantum enim ante cuiuſq; eorū iuxta ripam eſt, tantum ueluti linea in directum per inſulam trāſducta, quiſq; eorū in ea habebit certis regionibus. *Hæc Paulus iuriſconſultus. Exceptio autem propoſita recipit replicationem hanc: Niſi inſula nata poſt aliquod tempus creuerit, at latitudo eius ad uicini etiam fundum peruenerit. Hæc replicatio approbatur l. 56. in prin. ff. de adquir. rer. dom. hiſce uerbis:* Inſula eſt nata in flumine contra frontem agri mei, ita ut nihil excederet longitudo regionem prædii mei: & poſtea aucta eſt paulatim, & proceſſit contra frontem agri ſuperioris uicini, & inferioris: quæro, quod accreuit, utrū meū ſit, quoniā meo adiunctū eſt: an eius iuris ſit, cuius eſſet ſi in initio nata eius longitudinis fuiſſet? Proculus reſpōdit: Flumē illud in quo inſulam contra frontem agri tui nata eſſe ſcripſiſti, ita ut non excederet longitudinem agri tui, ſi alluuionis ius habeat, & inſula in initio propior fundo tuo fuit, quàm eius qui trans flumē habeat, tota tua facta eſt: & quod poſtea ei inſulæ alluuione acceſſit, id tuum eſt, etiamſi ita acceſſiſſet, ut procederet inſula contra frontem uicinorum ſuperioris atq; inferioris, uel etiam ut propior eſſet fundo eius, qui trans flumen habet. *Quinta exceptio hæc eſt: Niſi eam diuiſam eſſet flumen, deinde infrà unitum agrum alicuius in formam inſulæ redegerit. Hæc exceptio approbatur Inſt. de rer. diuiſ. §. inſula. in fine, hiſce uerbis:* Quòd ſi aliqua parte diuiſum ſit flumen, deinde infrà unitum agrum alicuius in formam inſulæ redegerit, eiuſdem permanet is ager, cuius & fuerat. *Concordat l. 7. §. inſula. ibi, Quòd ſi ex uno. ff. de adquir. rer. dominio, his uerbis:* Si ex uno latere proruperit flumē, & alia parte riuo nouo fluere cœperit, deinde infrà nouus iſte riuus in ueterem ſe conuerterit: ager qui à duobus riuis comprehenſus in formam inſulæ redactus eſt, eius eſt cuius & fuit. *Concordat item l. 1. §. et cum fluuius. C. de alluuionibus. cuius uerba uide ſ. cauſa prox. in prin. Concordat item l. 30. §. tribus. ff. d. tit. de adquir. rer. dom. ubi Pomponius:* Tribus modis (*inquit*) inſula in flumine fit. Vno modo, cum agrum, qui alueī nō fuit, amnis circumfluit: altero, cum locum qui alueī eſſet, ſiccum reliquit, & circumfluere cœpit: tertio, cum paulatim colluendo locum eminentem ſupra alueum fecit, & eū alluēdo auxit. Duobus poſterioribus modis priuata inſula fit eius cuius ager propior fuerat, cum primùm extitit. nam & natura fluminis hæc eſt, ut curſu ſuo mutato, alueī cauſam mutet: nec quicquā intereſt, utrum de alueī duntaxat ſolo mutato, an de eo quod ſuperfuſum ſolo ueteri ſit, quæratur: utrunq; enim eiuſdem generis eſt. Primo autē illo modo cauſa proprietatis nō

a l. 65. §. penult. ff. de adquir. rer. dom.

mutatur. *Hactenus Pōponius. Sexta exceptio hæc eſt: Niſi non ſuſtineatur inſula alueo fluminis, ſed in uirgultis ſtet, ſeu alia qualibet materia. Hæc exceptio approbatur l. 65. §. idē iuris. ff de adq. rer. dom. biſce uerbis:* Si qua inſula in flumine publico proxima tuo fundo nata eſt, ea tua eſt. Paulus. Videamus, ne hoc falſum ſit de ea inſula, quæ non ipſi alueo fluminis cohæret: ſed uirgultis, aut alia qualibet leui materia ita ſuſtinetur in flumine, ut ſolum eius nō tāgat, atq; ipſa mouetur. hæc enim propemodum publica atq; ipſiua fluminis eſt inſula. *Septimæ exceptionis loco notandum, quòd quoad uſum, in flumine nata inſula perinde ac ripa fluminis publica eſt. Quæ exceptio approbatur d. l. 65. §. ſi qua inſula, biſce uerbis:* Si qua inſula in flumine nata propria tua eſt, nihil in ea publicum eſt. Paulus. Imò eo in genere inſula eſt, quo ripę fluminum, & littora mari proxima, quæ publica ſunt nō ſocus atq; in cōtinenti agro. *Ait Iuriſconſultus:* Eo in genere inſula eſt, quo ripæ fluminum. *Hoc loco ſciēdum eſt, quòd ripæ fluminum, quoad uſum publicæ ſunt: quoad proprietatem, eorum ſunt, quorum prædijs adhærent.* [a] *Hactenus de octaua adquirendi dominij cauſa.*

[a] *Inſt. de rer. diuiſ. §. riparum.*

IX. *Cauſa. Mutatio aluei. Hæc cauſa approbatur Inſt. de rerum diuiſ. §. quòd ſi naturali, biſce uerbis:* Quòd ſi naturali alueo in uniuerſum derelicto, ad aliā partē fluere cœperit, prior quidem alneus eorum eſt, qui prope ripā eiuà prædia poſsident: pro modo ſcilicet latitudinis cuiuſq; agri, qui prope ripā ſit: nouus autē alueus eius iuris eſſe incipit, cuius & ipſum flomen eſt, id eſt publicus, &c. *Concordat iiſdem ferè uerbis l. 7. §. quod ſi toto ff. de adquir. rer. dom. Concordat item l. 30. §. 1. in fine. ff. eod. tt. bis uerbis:* Cum exiccatus eſt alueus, proximorū ſit: quia iam populus eo nō utitur. *Huius exemplū eſt l. 56. §. item quæro. ff. eod. tt. cuius uerba uide ſuprà cauſa prox. except. 1. Exceptio autem cauſæ propoſitæ hæc eſt: Niſi cum antea flumen mutato alueo, agrum alicuius occupaſſet, nunc rurſus nouo alueo relicto, aliò fluere cœperit. tunc enim uidetur nouus alueus, à quo flumen receßit, eius eſſe, cuius ager antea fuit à flumine occupatus, non eius qui prope ripam prædia poßidet. Verùm exceptio hæc ſtricto quidem iure reprobatur Inſt. d. §. quod ſi naturali. in fine, bis uerbis:* Si poſt aliquod tēpus ad priorē alueum reuerſum fuerit flumē: rurſus nouus alueus eorū eſſe incipit, qui prope ripam eius prędia poſsident. Alia ſanè cauſa eſt, ſi cuius totus ager inundatus fuerit. neq; enim inundatio fundi ſpeciē commutat. Et ob id ſi receſſerit aqua: palā eſt eum fundū eius manere, cuius & fuit. *Concordat l. 7. §. quod ſi toto. ibi: Nouus autem. ff. de adquir. rer. dominio, biſce uerbis.* Si cuius tamē totum agrum nouus alueus occupauerit, licet ad priorem alneū reuerſum fuerit flumen, non tamē is cuius ager fuerat, ſtricta ratione quicquam in eo alueo habere poteſt: quia & ager ille qui fuerat, deſijt eſſe, amiſſa propria forma: & qui uicinum prædium nullum habet, nō poteſt ratione uicinitatis ullam partem in eo alueo habere; ſed uix eſt ut id obtineat. *Concordat l. 38. ff. eod. tt. bis uerbis:* Martius fundum habebat ſecundum uiam publicā: inter uiam & flumen erat & ager Lucij Titij: flumen paulatim, primùm omnem agrum, qui inter uiā & flumen eſſet aboleuit, deinde & uiā ſuſtulit: poſtea rurſum minutatim receſsit, & alluuione in antiquum locū redijt. Alphenus reſpondit, cum flumē agrum & uiam publicā abſtuliſſet: eū agrū eius factū eſſe, qui trans flumē fundum habuiſſet: poſtea cum paulatim retrò redijſſet, & ademiſſet ei cuius factus eſſet, addidiſſe ei cuius trās uiam ager eſſet: quoniam eius fundus proximus flumini eſſet: id autem quod publicum fuiſſet, nemini acceſsiſſe. Nec tamen impedimēto uiā eſſe quo minus ager, qui trans uiam alluuione relictus eſſet, Martij fieret. nam ipſa quoq; uia fundi eſſet. *Concordat item l. 24. ibi: nam etſi. ff. quib. mod. uſusfr. amitt. cuius uerba uide J lib. 24. cap. 2. cauſa 5. exc. 4. in prin. Sed hæc de iure ſtricto. Nam æquitatis ratione exceptio propoſita approbatur, quod primæ diſtinctionis loco notandum. quæ diſtinctio conſtat ex uerbis d. §. quod ſi toto, biſce:* Non tamen is cuius ager fuerat, ſtricta ratione, &c. *Item biſce:* Sed uix eſt ut id obtineat. *Huic cōcordat l. 30. §. alluuio. ff. de rerum dominio, bis uerbis:* Alluuio agrum reſtituit eum, quem impetus fluminis totū abſtulit. Itaq; ſi ager qui inter uiam publicam & flumen fuit, inundatione fluminis occupatus eſt, ſiue paulatim occupatus eſt, ſiue non paulatim, ſed eodē impetu, receſſu fluminis reſtitutus ad priſtinum dominū pertinet. Flumina enim cenſitorum uice funguntur, ut ex priuato in publicū addicāt, & ex publico in priuatū: Itaq; ſicuti hic fundus, cū alueus fluminis factus eſſet, fuiſſet publicus: ita nunc priuatus eius eſſe debet, cuius antea fuit. *Altera diſtinctio qua exceptio propoſita ſtricto etiam iure approbatur, hæc eſt: Si non paulatim, ſed inundatione facta flumen alicuius agrum occupauit, poſteaq; inde receßit. tunc enim ager prioris domini manet. quæ diſtinctio approbatur uerbis Inſt. §. quod ſi naturali. in fine, paulo ſuperius propoſitis biſce:* Alia ſanè cauſa eſt, ſi cuius totus ager inundatus fuerit. neq; enim inundatio fundi ſpeciem commutat. Et ob id ſi receſſerit aqua, palàm eſt eum fundum eius manere, cuius & fuit.

Huic

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Huic concordat iiſdem uerbis l. 7. §. aliud ſanè. ff. de adq. rer. dom.

X. *Cauſa. Si alienum quiddam noſtro acceſſerit, nobis adquiritur. Quæ cauſa approbatur l. 23. §. ſi quis rei ſuæ. ff. de rei uendicat. biſce uerbis:* Si quis rei ſuæ alienam rem ita adiecerit, ut pars eius fieret: ueluti ſi quis ſtatuę ſuæ brachiũ aut pedem alienum adiecerit, aut ſcypho anſam uel fundum, uel candelabro ſigillum, aut menſæ pedem: dominum eius totius rei eum effici, uereq́; ſtatuam ſuam dicturum, & ſcyphum, pleriq; rectè dicunt. *Concordat d. l. 23. §. item quæcunq;. in fine. cuius uerba uide ǰ. except. 2. Concordat item l. 26. §. 1. ff. de adquir. rer. dom. his uerbis:* Proculus indicat, hoc iure nos uti, quod Seruio & Labeoni placuiſſet: in quibus propria qualitas rei ſpectaretur, ſi quid additum eſſet, toti cederet: ut ſtatuæ pes aut manus, ſcypho fundus aut anſa, lecto fulcrum, naui tabula, ædificio cæmentum. tota enim eius ſunt, cuius antea fuerant. *Sed & aliud propoſitæ cauſæ exẽplum eſt: Si in alicuius ſolo aliena materia ſit ædificatum. materia enim ſolo cedit: quod exemplum proponitur l. 7. §. cum in ſuo. ff. de adq. rer. dom. his uerbis:* Cum in ſuo ſolo aliquis ex aliena materia ędificauerit, ipſe dominus intelligitur eſſe ædificij: quia omne quod inædificatur, ſolo cedit. *Concordat d. l. 7. §. ex diuerſo. cuius uerba uide ǰ. cap. 8. reg. 7. except. 5. Concordat item iiſdẽ uerbis Inſt. eod. tit. §. cum in ſuo. & §. ex diuerſo. item concordat l. 39. in prin. ff. de rei uendicat. his uerbis:* Redemptores, qui ſuis cęmentis ædificãt, ſtatim cęmenta faciunt eorum, in quorum ſolo ædificant. *Concordat item l. 2. in fine. C. de ſeruitut. & aqua, his uerbis:* In aliena poſſeſsione operis facti dominium, quod in eadẽ cauſa manet, ad eũ pertinet, cuius eſt poſſeſsio. *Concordat item l. 4. ff. de adq. rer. dom. cuius uerba cum alijs concordantibus uide ſ̃. lib. 22. cap. 16. reg. 26. Aliud propoſitæ cauſæ exemplum eſt, ſi ſupra alterius parietem aliena materia ſit ædificatũ. nam & hoc caſu materia parieti cedit. quod exemplum proponitur l. 28. ff. de adq. rer. dom. his uerbis:* Si ſupra tuum parietem uicinus ædificauerit: proprium eius id quod ædificauerit fieri, Labeo & Sabinus aiunt. Sed Proculus tuum proprium: quemadmodũ tuum fieret, quod in ſolo tuo alius ædificaſſet. Quod uerius eſt. *Concordat l. 2. in prin. C. de rei uendicat. his uerbis:* Si inferiorem partem ædificij, quæ ſolum contingit, ad te pertinere probare potes: eam quam uicinus impoſuit, acceſsiſſe dominio tuo non ambigitur. *Aliud inſuper propoſitæ cauſæ exemplũ eſt: Si planta in alieno ſolo poſita ſit, uel radices egerit: quod exemplum proponitur l. 7. §. ſi alienam. ff. de adq. rer. dom. his uerbis:* Si alienam plantã in meo ſolo poſuero, mea erit. ex diuerſo, ſi meam plantam in alieno ſolo poſuero, illius erit: ſi modò utroq; caſu radices egerit. ante enim quàm radices egerit, illius permanet, cuius & fuit. His conueniens eſt, quòd ſi uicini arbor ita terram meam preſſerit, ut in meum fundum radices egerit, meam effici arborem. rationẽ enim nõ permittere ut alterius arbor intelligatur, quàm cuius in fundo radices egiſſet. Et ideo prope cõfinium arbor poſita, ſi etiam in uicinum fundum radices egerit, communis eſt pro regione cuiuſq; prædij. *Concordat Inſt. de rerum diuiſ. §. ſi Titius, his uerbis:* Si Titius alienam plantam in ſolo ſuo poſuerit, ipſius erit. Et ex diuerſo, ſi Titius ſuam plantam in Mæuij ſolo poſuerit, Mæuij plãta erit: ſi modò utroq; caſu radices egerit: ante enim quàm radices egerit, eius permanet cuius fuerat. Adeò autem ex eo tẽpore, quo radices egerit plãta, proprietas eius commutatur, ut ſi uicini arbor ita terram Titij preſſerit, ut in eius fundum radices egerit, Titij effici arborẽ dicamus. Ratio enim nõ permittit ut alterius arbor eſſe intelligatur, quàm cuius in fundum radices egerit. Et ideo prope confinium arbor poſita, ſi etiam in uicini fundum radices egerit, communis fit. *Concordat item l. 5. §. de arbore. ff. de rei uendicat. cuius uerba uide ǰ. except. 4. Concordat item l. 11. C. de rei uendicat. his uerbis:* Si quis ſciens alienum agrum conſeuit, uel plantas impoſuit: poſtquam hæ radicibus terram fuerint amplexæ, ſolo cedere rationis eſt. domini enim magis ſegetem uel plantas, quàm per huiuſmodi factum ſolum ſuum facit. Sanè qui bona fide poſsidens hæc fecerit, per doli mali exceptionem contra uindicantem dominium ſeruare ſumptus iuris authoritate ſignificatum eſt. *Quod de arbore quæ in alieno ſolo radices egerit dictum eſt, idem quoq; de cruſta ex unius fundo in alterius fundum prolapſa, ſi coaluerit, eſt dicendum. quod exemplum proponitur l. 9. §. Alphenus. ibi: Ita demum autem. ff. de damno infecto. cuius uerba uide ǰ. lib. 27. cap. 1. quæſt. 3. cauſa 2. Aliud propoſitæ cauſæ exemplum eſt: Si alicuius frumentum in alieno ſolo ſatum ſit. hoc enim frumentum domino ſoli adquiritur: quod exemplũ proponitur Inſt. de rer. diuiſ. §. qua ratione, his uerbis:* Qua ratione plãtę, quæ terrę coaleſcunt, ſolo cedunt: eadẽ ratione frumenta quoq;, quę ſata ſunt, ſolo cedere intelliguntur. *Concordat iiſdẽ uerbis l. 9. in prin. ff. de adq. rer. dom. Sed & concordat l. 53. ff. de rei uendicat. his uerbis:* Si fundi poſſeſſor cum excoluiſſet, ſeuiſſetúe, poſtea fundus euincatur: conſita tollere non poteſt. *Concordat itẽ l. 11. C. eod. tit. cuius uerba uide ſ̃. prox.*

Aliud deniq; propoſitæ cauſæ exemplum proponitur in ijs quæ chartis, membranis'ue inſcribuntur, l. 9. §. literæ. ff. de adq. rer. dom. his uerbis: Literæ quoque, licet aureæ ſint, perinde chartis membranisque cedunt atque ſolo cedere ſolent ea quæ ædificantur, aut ſeruntur. Ideoq; ſi in chartis membranis'ue tuis carmen, uel hiſtoriam, uel orationem ſcripſero: huius operis non ego, ſed tu dominus eſſe intelligeris. Sed ſi à me petas tuos libros tuas'ue membranas, nec impenſas ſcripturæ ſoluere uelis: potero me defendere per exceptionem doli mali, utique ſi bona fide eorum poſſeſsionẽ nactus ſim. *Concordat iiſdem propemodum uerbis Inſt. eod. tit. §. literæ. Sed & concordat l. 23. §. ſed & id. ff. de rei uendicat. cuius uerba uide paulo inferius except. prox. Sed hactenus exempla propoſitæ cauſæ ſunt enumerata. Planè huius cauſæ exceptio prima hæc eſt: Niſi res maior minori, uel precioſior minus precioſiori accedat. tunc enim non illa huic, ſed potius hæc illi cedit. quæ exceptio approbatur l. 27. §. fin. ff. de adq. rer. dom. his uerbis:* Cum partes duorum dominorum ferruminatione cohærerent, & quæreretur utri cederent: Caſsius ait pro portione rei exiſtimandum, uel pro precio cuiuſq; partis. Sed ſi neutra alteri acceſsio eſt: uideamùs ne aut utriuſq; eſſe dicenda ſit, ſicuti maſſa confuſa, aut eius cuius nomine ferruminata eſt? Sed Proculus & Pegaſus exiſtimant ſuam cuiuſq; rem manere. *Huius exceptionis exemplum proponitur Inſt. de rerum diuiſ. §. ſi quis in aliena tabula, his uerbis:* Si quis in aliena tabula pinxerit, quidam putant tabulam picturæ cedere: alijs uidetur picturam (qualiſcunque ſit) tabulæ cedere. Sed nobis uidetur melius eſſe tabulam picturæ cedere. Ridiculum eſt enim picturam Appellis uel Parrhaſij in acceſsionem uiliſsimæ tabulæ cedere. *Concordat huic exemplo l. 9. §. ſed non ut literæ. ff. de adq. rer. dom. his uerbis:* Non ut literæ chartis membranis'ue cedunt, ita ſolent picturæ tabulis cedere: ſed ex diuerſo placuit tabulas picturæ cedere. utique tamen conueniens eſt domino tabularum aduerſus eum qui pinxerit, ſi is tabulas poſsideat, utilem actionem dari, qua ita efficaciter experiri poterit, ſi picturæ impenſam exoluerit. Alioquin nocebit ei doli mali exceptio: utiq; ſi bona fide poſſeſſor fuerit qui pinxerit. Aduerſus dominum uerò tabularum ei qui pinxit, directam uindicationem competere dicimus: ut tamen precium tabularum inferat, alioqn nocebit ei doli mali exceptio. *Ait Imp. in d. §. ſi quis in aliena.* Quidã putãt tabulã picturæ cedere. *Huius ſententiæ eſt Paulus iuriſcõſultus l. 23. §. ſed & id. ff. de rei uendicat. his uerbis:* Id quod in charta mea ſcribitur, aut in tabula mea pingitur, ſtatim meum fit: licet de pictura quidam contrà ſenſerint propter precium picturæ: ſed neceſſe eſt ei rei cedi, quod ſine illa eſſe non poteſt. *Hæc ſententia Pauli quoad picturam ab Imp. Iuſtiniano reprobatur uerbis paulo ſuperius propoſitis hiſce:* Sed nobis uidetur melius eſſe tabulam picturæ cedere, &c. *Planè propoſitæ exceptionis replicatio prima eſt in literis: quæ quamuis aureæ ſint, & ob id precioſiores, tamen chartæ cedunt minus precioſiori. quæ replicatio approbatur per ea quæ propoſita ſunt ſ. ead. cauſa, exemplo ultimo. Altera replicatio in purpura ueſtimento uiliori intexta, proponitur Inſt. de rerum dom. §. ſi tamen alienam, his uerbis:* Si alienam purpuram ueſtimento ſuo quis intexuerit: licet precioſior ſit purpura, tamen acceſsionis uice cedit ueſtimento: & qui dominus fuit purpuræ, aduerſus eum qui ſubripuit, habet furti actionem & condictionem: ſiue ipſe ſit qui ueſtimentum fecit, ſiue alius. nam extinctæ res, licet uindicari non poſsint, condici tamen furibus, & quibuſque alijs poſſeſſoribus poſſunt. *Secunda propoſitæ cauſæ exceptio eſt: Niſi utraq; res eiuſdem quantitatis atque æſtimationis ſit. tunc enim neutra alteri acceſsionis uice cedit, ſed manet eius cuius fuit. quæ exceptio approbatur l. 27. §. fin. ff. de adquir. rer. dom. cuius uerba uide ſ. except. prox. in prin. Tertia exceptio eſt: Niſi corpus ſit ex diſtantibus capitibus, ut grex, &c. hoc enim caſu, ſi aliena ouis in noſtrum gregem peruenerit, non ideo ea ouis noſtra eſt, ſed dominus eam poteſt uindicare. Quæ exceptio approbatur l. 23. §. at in ijs corporibus. ff. de rei uindicat. hiſce uerbis:* At in ijs corporibus quæ ex diſtantibus capitibus eſſent, conſtat ſingulas partes retinere ſuam propriam ſpeciem, ut ſinguli homines & ſingulæ oues: ideoque poſſe me gregem uindicare, quamuis aries tuus ſit immiſtus: ſed & te arietem uendicare poſſe. *Quarta exceptio eſt: Niſi arbor in alienum ſolum tranſlata nondum coaluerit. Quæ exceptio approbatur l. 26. §. penult. ff. de adquir. rer. dom. hiſce uerbis:* Arbor radicitùs eruta, & in alio loco poſita, priuſquam coaluerit, prioris domini eſt: ubi coaluerit, agro cedit: & ſi rurſus eruta ſit, non ad priorem dominum reuertitur. nam credibile eſt, alio terræ alimento aliam factam arborem eſſe. *Concordat l. 5. §. de arbore. in fine. ff. de rei uindicat. his uerbis:* De arbore quæ in alienum agrum tranſlata coaluit, & radices immiſit, Varus & Nerua utilem in rem actionem dabant. nam ſi nondum coaluit, mea eſſe non deſinet. *Concordat item Inſt. de rerum diuiſ. §. ſi Titius. ibi:*

dute

ante enim. item l. 7. §. ſi alienam. ibi: ſi modò. ff. de adquir. rer. dom. quorum uerba uide ſ. rad. cauſa in prin. in exemplo arboris tranſlatæ. *Quinta exceptio eſt: Niſi ædificium, quod in alieno ſolo poſitum eſt, ſit mobile. quæ exceptio approbatur exemplo l. 60. ff. de adquir. rer. dom. hiſce uerbis:* Titius horreum frumentatium nouum, ex tabulis ligneis factum mobile, in Seij prædio poſuit. Quæritur, uter horrei dominus ſit? Reſpondi, ſecundum ea quæ proponerentur, non eſſe factum Seij. *Sexta exceptio eſt: Niſi res aliena noſtræ rei adiecta, rurſus ſit ſeparata. Hæc exceptio approbatur l. 59. ff. de rei uindicat. hiſce uerbis:* Habitator in aliena ædificia feneſtras & oſtia impoſuit, eadem, poſt annum dominus ædificiorum dempſit: quæro, is qui impoſuerat, poſſit'ne ea uendicare? Reſpondi, poſſe. nam quæ alienia ædificijs contexa eſſent, ea quamdiu iuncta manerent, eorundem ædificiorum eſſe, ſimulatque inde dempta eſſent, continuò in priſtinam cauſam reuerti.

Concordat l. 41. ff. de rei uendicat. his uerbis: Quæ religioſis adhærent, religioſa ſunt. Et idcirco nec lapides inædificati poſtquam remoti ſunt, uendicari poſſunt. Per in factum autem actionem petitori extra ordinem ſubuenitur, ut is qui hoc fecerit, reſtituere eos compellatur. Sed etſi alieni ſine uoluntate domini inædificati fuerint, & nondum deſtructo monumento in hoc detracti erunt ut alibi reponerentur, poterunt à domino uendicari. Quod ſi in hoc detracti erunt ut reponerentur, ſimiliter dominum repetere eos poſſe conſtat. *Ait iuriſconſultus:* Nec lapides inædificati. *Scilicet à domino, tunc enim nec remoti poſſunt uindicari, ut ſ. repl. 3. dicetur. Secus ſi ab alio ſint inædificati. tunc enim remoti poterunt à quondam domino uindicari ut ſubijcit iuriſconſultus. Ait inſuper:* Qui hoc fecerit. *Id eſt, lapides remouerit. Concordat item propoſitæ exceptioni l. 2. C. de rei uendicat. cuius uerba uide ſ. rad. cauſa in prin. Concordat item inſt. de rerum diuiſ. §. cum in ſuo, in fine, his uerbis:* Cum in ſuo ſolo aliquis ex aliena materia ædificauerit, ipſe intelligitur dominus ædificij, quia omne quod ſolo inædificatur, ſolo cedit. Nec tamen ideo is qui materiæ dominus fuerat, deſinit dominus eius eſſe, ſed tantiſper neque uindicare eam poteſt, neque ad exhibendum de ea re agere, propter legem XII. Tabularum: qua cauetur, ne quis tignum alienum ædibus ſuis iunctum, eximere cogatur, ſed duplum pro eo præſtet, per actionem quæ uocatur de tigno iuncto. Appellatione autem tigni omnia materia ſignificatur, ex qua ædificia fiunt. Quod ideo promiſum eſt, ne ædificia reſcindi neceſſe ſit. Quòd ſi aliqua ex cauſa dirutum ſit ædificium, poterit materiæ dominus, ſi non fuerit duplum iam conſecutus, tunc eam uindicare, & ad exhibendum de ea re agere. *Concordat iiſdem propè uerbis l. 7. §. cum in ſuo. in fine. ff. de adq. rer. dom. Planè propoſitæ exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi ferruminatione adiuncta fuerit res aliena. tunc enim quamuis abrupta ſit, prior dominus eam uendicare nequit. Quæ replicatio approbatur l. 23. §. item quæcunque ibi dicit enim. ff. de rei uendicat. cuius uerba uide paulò inferius except. 7.* *Secunda replicatio eſt: Niſi arbor, quæ in alterius agro coaluit, rurſus ſit diruta. Quæ replicatio approbatur l. 26. §. penult. ff. de adquir. rer. dom. cuius uerba uide paulo ſuperius except. 4.* *Tertia replicatio eſt: Niſi quis ſua materia in alterius ſolo ædificauerit. hic enim etiam diruto ædificio, materiam uendicare non poteſt. Quæ replicatio approbatur inſt. de rer. diuiſ. §. ex diuerſo. hiſce uerbis:* Si quis in alieno ſolo ex ſua materia domum ædificauerit, illius fit domus, cuius & ſolum eſt. Sed hoc caſu materiæ dominus proprietatem eius amittit, quia uoluntate eius intelligitur eſſe alienata, utique ſi non ignorabat ſe in alieno ſolo ædificare. Et ideo licet diruta ſit domus, materiam tamen uendicare non poteſt. *Concordat iiſdem ferè uerbis l. 7. §. ex diuerſo. ff. de adquir. rer. dom. item concordat l. 41. in prin. ff. de rei uendicat. cuius uerba uide ſ. ead. except. in prin. Ait lex:* Vtique ſi non ignorabat ſe in alieno ſolo ædificare.

Ex his uerbis elicitur aduerſus propoſitam replicationem, duplicatio prima hæc: Niſi ignorauerit ædificator ſolum eſſe alienum. *Secunda duplicatio eſt: Niſi non donandi animo ſua materia in alterius ſolo quis ædificauerit. quæ duplicatio approbatur l. 2. in fine. C. de rei uendicat. cuius uerba uide ſ. ead. cauſa in prin.* *Quarta replicatio eſt: Niſi cum quis aliena materia in ſuo ſolo ædificaſſet, ædificium longò tempore ſit uſucaptum. tunc enim quamuis dirutum ſit ædificium, materiam prior dominus uendicare nō poteſt. Quæ tamen replicatio reprobatur l. 7. §. illud rectè. ff. de adquir. rer dom. hiſce uerbis:* Illud rectè quæritur, an ſi id ædificium uendiderit is qui ædificauerit, & ab emptore longo tempore uſucaptum, poſtea dirutum ſit, adhuc dominus materiæ uendicationem eius habeat? Cauſa dubitationis eſt, an eo ipſo quod uniuerſitas ædificij longo tempore capta eſt, ſingulæ quoque res, ex quibus conſtabat, captæ eſſent: quod non placuit. *Concordat l. 23. §. fin. ff. de rei uendicat. ubi Paulus:* Si quis ex alienis cæmentis (*inquit*) in ſolo ſuo ædificauerit, domum quidem uendicare poterit, cæmenta autem reſoluta prior dominus uendicabit,

etiamſi poſt tempus uſucapionis diſſolutum ſit ædificium, quàm à bonæ fidei emptore poſſeſſum eſt. Nec enim ſingula cæmenta uſucapiuntur, etſi domus per temporis ſpacium noſtra fiat. *Quinta replicatio eſt: Niſi dominus antea furti uel de tigno iuncto actione pœnam ſit conſecutus. Hæc replicatio approbatur Inſt. de rerum diuiſ. §. cum in ſuo. in fine. ibi:* Si non fuerit duplum iam conſecutus. *Cuius reliqua uerba uide paulo ſuperius ead. exc. in prin. Huic tamen uidetur contradicere l. 2. ff. de tigno iuncto, his uerbis:* Sed etſi, &c. *Hæc de ſexta exceptione, cum ſuis replicationibus. Septimæ exceptionis loco notãdum, quòd prior dominus, cuius res rei noſtræ acceſſit, ad exhibendum agere poſſit ut ſeparetur, & tunc eam ſeparatam uendicare. Quæ exceptio approbatur l. 23. §. item quæcunq; alijs iuncta. ff. de rei uendicat. hiſce uerbis:* Quæcunq; alijs iuncta ſiue adiecta acceſsionis loco cedũt, ea quamdiu cohærent, dominus uendicare non poteſt, ſed ad exhibendũ agere poteſt, ut ſeparentur, & tunc uendicentur, ſcilicet excepto eo quod Caſsius de ferruminatione ſcribit. Dicit enim: Si ſtatuæ ſuæ ferruminatione iniunctum brachium ſit, unitate id maioris partis cõſumi: & quod ſemel alienum factum ſit, etiamſi inde abruptum ſit, redire ad priorem dominum non poſſe. Non idem eſt in eo quod applũbatum ſit: quia ferruminatio per eandem materiam facit confuſionem, plumbatura uerò non idem efficit. Ideoq; in omnibus his caſibus, in quibus neq; ad exhibendũ, neq; in rem locum habet, In factum actio neceſſaria eſt. *Hiſce uerbis exceptio propoſita approbatur, ſimul etiam diſtinguitur. Ait enim Iuriſconſultus:* Scilicet excepto eo quod Caſſius de ferruminatione ſcribit, &c. *Quibus uerbis replicatio introducitur aduerſus dictam exceptionem, hæc ſcilicet: Niſi ferruminatione res rei iuncta ſit. tunc enim ad exhibendum ut ſeparetur, agi nõ poteſt, ſed actione in factum, ut ſubijcit. Ferruminatione autem iunctum uidetur, quando eiuſdem materiæ ſunt & id quod iungitur, & id cui iungitur, & id per quod iungitur: puta, quando ferro ferrum mediante ferro iungitur, argento argentum mediante argento. &c. quando autem id per quod fit iunctura, alterius eſt materiæ, applumbatura dicitur: ut ex propoſitis Iuriſconſulti uerbis licet colligere. Ait enim:* Ferruminatio per eandem materiam facit confuſionem, plumbatura uerò non idem efficit. *Hoc caſu ad exhibendum agi poteſt ut ſeparetur, illo uerò minimè. Planè ſi duab. rebus diuerſorum dominorum ferruminatione iunctis, neutra alteri acceſsionis loco cedat, ſuam quiſq; rem retinet. Quod approbatur l. 27. §. fin. ff. de adquir. rer. dom. cuius uerba uide paulo ſuprà except. 1. Porrò recipit & aliam replicationem propoſita exceptio, hãc uidelicet: Niſi tignum alienis ædibus iunctum ſit, uel aliena materia in alicuius ſolo ædificatum. Hiſce enim caſibus materiæ uel tigni dominus, ſtante ædificio, ad exhibendum agere non poteſt, ſed de tigno iuncto actio ei competit. Quæ replicatio approbatur Inſt. de rerum diuiſ. §. cum in ſuo ſolo. ibi, nec tamen ideo. cuius uerba uide ſ. except. prox. in prin. Concordat iiſdem uerbis l. 7. §. cum in ſuo. ibi: nec tamen ideo. ff. de adquir. rer. dom. ſed & concordat l. 6. cum l. ſequente. in prin. ff. ad exhibendum. cuius uerba uide ſ. item concordat l. 23. §. penult. ff. de rei uendicat. his uerbis:* Tignum alienũ ædibus iniũctum, nemo uendicare poteſt propter legẽ XII. Tabularum: neq; eo nomine ad exhibendũ agi, niſi aduerſus eum qui ſciẽs alienum iniunxit ædibus. Sed eſt actio antiqua de tigno iniuncto, quæ in duplum ex lege XII. Tabul. deſcendit. *Propoſitæ replicationis duplicatio prima hæc eſt: Niſi ſciens quis tignum alienum ædibus ſuis iunxerit. quæ duplicatio approbatur uerbis iam propoſitis hiſce:* Niſi aduerſus eum qui ſciens alienum iunxit ædibus. *Huic cõcordat l. 1. ff. de tigno iuncto, his uerbis:* Lex duodecim Tabularum neq; ſoluere permittit tignum furtiuũ ædibus uel uineis iunctũ, neq; uindicare. Quod prouidenter lex effecit, ne uel ædificia ſub hoc prætextu diruãtur, uel uinearũ cultura turbetur: ſed in eum qui conuictus eſt iunxiſſe, in duplum dat actionem. Sed & ad exhibendũ danda eſt actio. nec enim parci oportet ei q ſciẽs alienã rem ædificio incluſit, iunxit'ue. non enim ſic eũ conueniemus, quaſi poſsidentẽ: ſed ita, quaſi dolo malo fecerit, quo minus poſsideat. *Altera propoſitæ replicationis duplicatio eſt: Niſi tignum uxoris mariti ædibus ſit iũctum. quæ duplicatio approbatur l. 63. ff. de donat. inter uirum & uxor. cuius uerba cum concordantib. uide in Comment. donationum cap. 8. except. 15. Hæc de ſeptima exceptione. Octaua exceptio eſt: Niſi is cuius rei res aliena adiecta eſt, precium rei adiectæ non præſtet. Hæc exceptio approbatur l. 23. §. in omnibus igitur. ff. de rei uendicat. hiſce uerbis:* In omnibus iſtis caſibus, in quibus mea res per præualentiam alienam rem trahit, meamque efficit ſi eam rem uendicem, per exceptionem doli mali cogar precium eius quod acceſſit, dare. *Concordat Inſt. de rer. diuiſ. §. ex diuerſo. in fine, his uerbis:* Illud conſtat, ſi in poſſeſsione conſtituto ædificatore, ſoli dominus petat domum ſuam eſſe, nec ſoluat precium materiæ, & mercedes fabrorum: poſſe eum per exceptionem doli mali repelli, utique ſi bonæ fidei poſſeſſor fuerit, qui ædificauit. Nam ſcienti alienum ſolum eſſe, poteſt obijci culpa quòd ædificauerit temerè in eo ſolo, quod intelligebat alienum eſſe. *Concordat*

cordat item Inſtitut. cod. tt. §. qua ratione. ibi: Cæterùm ſicut, his uerbis: Sicut is qui in alieno ſolo ædificauit, ſi ab eo dominus petat ædificiũ, defendi poteſt per exceptionem doli mali ſecundum ea quæ diximus: ita eiuſdem exceptionis auxilio tutus eſſe poteſt is, qui alienũ fundũ ſua impenſa bona fide conſeuit. Concordat item Inſt. d. tt. §. unde ſi à domino, his uerbis: Si à domino tabulæ imaginẽ poſsidente is qui pinxit, eam petat, nec ſoluat preciũ tabulæ: poterit per exceptionẽ doli mali ſubmoueri. At ſi is qui pinxit, eã poſsideat: conſequens eſt ut utilis actio domino tabulæ aduerſus eum detur: quo caſu ſi non ſoluat impenſam picturæ, poterit per exceptionẽ doli mali repelli, utiq; ſi bonæ fidei poſſeſſor fuerit ille qui picturã impoſuit. Illud enim palàm eſt, quod ſiue is qui pinxit ſubripuit tabulas, ſiue alius: competit domino tabularũ furti actio. Concordat item Inſt. eod. tt. §. literæ. ibi: ſed ſi à Titio. cuius uerba uide ſ. ead. cauſa in prin. exemplo ultimo. Concordat item l. 9. in prin. ibi: cæterùm. ff. de adq. rer. dom. his uerbis: Sicut is qui in alieno ſolo ędificauit (ſi ab eo dominus ſoli petat ædificium) defendi poteſt per exceptionem doli mali: ita eiuſdem exceptionis auxilio tutus eſſe poterit, qui alienũ fundum ſua impenſa conſeuit. Cõcordat item d. l. 9. §. literæ. ibi: ſed ſi à me. cuius uerba uide ſ. ead. cauſa in prin. exemplo ultimo. Concordat item l. 11. in fine. C. de rei uendicat. cuius uerba uide ſ. ead. cauſa in prin. inter exempla. Sed & concordat l. 16. C. eod. tt. his uerbis: Si in area communi domum aliquis extruxit, hanc uobis communem iuris fecit ratio: cuius portionem ab eo qui bona fide poſsidẽs ędificauit, ſi uelis uindicare, ſumptus offerre debes: ne doli mali poſsis exceptione ſubmoueri. Concordat item l. 10. ff. de doli mali exceptione, his uerbis: Cũ uir aut uxor in area ſibi donata aliquid ædificaſſet: pleriſq; placet doli mali exceptione oppoſita, rem ſeruari poſſe. Cõcordat item l. 38. §. in re petita. ff. de rei uendicat. cuius uerba cũ alijs pluribus concordantibus uide J. cap. 8. reg. 7. ſed & propoſitæ exceptionis replicationes uide ibidẽ. Nona exceptio eſt: Niſi rei cõmuni quis rem ſuã propriã adiecerit. tũc enim res adiecta nõ niſi pro parte alteri ſocio adquiritur. Quæ exceptio approbatur exẽplo ædificij, l. 16. C. de rei uindicat. cuius uerba uide ſ. except. proxim. in fine. Decima exceptio eſt: Niſi in mari uel littore maris ædificauerit. tũc enim ædificium eius manet, qui ædificauit. Quæ exceptio approbatur l. 1. §. quòd ſi quis in mari. ff. de operis noui nunciat. hiſce uerbis: Si quis in mari uel in littore ædificet, licet in ſuo non ædificet, iure tamen gentium ſuum facit. Plura de hac re uide J. cauſa prox. Vndecima exceptio eſt: Niſi id cui fructus accedit, ab alio bona fide poſsideatur. tunc enim ei à quo poſsidetur, non domino fructus adquiritur. quæ exceptio approbatur l. 25. §. in alieno. ff. de uſuris. cuius uerba uide J. cauſa 16. in princ. Duodecimæ exceptionis loco notandum, quòd is cuius res rei alienæ eſt adiecta, actionem furti & cõdictionem habeat. Quæ exceptio approbatur Inſt. de rer. diuiſ. §. ſi tamen alienam, hiſce uerbis: Et qui dominus fuit purpuræ, aduerſus eum qui ſubripuit, habet furti actionem & condictionẽ, ſiue ipſe ſit qui ueſtimentum fecit, ſiue alius. uam extinctæ res licet uindicari non poſsint, condici tamen furibus & quibuſq; alijs poſſeſſoribus poſſunt. Concordat Inſtitut. cod. tt. §. ſi quis in aliena tabula. ibi, illud enim palàm. cuius uerba uide ſ. except. 8.

X 1. Cauſa. Si quis in mari uel in littore maris ædificauerit, locus ille in quo ædificatum eſt, cedit ædificio, & adquiritur ædificanti. quæ cauſa approbatur l. 14. ff. de adquir. rer. dom. his uerbis: Quod in littore quis ædificauerit, eius erit: nam littora non ita publica ſunt, ut ea quæ in patrimonio populi ſunt, ſed ut ea quę primũ à natura prodita ſunt, & in nullius adhuc dominium peruenerunt: nec diſsimilis eorum conditio eſt atq; piſcium & ferarum, quæ ſimulatq; apprehẽſæ ſunt, ſine dubio eius in cuius poteſtatem peruenerunt, dominij fiũt. Cõcordat l. 30. §. fin. ff. eod. tt. his uerbis: Si pilas in mare iactauerim, & ſupra eas ędificauerim: cõtinuò ædificiũ meũ fit. Itẽ ſi inſulã in mari ædificauerim, cõtinuò mea fit: quoniã id quod nullius eſt, occupantis fit. Propoſitæ cauſæ exceptio prima hæc eſt: Niſi ædificiũ rurſus ſit dirutum. quæ exceptio approbatur l. 6. in prin. ff. de rer. diuiſ. his uerbis: Soli domini conſtituũtur, qui in littore maris ędificant: ſed quãdiu ędificiũ manet. Alioquin ædificio dilapſo, quaſi iure poſtliminij reuertitur locus in priſtinã cauſam: etſi alius in eodẽ loco ędificauerit, eius fiet. Cõcordat d. l. 14. §. illud uidendũ, his uerbis: Illud uidendũ eſt, ſublato eo ędificio, quod in littore poſitũ erat, cuius cõditionis is locus ſit: hoc eſt, utrũ maneat eius cuius ædificiũ fuit, an rurſus in priſtinã cauſam recidat, perindeq; publicus ſit, ac ſi nunquã in eo ædificatũ fuiſſet: quod propius eſt ut exiſtimari debeat, ſi modò recipit priſtinã littoris ſpeciem. Secũda propoſitæ cauſæ exceptio eſt: Niſi ſine decreto quis in littore maris ædificauerit. Hæc exceptio approbatur l. 50. ff. de adquir. rer. dom. his uerbis: Quãuis quod in littore publico uel in mari extruxerimus, noſtrum fiat: tamen decretum prętoris adhibendum eſt, ut id facere liceat: imò etiam manu prohibendus eſt, ſi cum incommodo cæterorũ id faciat. nã ciuilem eũ actionem de faciendo nullã habere nõ dubito.

Tertia exceptio eſt: Niſi non in littore maris, ſed in ripa fluminis ædificet. Hæc exceptio approbatur l. 15. ff. de adq. rer. dom. his uerbis: Qui autem in ripa fluminis ædificat, non ſuum facit. *Huic ſimilis eſt cauſa, ſi quis in aliena tabula pinxerit. nã & huic tabulæ dominium eo adquiritur: de quo paulo ſuperius cauſa prox. except. 1.*

XII. *Cauſa. Si ſpecies ex aliena materia ſit facta, ei qui fecit, materia illa adquiritur. Hæc cauſa approbatur, declaratur, ſimul & diſtinguitur Inſtit. de rer. diuiſ. §. quum ex aliena, hiſce uerbis:* Quum ex aliena materia ſpecies aliqua facta ſit ab aliquo, quæri ſolet, quis eorum naturali ratione dominus ſit: utrum is qui fecerit, an potius ille qui materiæ dominus fuerit. Vt ecce, ſi quis ex alienis uuis, aut oliuis, aut ſpicis, uinum, aut oleum, aut frumentum feeerit, aut ex alieno auro, uel argento, uel ære uas aliquod fecerit, uel ex alieno uino & melle mulſum miſcuerit, uel ex medicamentis alienis emplaſtrum, aut collyrium compoſuerit, uel ex aliena lana ueſtimentum fecerit, uel ex alienis tabulis nauem, uel armarium, uel ſubſellia fabricauerit. Et poſt multam Sabinianorum & Proculianorum ambiguitatem, placuit media ſententia exiſtimantium: Si ea ſpecies ad priorem & rudem materiam reduci poſsit, eum uideri dominum eſſe qui materiæ dominus fuerit: ſi non poſsit reduci, eum potius intelligi dominum qui fecerit. ut ecce, uas conflatum poteſt ad rudem materiam æris, uel argenti, uel auri reduci: uinum autem, uel oleũ, aut frumentum, ad uuas, uel oliuas, uel ſpicas reuerti non poteſt: at ne mulſum quidem ad uinum & mel reſolui poteſt, &c. *Concordat l. 7. §. cum quis ex. ff. de adquir. rer. dom. his uerbis:* Cum quis ex aliena materia ſpeciem aliquam ſuo nomine fecerit: Nerua & Proculus putant hunc dominum eſſe qui fecerit: quia quod factum eſt, antea nullius fuerit. Sabinus & Caſsius magis naturalem rationem efficere putant, ut qui materiæ dominus fuerit, idem eius quoque quod ex eadem materia factum ſit, dominus ſit: quia ſine materia nulla ſpecies effici poſsit. ueluti ſi ex auro uel argento, uel ære tuo aliquod uas fecero, uel ex tabulis tuis nauem, aut armarium, aut ſubſellia: uel ex lana tua ueſtimentum: uel ex uino & melle tuo mulſum: uel ex medicamentis tuis emplaſtrum, aut collyriom: uel ex uuis, aut oliuis, aut ex ſpicis tuis uinum, uel oleum, uel frumentum. Eſt tamen etiam media ſententia rectè exiſtimantium, ſi ſpecies ad materiam reuerti poſsit, uerius eſſe quod Sabinus & Caſsius ſenſerũt: ſi non poſsit reuerti, uerius eſſe quod Neruæ & Proculo placuit. Vt ecce, uas conflatum ad rudem maſſam auri, uel argenti, uel æris reuerti poteſt: uinum uerò, uel oleum, uel frumentum ad uuas, & oliuas, & ſpicas reuerti non poteſt: ac ne mulſum quidem ad mel & uinum, uel emplaſtrum aut collyria ad medicamenta reuerti poſſunt. *Concordat item l. 27. §. ubi ſimul. ff. eod. tit. his uerbis:* Vbi ſimul plura contribuũtur, ex quibus unum medicamentum ſit, aut coctis odoribus unguenta facimus: nihil hic ſuũ uerè dicere poteſt prior dominus. quare potiſsimũ eſt exiſtimari cuius nomine factum ſit, eius eſſe. *Propoſitæ cauſæ exceptio prima hæc eſt: Niſi ſpecies facta ad priorem & rudem materiam reuerti poßit. quæ exceptio conſtat ex uerbis iam propoſitis hiſce:* Eſt tamẽ etiam media ſententia rectè exiſtimantium, &c. *Item uerbis paulo ſuperius propoſitis hiſce:* Et poſt multã Sabinianorum & Proculianorũ ambiguitatem, &c. *Cõcordat item l. 24. ff. de adq. rer. dom. his uerbis:* In omnibus quæ ad eandem ſpeciem reuerti poſſunt, dicendum eſt, ſi materia manente ſpecies duntaxat fortè mutata ſit: ueluti ſi ex ære meo ſtatuam, aut ex argento ſcyphum feciſſes, meum dominium manere eorum. *Planè exceptionis propoſitæ replicatio prima hæc eſt: Niſi uoluntate domini ex eius materia alius ſibi ſpeciem fecerit. Quæ replicatio approbatur l. 25. ff. eod. tit. hiſce uerbis:* Niſi uoluntate domini alterius nomine id factum ſit. propter conſenſum enim domini tota res eius ſit, cuius nomine facta eſt. *Secunda replicatio eſt: Niſi ſpeciei iam factæ alienam materiam adiecerit. de qua re dictum eſt ſuprà, cauſa 10. & exemplum eſt l. 27. in prin. ff. de adquir. rer. dom. ubi Pomponius:* Si tuum ſcyphum (*inquit*) alieno plumbo plumbaueris, alienoue argento ferruminaueris, non dubitatur ſcyphum tuum eſſe, & à te rectè uendicari. *Aliud exemplum eſt l. 61. ff. de rei uendicat. ubi Iulianus:* Minutius interrogatus (*inquit*) ſi quis nauem ſuã aliena materia refeciſſet, nũ nihilominus eiuſdem nauis maneret? reſpondet, manere: ſed ſi in ædificanda ea idem feciſſet, nõ poſſe. nam proprietas totius nauis carinæ cauſam ſequitur. *Carinam hic puto accipiendam pro materia, ut ſit idem ac ſi dixiſſet Iuriſconſultus, Materiæ cauſam ſequitur, ut is qui materiæ dominus eſt, etiam nauis ſit dominus: quoniam nauis facta ad eandem materiam reduci ac reſolui poteſt. Planè ſi ex ligno alterius quis tabulas fecit, & ex illis tabulis nauẽ: hoc caſu quoniã tabulæ ad priorẽ materiã reduci non poſſunt, nauis eius eſt qui eam fecit, non eius cuius fuerunt ligna: quod loco tertiæ replicationis notandum, quæ approbatur l. 26. in princip. ff. de adquir. rer. dom. hiſce uerbis:* Sed ſi ex meis tabulis

tabulis nauem feciſſes, tuam nauem eſſe: quia cupreſſus non maneret, ſicut nec lana ueſtimento facto, ſed cupreſſeum aut laneum corpus fieret. *Quarta propoſitæ exceptionis replicatio eſt: Niſi quis ex ſua & aliena materia ſpeciem fecerit. tunc enim quamuis ſpecies ad priorem materiam reduci poßit, tamen perinde habendum, ac ſi reduci non poßit: ut is dominus ſit ſpeciei, qui eam fecit, non is cuius fuit materia. quæ replicatio approbatur inſtitut. de rer. diuiſ. §. quum ex aliena. in fin. hiſce uerbis:* Quòd ſi partim ex ſua materia, partim ex aliena ſpeciem aliquam fecerit quis: dubitandum nõ eſt, hoc caſu eum eſſe domioum qui fecerit, quum uon ſolùm operam ſuam dederit, ſed & partem eiuſdem materiæ præſtiterit. *Hæc de prima propoſitæ cauſæ exceptione. Secunda exceptio eſt: Niſi ſciens materiam alienam eſſe, ex ea ſpeciem fecerit. quæ exceptio approbatur l. 12. §. ſi quis ex. ff. ad exhibendum, hiſce uerbis:* Si quis ex uuis meis muſtum fecerit, uel ex oliuis oleum, aut ex laois ueſtimenta, cum ſciret hæc aliena eſſe: utriuſq; nomioe ad exhibẽdum actione tenebitur: quia quod ex re noſtra fit, noſtrum eſſe uerius eſt. *Tertia exceptio eſt: Niſi alterius, non ſuo nomine fecerit. Hæc exceptio approbatur l. 27. §. ubi ſimul. in fin. ff. de adquir. rer. dom. uerbis ĩ. ead. cauſa in princip. propoſitis. hiſce:* Potiſsimum eſt exiſtimari, cuius nomine factum ſit, eius eſſe.

Quarta exceptio eſt: Niſi ex alienis ſpicis frumentum quis fecerit. quæ exceptio approbatur l. 7. § cum quis ex aliena. in fin. ff. de adquir. rer. dom. hiſce uerbis: Videtur mihi rectè quidam dixiſſe, non debere dubitari quin ex alienis ſpicis excuſſum frumeotum eius ſit, cuius & ſpicæ fuerint. Cum enim grana, quæ ſpicis continentur, perfectam habeant ſuam ſpeciem: qui excutit ſpicas, non nouam ſpeciem facit, ſed eam quæ eſt detegit. *Hiſce uerbis exceptio propoſita approbatur. nec ei contrarium debet uideri, quòd compilatores Inſtitutionum iam propoſita uerba in Inſtitutionibus ſuis omiſerint, cum proximè præcedentia uerba poſuerint, hæc ſcilicet:* Vinũ uerò, uel oleũ, uel frumentum, ad uuas, uel oliuas, uel ſpicas reuerti non poteſt, &c. *Vbi gloſſa Inſtitutionum colligit: Ergo frumentũ cedit ſpecificanti, & iam dicta uerba,* Videtur mihi rectè quidã, *&c. adducit pro antinomia, quaſi hoc nouum ſit in Inſtitutionibus, quòd in exponenda aliqua lege Digeſtorum in medio eius deſiſtunt, nec ob id ſequentia omiſſa improbantur. Quinta exceptio eſt: Niſi quis alienam lanam aut purpuram tinxerit. hæc enim non quaſi ſpecies ex aliena materia facta ſit, habendum eſt, ſed lana uel purpura manet eius cuius fuit. Quæ exceptio approbatur l. 26. §. fin. ff. de adquir. rerum dominio, hiſce uerbis:* Si meam lanam infeceris, aut purpuram intinxeris, oihilominus meam eſſe, Labeo ait: quia nihil intereſt inter purpuream lanam, & eam quę in lutum aut cœnum cecidiſſet, atq; ita priſtinum colorem perdidiſſet.

XIII. *Cauſa. Si duorum materiæ confuſæ fuerint, corpus inde factum utriuſq; commune eſt. quod approbatur Inſtitut. de rer. diuiſ. §. ſi duorum, hiſce uerbis:* Si duorum materiæ uoluntate dominorum confuſæ ſint, totum id corpus quod ex confuſione fit, utriuſq; commune eſt: ueluti ſi qui uina ſua confuderint, aut maſſas argenti uel auri conflauerint. *Concordat l. 7. §. uoluntas. ff. de adquir. rer. dom. his uerbis:* Voluntas duorum dominorum miſceotium materias, commune totum corpus efficit, ſiue eiuſdem generis ſint materiæ: ueluti ſi uina miſcuerint, uel argentum conflaueruot: ſiue diuerſæ, ueluti ſi alius uinum contulerit, alius mel: uel alius aurum, alius argentum: quamuis mulſum & electrum noui corporis ſit ſpecies. Sed etſi ſine uoluntate dominorum caſu confuſæ ſint duorum materiæ uel eiuſdem generis uel diuerſæ: idem iuris eſt. *Concordat item l. 27. in prin. ff eod. tit. his uerbis:* Quidquid infecto argento alieni argenti addideris: nõ eſſe totum tuum argentum, fatendum eſt. At cootrà, ſi tuum ſcyphum alieno plumbo plumbaueris, alienoue argento ferruminaueris: non dubitatur ſcyphum tuum eſſe, & à te rectè uindicari. *Concordat item l. 3. §. fin. ff. de rei uendicat. cuius uerba uide paulo inferius except. 3 Huius cauſæ exceptio prima hæc eſt: Niſi diuerſi generis materiæ ſint. Hæc exceptio reprobatur uerbis iam propoſitis hiſce:* Siue eiuſdem generis ſint materiæ, &c. *Concordat Inſtit. d. §. ſi duorum, hiſce uerbis:* Sed etſi diuerſæ materię ſint; & ob id propria ſpecies facta ſit, fortè ex uino & melle mulſum, aut ex auro & argento electrum, idem iuris eſt. nam & hoc caſu communem eſſe ſpeciem non dubitatur. *Secunda exceptio eſt: Niſi ſine utriuſq; domini uoluntate materiæ ſint confuſæ. Et hæc exceptio reprobatur Inſtitut. d. §. ſi duorum, hiſce uerbis:* Quòd ſi fortuitò, & non uoluntate dominorum, confuſæ fueriot uel eiuſdem generis materiæ, uel diuerſæ, idem iuris eſſe placuit. *Concordat d. l. 7. §. uoluntas. in fine, uerbis ſuprà propoſitis hiſce:* Sed etſi ſine uoluntate dominorũ caſu confuſæ ſint, &c. *Planè admittitur exceptio propoſita in quibuſdam caſibus. Nam ſi materiæ ſeparari poſſunt, corpus non fit commune ſine alterius uoluntate factum. Quod approbatur l. 12. §. fin. ff. de adquir. rer. dom. hiſce uerbis:* Si ex ære meo & argento tuo conflato aliqua ſpecies facta ſit, non erit ea

noſtra

noſtra communis: quia cum diuerſa materia ęs atq; argentum ſit, ab aurificibus ſeparari, & in priſtinā materiam reduci ſolet. *Concordat l.5.§. ſed ſi plumbum. ff. dei rei uend. ubi Vlpianus:* Sed ſi plumbum (*inquit*) cum argento miſtum ſit, quia deduci poteſt, non communicabitur, nec communi diuidundo agetur, quia ſeparari poteſt: agetur aūt in rem actione. Sed ſi deduci (*inquit*) non poſsit, utputa ſi æs & aurum miſtū fuerit, pro parte eſſe uendicandum. *Nequaquā erit dicendum, quod de mulſo dictum eſt: quia utraq; materia etſi confuſa ſit, manet tamen. Secundò admittitur exceptio propoſita: ſi utraq; materia etſi confuſa ſit, in ſua ſubſtantia maneat. quæ diſtinctio approbatur uerbis iam propoſitis hiſce:* Sed ſi deduci non poſsit, &c. *Concordat Inſt. de rerum diuiſ. §. quòd ſi frumentum, his uerbis:* Quòd ſi frumentum Titij frumento tuo miſtum fuerit, ſiquidem uoluntate ueſtra commune eſt: cum ſingula corpora, id eſt ſingula grana, quæ cuiuſq; propria fuerunt, conſenſu ueſtro cōmunicata ſunt. Quod ſi caſu id miſtum fuerit, uel Titius id miſcuerit ſine tua uolunrate, non uidetur commune eſſe: quia ſingula corpora in ſua ſubſtantia durant. Sed nec magis iſtis caſibus commune frumentum, quàm grex intelligitur eſſe communis, ſi pecora Titij tuis pecoribus miſta fuerint. Sed ſi ab alterutro ueſtrûm totum id frumentum retineatur, in rem quidem actio pro modo frumenti cuiuſq; comperit, arbitrio autem iudicis continetur ut ipſe æſtimet, quale cuiuſq; frumentum fuerit. *Concordat l.5. in prin. ff. de rei uendicat. his uerbis:* Pomponius ſcribit, ſi frumentum duorum non uoluntate eorum confuſum fuerit: competit ſingulis in rem actio in id, in quantum apparet in illo aceruo ſuum cuiuſq; eſſe. Quòd ſi uoluntate eorum commixta ſunt: tunc communicata uidebuntur, & erit Communi diuidundo actio. *Tertiò admittitur exceptio propoſita, ſi corpus ex confuſione factum, aliam ſpeciem aſſumpſerit. de qua diſtinctione uide ↄ. except. 4. Hæc de ſecunda exceptione. Tertia exceptio eſt: Niſi incertum ſit quantum quiſq; in maſſa confuſa habeat. Hæc exceptio reprobatur l.3. §. fin. ff. de rei uendicat. hiſce uerbis:* Pomponius ſcribit, ſi quid quod eiuſdem naturæ eſt, ita confuſum eſt atque commiſtum, ut diduci & ſeparari non poſsit: non totum, ſed pro parte eſſe uindicandum, utputa meum & tuum argentum in maſſam redactum eſt, erit nobis commune: & unuſquiſque pro rata ponderis, quod in maſſa habemus, uendicabimus, etſi incertum ſit quantum quiſque ponderis in maſſā habeat. *Quarta exceptio eſt: Niſi corpus ex confuſione factum, aliam ſpeciem aſſumpſerit. Hæc exceptio approbatur l.5.§.1. ff. de rei uendicat. hiſce uerbis:* Pomponius ſcribit, ſi ex melle meo & uino tuo factum ſit mulſum, quoſdam exiſtimaſſe id quoque communicari. ſed puto uerius (ut & ipſe ſignificat) eius potius eſſe qui fecit: quoniam ſpeciem priſtinam non retinet. *Concordat Inſtitut. de rer. diuiſ. §. quòd ſi partim ex ſua. cuius uerba uide ↄ. cauſa proxim. except. 1. repl. 4. Planè propoſitæ exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi utriuſque uoluntate corpus confuſum ſit. tunc enim inter eos communicatur, quamuis aliam ſpeciem aſſumpſerit. quæ replicatio approbatur l.7.§. uoluntas: ibi quāuis. ff. de adquir. rer. dom. cuius uerba uide ↄ. ead. cauſa in prin. Concordat Inſtitut. eod. tit. §. ſi duorum. ibi: ſed etſi. cuius uerba uide ↄ. ead. cauſa, except. 1. plures huiuſmodi exceptiones uide ↄ. except. 2. diſtinct. 1. cum ſequentibus. Hæc de XIII. adquirendi dominij cauſa.*

XIIII. *Cauſa. Si quid ex animalibus noſtris natum eſt, id noſtrum eſt. Hæc cauſa approbatur l.6. ff. de adquir. rer. dom. hiſce uerbis:* Item quæ ex animalibus dominio noſtro ſubiectis nata ſunt, eodem iure gentium noſtra ſunt. *Concordat l.2. ff. eod. tit. his uerbis:* Omnia animalia quæ terra, mari, cœlo capiuntur, id eſt feræ beſtiæ, uolucres, piſces, capientium fiunt: uel ea quæ ex his apud nos ſunt edita. *Huius cauſæ exceptio prima hæc eſt: Niſi animal tempore natiuitatis ſit alienatum. tunc enim id quod naſcitur, non ei qui alienauit, ſed ei cui alienatum eſt adquiritur. quæ exceptio approbatur l.12. C. de rei uendicat. his uerbis:* Inciuile atq; inuſitatum eſt quod poſtulas, ut mancipium quod tradidiſti, & eo modo dominium eius tranſtuliſti, inuito eo ex noſtro reſcripto tibi adſignetur. Vnde intelligis ancillæ ſemel emptoris factæ filios etiam poſtea natos eius dominium ſequi, cuius mater eorum eo tempore fuerit. Sanè de precio, ſi non hoc antè probatum fuerit te recepiſſe, conueni aduerſarium tuum. *Concordat l. ultim. ff. de adquir. rer. dom. his uerbis:* Cum prægnans mulier legata aut uſucapta, aliouè quo modo alienata, pariet: eius fiet partus, cuius eſt ea cum enitetetur: non cuius tunc fuiſſet, cum conciperet. *Secunda exceptio eſt: Niſi ex matre aliena natum ſit. tunc enim quamuis ex mare noſtro conceptum ſit, non tamen id quod naſcitur noſtrum eſt, ſed eius cuius mater eſt. quæ exceptio approbatur l.7. C. de rei uēdic. his uerbis:* Partū ancillæ matris ſequi conditionē, nec ſtatū patris in hac ſpecie cōſiderari, explorati iuris eſt. *Concordat l.5. §. idem ſcribit. ff. eod. tit. his uerbis:* Pomponius ſcribit. Si equā meam equus tuus prægnantem fecerit: non eſſe tuum

ſed

ſed meum quod natum eſt.

X V. Cauſa. *Si quid ex ea re perceperimus, cuius uſumfructum habemus, id noſtrum fit. de qua cauſa aliquando in loco de uſufructu tractabitur.*

X VI. Cauſa. *Si quid ex ea re quam bona fide poſſidemus, perceperimus. Hæc cauſa approbatur Inſt. de rer. diuiſ. §. ſi quis à non domino, &c. biſce uerbis:* Si quis à nõ domino, quem dominum eſſe crediderit, bona fide fundum emerit, uel ex donatione, aliaúe qualibet iuſta cauſa æquè bona fide acceperit: naturali ratione placuit, fructus quos percepit, eius eſſe pro cultura & cura. Et ideo ſi poſtea dominus ſuperuenerit, & fundum uendicet, de fructibus ab eo conſumptis agere non poteſt. *Concordat l. 48. in prin. ff. de adquir. rer. dom. cuius uerba uide paulo inferius except. 2. Concordat item d. l. 48. §. fin. his uerbis:* Et ouium fœtus ſunt in fructu. Et ideo ad bonæ fidei emptorem pertinent, etiamſi prægnantes uenierint, uel ſubreptæ ſint. Et ſanè quia lac ſuum faciat (quamuis plenis uberibus uenierint) dubitari nõ poteſt. Idemq; in lana iuris eſt. *Concordat item l. 25. §. in alieno. ff. de uſuris, his uerbis:* In alieno fundo, quem Titius bona fide mercatus fuerat, frumentũ ſeuit: an Titius bonæ fidei emptor perceptos fructus ſuos faciat? Iulianus reſpondit, quoad fructus, qui ex fundo percipiuntur, intelligi debet propius eis accedere quæ ſerui operis ſuis adquirunt: quoniam in percipiendis fructibus magis corporis ius ex quo percipiuntur, quàm ſeminis, ex quo oriuntur, inſpicitur. Et ideo nemo unquam dubitauit, quin ſi in meo fundo frumentũ tuum ſeuerim, ſegetes & quod ex meſsibus collectum fuerit, meum fieret. Porrò bonæ fidei poſſeſſor in percipiendis fructib. id iuris habet, quod dominis prædiorum tributum eſt. Præterea cum ad fructuarium pertineant fructus à quolibet ſati: quanto magis hoc à bonæ fidei poſſeſſore recipiendum eſt, qui plus iuris in percipiendis fructibus habet? cũ fructuarij quidem non fiant, antequam ab eo percipiantur: ad bonæ fidei autem poſſeſſorem pertineat, ſi quoquo modo à ſolo ſeparati fuerint. Sic & eius qui uectigalem fundum habet, fructus fiunt ſimulatq; à ſolo ſeparati ſunt. *Propoſitæ cauſæ exceptio prima hæc eſt: Niſi mala fide ſciens rem alienam acceperit, ac poſſederit. Quæ exceptio approbatur d. §. ſi quis à non domino, &c. in fine, biſce uerbis:* Ei uerò qui alienũ fundum ſciens poſſederit, non idem conceſſum eſt. Itaq; cum fundo etiam fructus, licet conſumpti ſint, cogitur reſtituere. *Concordat d. l. 25. in prin. ff. de uſuris, his uerbis:* Qui ſcit fundum cum alio ſibi cõmunem eſſe: fructus quos ex eo percipit inuito uel ignorante ſocio, non maiore ex parte ſuos facit, quàm ex qua dominus prædij eſt: nec refert ipſe an ſocius, an uterq; eos ſeuerit: quia omnis fructus nõ iure ſeminis, ſed iure ſoli percipitur. Et quemadmodum ſi totum fundum alienũ quis ſciẽs poſsideat, nulla ex parte fructus ſuos facit, quoquo modo ſati fuerint: ita qui communem fundum poſsidet, non faciet fructus ſuos pro ea parte qua fundus ad ſocium eius pertinebit. *Concordat item l. 40. ibi: quia etſi. ff. de adq. rer. dominio. cuius uerba uide J. cap. prox. reg. 6. exc. 2. repl. 2. Planè propoſitæ exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi initium poſſeſsionis iuſtum fuerit. Quæ replicatio approbatur l. 25. §. fin. ff. de uſuris, biſce uerbis:* Bonæ fidei emptor ſeuit, & antequam fructus perciperet, cognouit fundũ alienum eſſe: an perceptione fructus ſuos faciat, quæritur? Reſpõdit Iulianus: Bonæ fidei emptor, quoad percipiẽdos fructus, intelligi debet, quãdiu euictus fundus nõ fuerit. Nam & ſeruus alienus, quem bona fide emero, tã diu mihi ex re mea uel operis ſuis acquirit, quamdiu à me euictus nõ fuerit. *Planè biſce uidetur repugnare l. 48. §. in contrarium. ff. de adquirend. rer. dom. cuius hæc ſunt uerba:* Quæritur, ſi eo tempore quo mihi res traditur, putem uendentis eſſe, deinde cognouero alienam eſſe: quia perſeuerat per longũ tempus uſucapio, an fructus meos faciam? Puto uerendum, ne non ſit bonæ fidei poſſeſſor, quamuis capiat: hoc enim ad ius, id eſt ad uſucapionem, illud ad factum pertinere, ut quis bona aut mala fide poſsideat. Nec contrariũ eſt, quòd longum tempus currit: nam è contrario is qui non poteſt capere propter rei uitium, fructus ſuos facit. *Secunda replicatio eſt: Niſi auctor malæ fidei poſſeſſoris bona fide poſſederit. Hæc replicatio in hærede quidem reprobatur l. 40. in prin. ibi: Et multo magis. ff. de adq. rer. dom. cuius uerba uide J. cap. prox. reg. 6. except. 2. repl. 1. Tertia replicatio hæc eſt: Niſi poſſeſſor ipſe fructus ſeuerit. Quæ replicatio reprobatur l. 25. in prin. ff. de uſuris, biſce uerbis:* Nec refert, ipſe an ſocius, an uterq; eos ſeuerit: quia omnis fructus non iure ſeminis, ſed iure ſoli percipitur. *Hæc de prima exceptione cum ſuis replicationibus. Secunda exceptio hæc eſt: Niſi non ſua diligentia & opera fructus perceperit bonæ fidei poſſeſſor, ſed aliunde. Hæc exceptio reprobatur l. 48. in prin. ff. de adq. rer. dom. biſce uerbis:* Bonæ fidei emptor non dubiè percipiendo fructus, etiam ex aliena re ſuos interim facit, non tantum eos qui diligentia & opera eius prouenerunt, ſed omnes: quia quod ad fructus attinet, loco domini penè eſt. *Tertia exceptio hæc eſt: Niſi*

nondum

nondum perceperit fructus bonæ fidei poſſeſſor. Et *hæc exceptio reprobatur d.l.48.in prin.hiſce uerbis:* Deniq; etiam priuſquam percipiat, ſtatim ubi à ſolo ſeparati ſunt, bonæ fidei emptoris fiunt. *Concordat l.25. §. preterea. ff. de uſuris. cuius uerba uide ſ. ead. cauſa in prin. Quarta exceptio talis eſt: Niſi talis ſit res quæ poßidetur, quæ longo tempore uſucapi non poßit. Et hæc exceptio reprobatur d.l.48.in prin.hiſce uerbis:* Nec intereſt ea res, quam bona fide emi, longo tempore capi poſsit, nec ne. ueluti ſi pupilli ſit, aut ui poſſeſſa, aut præſidi cõtra legem repetundarum donata, ab eoq; poſtea alienata ſit bonæ fidei emptori. *Concordat d.l.48.§.penult.ibi: nam econtrariò. cuius uerba uide ſ. except.1.repl.1. Quinta exceptio eſt: Niſi bonæ fidei poſſeſſor in rei uendicatione ſumptus in rem factos, per exceptionem ſibi reſtitui deſideret: tunc enim perceptorum fructuum ratio atq; compenſatio habenda eſt. Quæ exceptio approbatur l.48. ff. de rei uendic. cuius uerba uide j. cap.8. reg.7. exc.6. Plures propoſitæ cauſæ exceptiones alibi proponentur de fructib.*

XVII. *Cauſa. Traditio. Hæc cauſa approbatur Inſt. de rer. diuiſ. §. per traditionem, hiſce uerbis:* Per traditionem quoq; iure naturali res nobis adquiruntur. Nihil enim tam conueniens eſt naturali æquitati, quàm uoluntatẽ domini, uolentis rem ſuam in alium transferre, ratam haberi: & ideo cuiuſcunq; generis ſit corporalis res, tradi poteſt, & à domino tradita alienatur. *Concordat l. 9. §. hæ quoq; res. ff. de adquir. rer. dom. his uerbis:* Hę quoque res quæ traditione noſtræ fiunt, iure gentium nobis adquiruntur. Nihil enim tam conueniens eſt, &c. *ut ſ. Concordat item l.12. in prin. C. de rei uendicat. cuius uerba uide ſ. cauſa 14. exc. 1. Exceptiones huius cauſæ uide j. cap. 4. cauſa 2.*

XVIII. *Cauſa. Contractus, ex quo res ita datur, ut fiat accipientis: ut eſt emptio, donatio, permutatio, &c. Ex huiuſmodi contractibus transfertur quidem dominiũ, ſed non niſi res fuerit tradita. Eſt igitur huius loci exceptio talis: Niſi res nondum fuerit tradita. Quæ exceptio approbatur l. 20. C. de pactis, his uerbis:* Traditionibus & uſucapionibus dominia rerum, non nudis pactis transferuntur. *Concordat l.8. in prin. C. de act. empti & uenditi, ubi Imper. Diocletianus:* Si pater tuus (*inquit*) uendidit portionem ſuam, nec induxit emptorem in uacuã poſſeſsionem prædij, ius omne penes ſe eum retinuiſſe certum eſt. *Cõcordat Inſt. de empt. & uend. §. aliq; tamẽ, hiſce uerbis:* Qui nondũ rẽ emptori tradidit, adhuc ipſe dominus eſt. *Cõcordat item l. 40. ff. de act. empti & uenditi, his uerbis:* Quintus Mutius ſcribit, dominus fundi de prædio arbores ſtãtes uẽdiderat: pro his rebus pecuniã acceperat, & cũ eas tradere nolebat, emptor quęſijt quid ſe facere oporteret? & uerebatur ne hæ arbores eius nõ uiderentur factæ. Pomponius. Arborum quæ in fundo continentur, non eſt ſeparatum corpus à fundo. Et ideo ut dominus ſuas ſpecialiter arbores uindicare emptor non poteſt, ſed ex empto habet actionem. *Concordat item l.50. ff. de rei uendicat. his uerbis:* Si ager ex emptionis cauſa ad aliquem pertineat, non rectè hac actione agi poterit, antequã traditus ſit ager, & tũc poſſeſsio amiſſa ſit. *Concordat item l.27. C. eod. tit. his uerbis:* Seruum emptor non traditum ſibi, præſentem uindicare non poteſt. *Concordat item l. 3. C. de his quià non domino manumißi, his uerbis:* Qui tibi hæreditatem uendidit, antequam res hæreditarias traderet, dominus earum perſeuerauit. *Planè exceptio propoſita ſuas habet Replicationes, quarum prima hæc eſt: Niſi tempore contractus, is cui res eſt alienata, eam teneat. Quæ replicatio approbatur Inſt. de rer. diuiſ. §. interdum, hiſce uerbis:* Interdum etiam ſine traditione nuda uoluntas domini ſufficit ad rem transferendum: ueluti ſi rem quam tibi aliquis commodauerit, aut locauerit, aut apud te depoſuerit: poſtea aut uendiderit tibi, aut donauerit, aut dotis nomine dederit. Quãuis enim ex ea cauſa tibi eam non tradiderit, eo tamen ipſo quod patitur tuam eſſe, ſtatim tibi adquiritur proprietas, perinde ac ſi eo nomine tibi tradita fuiſſet. *Concordat ijſdem uerbis l. 9. §. interdum. ff. de adquir. rer. dom. item concordat l.21. §. fin. ff. eod. tit. his uerbis:* Si rem meam poſsideas, & eam uelim tuã eſſe: fiet tua, quamuis poſſeſsio apud me non fuerit. *Concordat item l. 46. ff. de rei uendicat. cuius uerba uide j. cauſa prox. item concordat l. 76. in fine. ff. eod. tit. cuius uerba uide j lib. 23. cap. 2. cauſa 11. concordat item l. 9. §. 1. ff. de Publiciana in rem, his uerbis:* Si quis rem apud ſe depoſitã uel ſibi commodatam, uel pignori datam, emerit: pro tradita erit accipienda, ſi poſt emptionem apud eum remanſit. Sed etſi præceſsit traditio emptionem, idem erit dicendum. *Secunda replicatio hæc eſt: Niſi mercibus in horreo repoſitis uenditis, claues horrei emptori traditæ ſunt. Hæc replicatio approbatur Inſt. d. §. interdum. in fine de qua re uide plura j. lib. 23. cap. 2. cauſa 3. Tertia replicatio eſt: Niſi alij noſtro nomine ſit tradita. de qua re uide j. cap. 2. reg. 9. except. 1. cum ſuis legibus. Quarta replicatio: Niſi emptor propria authoritate poſſeßionem rei emptæ occupauerit. Hæc replicatio reprobatur: de qua re uide j. lib. prox. cap. 6. pro emptore, except. 19. Quinta replicatio: Niſi hæres rem hæreditariam uendicet, uel legatarius rem legatam. hi enim quamuis poſſeßionem rei nondum fuerint nacti, tamen domini cenſentur. Quæ replicatio approbatur l.50. in fine. ff. de rei uendicat.*

uendicat. his uerbis: Sed hæres de eo quod hæreditari obuenerit, rectè agit rei uendicatione, etiamſi poſſeſsionem eius adhuc non habuerit. *Approbatur item quo ad rem legatam, l.66. in fine. ff. de furtis. ubi Martianus:* Ea quæ legantur (*inquit*) recta uia ab eo qui legauit, ad eum cui legata ſunt, tranſeunt. *Sexta replicatio eſt: Niſi is qui rem ſuam alienauit, eam antequam tradat, ab eo cui alienauit conducet: per hanc enim conductionem transfertur poſſeßio, et per poſſeßionem dominiũ ad eum qui locauit. de qua re uide J. lib. 21. cap. 2. cauſa 11. Septima replicatio eſt: Niſi quis domini uoluntate ſaxum exemerit, uel arborem ceciderit. hoc enim caſu quamuis nondũ abſtulerit, tamen dominium ſaxi uel arboris eſt translatum. quæ replicatio approbatur l.6. ff. de donationib. cuius uerba uide in Comment. donationum cap. 2. except. 33. repl. 5. Sed & plures huiuſmodi replicationes uide in d. cap. 2. inter cauſas adquirendæ poſſeßionis.*

X I X. *Cauſa. Litis æſtimatio. quæ cauſa approbatur l.46. ff. de rei uendicat. his uerbis:* Eius rei, quæ per in rem actionem petita tanti æſtimata eſt, quanti actor in litem iurauerit, dominium ſtatim ad poſſeſſorẽ pertinet: tranſegiſſe enim cũ eo, & decidiſſe uideor eo precio, quod ipſe conſtituit. *Concordat l.1. ff. pro emptore, his uerbis:* Poſſeſſor qui litis æſtimationem obtulit, pro emptore incipit poſsidere. *Concordat item l.3. ff. eod. tit. his uerbis:* Litis æſtimatio ſimilis eſt emptioni. *Huius cauſæ exceptio prima hæc eſt: Niſi is qui litis æſtimationem obtulit, rem nondum ſit nactus. Quæ exceptio approbatur l. 47. ff. de rei uendicat. his uerbis:* Hæc, ſi præſens res ſit: ſi abſens, tunc cum poſſeſsionem eius poſſeſſor nactus ſit ex uoluntate actoris. *Planè hoc caſu quamuis dominium non tranſeat in eum qui litis æſtimationem ſoluit: tamen duo alia remedia illi dantur, quibus rem perſequi poßit: primum quidem, quo deſiderare poteſt ut actor actionem ſuam ei cedat: alterum autem, quo officio Prætoris illi datur actio qua rem perſequi poßit. quæ duo remedia, replicationis loco hic notanda, proponuntur l.63. ff. de rei uendicatione, his uerbis:* Si culpa, non fraude quis poſſeſsionem amiſerit, quoniam pati debet æſtimationem, audiendus erit à iudice, ſi deſideret ut aduerſarius actionem ſuam cedat. Cum tamen prætor auxilium quandoque laturus ſit, quolibet alio poſsidente, ut nulla captione adficiatur. Ipſo quoque qui litis æſtimationem percepit poſsidente, adiuuari debet: nec facilè audiendus erit ille, ſi uelit poſtea pecuniam, quam ex ſententia iudicis periculo iudicati recepit, reſtituere. *Huius replicationis duplicatio hæc eſt: Niſi dolo, non culpa poſſeßionem amiſit is qui litis æſtimationem præſtitit. hoc enim caſu illi propoſita duo remedia denegantur. quæ duplicatio conſtat ex uerbis iam propoſitis hiſce:* Si culpa, non fraude quis poſſeſsionem amiſerit. *Concordat l.69. cum lege ſequente. ff. eod. tit. his uerbis:* Is qui dolo fecit quo minus poſsideret: hoc quoque nomine punitur, quod actor cauere ei non debet actiones, quas eius rei nomine habeat ſe ei præſtaturum. Nec quaſi Publicianam quidem actionem ei dandam placuit: ne in poteſtate cuiuſque ſit, per rapinam ab inuito domino rem iniuſto precio comparare. *Altera propoſitæ cauſæ exceptio eſt: Niſi is qui litis æſtimationem percepit rem poßidens, litis æſtimationem, quàm rem ipſam reſtituere malit. Hæc exceptio reprobatur uerbis d. l. 63. ſuprà propoſitis hiſce:* Ipſo quoque qui litis æſtimationem percepit poſsidente adiuuari debet: nec facilè audiendus erit ille, ſi uelit poſtea pecuniam, quam ex ſententia iudicis periculo iudicati recepit, reſtituere.

X X. *Cauſa. Si quis alienum quid in cenſum deducit, uel ſolennibus penſionibus pro alio ſatisfacit. Hæc cauſa reprobatur l. 64. ff. de adquir. rer. dom. his uerbis:* Quæ quiſque aliena in cenſum deducit, nihilo magis eius fiunt. *Concordat l.4. §. ſi cum ego. ff. de cenſibus, his uerbis:* Si cum ego fundum poſsiderem, profeſſus ſum, petitor autem eius non fuerit profeſſus: actionem illi manere placet. *Concordat l.4. C. de donationib. his uerbis:* Si functiones per eum cui donata res non erat, uel ab actoribus ipſius nomine celebratæ ſunt: tibi obeſſe non poteſt. *Concordat item l.8. C. eod. tit. cuius uerba uide in Comment. donat. cap. 2. except. 12. item concordat l.25. C. de rei uendicat. his uerbis:* Solennibus penſionibus rei pro alio ſatisfacientem, non interueniẽte uenditione, ſolutionis cauſa minimè dominum facit. *Planè admittitur cauſa propoſita primùm, ſi conſenſu domini alius rem eius in cenſum deduxit. quæ diſtinctio approbatur l.7. C. de donationibus. cuius uerba uide in Comment. de donationibus cap. 2. quæſt. 4. reg. 4. Secundo admittitur cauſa propoſita, ſi ceſſante proprietario uſufructuarius de damno infecto cauit, & ex ea cautione ſoluit. ex hac enim ſolutione eius rei dominium naniſcitur. quæ diſtinctio approbatur l.10. in fine. ff. de damno infecto. cuius uerba uide J. lib. 27. cap. 3. quæſt. 5. reg. 1. except. 3.*

X X I. *Cauſa. Si alius noſtra pecunia quid comparauit, hoc nobis adquiſitum uidetur. Quæ tamen cauſa reprobatur: de qua re uide J. cap. 3. reg. 3.*

¶ *Hactenus cauſæ, quibus iure naturali ſeu gentium res nobis adquiruntur, ſunt propoſitæ: ſequuntur nunc eæ, quibus res adquiruntur iure ciuili.*

X X I I. *Cauſa. Adrogatio. Hæc cauſa approbatur Inſt. de adquiſ. per adrog. in prin. his uerbis:* Eſt & alterius generis per uniuerſitatem

c ſucceſ-

ſucceſsio, quæ neque lege XII. Tabularum, neque prætoris edicto, ſed eo iure quod conſenſu receptum eſt, introducta eſt. Ecce enim cum paterfamiliâs ſeſe in adrogationem dat, omnes res eius corporales & incorporales, quæque ei debitæ ſunt, adrogatori antea quidem plsno iure adquirebatur. *Hiſce aerbis cauſa propoſita approbatur, ſed & diſtinguitur ibidem hiſce uerbis:* Exceptis ijs quæ per capitis deminutionem pereunt: quales ſunt operarum obligationes, & ius adgnationis. *Planè diſtinctio hæc ibidem ſubdiſtinguitur, his uerbis:* Vſus etenim, & uſusfructus, licet his antea connumerabantur, attamen capitis deminutione minima eos tolli prohibuit noſtra conſtituto. *Hæc conſtitutio habetur l. 16. in fine. C. de uſufructu. Planè propoſita cauſa in d. loco Inſt. de adq. per adrog. mutatur, hiſce aerbis:* Nunc autem nos eandem adquiſitionem, quæ per adrogationem fiebat, coarctauimus ad ſimilitudinem naturalium parentum. nihil enim aliud niſi tantummodo uſusfructus tam naturalibus parentibus quàm adoptiuis per filios familiarum adquiritur in ijs rebus, quæ extrinſecus filijs obueniunt, dominio eis integro ſeruato. *Concordat l. 6. C. de bonis quæ liberis, cuius uerba aide ſ. lib. 16. cap. 2. quæſt. 1. poſt except. 15. Cauſa igitur propoſita iure quidem antiquo approbatur, reprobatur autem iure nouo, quod ius nouum hanc recipit exceptionem: Niſi filius adrogatus mortuus fuerit. Quæ exceptio approbatur Inſt. d. loco, his uerbis:* Mortuo autem filio adrogato in adoptiua familia, etiam dominium rerum eius ad adrogatorem pertranſit: niſi ſuperſint aliæ petſonæ, quæ ex conſtitutione noſtra patrem in ijs quæ adquiri non poſſunt, antecedant. *Quæ autem ſint huiuſmodi perſonæ, uide in l. ult. C. Communia. de ſucceſſ.*

XXIII. *Cauſa. Addictio bonorum, libertatum conſeruandarum cauſa: de qua uide ſ. lib. 19. cap. 8. except. 7. repl. 7.*

XXIIII. *Cauſa. Bonorum debitoris emptio. Hæc cauſa reprobatur Inſt. de ſucceſſionibus ſublatis, in prin. his uerbis:* Erant ante prædictam ſucceſsionem olim & aliæ per uniuerſitatem ſucceſsiones: qualis fuerat bonorum emptio, quæ de bonis debitoris uendendis per multas ambages fuerat introducta: & tunc locum habebat, quando iudicia ordinaria in uſu fuerant. ſed cùm extraordinarijs poſteritas uſa eſt, ideo cum ipſis ordinarijs iudicijs etiam bonorum uenditiones expirauerunt, & tantummodo creditoribus datur officio iudicis bona poſsidere, & prout utile eis uiſum eſt ea diſponere: quod ex latioribus Digeſtorũ libris perfectius apparebit.

XXV. *Cauſa. Si libera mulier ſeſe alieno ſeruo iunxiſſet, cum libertate ſubſtantiam amittebat: eiusq; dominium dominus ſerui adquirebat. Quæ tamen cauſa iure nouo reprobatur, Inſt. de ſucceſſionibus ſublatis. §. fin. his uerbis:* Erat & ex Senatuſconſulto Claudiano miſerabilis per uniuerſitatem adquiſitio, cum libera mulier ſeruili amore bacchata, ipſam libertatem per ſenatuſconſultum amittebat, & cum libertate ſubſtantiam. quod indignum noſtris temporibus eſſe exiſtimantes, & à noſtra ciuitate deleri, & non inſeri noſtris Digeſtis conceſsimus. *Plura de cauſa propoſita uide ſ. lib. 19. cap. 3. cauſa 10.*

XXVI. *Cauſa. Per ius adcreſcendi, quæ definitur, ſimul & tollitur Inſt. de donationibus. §. fin. cuius aerba cum concordantibus uide ſ. lib. 10. cap. 6. except. 11. repl. 17. Hæc de cauſis, quibus iure ciuili res nobis adquirantur. Sunt autem & aliæ huiuſmodi cauſæ, utputa uſucapio, de qua ĵ. lib. prox. item legatum & fideicommiſſum, ſucceſſio tam ex teſtamento quàm ab inteſtato, &c. uerùm de his alibi tractabitur. Sunt autem exceptiones quædam generales aduerſas adquirendi dominij cauſas. de quib. dicetur ĵ. cap. 4. & cap. 5.*

DE PERSONIS, PER QVAS nobis adquiritur.

Cap. II.

I. *Regula. De ijs qui ſunt in noſtra poteſtate: per eos nobis adquiritur. Quæ regula approbatur Inſt. per quas perſ. cuiq; adquir. in prin. his uerbis:* Adquiritur uobis non ſolum per uoſmetipſos, ſed etiam per eos quos in poteſtate habetis. *Concordat Inſt. per quas perſ. nob. oblig. adq. in prin. his uerbis:* Admonendi ſumus, adquiri nobis non ſolùm per noſmet ipſos. ſed per eas quoq; perſonas, quæ in noſtra poteſtate ſunt: ueluti per ſeruos & filios noſtros: ut tamen quod per ſeruos noſtros nobis adquiritur, totum noſtrum fiat: quod autem per liberos quos in poteſtate habemus, ex obligatione fuerit adquiſitum, hoc diuidatur ſecundum imaginem rerum proprietatis & uſusfructus, quam noſtra decreuit conſtitutio: ut quod ab actione commodum perueniat, huius uſumfructum quidem habeat pater, proprietas autem filio ſeruetur, ſcilicèt patre actionem mouente ſecundum nouellæ noſtræ conſtitutionis diuiſionem. *Ait Imp.* Quod autem per liberos, &c. *De hac re uide ſ. lib. 16. cap. 2. quæſt. 1. Concordat item regulæ propoſitæ l. 10. in prin. ff. de adq. rer. dom. cuius uerba uide ĵ. reg. 5. item concordat l. 53. ff. eod. tt. cuius uerba uide ĵ. reg. 9. except. 1. item concordat l. 63. in prin. ff. eod. tt. cuius uerba aide ſ. cap. prox.*

cauſa

cauſa 4. except. 7. Concordat item l. 78. ff. de adquir. hæred. ubi Vlpianus: Placet, quoties adquiritur per aliquē hæreditas, uel quid aliud, ei cuius quis in poteſtate eſt, confeſtim adquiri ei cuius eſt in poteſtate: neq; momento aliquo ſubſiſtere in perſona eius, per quem adquiritur, & ſic adquiri ei cui adquiritur. *Porrò in poteſtate noſtra ſunt, liberi & ſerui noſtri: de quibus ſingulis ſeparatim dicendum.*

II. *Regula. De liberis noſtris quos in poteſtate habemus. Per hos iure quidem antiquo dominium, iure uerò nouo uſusfructus tantum adquiritur. de qua re dictum ſ. lib. 16. cap. 2.*

III. *Regula. De ſeruis proprijs. Per hos nobis adquiritur. Quæ regula tum ex prædictis conſtat, tum approbatur etiam Inſt. per quas perſ. cuiq; adq. §. item uob. adquir. his uerbis:* Item uobis adquiritur, quod ſerui ueſtri ex traditione naniſcuntur, ſiue quid ſtipulentur, ſiue ex donatione, uel ex legato, uel ex qualibet alia cauſa adquirát. Hoc enim uobis ignorantibus & inuitis obuenit. Ipſe enim ſeruus, qui in poteſtate alterius eſt, nihil ſuū habere poteſt. *Concordat iiſdem propè uerbis l. 10. §. igitur quod ſerui. ff. de adquir. rer. dom. Concordat item l. 63. in prin. ff. eod. tit. cuius uerba uide ſ. cap. prox. cauſa 4. except. 7. item concordat l. 1. in fine. C. per quas perſonas nobis adq. his uerbis:* Seruis res traditæ dominia quæruntur. *Concordat item Inſt. de his qui ſui uel alieni. §. in poteſtate ibi: & quodcunq; cuius uerba uide ſ. lib. 19. cap. 1. quæſt. 1. Concordat iiſdem uerbis l. 1. §. 1. ibi: Et quodcunq; ff. de his qui ſui uel, &c. Huius regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi dominus ignoret, uel nolit ſibi adquiri. quæ tamen exceptio reprobatur iam dictis uerbis hiſce:* Hoc enim uobis ignorantibus & inuitis obuenit. *Concordat l. 32. ff. de adquir. rer. dom. ubi Vlpianus:* Etiam inuitis nobis (*inquit*) per ſeruos noſtros adquiritur, penè ex omnibus cauſis. *Ait Iuriſconſultus,* Penè ex omnibus cauſis. *Hoc ideo, quia ſi ſeruus ſit hæres inſtitutus, non niſi uolente & iubente domino hæreditatem poteſt adire.* [a] *Secunda exceptio eſt: Niſi ſeruus alterius nomine ſe accipere dixerit. Quæ exceptio approbatur l. 37. §. quod ſeruus. ff. de adquir. rer. dom. his uerbis:* Quod ſeruus unius per traditionem accipiendo ſe accipere dixerit domino & Titio, partem domino adquirit, in parte nihil agit. *Idem iuris eſt, ſi ſeruus alij dari ſit ſtipulatus. cuius exemplum proponitur l. 14. ff. de ſtipul. ſeruor. cuius uerba uide ſ. reg. 6. except. 2. Tertia exceptio eſt: Niſi non dominium, ſed poſſeſſionem adquirat ſeruus. Hæc exceptio reprobatur Inſt. per quas perſ. cuiq; adq. §. non ſolùm. his uerbis:* Non ſolùm proprietas per eos quos in poteſtate habetis, uobis adquiritur, ſed etiam poſſeſsio. Cuiuſcunque enim rei poſſeſsionem adepti fuerint, id uos poſsidere uidemini. Vndè etiam per eos uſucapio, uel longi temporis poſſeſsio uobis accedit. *Concordat iiſdem ferè uerbis l. 10. §. non ſolùm. ff. de adquir. rer. dom. Quarta exceptio eſt: Niſi ſeruus ſit in fuga. Hæc exceptio reprobatur l. 50. §. fin. ff. de adquir. poſſ. his uerbis:* Per ſeruum in fuga agentem, ſi neq; ab alio poſsideatur, neq; ſe liberum eſſe credat, poſſeſsio nobis adquiritur. *Concordat l. 1. §. per ſeruum. ff. eod. tit. cuius uerba uide ſ. lib. 23. cap. 4. cauſa 18. except. 4. Quinta exceptio eſt: Niſi ſeruus legatus ſit, uel libertas ei relicta. hoc enim caſu hæredi teſtatoris per ſeruum nihil adquiritur. quæ exceptio approbatur per ea quæ habentur ſ. reg. 6. except. 2. Sexta exceptio eſt: Niſi dominus ſeruū pro derelicto habuerit. Quæ exceptio approbatur l. 36. ff. de ſtipul. ſeruor. his uerbis:* Quòd ſeruus ſtipulatus eſt, quem dominus pro derelicto habebat, nullius eſt momenti: quia qui pro derelicto rem habet, omnimodo à ſe reiecit, nec poteſt eius operis uti, quem meo iure ad ſe pertinere noluerit. Quod ſi ab alio adprehenſus eſt: & ſtipulationem ei adquirere poterit. nam & hæc genere quodam donatio eſt. Inter hæreditarium enim ſeruum & eum qui pro derelicto habetur, plurimum intereſt: quoniam alter iure hęreditatis retinetur, nec poteſt relictus uideri, qui uniuerſo hæreditatis iure continetur: alter uoluntate domini derelictus non poteſt uideri ad uſum eius pertinere, à quo derelictus eſt. *Septima exceptio eſt: Niſi dominus apud hoſtes ſit. De hac exceptione, cum alijs ſimilibus tractabitur aliquando in loco de ſtipulat. ſeruorum.*

IIII. *Regula. De ſeruo communi. Per ſeruum communem utriq; dominorum, pro ea parte quam in ſeruo habet, adquiritur. Hæc regula approbatur Inſt. per quas perſ. nob. oblig. adq. §. fin. his uerbis:* Communem ſeruum pro dominica parte dominis adquirere certum eſt. *Concordat Inſt. de ſtipul. ſeruor. §. penult. cuius uerba uide paulo inferius except. 2. Concordat item l. 5. ff. de ſtipul. ſeruorum. his uerbis:* Seruus communis ſic omnium eſt, non quaſi ſingulorum eſt totus, ſed pro partibus utiq; indiuiſis, ut intellectu magis partes habeant quàm corpore. Et ideo ſi quid ſtipulatus, uel quaqua alia ratione adquirit: omnibus pro parte qua dominium in eo habent, adquirit. Licet autem ei nominatim alicui ex dominis ſtipulari, uel traditam accipere rem, ut ei ſoli adquirat. Sed ſi non uni nominatim domino ſtipuletur, ſed iuſſu unius dominorum: hoc iure utimur, ut ſoli ei adquirat cuius iuſſo ſtipulatus eſt. *Concordat item l. 45. in fine. ff. de adq. rer. dom. his uerbis:* Si com-

[a] *Inſt. d. tit. §. ſed ſi hæres. & d. l. 10. §. idemq; ſi hæres. ff. de adquir. rer. dom.*

mnnis ſeruus adquiſierit: omnibus ſocijs pro parte dominij hoc adquiritot. *Concordat item l.63.§.1.ff.eod.ti.his uerbis:* Si communis ſeruus in alieno theſaurum inuenerit, utrum pro dominij partibus, an ſemper pro æquis adquitet? Et ſimile eſt atq; in hæreditate uel legato, uel quod ab alijs donatum ſeruo traditur: quia & theſaurus donum fortunæ creditur, ſcilicet ut pars quę inuentori cedit, ad ſocios pro qua parte ſerui quiſq; dominus eſt, pertineat. *Huius regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi ſeruus communis uni ex dominis nominatim ſit ſtipulatus, uel per traditionem acceperit. Quæ exceptia approbatur Inſt.d §.fin his uerbis:* Excepto eo quod nominatim uni ſtipulando, aut per traditionem accipiendo, illi ſoli adquirit: ueluti cum ita ſtipulatur, Titio domino meo dare ſpondes? *Concordat Inſt.de ſtipul.ſeruor.§. penult. cuius uerba uide J. except. prox. concordat item l.5.§.licet autem.ff.de ſtipul.ſeruor.cuius uerba uide paulo ſuperius.item concordat l.7.§.ſi ſeruus. ff.eod. tt. his uerbis:* Si ſeruus communis ab uno ex ſocijs ſtipulatus ſit: ſiquidem nominatim alteri ſocio, ei ſoli debetur. Sin autem ſine olla adiectione purè ſtipulatus ſit, reliquas partes ſeruus cæteris omnibus ſocijs, præter eam partem ex qua promiſſor dominus eſt, adquiret. Sed ſi iuſſu unius ſocij ſtipulatus eſt: idē iuris eſt quod eſſet, ſi eidem illi ſocio nominatim dari ſtipulatus eſſet. *Concordat item l.28.§.ſicuti.ff. eod.tt.his uerbis:* Sicuti uni ex dominis nominatim ſtipulando ei ſoli adquirit: ita placet, etſi rem emat nomine unius ex dominis, ei ſoli ſeruum adquirere. Ita ſi credat pecuniam ut uni ex dominis ſolueretur, uel quodlibet aliud gerat negocium: poſſe eum nominatim exprimere, ut uni ex dominis reſtituatur, aut ſoluatur. *Concordat item l.17.§.ſicut.ff.de adq.rer.dom. his uerbis:* Sicut ſeruus communis ſtipulando nominatim alteri ex dominis, ita per traditionem accipiendo ſoli ei adquirit. *Concordat deniq; l.1.§.per communem.ff.de adq.poſſeſ. his uerbis:* Per communem ſicuti per proprium ſeruum adquirimus, etiam ſinguli in ſolidum poſſaſsionem, ſi hoc agat ſeruus, ut uni adquirat, ſicut in dominio adquirendo. *Planè propoſitæ exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi ſeruus communis nominatim ſibi & uni ex dominis ſtipuletur. hoc enim caſu ei cui nominatim ſtipulatus eſt, non adquiritur in ſolidum. quæ replicatio approbatur l.4. ff.de ſtipul. ſeruorū, his uerbis:* Si ſeruus communis ſibi & uni ex dominis ſtipuletur, perinde eſt ac ſi omnibus dominis & uni ex his ſtipuletur: ueluti Titio, & Mæuio & Titio. Et probabile eſt ut Titio dodrans, Mæuio quadrans debeatur. *Secunda replicatio hæc eſt: Niſi ex re alterius adquirat ſeruus. tunc enim is nominato præferendus. Quæ replicatio approbatur l. 1. §. ſi ſeruus. ff. de ſtipul. ſeruor. his uerbis:* Si ſeruus communis meus & tuus ex peculio, quod ad te ſolum pertinebat, mutuam pecuniam dederit, obligationem tibi adquiret: etſi eandem mihi nominatim ſtipulatus fuerit, debitorem à re non liberabit, ſed uterque noſtrûm habebit actionem, ego ex ſtipulatu, tu quod pecunia tua numerata ſit: debitor tamen me doli mali exceptione ſummouere poterit. *Concordat l.13.§.ſed et ſi adiecisti.ibi, quia etſi. ff. de adquir. rer. dom. cuius uerba uide J.except.3.* *Tertia replicatio eſt: Niſi alter ſeruum ſibi ſtipulari iuſſerit. de qua replicat. uide J.except. prox.* *Secunda exceptio eſt: Niſi unius iuſſu ſeruus adquiſierit. quæ exceptio approbatur Inſt.de ſtipul.ſeruorum.§.penult.his uerbis:* Seruus communis ſtipulando unicuiq; dominorum pro portione dominij adquirit, niſi iuſſu unius eorum, aut nominatim alicui eorum ſtipulatus eſt. tunc enim ſoli ei adquiritur. *Concordat l.5.§.fin. cum lege ſequente.ff.de ſtipul.ſeruor.his uerbis:* Si non uni nominatim domino ſtipulerut, ſed iuſſu unius dominorum: hoc iure utimur, ut ſoli ei adquirat, cuius iuſſu ſtipulatus eſt. Ofilius rectè dicebat, & per traditionem accipiendo, uel deponendo, commodandoq; poſſe ſoli ei adquiri qui iuſsiſſet. Quę ſententia etiam Caſsij & Sabini dicitur. *Concordat item l.7.§.ſi ſeruus.ibi: ſed ſi iuſſu.ff. d.tt. cuius uerba uide ſ.except. prox. in prin. Concordat item d.l.7.in prin.his uerbis:* Si quatuor fortè dominos habuit, & duorum iuſſu ſtipulatus ſit: his ſolis adquiret qui iuſſerunt: magiſque eſt ut non æqualiter, ſed pro portione dominica totum eis adquiratur. Idem puto, etſi nominatim eis ſtipulatus eſſe proponatur. nam etſi omnium iuſſu ſtipulatus ſit, uel omnibus nominatim: non dubitaremus omnibus pro dominicis eum portionibus, non pro uirilibus adquirere. *Concordat item l.33.§.fin.ff.d. tt. de ſtipul. ſeruor. his uerbis:* Si duo rei ſtipulandi uſumfructum in ſeruo habeant, uel quibus bona fide ſeruiebat. & iuſſu unius à debitore ſtipuletur: ei ſoli adquirit. *Huius exceptionis replicatio eſt: Niſi alteri non iubenti nominatim ſit ſtipulatus. quæ replicatio reprobatur l.3. C.per quas perſ.nob.adq. his uerbis:* Si duo uel plures communem ſeruum habeant. & unus ex his iuſſerit, ut ſuo nomine ſeruus ab aliquo ſtipuletur, decem puta aureos, uel aliam rem: ipſe autem ſeruus non eius qui iuſsit, ſed alterius ex dominis fecit

cit mentionem, & nomine illius ſtipulatus eſt: inter antiquam ſapientiam quærebatur, cui adquiratur actio uel lucrũ quod ex ea cauſa accidit: utrum ei qui iuſsit, an ei cuius ſeruus fecit mentionem, an ambobus? Cumque ex omni latere magna pars authorum multum effuderit tractatum, nobis uerior eorum ſententia uidetur, qui domino qui iuſsit adferunt ſtipulationẽ, & ei tantummodo adquiri dixerũt, quàm aliorum qui in alias opiniones deferũtur. neq; enim malignitati ſeruorum indulgendum eſt, ut liceat eis domini iuſsione contempta, ſua libidine facere ſtipulationem: & ad alium dominum, qui eum forſitan corrupit, alienum lucrum transferre. quod neq; ferendum eſt, ſi ſeruus impius domino quidem qui iuſsit, minimè obediẽdum eſſe exiſtimauerit: alij autem qui forſitan ignorat & neſcit, repentinum adducat ſolatium. *Concordat Inſt. per quas perſ. nob. oblig. adq. §. fin. hìs uerbis:* Si domini unius iuſſu ſeruus fuerit ſtipulatus, licet antea dubitabatur: tamen poſt noſtram deciſionem res expedita eſt, ut illi tantum adquirat qui hoc facere iuſsit, ut ſuprà dictũ eſt. Ait Imp. Vt ſuprà dictum eſt. *Scilicet de ſtipul. ſeruorum. §. penult. cuius uerba uide ĩ. ead. except. in prin. Planè admittitur replicatio propoſita, ſi unus ex dominis ſeruum ſtipulari quidem iuſsit, ſed non ſpecialiter iuſsit ut ſibi, ſuo'ue nomine ſtipularetur. tunc enim alteri ſtipulando ei adquirit, quem nominauit, non à quo ſtipulari iuſſus eſt. quæ diſtinctio approbatur d. l. 3. hìs uerbis:* Quod enim ſæpè apud antiquos dicebatur, iuſsionem domini non eſſe abſimilem nominationi, tunc debet obtinere, cum ſeruus iuſſu ab uno ex dominis ſtipulationem facere, & ſine nomine ſtipulatus eſt: tunc enim ei ſoli adquirit, qui iuſsit. Si autem expreſſerit alium dominum, ſoli illi neceſſe eſt adquiſitionem celebrare. multo enim amplius oportet ualere dominici nominis mentionem, quàm herilem iuſsionem. *Tertia propoſitæ regulæ exceptio eſt: Niſi ex re alterius ſeruus adquiſierit. tunc enim ei ſoli, ex cuius re adquiſitum eſt, adquiritur. Hæc exceptio approbatur l. 23. §. ſi quis bona. ff. de adquir. rer. dom. hìs uerbis:* Si quis bona fide duobus ſeruiat, utriq; adquiret, ſed ſingulis ex re ſua. Quod autem ex re alterius eſt, utrum pro parte ei cui bona fide ſeruit, pro parte domino ſi ſeruus ſit, aut ſi liber ſit ſibi: an uerò ei debeat adquirere torum, ex cuius re eſt, uideamus? *Quam ſpeciem Scæuola quoq; tractat libro ſecundo Quæſt. Ait enim:* Si alienus ſeruus duobus bona fide ſeruiat, & ex unius eorum re adquirat, rationem facere ut ei duntaxat in ſolidum adquirat. Sed etſi adijciat eius nomẽ, ex cuius re ſtipulatur, nec dubitandum eſſe sit, quin ei ſoli adquiratur: quia etſi ex re ipſius ſtipuletur, alteri ex dominis ſtipulando, nominatim ſolidum ei adquirit. Et in inferioribus probat, ut quamuis nec nominatim, nec iuſſu meo, ex re tamen mea ſtipulatus ſit, etiam cum pluribus bona fide ſeruiret, mihi ſoli adquirat. *Concordat l. 19. ff. de ſtipul. ſeruorum. hìs uerbis:* Si alienus ſeruus duobus bona fide ſeruiẽs ex unius eorum re adquirat: ratio facit ut ei ex cuius re adquiſijt, id totum adquirat, ſiue ei ſoli, ſiue quaſi duobus ſeruiat. Nam & in ueris dominis quoties utriq; adquiritur; toties partes adquiri: cæterùm ſi alij non adquiratur, alium ſolidum habiturum. Igitur eadem ratio erit & in propoſito, ut hic ſeruus alienus qui mihi & tibi bona fide ſeruit, mihi in ſolidum ex re mea adquirat: quia tibi non poteſt adquiri, quia non ſit ex re tua. *Concordat item l. 20. §. apud. ff. eod. tt. cuius uerba uide ſ. reg. 6. except. 1. Planè exceptio propoſita in eo ſeruo locum habet, cuius poſſeſsio & uſusfructus inter aliquos communis eſt, non proprietas. Nam ſi proprietas ſerui inter aliquos communis ſit, tunc quamuis ex unius re adquirat, nihilominus alteri quoque pro ſua portione adquiritur: quod replicationis loco notandum. quæ replicatio approbatur l. 37. §. ſed ut ſequens. ff. de adquir. rer. dom. ubi Iulianus:* Conſtituamus (*inquit*) ſocium ita ſeruo communi pecuniam donaſſe, ut proprietatem ſuam manere uellet, ſi ex hac pecunia ſeruus fundum comparauerit, erit is fundus communis ſociorum pro portione dominij. Nam etſi furtiuis nummis communis ſeruus comparauit fundum, ſociorum erit pro parte dominij. Neque enim ut fructuarius ſeruus ex re fructuarij non adquirit proprietario, ita & cõmunis ſeruus ex re alterius domini nõ adquirit alteri domino: ſed quemadmodum in ijs quæ aliunde adquirũtur, diuerſa eſt conditio fructuarij & ſerui communis, uelut cum alter fructuario non adquirat, alter dominis acquirat: ita quod ex re quidem fructuarij adquiſitum fuerit, ad eum pertinebit ſolum: & quod ex re alterius domini communis ſeruus adquiſierit, ad utrunque dominum pertinebit. *Concordat l. 24. ff. de ſtipul. ſeruorum. hìs uerbis:* Seruus communis ſiue emat ſiue ſtipuletur: quamuis pecunia ex peculio detur, quod alterum ex dominis ſequitur, utrique tamen adquirit. Diuerſa cauſa eſt fructuarij ſerui. *Concordat item l. 45. ff. de adquir. rer. dom. ubi Caius Iuriſconſultus:* Communis ſeruus (*inquit*) ſi ex re alterius domi-

norum adquiſierit, nihilominus commune id erit: ſed is ex cuius re adquiſitum fuerit, communi diuidundo iudicio eam ſummam percipere poteſt. nam & bonæ fidei conuenit, ut unuſquiſq; præcipuũ habeat quod ex re eius ſeruus adquiſierit. *Ait Iuriſconſultus:* Sed is ex cuius re adquiſitum fuerit, communi diuidundo iudicio eam ſummam percipere poteſt. *Huic concordat iiſdem uerbis l. 24. in prin. ff. communi diuidũdo. Sed & concordat l. 28. §. 1. ff. de ſtipul. ſeruor. his uerbis:* Si ſeruus communis ex re unius ſtipulatus erit: magis placuit utriq; adquiri. Sed eum cuius ex re facta eſt ſtipulatio, cũ ſocio cõmuni diuidundo, aut ſocietatis iudicio de parte recuperanda rectè acturum. Idemq; eſſe dicendum, etſi ex operis ſuis alteri ex dominis ſeruus adquirat. *Planè propoſitæ replicationi in caſu quidem uidetur contradicere l. 63. §. ſi communis. ff. de adq. rer. dom. his uerbis:* Si communis ſeruus in domini unius fundo proprio theſaurum inuenerit, de parte quæ ſoli domino ſemper cedit, non eſt dubium, quin ſolius domini prædij ſit. uerùm an aliquid ex parte ferat alter ſocius, uidendum eſt? & nunquid ſimile ſit atq; cum ſtipulatur ſeruus iuſſu unius domini, aut per traditionem aliquid acceperit, uel nominatim alteri? quod magis dici poterit. *Quarta exceptio eſt: Niſi alteri domino adquiri non poſſit. quæ exceptio approbatur Inſt. de ſtip. ſer. §. fin. his uerbis:* Quod ſeruus communis ſtipulatur, ſi alteri ex dominis adquiri non poteſt, ſolidum alteri adquiritur: ueluti ſi res quam dari ſtipulatus eſt, alterius domini ſit. *Concordat l. 23. in fine. ff. de adq. rer. dom. his uerbis:* Receptum eſt, ut quoties communis ſeruus omnibus adquirere non poteſt, ei ſoli eum adquirere cui poteſt. Et hoc Iulianum quoq; ſcribere ſæpè retuli, & hoc iure utimur. *Concordat item l. 7. §. fin. cum duabus legibus ſequentibus. ff. de ſtipul. ſeruorum, his uerbis:* Interdum etiamſi neque iuſſu, neque nominatim alteri ex dominis ſtipularetur, ei tamen ſoli adquirere eum Iuliano placuit: utputa, ſi quid fortè ſtipuletur, quod utrique adquiri non poteſt: ueluti ſi ſeruitutem ad fundum Cornelianum ſtipulatus eſt. qui fundus Sempronij erat, id eſt, alterius ex dominis, ei ſoli adquirit. Item, ſi alter ex dominis uxorem ducturus ſit, & huic ſeruo dos promittatur. Item, ſi ſeruus duorum Titij & Mæuij, hominem qui Titij erat, ſtipulatus fuerit: ei ſoli adquiret, cuius non fuit. Sed ſi ſtipulatus ſit Stichum ſic: Et Mæuio & Titio dare ſpondes? totum eum Mæuio adquiret. quod enim alteri ex dominis adquirere non poteſt, id ad eum qui ad obligationem admittitur, pertinet. *Concordat item l. 17. ff. eod. tit. his uerbis:* Si communis ſeruus meus & tuus uiam, uel iter, uel actum ſtipuletur ſine adiectione nominis noſtri: cum ego ſolus uicinum fundum habeam, ſoli mihi eam adquirit. Quod ſi & tu fundum habeas, mihi quoque in ſolidum ſeruitus adquiritur. *Concordat item l. 31. §. fin. ff. de uſufr. & quemad. cuius uerba uide ſ. reg. prox. except. 7.* *Quinta exceptio eſt: Niſi ab uno ex dominis ſeruus communis adquiſierit. tunc enim alteri domino in ſolidum uidetur adquiri. Quæ tamen exceptio reprobatur l. 37. §. 1. ff. de adq. rer. dom. his uerbis:* Si unus ex dominis ſeruo communi pecuniam donet, intereſt qua mente donet. nam ſi hoc ſolum egerit, ut ea ſeparetur à ſuis rationibus, & in peculio ſerui ſit, manebit eiuſdem domini proprietas. Si uerò eo modo ſeruo communi pecuniam donauerit, quomodo alienis ſeruis donare ſolemus, fiet communis ſociorum pro portione quam in ſeruo communi habebunt. *Concordat l. 27. ibi, deinde ſi quis. ff. de peculio. cuius uerba uide alibi. Concordat item l. 7. §. ſi ſeruus. ff. de ſtipul. ſeruorum. cuius uerba uide ſ. ead. reg. except. 1. Contradicere uidetur l. 17. ff. de adquir. rer. dom. his uerbis:* Si duo domini ſeruo communi rem tradiderint, adquiritur alteri ab altero. *Sed & contradicit Inſt. de ſtipul. ſeruor. §. fin. cuius uerba uide ſ. except. proxim. item contradicit l. 31. §. fin. ff. de uſufructu & quemad. cuius uerba uide ſ. except. 7. in fine. Planè exceptio propoſita admittitur in legatis, quando ſcilicet unus ex dominis rem ſuam ſeruo communi legauerit. tunc enim illud legatum alteri domino in ſolidum adquiritur. quæ diſtinctio approbatur l. 64. §. ſeruo communi. ff. pro ſocio, his uerbis:* Si ſeruo communi legatum ſine libertate unus ex dominis reliquit, hoc ad ſolum ſocium pertinet. An tamen pro ſocio iudicio communicari debeat cum hærede ſocij, quæritur? Et ait Iulianus, Sextum Pædium referre, Sabinum reſpondentem non communicari. Et poſſe hanc ſententiam defendi. Iulianus ait. Non enim propter communionem hoc adquiſitum eſſe, ſed ob ſuam partem: nec oportere id communicari, quod quiſque non propter ſocietatem, ſed propter ſuam partem adquiſierit. *Concordant huic diſtinctioni ea quæ habentur in Comment. de legatis cap. 3. except. 25. repl. 4.*

Sexta exceptio eſt: Niſi quis ſeruo communi dederit ita, ut uelit alteri ex dominis donatum. tũc enim

ſuis

ſine dubio ei ſoli adquiritur. Quæ exceptio admittere uidetur hanc replicationem: Niſi ſeruus communis ea mente acceperit, ut utriuſq; domini faceret. Verùm hæc replicatio reprobatur l.37.§.fin. ff. de adq. rer. dom. his uerbis: Si cum mihi donare uelles, iuſſerim te ſeruo communi meo & Titij rem tradere, isq; hac mente acseperit ut rem Titij faceret, nihil agetur. nam etſi procuratori meo rem tradideris ut meam faceres, & is hac mente acceperit ut rem ſuam faceret, nihil agetur. Quòd ſi ſeruus communis hac mente acceperit rem, ut duorum dominorum faceret, in parte alterius domini nihil agetur. *Concordat l.13. ff. de donationibus, cuius uerba hæc ſunt:* Qui mihi donatum uolebat, ſeruo communi meo & Titij rem tradidit: ſeruus uerò uel ſic accepit quaſi ſocio id adquiſiturus, uel ſic quaſi mihi & ſocio. quærebatur quid ageretur? Et placet, quamuis ſeruus hac mente acceperit ut ſocio meo, uel mihi & ſocio meo adquirat, mihi tantum adquiri. Nam etſi procuratori meo hoc animo rem tradiderit, ut mihi adquirat, ille quaſi ſibi adquiſiturus acceperit, nihil agitur in ſua perſona, ſed mihi adquiritur. *Quod autem hic dicitur de procuratore, ei contradicere uidentur ea quæ habentur J. eod. cap. reg. 9. except. 1. repl. 1. Plura ad regulam propoſitam pertinētia uide J. cap. prox. quæſt. 3. reg. 7. item quæſt. 4. reg. 2.*

V. *Regula. De ſeruis in quibus uſumfructum habemus. Per hos quoq; nobis adquiritur. Quæ regula approbatur l.10. in prin. ff. de adq. rer. dom. his uerbis*: Adquiritur nobis non ſolum per noſmetipſos, ſed etiam per eos quos in poteſtate habemus: item per ſeruos, in quibus uſumfructum habemus: item per homines liberos, & ſeruos alienos, quos bona fide poſsidemus. *Concordat iiſdem uerbis Inſt. per quas perſ. cuiq; adq. in prin. Vnde Vlpianus:* Sicuti ſtipulando (*inquit*) fructuario adquirit, ita etiam paciſcendo eum adquirere exceptionem fructuario. [a] Idemq;, etſi acceptū rogauerit, liberationem ei parere. [b] *Item*, Si alicui ſerui uſusfructus legatus ſit, quidquid is ex opera ſua adquirit, uel ex re fructuarij, ad eum pertinet, ſiue ſtipuletur, ſiue poſſeſsio ei tradita fuerit. [c] *Regulæ propoſitæ exceptio prima hæc eſt: Niſi non ex re fructuarij, nec ex operis ſuis ſeruus adquiſierit, ſed aliunde. tunc enim non fructuario, ſed proprietario adquiritur. Hæc exceptio approbatur l.10.§. de ijs. ff. de adq. rer. dom. his uerbis*: De ijs ſeruis, in quibus tantum uſumfructum habemus, ita placuit, ut quidquid ex re noſtra uel ex operis ſuis adquirunt id nobis adquiratur: ſi quid uerò extra eas cauſas cōſecuti ſunt, id ad dominū proprietatis pertineat, Itaq; ſi is ſeruus hæres inſtitutus ſit, legatumue quid aut donatum ei fuerit, non mihi, ſed domino proprietatis adquiritur. Idem placet & de eo qui à nobis bona fide poſsidetur, ſiue is liber ſit, ſiue ſeruus alienus. Quod enim placuit de uſufructuario, idem probatur etiam de bonæ fidei poſſeſſore. Itaque quod extra duas iſtas cauſas adquiritur, id uel ad ipſum, &c. *Concordat iiſdem prope uerbis Inſt. per quas perſ. cuiq; adq. §. de iis autem: item Inſt. per quas perſ. nob. oblig. adq. §. per eum quoq;. cuius uerba uide J. reg prox. ext. 1. Concordat item l. 47. ff. de adq. rer. dom ubi Paulus:* Fructuario (*inquit*) hæreditas adquiri nō poteſt, eo quòd in operis ſerui hæreditas eſſe non poteſt. *Aliud propoſitæ exceptionis exemplū proponitur l. 63. §. quod ſi ſeruus. ff. de adq. rer. dom. his uerbis*: Si ſeruus cuius uſusfructus alienus eſt, theſaurum inuenerit in eius loco qui ſeruū proprium habet: an totus illius ſit. etſi in alieno, an partem eidem adquirat, an uerò fructuario? Eſt inſpectio in illo, nū ex operis ſerui adquiratur. Finge, terram fodientem inueniſſe, ut hoc dicatur fructuarij eſſe: qđ uerò ſubitò in abdito loco poſitum nihil agens, ſed aliter ambulans inuenerit, proprietatis domini ſit? Ego nec illius ad fructuariū pertinere partē arbitror. Nemo enim ſeruorū opera theſaurum quærit, nec ea propter terrā fodiebat, ſed alteriūs rei operā ſumebat. & fortuna aliud dedit. Itaque ſi in ipſius fructuarij agro inuenerit: puto partē ſolā ut agri dominū habiturū: alterā ad eū cuius in ſeruo proprietas eſt, pertinere. *Planè exceptio propoſitas ſuas habet replicationes, quarū prima hæc eſt: Niſi ſeruo contēplatione fructuarij ſit donatū. Quæ replicatio approbatur l.25. in fine, cū l. ſequente. ff. de uſufr. & quemad. his uerbis*: Si uerò hæres inſtitutus ſit, uel legatū acceperit, Labeo diſtinguit, cuius gratia uel hæres inſtitutus ſit, uel legatū acceperit. Sed etſi quid donetur ſeruo, in quo uſusfructus alterius eſt, quæritur quid fieri oporteat? Et in omnib. iſtis, ſiquidē contēplatione fructuarij aliquid ei relictū uel donatū eſt, ipſi adquiret: ſi uerò proprietarij, ſiue ipſius ſerui, adquiretur domino: nec diſtinguemus, unde cognitū eū, & cuius merito habuit qui donauit uel reliquit. Sed etſi conditionis implendæ cauſa quid ſeruus fructuarius conſequatur, & conſtiterit cōtemplatione fructuarij eam conditionem adſcriptam, dicendum eſt ipſi adquiri. nam & in mortis cauſa donatione idē dicendū eſt. *Cōcordat l.29. ff. eod. tit. ubi Paulus*: Si quis donaturus fructuario ſpōderit ſeruo, in quo uſumfructū habet ſtipulāti, ipſi uſufructuario obligabitur: quia

a l. 27. ff. de uſufr. et quē. ad. &c.

b l. 28. in principio ff. eod. tit.

c l. 25. in principio ff. eod. tit.

ut el ſeruus talis ſtipulari poſsit, uſitatum eſt. Sed etſi quis ſtipuletur (Vlpianus inquit) ſibi aut Sticho ſeruo fructuario donandi cauſa, dum uult fructuario præſtari, dicendum eſt, ſi ei ſoluatur, fructuario adquiri. *Secunda replicatio eſt: Niſi ſeruus fructuario ſit ſtipulatus. Quæ replicatio reprobatur l. 31. §. contrà ff. de uſufr. & quemad. &c. cuius uerba uide ∫. except. prox. in prin. Concordat l. 22. cum l. ſequente. ff. de ſtipul. ſeruo. bis uerbis:* Neratius ait, ſeruum fructuarium ex re domini inutiliter fructuario ſtipulari, domino ex re fructuarij utiliter ſtipulari. Eadem de eo dicenda ſunt, cui uſus legatus eſt. *Concordat l. 98. §. ſi ſeruus. in fine. ff. de ſolutionibus. cuius uerba uide alibi. Tertia replicatio eſt: Niſi ex re ſibi à fructuario donata, ſeruus comparauerit. Quæ replicatio approbatur l. ex re fructuarij. ff. de uſufruct. & quemadmod. bis uerbis:* Ex re fructuarij etiam illud intelligitur, quod ei fructuarius donauerit, conceſſeritúe, uel ex adminiſtratione rerum eius compendij ſeruus fecerit. *Huius replicationis duplicatio hæc eſt: Niſi ea mente donet, ut ad proprietatis dominium pertineat. Quæ duplicatio approbatur l. 49. in princip. ff. de adquir. rer. dom. bis uerbis:* Quod fructuarius ex re ſua donat, ex re eius eſt. Sed ſi eo animo id fecerit, ut ad proprietaris dominium pertineat, dicendum eſt illi adquiri. Si autem extraneus ei donauerit, indiſtinctè ſoli proprietario adquiritur. Eadem dicemus in homine libero qui mihi bona fide ſeruit, ut ſi aliquid ei donauerim, meum ſit. Et ideo Pomponius ſcribit, quamuis donauerim ei operas ſuas, tamen quidquid ex operis ſuis adquiret, mihi adquirere.

Quarta replicatio eſt: Niſi re empta nondum ſoluerit precium ſeruus. Quæ replicatio approbatur l. 41. §. fin. ff. de adquir rer. dom. bis uerbis: Cum ſeruus in quo alterius uſusfructus eſt, hominem emerit, & ei traditus ſit antequam precium ſoluat, in pendenti eſt, cui proprietatem adquiſierit? Et cum ex peculio quod ad fructuarium pertinet, ſoluerit, intelligitur uſufructuarij homo fuiſſe: cum uerò ex peculio quod proprietarium ſequitur, ſoluerit, proprietarij ex pòſt facto fuiſſe uidetur. *Concordat l. ſi fur decerpſerit. 14. §. fin. ff. de uſufruct. & quemadm. &c. cuius uerba uide alibi. Sed & concordat l. ſed etſi. 10. §. interdum. uſq; ad finem legis cum lege ſequente. ff. eod. tt. bis uerbis:* Interdum in pendenti eſt cui adquirat iſta fructuarius ſeruus: utputa ſi ſeruum emit, & per traditionem accepit, necdum precium numerauit, ſed tantummodo pro eo ſatisfecit: interim cuius ſit, quæritur? Et Iulianus lib. XXV. Digeſt. ſcribit, in pendenti eſſe dominium eius, & numerationem precij declaraturã cuius ſit. Nam ſi ex re fructuarij, rectè fructuarij fuiſſe. Idemque eſt, etſi fortè ſtipulatus ſit ſeruus numeraturus pecuniam: nam numeratio declarabit, cui ſit adquiſita ſtipulatio. Ergo oſtendimus, in pendenti eſſe dominium, donec precium numeretur. Quid ergo ſi amiſſo uſufructu tunc precium numeratur? Iulianus ſcribit, adhuc intereſſe unde ſit precium numeratum. Marcellus uerò & Marcianus amiſſo uſufructu iam putant dominium adquiſitum proprietatis domino. Sed Iuliani ſententia humanior eſt. *Ait Iuriſconſultus:* Idemq; eſt, etſi fortè ſtipulatus ſit ſeruus numeraturus pecuniam, &c. *Huic concordat l. 18. §. fin. ff. de ſtipul. ſeruor. cuius uerba uide ∫. except. 6. Quinta replicatio hæc eſt: Niſi ex re utriuſq; adquiſierit. tunc enim pro parte utrique adquiritur. Quæ replicatio approbatur d. §. interdum, bis uerbis:* Quod ſi ex re utriuſque precium fuerit ſolutum, ad utrunque dominium pertinere, Iulianus ſcribit: ſcilicet pro rata ſoluti precij. *Huius replicationis duplicatio hæc eſt: Niſi duplum ex re utriuſq; ſoluerit. Quæ duplicatio approbatur d. §. interdum, bis uerbis:* Quid tamen ſi fortè ſimul ſoluerit ex re utriuſq;? utputa decẽ nomine precij debebat, & dena ſoluit ex re ſingulorum, cui magis ſeruus adquiret? Si numeratione ſoluit, intererit cuius priores nummos ſoluat. nam quos poſtea ſoluerit, aut uindicabit: aut ſi fuerint oumĩ conſumpti, ad condictionem pertinent. ſi uerò ſimul in ſacculo ſoluit, nihil fecit accipientis, & ideo nondum adquiſiuiſſe cuiquam dominium uidetur: quia cùm precio plus ſoluit ſeruus, non facit numos accipientis. *Sexta replicatio eſt: Niſi ſeruo ſimpliciter quid ſit donatum, non contemplatione proprietarij. Hæc replicatio reprobatur l. 49. ibi: ſin autem extraneus. ff. de adqu. rer. dom. cuius uerba uide ∫. repl. 1. Secunda exceptio hæc eſt: Niſi ſeruus nominatim proprietario dari ſit ſtipulatus, uel per traditionem acceperit. Quæ exceptio approbatur l. 37. §. fructuarius ff. de adq. rer. dom. bis uerbis:* Fructuarius ſeruus, ſi dixerit ſe domino proprietaris per traditionem accipere ex re fructuarij, id totum domino adquiret. nã & ſtipulando ex re fructuarij domino proprietaris adquiret. *Concordat l. 31. §. denique ſcribit. ff. de uſufruct. & quemadm. &c. bis uerbis:* Scribit Iulianus: Eum qui ex re fructuarij ſtipuletur nominatim proprietario, uel iuſſu eius: ipſi adquirere. Contrà autẽ nihil agit, ſi non ex re fructuarij, nec ex operis ſuis fructuario ſtipuletur. *Concordat item l. 32. §. ſi duos. ff. eod. tt. cuius uerba uide ∫. cap. prox. reg. 7. Concordat item l. 22. in fine. ff. de ſtipul. ſeruor.*

ſeruor. cuius uerba uide 3. except. proxim. replic. 2. Concordat item l. 39. ff. eod. tit. his uerbis: Cum ſeruus, in quo uſumfructū habemus, proprietatis domino ex re fructuarij uel operis eius nominatim ſtipulatur, domino adquirit proprietatis. Sed qua actione fructuarius recuperare poſſit à domino proprietatis, requirendum eſt? Item, ſi ſeruus bona fide nobis ſeruiat, & id quod nobis adquirere poterit, nominatim domino ſuo ſtipulatus fuerit, ei adquiret. Sed qua actione id recuperare poſſumus, quæremus? & non ſine ratione eſt quod Caius noſter dixit, Condici id utroq; caſu poſſe domino. *Tertia exceptio eſt: Niſi ſeruus iuſſu proprietarij ſit ſtipulatus. Hæc exceptio approbatur d. §. denique, his uerbis:* Iulianus ſcribit, eum qui ex re fructuarij ſtipuletur nominatim proprietario, uel iuſſu eius, ipſi adquirere. *Quarta exceptio eſt: Niſi fructuario adquiri nō poſſit. Hæc exceptio approbatur d. l. 31. §. quæſtionis eſt, his uerbis:* Quæſtionis eſt, an id quod adquiri uſufructuario non poteſt, proprietario adquiratur? Et Iulianus ſcribit, quod fructuario adquiri non poteſt, proprietario quæri. *Concordat l. 31. ff. de ſtipul. ſeruor. his uerbis:* Si uſufructuarij aut bonæ fidei poſſeſſoris ſeruus ſtipulatur, ex quibus cauſis non ſolet his adquiri, domino adquirit. Non idem dicetur, ſi nomen ipſorum in ſtipulatione poſitum ſit. *Huius exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi fructuario nominatim ſit ſtipulatus ſeruus. Quæ replicatio approbatur d. l. 31. his uerbis:* Non idem dicetur, ſi nomen ipſorum (*fructuarij puta, & bonæ fidei poſſeſſoris*) in ſtipulatione poſitum ſit. *Quinta exceptio hæc eſt: Niſi poſt amiſſum uſumfructum, ex re fructuarij ſeruus adquiſierit. Quæ exceptio ipſo quidem iure ſubſiſtit, ſed recipit replicationem hanc. Niſi ex contractu, quem durante uſufructu ſeruus fecit, poſtea amiſſo uſufructu ex re fructuarij ſoluit. Quæ replicatio approbatur l. ſed etſi. §. quid ergo. ff. de uſufruct. & quemadm. uerbis ſ. except. 1. replic. 4. propoſitis hiſce:* Quid ergo, ſi amiſſo uſufructu tunc precium numeretur? Iulianus ſcripſit, adhuc intereſſe, unde ſit precium numeratum. Marcellus uerò & Martianus, amiſſo uſufructu iam putant dominium adquiſitum proprietatis domino. Sed Iuliani ſententia humanior eſt.

Sexta exceptio eſt: Niſi cum annuum quiddam ſtipulatus eſſet ſeruus, uſusfructus ſerui ſit amiſſus. tunc enim reliquorum annorum prouentus ad proprietarium pertinent. Quæ exceptio approbatur l. 3. §. ſi operas ſuas. ff. de uſufruct. & quemad. &c. his uerbis: Si operas ſuas ſeruus iſte locauerit, & in annos ſingulos certum aliquid ſtipuletur: eorum quidem annorum ſtipulatio quibus uſus fructus manſit, adquiretur fructuario: ſequentium uerò ſtipulatio ad proprietarium tranſit, uel ſemel adquiſita fructuario: quamuis non ſoleat ſtipulatio ſemel cuique quæſita ad alium tranſire, niſi ad hæredem, uel ad rogatorem. Proinde ſi forte uſusfructus in annos ſingulos fuit legatus, & iſte ſeruus operas ſuas locauit, & ſtipulatus eſt, ut ſuprà ſcriptum eſt, prout capitis deminutione amiſſus fuerit uſusfructus, mox reſtituitur, & ambulabit ſtipulatio, profectaq; ad hæredem redibit ad fructuarium. *Concordat l. 18. §. cum ſeruus. ff. de ſtipul. ſeruor. his uerbis:* Cum ſeruus fructuarius operas ſuas locaſſet, & eo nomine pecuniam in annos ſingulos dari ſtipulatus eſſet: finito uſufructu, domino reſidui temporis adquiri ſtipulationem Iulianus ſcriptum reliquit. Quæ ſententia mihi uidetur firmiſſima ratione ſubnixa. Nam etſi in annos (forte quinque) locatio facta eſſet: quoniam incertum eſt fructus in quem diem duraturus ſit: ſingulorum annorum initio cuiuſque anni pecunia fructuario quæreretur. Secundum quæ non tranſit ad alterum ſtipulatio, ſed unicuique tantum adquiritur, quantum ratio iuris permittit. Nam & cum idem ſeruus ita ſtipulatur: Quantam pecuniam tibi intra illum diem dedero, tantam dare ſpondes? in pendenti eſt quis ex ſtipulatu ſit habiturus actionem. Si enim ex re fructuarij, uel operis ſuis pecuniam dederit, fructuario: ſi uerò aliunde, domino quæretur ſtipulatio. *Ait iuriſconſultus:* Nam & cum idem ſeruus, &c. *De hac re uide ſuprà ead. reg. except. 1. replicat. 4. Concordat inſuper propoſitæ exceptioni l. 33. ff. de uſufructu, & quemadm. his uerbis:* Si operas ſuas locauerit ſeruus fructuarius, & imperfecto tempore locationis uſusfructus interierit, quod ſupereſt ad proprietarium pertinebit. Sed etſi ab initio certam ſummam propter operas ſtipulatus fuerit, capite minuto eo idem dicendum eſt. *Planè exceptionis propoſitæ replicatio hæc eſt: Niſi non tam ex operis ſuis quàm ex re fructuarij annuum quiddam ſeruus adquiſierit. Nam hoc annuum proculdubio etiam finito uſufructu, ad fructuarium pertinere debet. Nec enim leges iam propoſitæ loquuntur de annuo ex re fructuarij, ſed potius operis ſerui adquiſito. Septima exceptio eſt: Niſi ab ipſo fructuario ſeruus adquiſierit, uel ſtipulatus ſit. Hæc exceptio reprobatur l. 32. in princip. ff. de uſufruct. & quemadmod. his uerbis:* Iulianus ſcribit, Si ſeruo fructuarius operas eius locauerit, nihil agi. nam ſi ex re mea (inquit) à me

me ſtipulatus ſit, nihil agit: non magis quàm ſeruus alienus buna fide mihi ſeruiens, id faciendu domino quidquam adquirit. Simili modu ait, ne quidem ſi rem meam à me fructuariu cunducat, me non obligauit. Et regulariter definit, quod quis ab aliu ſtipulandu mihi adquirit, id à me ſtipulando nihil agit, niſi furtè (inquit) nominatim domino ſuu à me ſtipuletur uel cunducat. *Per hæc uerba poſteriora caſus introducitur, quo exceptioni propoſitæ locus eſt, ſcilicet ſi ſeruus nominatim domino ſuo eſt ſtipulatus à fructuario. Alius caſus, quo exceptio propoſita admittitur, proponitur l. 32. §. fin. ff. d. tt. bis uerbis:* Seruus fructuarius ſi uſumfructum in ſe dari ſtipuletur, aut ſine numine, aut numinatim, ipſi pruprietariu adquirit exēplo ſerui cummunis, qui ſtipulandu rem alteri ex dominis, cuius res eſt, nihil agit (quuniam rem ſuam ſtipulandu quis nihil agit) alteri ſtipulando adquirit ſulidum. *Octaua exceptio eſt: Niſi non iure legati, ſed per traditionem aut ſtipulationem uſusfructus ſerui ſit conſtitutus. Hæc exceptio reprobatur l. 32. §. fin. ff. de uſufr. & quemad. bis uerbis:* Quod diximus ex re fructuarij uel uperis ſuis adquiri, utrum tunc lucum habeat, quoties iure legati uſusfructus ſit conſtitutus, an etſi per traditionem uel ſtipulatiunē, uel alium quemcunq; mudum, uidendum eſt. Et uera eſt Pegaſi ſententia, quam & Iulianus ſecutus eſt, omni uſufructuariu adquiri. *Nona exceptio eſt: Niſi non proprietatem, ſed poſſeſſionem ſeruus adquiſierit. Quæ exceptio reprobatur Inſtitut. per quas perſ. cuiq; adquir. §. nou ſolum. cuius uerba uide J. reg. proxim. except. 1. Concordat l. 1. §. per eum in quo. ff. de adquir. poſſeſ. bis uerbis:* Per eum in quo uſumfructum habemus, poſsidere poſſumus: ſicut operis ſuis adquirere nubis ſolet: nec ad rem pertinet quud ipſum nun puſsidemus: nam nec filiū. *Cōcordat item l. 49. in prin. ff. eod. tt. bis uerbis:* Poſſeſsio quoq; per ſeruum, cuius uſusfructus meus eſt, ex re mea uel ex uperis ſerui adquiritur mihi: cum & naturaliter à fructuario teneatur, & plurimum ex iure puſſeſsiu mutuetur. *Decima exceptio eſt: Niſi pro parte tantum uſumfructum in ſeruo habeat. tunc enim non niſi pro parte ei adquiritur. Quæ exceptio approbatur l. 32. §. ſi duos. ff. de uſufr. & quemadm. de qua re uide J. cap. 1. reg. 7.*

V I. Regula. *De libero homine, & ſeruo alieno, quem bona fide poſsidemus. Per hos etiam nobis adquiritur. Quæ regula approbatur l. 10 in prin. ff. de adq. rer. dom. cuius uerba uide ſuprà reg. prox. V. in prin. Concordat iiſdem uerbis Inſtit. per quas perſ. cuiq; adq. in prin. item Inſt. per quas perſ. nob. oblig. adq. §. item per liberos. cuius uerba uide J. exc. prox. concordat item l. 19. in prin. ff. de adq. rer. dom. cuius uerba itidem uide J. except. prox. ſed & concordat l. 23. in prin. ff. eod tt. bis uerbis:* Qui bona fide alicui ſeruit, ſiue ſeruus alienus eſt, ſiue homu liber eſt, quidquid ex re eius cui ſeruit adquirit, ei adquirit cui bona fide ſeruit. Sed etſi quid ex uperis ſuis adquiſierit, ſimili mudo ei adquirit. Nam & operæ quodammodu ex re eius cui ſeruit habentur: quia iure ei uperas exhibere debet, cui buna fide ſeruit. *Concordat item l. 1. C. de rei uendicat. bis uerbis:* Eriam per alienum ſeruum bona fide puſſeſſum, ex re eius qui eum puſsidet, uel ex uperis ſerui adquiri dominium uel ubligarionem placuit. Quare ſi tu quoque buna fide poſſediſti eundem ſeruum, & ex numis tuis mancipia eu tempure comparauit: putes ſecundum iuris formam uti deſenſiunibus tuis. *Concordat item l. 7. §. liber homo. ff. pro emptore, bis uerbis:* Liber homo qui buna fide nobis ſeruit, iiſdem modis ex re noſtra adquiret nubis, quibus per ſeruum noſtrum adquirere ſolemus. Quare ſicut tradiriune, ita uſucapione rem nuſtram faciemus interuenienre libera perſuna. Etſi peculij nomine, quod nos ſequi debet, emprio contracta fuerit, etiam ignoranres uſucapiemus. *Concordat denique l. 1. §. ſed & per eum. ff. de adq poſſeſ. cuius uerba uide J. except. 3. Eſt autem huius regulæ exceptio prima hæc: Niſi non ex operis ſuis, nec ex re noſtra adquirant. Quæ exceptio approbatur Inſtitut. per quas perſ. nob. oblig. adq. §. item per liberos, bis uerbis:* Per liberos humines, & alienus ſeruos, quos bona fide puſsidemus, adquiritur nobis, ſed tantum ex duabus cauſis: id eſt, ſi quid ex uperis ſuis, uel ex re nuſtra adquirant. Per eum quoque ſeruum, in quo uſumfructum, uel uſum habemus, ſimiliter ex duabus iſtis cauſis nobis adquiritur. *Concordat Inſtitut. per quas perſ. cuique adquir. §. de iis autem. ibi: Idem placet. cuius uerba uide ſ. reg. proxim. except. 1. in princip. item concordat l. 10. §. de iis. ibi: Idem placet. ff. de adquir. rer. dom. cuius uerba itidem uide ſuprà d. except. 1. concordat item l. 19. ff. eod. tt. bis uerbis:* Liber homu, qui mihi buna fide ſeruit, id quod ex uperis ſuis aut ex re mea pararet, ad me pertinere ſine dubiu Ariſtu ait. Quud uerò quis ei donauerit, aut ex neguciu geſtu adquiſierit: id ad ipſum pertinere. Sed & hæreditatem legatumue non adquiri mihi per eum: quia neque ex re mea, neque ex uperis ſuis id fit, nec ulla eius upera eſſet in legato, in hæreditate aliquatenus: quia per ipſum adiretur. quud & uarium

Lucullum

Lucullum ait aliquando dubitaſſe. Sed uerius eſt non adquiri, etiamſi teſtator ad me uoluiſſet pertinere. Sed licet ei minimè adquiratur: attamen ſi uoluntas teſtatoris euidens appareat, reſtituendam ei eſſe hæreditatem. Sed Trebarius: Si liber homo bona fide ſeruiens iuſſu eius cui ſeruiret, hæreditatem adijſſet, hæredem ipſum fieri: nec intereſſe quid ſenſerit, ſed quid fecerit. Labeo contrà, ſi ex neceſsitare id feciſſet: quod ſi ita ut & ipſe uellet, ipſum fieri hæredem. *Concordat item l. 21. in prin. ff. d. tt. de adq. rer. dom. his uerbis:* Si ſeruus meus cum tibi bona fide ſeruiret, te emiſſet, traditaq; ei eſſet: Proculus ait, nec meam fieri, quia ſeruum non poſsideam: nec tuam; ſi non ex re tua ſit parata. Sed ſi liber homo bona fide tibi ſeruiens emerit, ipſius fieri. *Item concordat l. 43. in prin ff. eod. tt. his uerbis:* Seruus qui bona fide poſsidetur, id quod ex re alterius eſt, poſſeſſori non adquirit. *Concordat item l. 20. §. apud. ff. de ſtipul. ſeruor. his uerbis:* Apud Labeonem ita ſcriptum eſt, filium & filiam in ſua poteſtate pater inteſtatus reliquit: filia eo animo fuit ſemper, ut exiſtimaret nihil ad ſe ex hæreditate patris pertinere. Deinde frater eius filiá procreauit, & eam infantem reliquit: tutores ſeruo aulto eius imperauerũt, ut ab eo cui res aui hæreditatis uendiderant ſtipularetur: quãta pecunia ad eum perueniſſet ex ea ſtipulatione, quid ue pupillæ adquiſitũ ſit, pero reſcribas. Paulus. Eſt quidem uerum, bona fide poſſeſſum ſeruum ex re eius cui ſeruit, ſtipulantem poſſeſſori adquirere. Sed ſi res quæ ex hæreditate aui communes fuerunt, in uenditione hęreditatis uenierunt, non uidetur ex re pupillæ totum precium ſtipulari. ideoq; utriq; adquirit. *Hactenus leges quibus exceptio propoſita approbatur, expoſitæ ſunt. Sanè ſi bonæ fidei poſſeſſori nõ adquiratur, quibus tunc adquiratur, dicetur ⁊. cap. prox. reg. 6. Nunc propoſitæ exceptionis replicationes diſpiciendæ. Prima replicatio hæc eſt: Niſi teſtator hæreditatem ad bonæ fidei poſſeſſorem uoluerit pertinere. Hæc replicatio approbatur l. 19. §. ſed licet ei. ff. de adq. rer. dom. uerbis paulo ſuperiùs propoſitis hiſce:* Sed licet ei minimè adquiratur, attamen ſi uoluntas eiuſdem teſtatoris euidens appareat, reſtituendam ei eſſe hæreditatem. *Secũda replicatio eſt: Niſi ſeruus uel liber homo nominatim bonæ fidei poſſeſſori ſit ſtipulatus. Hæc replicatio reprobatur l. 1. §. ſi ſeruus tuus. ff. de ſtipul. ſeruor. his uerbis:* Si ſeruus tuus, qui mihi bona fide ſeruiebat, peculium habuit, quod ad te pertinebat, & ego ex eo pecuniam Titio credidero, nummi tui manebũt: ſtipulando aũt mihi ſeruus eandem pecuniá, nihil agit. Vendicando ergo eam pecuniam ab eo tu conſequi poteris. *Concordat l. 20. §. apud. ff. eod. tt. cuius uerba uide paulo ſuperiùs. Tertia replicatio eſt: Niſi iuſſu bonæ fidei poſſeſſoris adquiſierit. Hæc replicatio reprobatur l. 33. in prin. ff. de ſtipul. ſeruor. his uerbis:* Si liber homo, uel alienus ſeruus qui bona fide ſeruit, ex re alterius iuſſu poſſeſſoris ſtipuletur: Iulianus ait, liberum quidem ſibi adquirere, ſeruũ uerò domino, quia ius ſuo domino cohæreat. *Concordat d. §. apud. Quarta replicatio eſt: Niſi bonæ fidei poſſeſſor ſeruum uſuceperit. Quę replicatio approbatur l. 10. §. fin ff. de adquir. rer. dom. his uerbis:* Bonæ fidei poſſeſſor, cum uſuceperit ſeruum, quia dominus eo modo fit, ex omnibus cauſis per eũ ſibi adquirere poteſt, &c. *Cõcordat iiſdem uerbis Inſt. per quas perſ. cuiq; adq. §. de iis autem. ibi: Sed bonæ fidei. Hæc de prima exceptione, cum ſuis replicationibus. Secunda exceptio eſt: Niſi malæ fidei poſſeſſor ſit. Quę exceptio approbatur l. 1. C. de rei uendicat. his uerbis:* Mancipium alienum mala fide poſsidenti nihil poteſt adquirere. *Concordat l. 14. ff. de ſtipul. ſeruor. his uerbis:* Seruus meus cum apud furem eſſet, furi dari ſtipulatus eſt. Negat furi deberi Sabinus. Sed nec ego ex ea ſtipulatione agere potero: quia eo tempore quo ſtipulatus eſt, mihi non ſeruiret. Sed ſi detracta furis perſona ſtipulatus eſt, mihi quidẽ adquiretur actio: ſed furi nec mandati, nec alia actio aduerſus me dari debet. *Concordat item l. 14. ff. eod. tt. his uerbis:* Si ſeruus teſtamento manumiſſus, cum ſe liberũ eſſe ignoraret, & in cauſa hæreditaria maneret, pecuniam hęredi ſtipulatus eſt: nihil debetur hæredi, ſi modò ſciuerunt eũ teſtamento manumiſſum: quia non poteſt uideri iuſta ſeruitute ſęruiſſe his qui illum liberum eſſe nõ ignorabant. Diſtat igitur huius cauſa ab eo qui liber emptus bona fide ſeruit: quia in eo & ipſius & emptoris exiſtimatio conſentit. Cæterùm is qui ſcit hominẽ liberum eſſe, quãuis ille conditionem ſuã ignoret, ne poſsidere quidem eum poteſt uideri. *Concordat item l. 1. §. ſed & per eum. ff. de adq. poſſeſ. cuius uerba uide ⁊. except. proxim. Concordat item l. 22. ff. de adq rer. dom. his uerbis:* Nemo ſeruum ui poſsidens, aut clàm, aut precariò, per hũc ſtipulantem, uel rem aliquã accipientem poteſt adquirere. *Huius exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi ab initio bona fide poſſidere cœperit. Quę tamen replicatio reprobatur l. 23. §. tamdiu. ff. de adquir. rer. dom. his uerbis:* Tãdiu aũt ei adquiritur, quãdiu bona fide ſeruit. Cæterùm ſi cœperit poſſeſſor ſcire eum alienũ eſſe uel liberũ, uideamus an ei adquirat? Quæſtio in eo eſt, utrũ initium in eo ſpectemus, an ſingula momenta? Et

magis

magis eſt ut ſingula momenta ſpectemus. *Secunda replicatio uidetur: Niſi malæ fidei poſſeſſor bonæ fidei poſſeſſori in rei poſſeßione ſucceſſerit. Et hæc replicatio reprobatur l. 40. ff. de adq. rer. dom. his uerbis:* Quæſitum eſt, ſi is cui liber homo bona fide ſeruiret deceſſerit, eiq; is hæres extiterit, qui liberum eum eſſe ſciat: an aliquid per eum adquiratur? Africanus nõ eſſe ait, ut hic bonæ fidei poſſeſſor uideatur, quando ſciens liberum poſsidere cœperit: quia etſi fundum ſuum quis legauerit, hæres qui eum legatum eſſe ſciat, proculdubio fructus ex eo ſuos non faciat: & multo magis, ſi teſtator eum alienum bona fide emptum poſſederit. Circa ſeruorum igitur operas ac miniſterium eandem rationem ſequendam: ut ſiue proprij ſiue alieni, uel legati, uel manumiſsi teſtamento fuerint: nihil per eos hæredibus, qui modò eorum id non ignorarent adquiratur. Etenim ſimul hoc ferè cedere, ut quo caſu fructus prædiorum conſumptos ſuos faciat bonæ fidei poſſeſſor, eodem per ſeruum ex opera & ex re ipſius ei adquiratur. *Tertia exceptio eſt: Niſi non proprietatem, ſed poſſeßionem apprehendat poſſeſſus. Hæc exceptio reprobatur Inſtit. per quas perſ. cuiq; adq. §. non ſolum, his uerbis:* Non ſolum autem proprietas per eos ſeruos, in quibus uſumfructum habetis, uel quos bona fide poſsidetis, aut per liberam perſonam, quæ bona fide uobis ſeruit, uobis adquiritur, ſed etiam poſſeſsio. *Concordat l. 1. §. ſed & per eum. ff. de adq. poſſeß. his uerbis:* Et per eum quem bona fide poſsidemus, quamuis alienus ſit uel liber, poſſeſsionem adquirimus. Quòd ſi mala fide eum poſsideamus, non puto adquiri nobis poſſeſsionem per eũ: ſed nec uero domino aut ſibi adquiret, qui ab alio poſsidetur. *Concordat item l. 34. §. fin. ff. eod. tit. his uerbis:* Seruus meus ignoranti mihi poſſeſsionem adquiret. Nam & ſeruus alienus (ut Celſus ſcribit) ſiue à me ſiue à nemine poſsideatur, poteſt mihi adquirere poſſeſsionem, ſi nomine meo adipiſcatur: quod & ipſum admittendum eſt. *Quarta exceptio eſt: Niſi bonæ fidei poſſeſſor poſſeſſo aliquid donauerit. Hæc exceptio reprobatur l. 49. §. fin. ff. de adq. rer. dom. his uerbis:* Eadem dicemus & in homine libero, qui mihi bona fide ſeruit, ut ſi aliquid ei donauerim, meum ſit. & ideo Pomponius ſcribit: Quámuis donauerim ei operas ſuas, tamen quidquid ex operis ſuis adquirit, mihi adquiri. *Ait Iuriſconſultus:* Eadem dicemus: *De his uide ſ. reg. prox. except. 1. repl. 1.* *Quinta exceptio eſt: Niſi liber homo, qui poßidetur, ſuam rem ſit ſtipulatus. Hæc exceptio reprobatur l. 20. in prin. ff. de ſtipul. ſeruor. his uerbis:* Liber homo qui bona fide mihi ſeruit, ſi ſtipuletur ex re mea, uel ex operis ſuis, Stichum qui ipſius eſt, magis eſt ut mihi adquirat: quia etſi ſeruus eſſet meus, adquireret mihi. nec enim illud dici debet, quaſi ille quoq; in peculio eius eſſet. *Sexta exceptio hæc eſt: Niſi rem eius cui bona fide ſeruit, ſtipulatus ſit. Hæc exceptio approbatur d. l. 20. in prin. his uerbis:* Sed ſi ex re mea eum qui meus eſt ſtipuletur, ſibi adquireret. *Septima exceptio eſt: Niſi ſeruum nominatim domino ſuo dari ſtipulatus ſit. Hæc exceptio approbatur l. 39. §. item ſi ſeruus. ff. de ſtipul. ſeruor. his uerbis:* Si ſeruus bona fide nobis ſeruiat, & id quod nobis adquirere poterit, nominatim domino ſuo ſtipulatus fuerit, ei adquiret: ſed qua actione id recuperare poſſumus? quæritur. & non ſine ratione eſt, quod Caius noſter dixit, condici poſſe domino. *Octaua exceptio eſt: Niſi ſeruus ſit furtiuus. Hæc exceptio reprobatur l. 39. ff. de adquirend. rerum dominio, his uerbis:* Etiam furtiuus ſeruus bonæ fidei emptori adquirit, quod ex re eius ſtipulatur, aut per traditionem accipit. *Nona exceptio eſt: Niſi ſeruus ſit uxori à marito donatus. Hæc exceptio approbatur l. 57. ff. de adq. rer. dom. his uerbis:* Per ſeruum donatum uxori à marito, ne ex re quidem eius, cui donatus eſt, adquiri quidquam poſſe, Iulianus ſcribit. hoc enim in eorum perſona conceſſum eſt, qui bona fide ſeruiunt. *Plura de exceptione propoſita uide in Comment. donat. cap. 9. quæſt. 4. reg. 6.* *Decima exceptio eſt: Niſi non pro ſeruo, ſed pro filio ſit poſſeſſus. Hæc exceptio approbatur per ea quæ habentur ſ. lib. 16. cap. 2. quæſt. 1. except. 16.*

Replicatio præcedentium exceptionum generalis.

Planè exceptionum iam propoſitarum replicatio generalis hæc eſt: Niſi id quod liber homo bona fide poſſeſſus adquiſiuit, ſibi adquirere non poßit. tunc enim adquiritur poſſeſſori prædictis exceptionibus non obſtantibus. Quæ replicatio approbatur l. 23. §. generaliter. ff. de adq. rerum dom. his uerbis: Generaliter dicendum eſt, quod ex re ſua, hoc eſt, eius cui bona fide quis ſeruit, ei adquirere non poteſt, ſibi eum adquiſiturum. Quod autem ex re eius ſibi adquirere non poteſt, ei adquiſiturum cui bona fide ſeruit. *Plura de hac replicatione uide ſ. cap. prox. quæſt. 4. reg. 3. except. 1. repl. 1.*

VII. Regula. De ſeruo nobis pignori obligato: per hunc nobis nihil adquiritur. Quæ regula approbatur l. 37. in prin. ff. de adq. rer. dom. his uerbis: Per ſeruum qui pignori datus eſt, creditori nec poſſeſsio adquiritur: quia nec ſtipulatione, nec traditione, nec ullo alio modo per eum ſeruum quidquam ei adquiritur, quamuis poſſeſsio penes eum ſit. Concordat l.

dat l. 1. §. per ſeruũ corp. ff de adq. poſſeß. his uerbis: Per ſeruum corporalitet pignori acceptũ non adquirere creditorem poſſeſsionem Iulianus ait: quia nec ſtipulatione, nec ullo alio modo per eum adquirat, quamuis eum poſsideat.

VIII. *Regula. De ſeruo hæreditario: per eum hæredi futuro adquiritur. Quæ regula approbatur inſt. de ſtipul. ſeruor. in prin. his uerbis:* Hæreditas in pleriſq; perſonæ defuncti uicem ſuſtinet: idcoque quod ſeruus hæreditarius ante aditam hæreditatem ſtipulatur, adquitit hæreditati, ac per hoc etiam hęredi poſtea facto adquiritur. *Concordat l. 33. §. fin. cum l. ſequente. ff. de adq. rer. dom. his uerbis:* Quoties ſeruus hæreditarius ſtipulatur, uel per traditionem accipit, ex perſona defuncti uires aſſumit, ut Iuliano placet, cuius & ualuit ſententia, teſtantis perſooam ſpectandam eſſe opinantis. Hæreditas enim non hæredis perſonam, ſed defuncti ſuſtinet: ut multis argumentis iuris ciuilis comprobatum eſt. *Concordat item l. 61. in prin. ff. eod. tt. his uerbis:* Hæreditas in multis partibus iutis pro domino habetur, ideoqoe hæreditati quoque ut domino per ſeruum hæreditarium adquiritur. *Huius regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi id quod adquiritur, ſit eiuſdem hæreditatis. hoc enim per ſeruũ hæreditarium hæredi futuro non adquiritur. Hæc exceptio approbatur l. 43. ff. de adq. hæred. his uerbis:* Hæres per ſeruum hęreditatium eiuſdem hæreditatis partem, uel id quod eiuſdem hæreditatis ſit, adquirere non poteſt. *Concordat l. 1. §. ueteres. ff. de adq. poſſeß. cuius uerba uide paulo inferius repl. 4. Concordat item l. 18. ff. de adq. rer. dom. his uerbis:* Per hæreditarium ſeruum quod eiuſdem eſt hæreditatis, hæredi adquiti non poreſt, & maximè ipſa hæreditas. *Huius exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi cum defuncto ſeruus deberetur, hæredi ſit traditus. Quæ replicatio approbatur l. 38. §. fin ff. de adq. poſſeß. his uerbis:* Si is qui Titio ſeruum oendiderat hæredi eius eum tradidetit, poteſt hæres rerum hæreditariarum poſſeſsionem per eum apprehendere: quia ſeruus non iure hæreditatio, ſed actione ex empto ad eum peruenit. nam etſi ex ſtipulatu uel ex teſtamento ſeruus debitus teſtatori fuiſſet, & hęres eius eum accepiſſet, non prohiberetur rerum hæreditariarum poſſeſsionem per eundem adquirere. *Secunda replicatio eſt: Niſi ſeruus hæredi à teſtatore ſit prælegatus. Quæ replicatio approbatur l. 1. §. ſi ex parte. ff. de adq. poſſeß. his uerbis:* Si ex parte hæredi inſtituto ſeruus legatus ſit, propter partem quam ex cauſa legati habet, adquiret fundi hæreditatij poſſeſsionem. *Tertia replicatio eſt: Niſi ſeruus hæredi cum teſtatore fuerit communis. Hæc replicatio approbatur d. §. ſi ex parte, hiſcè uerbis:* Idem dicendum eſt, ſi ſeruum communem iuſſero adire hæreditatem: quia propter meam partem adquiro. *Quarta replicatio eſt: Niſi cum plures ſerui eidem legati eſſent, uel donati, &c. per unum cæterarum poſſeſsionem adquirere uelit. Hæc replicatio approbatur l. 1. §. ueteres. ff. de adq. poſſeſs. his uerbis:* Veteres purauerunt, non poſſe nos per ſeruum hæreditatium adquirere, quod ſit eiuſdẽ hæreditatis. Itaq; agitatur, num hæc regula longius producẽda ſit, ut ſi plures ſerui legati ſint, per unũ an poſsint cæteri poſsideri? Idem tractatum eſt, ſi pariter empti uel donati ſunt. Sed uetius eſt, ex his cauſis poſſe me pet unum reliquorum adquirere poſſeſsionem. *Cõcordat l. 40. ff. eod. tt. ubi Paulus:* Prædia cum ſetuis donaoit (*inquit*) eorumq; ſe tradidiſſe poſſeſsionem litetis declarauit: Si uel unus ex ſeruis, qui ſimul cum prædijs donarus eſt, ad eum qui donum accepetit peruenit, mox in prædia remiſſus eſt, per ſeruum prædiorum poſſeſſionem quæſitam, cæterorumq; ſeruorum conſtabit. *Hæc de prima exceptione regulæ propoſitæ. Secunda exceptio hæc eſt: Niſi id quod adquiritur, perſonale ſit, eiuſq; ſubſtantia factum perſonæ operæ'ue deſideret. Hæc exceptio approbatur l. 61. ff. de adq. rer. dom. his uerbis:* In ijs ſanè in quibus factum perſonæ operæue ſubſtãtia deſideratur, nihil hæreditati quæti pet ſeruũ poteſt. *Hiſce uerbis exceptio propoſita approbatur: declaratur uerò ibidem duobus exemplis, quorũ primum proponitur hiſce uerbis:* Ac propterea quamuis ſeruus hæreditatius hæres ioſtitui poſsit, tamen quia adire iubentis quoque perſona deſideratur, hæres expectandus eſt. *Alterum exemplum ibidem proponitur his uerbis:* Vſusfructus qui ſine perſona cõſtitui non poteſt, hæreditati per ſeruum non adquiritur. *Huic concordat l. 26. in prin. ff. de ſtipul. ſeruor. his uerbis:* Vſusfructus ſine perſona eſſe non poteſt. Et ideo ſeruus hæreditarius inutiliter uſum fructum ſtipulatur. Legati aorem ei poſſe uſumfructum dicitur: quia dies eius ſtatim non cedit, ſtipulatio autem pura ſuſpendi nõ poteſt. Quid ergo ſi ſub conditione ſtipuletur? nec hoc caſu ualet ſtipulatio: quia ex pręſenti uires accipit ſtipulatio, quamuis ex ea petitio ſuſpenſa ſit. *Planè in exemplo hoc poſteriore admittitur replicatio hæc: Niſi nõ ſit ſtipulatus uſum fructum ſeruus, ſed ei ſit legatus. quæ replicatio approbatur uerbis iam propoſitis hiſce:* Legari autem ei poſſe uſumfructũ dicitur: quia dies eius non ſtatim cedit, ſtipulatio autẽ purà

ſuſpendi non poteſt. *Concordat l.1.§.dies.ibi: hac ratione.ff.quando dies uſusfructi. cedat. his uerbis:* Dies uſusſructus, item uſus non prius cedit, quàm hæreditas adeatur:tunc enim conſtituitur uſusſtuctus, cum quis iam uti frui poteſt. Hac tatione etſi ſeruo hęreditario uſusſructus legetur: Iulianus ſcribit, quamuis cætera legata hæreditati adquirantur, in uſuſructu tamé perſonam domini expectari, quæ uti frui poſsit. *Concordat item l.18.ff.quib.modis uſusfr.amittatur. cuius uerba uide § lib.24.cap.2.cauſa 13.except.3. Sed & aliam replicationem uidetur admittere exceptio propoſita, hanc nimirum: Niſi ſub conditione uſumfructum ſit ſtipulatus ſeruus. quæ tamen replicatio reprobatur d.l.26.in fine, his uerbis:* Quid ergo ſi ſub conditione ſtipuletur? nec hoc caſu ualet ſtipulatio: quia ex præſenti uires accipit ſtipulatio, quamuis ex ea petitio ſuſpenſa ſit. *Tertia exceptio hæc eſt: Niſi nominatim hæredi futuro ſtipulatus ſit ſeruus. Hæc exceptio approbatur l.27.§. fin.ff de pactis, hiſce uerbis:* Seruus hæredi poſt adituro nominatim paciſci non poteſt, quòd non dũ dominus is ſit: ſed ſi in ré pactum conuentũ factum ſit, hæredi adquiri poteſt. *Cõcordat l.16 ff.de ſtipul.ſeruor.his uerbis:* Seruus hæreditarius futuro hæredi nominatim dari ſtipulatus nihil agit: quia ſtipulationis tempore hæres dominus eius nõ fuit. *Concordat l.28.§.ſeruum.ibi: quomodo ff.eod. tit.cuius uerba alibi proponentur. Huius exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi hæredi quidem futuro ſtipulatus ſit, non tamen eius nomen expreſſit. quæ replicatio approbatur l.33.ff.de ſtipul.ſeruor.his uerbis:* Seruus hæreditarius & hæredi futuro & hæreditati rectè ſtipulatur. *Concordat l.28.§. illud.ff.eod.tit.his uerbis:* Illud quæſitum eſt, an hæredi futuro ſeruus hæreditarius ſtipulari poſsit? Proculus negauit: quia is eo tempore extraneus eſt. Caſsius reſpondit, poſſe: quia qui poſtea hæres extiterit, uidetur ex mortis tempore defuncto ſucceſsiſſe. Quę ratio illo argumento commendatur: quòd hæredis familia ex tempore mortis funeſta facta intelligitur, licet poſt aliquod tẽpus hęres extiterit. Manifeſtũ igitur eſt, ſerui ſtipulationẽ ei adquiri. *Quarta exceptio eſt: Niſi non adeatur poſtea hæreditas. Hæc exceptio approbatur l.73.§. ſi ſeruus.ff.de uerb.oblig.his uerbis:* Si ſeruus hæreditarius ſtipulatus ſit, nullã uim habitura eſt ſtipulatio, niſi adita hæreditas ſit, quaſi conditionẽ habeat. idem eſt & in ſeruo eius qui apud hoſtes eſt. *Quinta exceptio eſt: Niſi caſtrenſis peculij ſeruus ſit defuncti filijfamiliâs. Hæc exceptio reprobatur per ea quæ propoſita ſunt §. li. 16.ca.3.queſt. 3.reg.3. Planè admittitur in caſu, ſi ſcilicet ſeruus filiofamiliâs cum alio fuerit communis. quæ diſtinctio approbatur l.18.in prin.ff.de ſtipul. ſeruor. his uerbis:* Si ſeruus communis Meuij & caſtrenſis peculij defuncto filiofamiliâs milite, antequam adeat inſtitutus hæreditatem ſtipuletur, ſocio qui ſolus interim dominus inuenitur, tota ſtipulatio quæreretur: quoniã partem non facit hæreditas eius quæ nondum eſt. non enim ſi quis hæredem exiſtere filiofamiliâs dixerit, ſtatim & hæreditatem eius iam eſſe conſequens erit, cum beneficium principalium conſtitutionum in eo locum habeat, ut filiusfamiliâs de peculio teſtari poſsit: quod priuilegium ceſſat, priuſquam teſtamentum aditione fuerit confirmatum. *Hæc de octaua regula cum ſuis exceptionibus.*

IX. *Regula. De libero homine, & ſeruo alieno, nobis non ſeruientibus, per hos nihil nobis adquiritur. Quæ regula approbatur Inſt.per quas perſ. cuique adq. §. ex his apparet, his uerbis:* Apparet per liberos homines, quos neque ueſtro iuri ſubiectos habetis, neque bona fide poſsidetis: item per alienos ſeruos, in quibus neque uſumfructum habetis, neque poſſeſsionem iuſtam, nulla ex cauſa uobis adquiri poſſe. Et hoc eſt quod dicitur, per extraneam perſonam nihil adquiri poſſe. *Concordat l.1. C. per quas perſ nob. adq.his uerbis:* Excepta poſſeſsionis cauſa per liberam perſonam, quæ alterius iuri non eſt ſubdita, nihil adquiri poſſe indubitati iuris eſt. Si igitur procurator non ſibi, ſed ei cuius negocia adminiſtrabat, redintegratæ rei uindicationem pactus eſt, idque pactum etiam ſtipulatio inſecuta eſt: nulla domino obligatio quæſita eſt. *Concordat item l.11. §. per liberam. ff. de pignorat. act. his uerbis:* Per liberam perſonam pignoris obligatio nobis non adquiritur: adeò ut nec per procuratorem plerunque, nec tutorem adquiratur. Et ideo ipſi actione pignoraticia conuenientur. Sed nec mutat, quod cõſtitutum eſt ab Imperatore noſtro poſſe per liberam perſonam poſſeſsionem adquiri. Nam hoc eò pertinebit, ut poſsimus quidem pignoris obligati poſſeſsionem per procuratorem uel tutorem adprehendere: ipſam autem obligationẽ libera perſona nobis nõ ſemper adquiret. Sed ſi procurator meus uel tutor rem pignori dederit, ipſe agere pignoraticia poterit. Quod in procuratore ita procedit, ſi mandatum fuit ut pignori daret. *Quod hic dicitur de tutore, ei cõtradicere uidẽtur ea quæ habẽtur §. lib.27. ca.1.queſt.8.reg.4. ſed iſta de utili, hæc de directa actione ſunt intelligẽda. ſed et propoſitæ regulæ cõcordat l.54.in prin.ff.de adq.rer.do.his uerbis:* Homo liber hæreditaté nobis adquirere nõ poteſt.

Huius

Huius regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi liber homo poſſeſsionem noſtro nomine apprehēdat. ea enim nobis per liberum hominem adquiri poteſt, & per eam dominium. Hæc exceptio approbatur Inſt. d. §. ex his apparet, his uerbis: Excepto eo quòd per liberam perſonam (ueluti per procuratorem) placet non ſolùm ſcientibus, ſed & ignorantibus uobis adquiri poſſeſsionem, ſecūdum Diui Seueri conſtitutionē: & per hanc poſſeſsionem etiam dominiū, ſi dominus fuerit qui tradidit: uel uſucapionem, aut longi temporis præſcriptionem, ſi dominus non fuit. *Concordat l. 13. ff. de adq. rer. dom. his uerbis:* Si procurator rem mihi emerit mandato meo, eiq́; ſit tradita meo nomine: dominium mihi & proprietas adquiritur etiam ignoranti. Et tutor pupilli pupillæ'ue ſimiliter ut procurator rem emendo nomine pupilli pupillæ'ue, proprietatem eis adquirit etiam ignorantibus. *Concordat item l. 20. §. fin. ff. eod. tit. his uerbis:* Si ego & Titius rem emerimus, eaq́; Titio & quaſi meo procuratori tradita ſit, puto mihi quoque quæſitum dominium: quia placeat per liberam perſonam omnium rerum poſſeſsionem quæri poſſe, & per hanc dominium. *Concordat item l. 53. ff. eod. tit. his uerbis:* Ea quæ ciuiliter adquiruntur, per eos qui in poteſtate noſtra ſunt, adquirimus: ueluti per ſtipulationem. Quod naturaliter adquiritur, ſicut eſt poſſeſsio, per quemlibet uolentibus nobis poſsidere adquirimus. *Concordat item l. 11. §. per liberam. ibi: ſed nec. ff. de pignor. act. cuius uerba uide paulo ſuperius. item concordat l. 8. C. de adq. poſſeß. his uerbis:* Per procuratorem utilitatis cauſa poſſeſsionem, etſi proprietas ab hac ſeparari non poſsit, dominium etiam quæri placuit. *Item concordat l. 1. §. per procuratorem. ff. de adq. poſſeß. his uerbis:* Per procuratorem, tutorem, curatorem'ue poſſeſsio nobis adquiritur. Cum autem ſuo nomine nacti fuerint poſſeſsionem, non cum ea mente ut operam duntaxat ſuam nobis accommodarent, non poſſunt adquirere: alioquin ſi dicamus per eos non adquiri nobis poſſeſsionem, qui noſtro nomine accipiunt, futurum eſt ut neq; is poſsideat, cui res tradita ſit, quia non habeat animum poſsidendi: neque is qui tradiderit, quoniam ceſſerit poſſeſsionem. *Concordat item l. 2. ff. de adq poſſeß. cuius uerba uide ℑ. lib. 23. ca. 2. except. 19. item concordat l. 9. ff. d. tit. his uerbis:* Generaliter quiſquis omnino noſtro nomine nobis uolentibus ſit in poſſeſsione (ueluti procurator, hoſpes, amicus) nos poſsidere uidemur. *Cōcordat denique l. 34. §. fin. ff. eod. tit. his uerbis:* Et ſeruus alienus (ut Celſus ſcribit) ſiue à me, ſiue à nemine poſsideatur, poteſt mihi adquirere poſſeſsionē, ſi nomine meo adipiſcatur eam. Quod & ipſum admittandū eſt. *Huius exceptionis replicatio prima eſt: Niſi alius non noſtro nomine poſſeſsionem apprehendat. Quæ replicatio approbatur l. 1. §. per procuratorē. ff. de adq. poß. his uerbis:* Cum autē ſuo nomine nacti fuerint poſſeſsionem, non cum ea mente ut operam duntaxat ſuam accommodarent nobis, non poſſunt adquirere. *Concordat l. 37. §. fin. ibi, nā etſi. ff. de adq. rer. dom. cuius uerba uide ℑ. reg. 4. except. 6. Concordat item l. 44. §. 1. ibi: nam & manent. ff. de furtis. Contradicit l. 13. in fine. ff. de donationibus, cuius uerba uide ſuprà eod. cap. reg. 4. except. 6. in fine. Secunda replicatio eſt: Niſi is qui noſtro nomine rem accepit, eam nobis nondum tradiderit. Hæc replicatio reprobatur ex iis quæ paulò inferius dicentur, quòd etiam ignorantibus adquiratur poſſeßio per alium. Vnde l. 65. in prin. ff. de adq. rer. dom. ita dicitur:* Si epiſtolam tibi miſero, nō erit ea tua, antequā tibi reddita fuerit. Paulus: Imò contrà. nā ſi miſeris ad me tabellarium tuum, & ego reſcribendi cauſa literas tibi miſero, ſimulatq; tabellario tradidero, tuæ ſient. Idem accidit in iis literis quas tuæ duntaxat rei gratia miſero: ueluti ſi petieris à me ut tē alicui commendarem, & eas commendaticias tibi miſero literas. *Planè hiſce uidetur contradicere l. 59. ff. de adq. rer. dom. cuius hæc ſunt uerba:* Res ex mandato meo empta non prius mea fiet, quàm ſi ille tradiderit mihi qui emit. *Tertia replicatio eſt: Niſi dominus cauſam ex qua res eſt tradita procuratori, nondum ratā habuerit. Hæc replicatio approbatur l. 42. §. fin. ff. de adq. poſſeß. his uerbis:* Procurator ſi quidē mādante domino rē emerit, protinus illi adquirit poſſeſsionē: quòd ſi ſua ſponte emerit, non niſi ratam dominus habuerit emptionē. *Concordat l. 23. quæ incipit, Si hac mēte. ff. negociorū geſtorum. ubi Paulus:* Si hac mente pecuniā procuratori dem, ut ea ipſa creditoris fieret, proprietas quidē per procuratorem non adquiritur. poteſt tamē creditor etiam inuito me, ratum habendo pecuniā ſuam facere: quia procurator in accipiēdo creditoris duntaxat negocium geſsit, & ideo creditoris ratihabitione liberor. *Quarta replicatio eſt: Niſi dominus ignoret aliū ſuo nomine poſſeßionē apprehēdiſſe. Hæc replicatio reprobatur Inſt. p quas perſ. cuiq; adq. §. ex his apparet. ibi, ſed & ignorātib. uobis adquiri, &c. cuius uerba uide ſuprà ead. exceptione, in prin. Cōcordat l. 34. §. ſed ſi non. ff. de adq. poß. cuius uerba uide ℑ. Cōcordat itē l. 49. §. fin. ff. eod. tit. uel l. 1. C. de adq. poß. his uerbis:* Per liberam perſonā ignoranti quoq; adquiri poſſeſsionem, & poſtquā ſcientia interue-

nerit, uſucapionis cõditioné inchoari poſſe, ram rarione utilitaris quá iutis prudentia receptum eſt. *Concordat item l.13. ff. de adq. rer. dom. cuius acrba aide ſ. ead. except. in prin. Hæc tãt intelligenda ſunt, quando mandante domino procurator rem emerit: non ſi ſua ſponte emerit, domino ignorãte, ne hæc ſaperiori replicationi contradicãt. Proinde ſi procurator ſua ſponte ſine mandato cõtraxerit, & ex ea cauſa rẽ traditã acceperit, nõ niſi ſciẽti & ratũ habẽti domino adquiritur poſſeſſio, & per eam dominiũ. Hoc igitur caſu propoſitæ replicationi eſt locus: diſtinguitur tamẽ, ſi tutor pupilli nomine rẽ aliquam cõparauerit, tunc enim etiã ſine mandato domino pupillo adquiritur ignorãti. quæ diſtinctio approbatur d. l.13. in fine. ff. de adq. rer. dom. his acrbis:* Et tutor pupilli popillæúe ſimiliter ut procurator, ré emendo nomiue pupilli pupillæúe proptietaté eis adqoirit etiã ignorãtibus. *Quinta replicatio eſt: Niſi ſeruus alienus ſe ſe pro libero gerens, noſtro nomine poſſeſſioné apprehenderit. Hæc replicatio reprobatur l.31. §. ſeruus. ff. de uſucap. his acrbis:* Seruos licet in libertare moretur, nihil poſsidet, nec per eũ alius: at qui ſi nomine alterius, dú io libertate moratur, nactus fuerit poſſeſsioné, adqoiret ei cuius nomine nactus fuerit. *Cõcordat l.34. §. fin. ff. de adq. poſſeſſ. cuius uerba aide ſ. ead. exc. in prin. Hæc de prima exceptione cũ ſuis replicationib. Secunda exceptio eſt: Niſi liber homo noſtro nomine pecuniã crediderit alicui. tũc enim per cũ nobis adqairitur actio. Quæ exceptio approbatur l.9. §. ſi nummos. ff. ſi certũ petatur, his uerbis:* Si oummos meos tuo nomine dedero uelut tuos, abſenre & ignoranre re, Ariſto ſcribit, adquiri ribi condictioné. Iulianus qooq; de hoc interrogatus, ſcribit uetá eſſe Ariſtouis ſenrenriá: nec dubirari, quin ſi meam pecuoiá tuo nomine uoluotate tua dedero, tibi adquiratur obligatio. *Concordat l.2. C. per quas perſ. nob. adq. ubi Imp. Iuſtinianus:* Cum per libetam perſoná (*inquit*) ſi pecuniá alrerius nomine ſuerit numerata, adquiratur quidem ei cuius nomine pecunia credita eſt, per huiuſmodi numerationé cõdictio, oõ aũt hypotheca uel pignus eorũ quæ procuratori data uel ſuppoſira ſunt, domioi cõtractus adquiritur: talem differentiá expellentes, ſancimus, & condictiooé & hypothecariá actionem uel pignus ipſo iure, & ſine aliqua ceſsione, ad dominũ cõtractus peruenire. Si enim procuratori neceſsitas legibus impoſira eſt, domino cõtractus cedere actioné: quare quemadmodũ ab initio in perſonali actione ceſsio ſuperuacua uidebatur, oon etiá in pignoribus & hypothecis, ſimili modo dominus contractos habear hypothecariá actioné, ſeu pignoris uinculũ uel retentiooem ſibi adquiſitam?

Tertia exceptio eſt: Niſi liber homo obligationem & actionem, quam adquiſiuit, nobis ceſſerit. De hac re dictũ eſt in Comment. de Actionibus, cap. 4. reg. 5. Sanè ſi procurator noſter aliquam actioné noſtro nomine adquiſiuit, ad eam nobis cedendã mandati actione cogi poteſt. Vnde Paulus: Etſi poſſeſsio (*inquit*) per procuratorsm ignoranti quæritur, tamen euictionis actio domioo contra uenditoré inuito procurarore non datur, ſed per actionem mandari eam cedere cogitur. a *a l. 49. § fin. ff. de adq. poſſeſſ.*

Quarta exceptio eſt: Niſi tutor nomine pupilli, uel curator nomine adulti aliquid geſſit. tunc enim ex eo obligatio ſimul & actio adquiritur ipſi pupillo & adulto. quæ exceptio approbatur per ea quæ habentur ſ. lib. 17. cap. 1. quæſt. 8. Quinta exceptio eſt: Niſi liber homo bona fide poſſideatur. de qua re dictum ſ. reg. 6. approbaturq; l.54. in prin. ff. de adq. rer. dom. cuius uerba uide ſ. cap. prox. quæſt. 3. reg. 6. except. 1. repl. 4. Hactenus de ſecundo adquirendi dominij loco, per quos ſcilicet adquiratur, ſit dictum.

QVIBVS ADQVIRATVR dominium: item quid, quale & quantum adquiratur.

Cap. III.

SEquitur tertius locus, *Quibus ſcilicet dominiũ adquiratur, cuius loci Regula prima hæc eſt: Si eadem res duobus diuerſis temporibus alienata eſt, ei adquiritur rei dominium, cui primùm res eſt tradita. Hæc regula approbatur l.15. in prim. C. de rei uendicat. his uerbis:* Quories duobus in ſolidum prædium iure diſtrahitur, manifeſti iuris eſt, eum cui priori traditum eſt, in detinendo dominio eſſe potiorem. *Item in fine eiuſdem legis hæc uerba habentur:* Cum etſi ex caoſa donarionis utrique dominium rei uindicetis, eum cui priori poſſeſsio ſoli tradita eſt, haberi potiorem conuenit. *Concordat l.31. §. fin. ff. de action. empti et uend. cuius uerba aide paulo inferius except. prox. Concordat l.12. §. ſi duob. ff de publ. in rem act. his uerbis:* Si duobus quis ſeparatim uendidsrit bona fide ementibus: uideamus quis magis Publiciaoa uti poſsit: utrum is cui priori res tradita eſt, an is qui tantùm emit? Et Iulianus lib. VII. ſcribit, ut ſiquidem ab eodem nou domino emerint, potior ſit, cui priori res tradita eſt: quod ſi à diuerſis oon dominis, melior cauſa ſit poſsidentis quàm petentis. *Huius regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi alter à non domino emerit, alter à domino. Quæ exceptio approbatur d. l.31. §. fin. his uerbis:* Vterq; noſtrûm eandem rem emit à nõ domino, cum emptio uenditioque ſine dolo malo fieret, traditaque eſt: ſiue ab eodem emimus, ſiue ab alio atq; alio, is ex nobis tuendus eſt, qui prior ius eius apprehenderit, hoc eſt, cui primum tradita eſt. Sed ſi

alter

alter ex nobis à domino emiſſet, is omnimodo tuendus eſt. *Huius exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi quis cum non dominus eſſet, uendidit ac tradidit, poſteaq; dominus factus, alij uendidit. tunc enim is qui prior à non domino emit, tuẽdus eſt. Quæ replicatio approbatur l. 72. ff. de rei uendicat. his uerbis:* Si à Titio fundum emeris Sempronij, & tibi traditus ſit precio ſoluto, deinde Titius Sempronio hæres extiterit, & eundem alij uendiderit & tradiderit: æquius eſt ut tu potior ſis. nam etſi ipſe uenditor eam rem à te peteret, exceptione eum ſummoueres. Sed etſi ipſe poſsideres, & tu peteres, aduerſus exceptionem dominij replicatione utereris. *Concordat l. 4. §. ſi à Titio. ff. de doli mali except. his uerbis:* Si à Titio fundum emeris, qui Sempronij erat, isq; tibi traditus fuerit precio ſoluto: deinde Titius Sempronio hæres extiterit, & eundem fundum Mæuio uendiderit & tradiderit: Iulianus ait, æquum eſſe Prætorem te tueri: quia etſi ipſe Titius fundum à te peteret, exceptione in factum comparata, uel doli mali ſubmoueretur. Etſi ipſe eum poſsideret, & Publiciana peteres, aduerſus excipientem Si non ſuus eſſet, replicatione utereris, ac per hoc intelligeretur eum fundum rurſus uendidiſſe, quem in bonis non haberet. *Concordat item iiſdem propè uerbis l. 2. ff. de exceptione rei uenditæ. Secunda exceptio hæc eſt: Niſi alter cui res tradita eſt, inſtrumentum emptionis non ſit conſecutus. Hæc exceptio reprobatur l. 15. §. ſi igitur. C. de rei uendicat. his uerbis:* Si antecedente tempore poſſeſſionem emiſſe, & precium exoluiſſe apud præſidem prouinciæ probaueris, obtentu non datorum inſtrumentorum expelli te poſſeſsione non patietur. *Tertia exceptio eſt: Niſi alter, cui res tradita eſt, recepto precio, dominium cedat. Quæ exceptio approbatur d. l. 15. his uerbis:* Erit ſanè in arbitrio tuo precium quod dediſti, cum uſuris recipere, &c. *Quarta exceptio eſt: Niſi ſimul duo eandem rem ab eodem emerint. Hæc exceptio approbatur l. 20. §. fin. ff. de adq. rer. dom. his uerbis:* Si ego & Titius rem emerimus, eaq; Titio quaſi meo procuratori tradita ſit, puto mihi quoq; quæſitum dominium: quia placet per liberam perſonam omnium rerum poſſeſsionem quæri poſſe, & per hanc dominium.

II. Regula. *Si duo aliquam rem ſimul emerint, eaq; alterutri eorum tradita ſit, utriq; dominium eſt adquiſitum. Quæ regula approbatur l. 20. §. fin. ff. de adq. rer. dom. cuius uerba uide ſuprà proximè.*

III. Regula. *Si quis alterius pecunia rem emerit, eius res eſt qui eam emit, non eius cuius eſt pecunia. Quæ regula approbatur l. 8. C. ſi quis alteri, uel ſibi ſub alterius nomine, &c. his uerbis:* Qui aliena pecunia comparat, non ei cuius nummi fuerunt, ſed ſibi tam actionẽ empti quàm dominium, ſi fuerit tradita poſſeſsio, quærit. Cum itaq; de rebus communibus fratrem patruelem tuum quædã comparaſſe contendas: de tua pecunia hunc conueniẽdo facies cõſultius. Nam in rem de rebus ab eo comparatis, tibi contra eum petitio non competit. *Concordat l. 1. C. eod. tt. his uerbis:* Si pecunia patris fundos, mancipiaq; comparata ſunt: tamen cũ emptiones matris tuę nomine factas eſſe proponas, ignorare non debes traditione matrem tuam dominam fuiſſe conſtitutam. Planè ſi pecuniæ petitionem competere tibi propter numerationem precij exiſtimas: ciuiliter conſiſte. *Concordat item l. 9. C. eod. tt. his uerbis:* Nihil prohibet altero pecuniam numerante in alium uel utriuſq; contrahentis conſenſu, uel certè uenditore tãtummodo uolente, dominium transferri. Eo etiã manifeſtè conſtituto, ut inter abſentes per mediam perſonam, ueluti per nunciũ, uel per epiſtolam talis contractus perfici poſsit. *Cõcordat item l. 21. in fine. C. de probationibus, cuius uerba uide ſ. lib. 7. cap. 3. quæſt. 5. except. 9. Cõcordat deniq; l. 6. C. de rei uendicatione. his uerbis:* Si ea pecunia quam depoſueras, is apud quem collocata fuerat, ſibi poſſeſsiones cõparauit, ipſiq; traditę ſunt: tibi uel omnes tradi, uel quaſdam compenſationis cauſa ab inuito in te transferri iniurioſum eſt. *Planè propoſitæ regulæ exceptio hæc eſt: Niſi pecunia militis res aliqua ſit comparata. quæ exceptio approbatur l. 8. C. de rei uendicat. his uerbis:* Si (ut proponis) pars diuerſa pecunia tua quædam nomine ſuo comparauit: Præſes prouinciæ utilem uindicationem obtentu militiæ tibi eo nomine impertiri deſideranti, partes æquitatis non negabit. Idem mandati quoq; ſeu negociorum geſtorum actionem inferenti, tibi iuriſdictionem præbebit.

IIII. Regula. *Si ſeruus duorum uel plurium communis aliquid adquirat, id omnium dominorum commune eſt. De qua regula cum ſuis exceptionib. eſt dictum ſuprà cap. prox. reg. 4.*

V. Regula. *Si ſeruus, cuius uſusfructus alienus eſt, quid adquirat, id regulariter fructuario adquiritur, aliquando proprietario. De qua reg. cum ſuis exceptionibus dictum eſt ſuprà cap. prox. reg. 5.*

VI. Regula. *Si liber homo uel ſeruus alienus ab alio bona fide poſsideatur, regulariter bonæ fidei poſſeſſori adquirit. quæ regula approbatur, ſimul & diſtinguitur per ea quæ propoſita ſunt ſ. cap. prox. reg. 6. Planè huius regulæ exceptio hæc eſt: Niſi bonæ fidei poſſeſſori adquiri nõ poſsit. tunc enim uel adquirenti, ſi liber eſt: uel domino eius, ſi eſt ſeruus, adquiritur. quæ exceptio approbatur l. 34. §. fin. ff. de*

adquir.rer.dom.his uerbis: Quidquid liber homo, uel alienus ſeruus, qui bona fide oobis ſeruit, nobis nõ aqrit: id ſi liber homo eſt, ſibi, uel ſi alienus ſeruus eſt, domino ſuo adquiret: excepto eo qoodius eſt ut liber homo poſsidendo uſucapere non poſsit: quia nec poſsidere intelligitur, qui ipſe poſsideatur. Sed oec per ſeruũ alienũ, quẽ nos bona fide poſsidemus, dominus peculiari nomine ignorans, uſucapere poterit: ſicuti nec per fugitiuum quidẽ, quem oon poſsidet. Concordat l.10.§. idem placet. in fine. ff.de adq.rer.dom cuius uerba uide ſ̃.ca.prox.reg.5. except.1. item concordat l.23.§.generaliter.ff.eod.tt. cuius uerba uide ſ̃.cap.prox.reg.6.in fine. item concordat Inſt.per quas perſonas cuiq; adq.§.idẽ placet. ibi: Itaq; quod extra. cuius uerba uide ſ̃.cap. prox.reg.5.except.1. Sanè quibus caſibus non adquiratur bonæ fidei poſſeſſori, & per conſequens propoſitæ exceptioni ſit locus, expoſitum eſt ſ̃.d.reg.6. Planè huius exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi libero homini uel domino ſerui adquiri non poßit. tũc enim adquiritur bonæ fidei poſſeſſori. quæ replicatio approbatur d §.generaliter. Huius replicationis ſpecies, ſed & duplicationes ſunt replicationes proximè ſequentes. Secũda replicatio eſt: Niſi liber homo uel ſeruus alienus ſpecialiter bonæ fidei poſſeſſori ſit ſtipulatus. nã ex hac ſtipulatione nec libero homini, nec domino ſerui adquiritur actio. quæ replicatio approbatur l.31.ff.de ſtipul ſeruor. cuius uerba uide ſ̃.cap. prox.reg.5.except.4. concordat l.14.ff.eod.tt. cuius uerba uide ſ̃.cap prox.reg.6.except.2. Tertia replicatio eſt: Niſi liber homo uel ſeruus alienus poſſeßionẽ adquiſierit. nã hæc ſi non bonæ fidei poſſeſſori adquiritur, neq; libero homini adquiri poteſt, neq; domino ſerui quæ replicatio approbatur l.1. §. ſed & per eum. in fine. ff.de adq.poſſeß. cuius uerba uide ſ̃.cap. prox.reg.6.except.3. Cõcordat l.54.§.fin.ff.de adq. rer.dom. cuius uerba uide ſ̃.ead.except.in prin. Concordat item l.21.ff. eod. tt. his uerbis: Si ſeruus meus, cũ tibi bona fide ſeruiret, rẽ emiſſet, traditaq; ei eſſet: Proculus ait, oec meã fieri, quia ſeruũ nõ poſsideã: nec tuã, ſi nõ ex re tua ſit parata. Sed ſi liber homo bona fide tibi ſeruiẽs emerit: ipſius fieri. Quarta replicatio eſt: Niſi liber homo hæreditatẽ iuſſu bonæ fidei poſſeſſoris adierit. Hæc enim aditio ſi in perſona bonæ fidei poſſeſſoris inutilis eſt, nec libero homini prodeſt. quæ replicatio approbatur, ſimul & diſtinguitur l.19.in fine.ff.de adq.rer.dom. cuius uerba uide ſ̃.cap.prox.reg.6.exc.1.in prin. Cõcordat l.54.in prin ff.eod.tt. his uerbis: Homo liber hęreditatẽ nobis adquirere non poteſt. Sed qui bona fide nobis ſeruit, adquirit: tamẽ ſi ſponte ſua, ſciens conditionẽ ſuam, adierit. Nã ſi iuſſu noſtro adierit, neq; ſibi oeq; nobis adquiret, ſi nõ habuerit ſibi adquirẽdi animũ. Quòd ſi eam mentẽ habuit, ſibi adquiret. Concordat itẽ l.73.§.qui bona.ff.de adq.hered. cuius uerba uide J.lib.30.cap.2 reg.2.except.17.

VII. Regula. Si duo ſint uſufructuarij eiuſdẽ ſerui, uel duo bonæ fidei poſſeſſores, utriq; adquiritur per eum. Quæ regula approbatur l.23.§.ſi quis.ff. de adq.rer.dom.his uerbis: Si quis bona fide duobus ſeruiat, utriq; adquiret, ſed ſingulis ex re ſua. Approbatur itẽ l.32.§.ſi duos.ff.de uſufr.& quemad.&c. cuius uerba uide paulo inferius. Ait Iuriſconſultus: Sed ſingulis ex re ſua. Ex hiſce uerbis elicitur prima aduerſus regulã propoſitã exceptio, hæc ſcilicet: Niſi ex alterius re tãtum adquiſierit ſeruus. tunc enim ei ſoli adquiritur, ex cuius re eſt adquiſitũ. Concordat l.19.ff.de ſtipul.ſeruorũ. ubi Scæuola: Si alienus ſeruus (inquit) duobus bona fide ſeruiẽs, ex unius eorũ re adquirat, ratio facit ut ei ex cuius re aliquid adquiſiuit, id totũ ei adquirat, ſiue ei ſoli, ſiue quaſi duobus ſeruiat, &c. Reliqua uerba uide ſ̃.ca. prox.reg.4.except.3. Concordat itẽ d.l.23.§.quod autẽ ex re. cuius uerba itidem uide ſ̃. d. exc.3. cõtradicit tamẽ d.l.32.§.ſi duos, his uerbis: Si duos fructuarios ꝓpooas, & ex alterius re ſeruus ſit ſtipulatus: quęritur utrũ totũ an ꝓ parte, qua habet uſumfructũ, ei quæratur. Nam & in duobus bonæ fidei poſſeſſorib. hoc idẽ eſt apud Scæuolã agitatũ li.11.quęſtion. Et ait uulgo creditũ, rationẽq; hoc facere, ut ſi ex re alterius ſtipuletur, partẽ ei dũtaxat quæri, partẽ domino. Quòd ſi nominatim ſit ſtipulatus, nec dubitari debere quin adiecto nomine ſolidũ ei quæratur. Idẽq; ait, etſi iuſſu eius ſtipuletur: quoniã iuſſum pro nomine accipimus. Idẽ & in fructuarijs erit dicendũ, ut quo caſu non totũ adquiritur fructuario, proprietatis domino erit quęſitũ: quoniã ex re fructuarij quæri ei poſſe oſtẽdimus. Secũda exceptio eſt: Niſi unius iuſſu ſtipulatus ſit, uel adquiſierit. huic enim ſoli adqrit. Quæ exceptio approbatur l.33.§.fin ff.de ſtipul.ſeruor. his uerbis: Si duo rei ſtipulandi uſumfructũ in ſeruo habeãt, uel quib bona fide ſeruiebat, & iuſſu unius à debitore ſtipuletur, ei ſoli adquirit. Cõcordat d.l.32.§.ſi duos. ibi, idemq; ait. Tertia exceptio eſt: Niſi alteri nominatim ſit ſtipulatus ſeruus. Hæc exceptio approbatur d.l.32.§.ſi duos. ibi, quod ſi nomin. ff.de uſufr.& quẽad. uerbis paulo ſuperius propoſitis hiſce: Quòd ſi nominatim ſit ſtipulatus, nec dubitari debere, quin adiecto nomine ſolidũ ei quæratur. Cõcordat l.23.§.ſed etſi.ff.de adq.rer.dom. cuius uerba uide ſ̃. ca.prox.reg.4.exc.3. Cõcordat itẽ l.32.ff.de ſtipulat. ſeruorũ. his uerbis: Si cũ duorũ uſusfructus eſſet in ſeruo, is ſeruus uni nominatim ſtipulatus ſit ex ea re quę ad utroſq; pertinet. Sabinus ait, quoniã ſuli obligatus eſſet, uidãdũ eſſe quẽadmodũ alter uſufructuariua partẽ ſuã recipere poſsit, cũ inter eos nulla com-

la communio iuris fit? ſed uerius eſt, utili communi diuidundo iudicio inter eos agi poſſe. *Ex his uerbis poſterioribus conſtat, quòd quamuis uni ex uſufructuarijs uel bonæ fidei poſſeſſoribus adquiratur in ſolidum: tamen per communi diuidundo iudicium alter ei partem poſſit auferre, & ita in euentu non niſi pars illi adquiratur: quod replicationis loco notandum. cui replicationi concordat l. 24. ff. eod. tt. his uerbis:* Si duorum uſusfructus ſerui ſit, id quod ex operis ſuis alteri eorum ſtipulatus ſit, pro ea dũtaxat parte, ex qua uſusfructus eius ſit, adquiri. *Plura de regula propoſita, eiuſq; exceptionibus uide §. cap. proxim. reg. 4. Hæc de tertio adquirendi dominij loco, Quibus ſcilicet adquiratur. Sed & huius loci quæſtiones plures ac regulas licet uidere ſuprà cap. 1. cauſa 8. cum ſequentibus.*

¶ *Quartus & ultimus adquirendi dominij locus, de eo, Quid, quale & quantum adquiratur? Cuius loci Regula prima hæc eſt: Res cum ſua cauſa per traditionem & alienationem transfertur: hoc eſt, neq; plus neq; minus iuris, quàm is qui alienat, in ea re habuit. quæ regula approbatur l. 67. ff. de cõtrah. empt. his uerbis:* Alienatio cum fit cum ſua cauſa, dominium ad alium transferimus: quæ eſſet futura, ſi apud nos ea res manſiſſet: idq; toto iure ciuili ita ſe habet, præterquam ſi aliquid nominatim ſit conſtitutum. *Concordat l. 54. ff. de reg. iuris. ubi Vlpianus:* Nemo plus iuris (*inquit*) ad alium transferre poteſt quàm ipſe habet. *Concordat item l. 120. §. fin. ff. eod. tt. ubi idem Vlpianus:* Abſurdum eſt (*inquit*) plus iuris habere eũ cui legatus eſt fundus, quàm hæredem, aut ipſum teſtatorem, ſi uiueret. *Concordat item l. 20. ff. de adquir. rer. dom. ubi idem Vlpianus:* Traditio (*inquit*) nihil amplius transferre debet uel poteſt, ad eum qui accipit, quàm eſt apud eũ qui tradit. Si igitur quis dominium in fundo habuit, id tradendo transfert: ſi non habuit, ad eũ qui accipit, nihil transfert. Quoties autem dominium transfertur ad eum qui accipit, tale transfertur, quale fuit apud eum qui tradit: ſi ſeruus fuit fundus, cum ſeruitute tranſit: ſi liber, uti fuit. Et ſi fortè ſeruitutes debeantur fundo qui traditus eſt, cum iure ſeruitutum debitarum transfertur. *Sequitur in lege ſuperius propoſita:* Præterquàm ſi aliquid nominatim ſit conſtitutum. *Hiſce uerbis elegans exceptio introducitur aduerſus Regulam propoſitam, hæc ſcilicet: Niſi quid in contrahendo fuerit exceptum. Vnde Paulus:* In emptionibus (*inquit*) ſcimus quid præſtare uenditor debeat, quidq; ex contrario emptor: quod ſi in contrahẽdo aliquid exceptum fuerit, id ſeruari debebit.[a] *Planè exceptio propoſita in eo locum habet, ſi quis minus quàm habet, ad alium transferre uelit, non ſi plus uelit transferre quàm habet. hoc enim facere nõ poteſt, ut eſt dictum. Vnde Vlpianus:* Si quis (*inquit*) fundum liberum dixerit, cum traderet eum qui ſeruus ſit, nihil iuris ſeruituti fundi detrahit, ueruntamen obligat ſe, debetq; præſtare quod dixit.[b]

a l. 43. ff. de pactis.

b l. 20. ff. de adqu. rer. dom.

II. Regula Seruus communis ſtipulando, uel per traditionem accipiendo, ſingulis dominis non pro uirilibus, ſed pro dominicis portionibus adquirit: de quo ſuprà cap. prox. reg 4. in prin. eſt dictũ. Planè, Si communis ſeruus ita ſtipuletur: Lucio Titio & Caio Seio dare ſpondes? qui ſunt domini illius, pro uirilibus partibus (*inquit Pomponius*)[c] eis ex ſtipulatione ſua dari debet. Si uerò ita, Dominis meis dare ſpondes? pro parte qua domini eſſent. Si uerò ita, Lucio Titio & Caio Seio dominis meis dare ſpondes? dubitaretur, utrum per uiriles partes, an pro dominica portione eis deberetur? & intereſſet quid, cuius demõſtrãdi cauſa eſſet adiectũ, & quæ pars eius ſtipulationis principalẽ cauſam haberet. Sed cũ ad nomina prius decurſum eſt, rationabilius eſſe uidetur pro uirili parte ſtipulationẽ ois adquiri, quòd dominorũ uocabula pro demõſtratione habeantur. *Hæc Pomponius. Porrò etiã quoq; hic admonẽdi ſumus, quòd ſi ſeruum cõmunis ab uno ex dominis ſit ſtipulatus, cæteris dominis reliquas tantũ partes, præter eam partẽ ex qua promiſſor dominus eſt, adquirat.*[d] *Reliquas propoſitæ regulæ exceptiones uide §. d. reg. 4.*

c l. 37. ff. de ſtipul. ſeruor.

d l. 7. 4. §. ſi ſeruus ff. de ſtipul. ſeruor.

III. Quantũ cuiq; in inſula nata adquiratur, itẽ ſi duorũ materiæ ſunt confuſæ, &c. dictũ eſt ſuprà ſuis locis. cap. 3. Hactenus ergo de adquirẽdo rerum dominio, ſit dictũ. Sequitur de dominio rerũ amittẽdo:

DE DOMINIO RERVM Amittendo & alienando.

Cap. IIII.

CAuſæ ex quibus dominia rerum amitti ſolent, patẽt ex ijs quæ §. cap. 1. ſunt dicta. Eædẽ enim ſunt amittẽdi dominij cauſæ, quæ dominij adquirẽdi: ijſdemq; modis res deſinunt eſſe noſtræ, quibus adquiruntur:[e] *& (ut Paulus ait) quibus modis adquirimus, ijſdem in contrarium actis amittimus.*[f] *Proinde quòd ad cauſas amittendi dominij attinet, repetenda ſunt ea quæ dicta ſunt ſuprà. Sed et quid et quantũ amittatur, patet ex ijs quæ paulo ſuperius dicta ſunt Cap. prox. Planè ſunt quædã de cauſis amittẽdi dominij peculiaria ſuperius omiſſa, nec tamẽ prætereunda ſilentio, quæ in hoc Capite proponam.*

e l. 1. in fine ff. pro derelicto.

f l. 36. & l. 196. ff. de reg. iuris.

I. Amittendi dominij cauſa, eſt Alienatio: quanquam non ignoro, alienationem eſſe omnem actum, per quem dominium transfertur,[g] *omneſq; cauſas quibus dominium amittitur, ſub ſe comprehendere. Vt tamen commodius proponi poſſint exceptiones, quæ aduerſus amittendi dominij cauſas poſſunt opponi, alienatio hic pro prima amiſſionis*

g l. 1. in fine, C. de fundo dotali.

cauſa proponenda, eiq; dictæ exceptiones ordine ſunt ſubijciendæ.

Per traditionem igitur & alienationem dominium regulariter amittitur, ut dictum eſt ſuprà cap. 2. cauſa 17. in princip. Huius autem regulæ exceptiones plures ſunt: quarum prima hæc eſt: Niſi alius, non dominus rem alienauerit. Quæ exceptio approbatur l. 11. ff. de reg. iuris, his uerbis: Id quod noſtrum eſt, ſine facto noſtro ad alium transferri non poteſt. *Approbatur item l. 6. C. de rebus alien. non alien. his uerbis:* Nemo res ad te pertinentes, non obligatas ſibi, nec ex officio uendendi poteſtatē habens, diſtrahendō quidquam tibi nocere potuit. *Concordat l. 2. C. eod. tit. cuius uerba uide J. cap. 9. reg. 12. Concordat item l. 2. C. eod. tit. cuius uerba uide paulo inferius replic. 3. item concordat l. 4. C. eod. tit. cuius uerba uide paulo inferius repl. 9. Concordat item l. 5. C. eod. tit. cuius uerba uide paulo inferius repl. 4. Concordat itē l. 5. C. de adq. poſſeſ. his uerbis:* Cum nemo ſibi cauſam poſſeſsionis mutare poſsit, proponasq; colonū nulla extrinſecus accedente cauſa excolendi occaſione ad iniquæ uenditionis uitium eſſe prolapſum: præſes prouinciæ inquiſita fide ueri dominij tui ius conuelli non ſinet. *Concordat item l. 3. C. de rei uendicat. his uerbis.* Mater tua uel maritus fundum tuum inuita uel ignorante te uendere iure non potuit, ſed rem tuam à poſſeſſore uendicare etiam nō oblato precio poteris. *Planè huius exceptionis replicationes plures ſunt, quarum prima hæc eſt: Niſi uolente ac mandante domino alius rem eius alienauerit. Hæc replicatio approbatur l. 9. §. nihil autem. ff. de adq. rer. dom. his uerbis:* Nihil intereſt, utrum ipſe dominus per ſe tradat alicui rem, an uoluntate eius alius: qua ratione ſi cui libera negociorum adminiſtratio ab eo qui peregrè proficiſcitor, permiſſa fuerit, & is ex negocijs rem uendiderit & tradiderit, faciet eam accipientis. *Concordat iiſdem propè uerbis Inſt. de rer. diuiſ. §. uenditæ. ibi: nihil autem. item l. 41. §. fin. ff. de rei uendicat. cuius uerba uide paulò inferius repl. 6. Concordat item l. 14. C. de donat. ante nuptias. cuius uerba uide J. lib. 15. cap. 8. reg. 10. in prim. item concordat l. 1. §. 2. ff. de exc. rei uenditæ. ubi Vlpianus:* Si quis (inquit) ram meam mandato mao uendidarit, uendicanti mihi rem uenditā nocebit excaprio rei uenditæ. *Subijcit ibi Iuriſconſultus:* Niſi probetur me mandaſſe, ne traderetur antequā precium ſoluatur. *Per hæc uerba poſteriora exemplum proponitur duplicationis primæ, quæ talis eſt: Niſi is cui dominus rem ſuam alienandam mandauit, fines mandati exceſſerit: ueluti ſi cum ei mandatum eſſet, ne rem traderet ante pretium ſolutum, ille poſthabito mandato antè tradiderit. Aliud exemplum proponitur in eadem lege, his uerbis: Celſus ait,* Si quis rem meam uendiderit minoris quàm ei mandaui, non uidetur alienata: etſi petam eam, non obſtabit mihi exceptio rei uenditæ. quod uerum eſt. *Concordat l. 7. §. procurator. in fine. ff. pro emptore. cuius uerba uide J. lib. prox. cap. 6. pro emptore, except. 15. in fine. Tertium exemplum eſt l. 63. in prin. ff. de contrah. empt. ubi Labeo:* Cum ſeruo rem dominus uendere certæ perſonæ iuſſerit, isq; alij uendidiſſet quàm cui iuſſerat, uenditio non ualet. Idē iuris & in libera perſona eſt, cū perfici uēditio nō potuit in eius pſona, cui dominus uenire eū noluit. *Secunda duplicatio hæc eſt: Niſi dominus ignorauit rē ſuā eſſe. Hæc duplicatio approbatur l. 15. §. fin. ff. de contrah. empt. his uerbis:* Si rem meam mihi ignoranti uendideris, & iuſſu meo alij tradideris, non putat Pomponius dominium in eum tranſire: quoniam non hoc mihi propoſitum fuit, ſed quaſi tuum dominium in eum tranſire: & ideo, etiamſi donaturus mihi rem meam iuſſu meo alij tradas, idem dicendum erit. *Tertia duplicatio eſt: Niſi dominus poſtea rem uenditam tradi prohibuit. Quæ duplicatio reprobatur l. 16. ff. de publ. in rem act. his uerbis:* Si quis prohibuit uel denunciauit ex cauſa uenditionis rem tradi, quę ipſius uoluntate à procuratore fuerat diſtracta, & is nihilominus tradiderit, emptorem tuebitur prætor, ſiue poſsideat, ſiue petat rem. *Quarta duplicatio eſt: Niſi mandatarius mortuo demum mandatore rem alienauit. Hæc duplicatio approbatur l. 31. §. fin. ff. de adq. poſſeſ. his uerbis:* Si amicus uenditoris mortuo eo priuſquam id ſciret, aut non prohibentib. hæredib. emptorem ex cauſa mandari in uacuam poſſeſsionem induxit, rectè poſſeſsio ei tradita eſt. Sed ſi id fecerit, cum ſciret dominum mortuum eſſe, aut cum ſciret hæredes id facere nolle, contrà erit. *Huius duplicationis ratio eſt, quia mandatum morte mandantis ſoluitur. Concordat l. 11. §. ſi uxor. ff. de donat. inter uir. & uxor. cuius uerba uide in Comment. donat. cap. 8. except. 10. repl. 10. Ait Iuriſconſultus:* Priuſquam id ſciret, rectè poſſeſsio ei tradita eſt. *Hiſce uerbis aduerſus duplicationem propoſitam, triplicatio approbatur, hæc nimirum: Niſi mandatarius mandatum exequens, ignoret mandatorē deceßiſſe: quo caſu poſſeßio quidem rectè traditur, ut ait Iuriſconſultus, dominium autem transferri non uidetur.* Nam ſi tibi in hoc dederim numos (*Africanus Iuriſconſultus ait*) ut eos Sticho credas, deinde mortuo me ignorans dederis, accipientis non facies. [a] *Item Vlpianus:* Si quis donaturus mihi pecuniam (*inquit*) dederit alicui ut ad me perferret, & antè mortuus erit quàm ad me perferatur, non fieri pecuniam dominij mei conſtat.

[a] *l. 41. §. quas uerò. ff. ſi certum petatur.*

a l. 2. §. ſed ſi quis. ff. de donationibus.

ſtat.a Quinta duplicatio eſt: *Niſi alius ſuo, non mandantis nomine dederit uel alienauerit. quæ duplicatio approbatur l. 25. ff. de donation. his uerbis:* Si tibi dederim rem, ut Titio meo nomine dares, & tu eam tuo nomine ei dederis: an factam eius putes? Iabolenus reſpondit: Si rem tibi dederim ut Titio meo nomine donares, eamq́; tu tuo nomine ei dederis: quantum ad iuris ſubtilitatem, accipientis facta non eſt, & tu furti obligaris. Sed benignius eſt, ſi agam contra eum qui rem accepit, exceptione doli mali me ſubmoueri. *Concordat l. 25. ff. de iure dotium: cuius uerba uide in Comment. liberationum cap. 4. except. 9. repl. 2. dupl. 9. concordat item l. 17. ff. de ſolutionib. cuius uerba uide in d. Com. liberat. cap. 6. except. 31. Sexta duplicatio eſt: Niſi is qui uendere iuſſus minoris uendiderit. Hæc duplicatio approbatur l. 7. §. pro curator. in fine. ff. pro emptore. cuius uerba uide ʒ. lib. prox. cap. 4. pro emptore. exc. 15. in fine. Hæc de duplicationibus quæ primæ replicationi ſolent opponi, ſint dicta. Sanè quæcunq; exceptiones mandato poſſunt opponi, eædem etiam propoſitæ replicationi obſtant. Secunda replicatio eſt: Niſi dominus alienationem rei ſuæ ab alio factam, ratam habuerit. quæ replicatio approbatur l. 44. §. cõſtat. ff. de uſucap his uerbis:* Conſtat, ſi rem alienam ſcienti mihi uendas, tradas autem eo tempore quo dominus ratum habuit, traditionis tempus inſpiciendum, remq́; meam fieri. *Ratio huius replicationis eſt, quia ratihabitio mandato comparatur.*b *Concordat l. 3. §. ſin autem. C. de rei uendicat. cuius uerba uide ʒ. cap. 9. reg. 11. Sed & concordat l. 4. C. de uſucap. pro emptore, his uerbis:* Venditioni ancillæ ſi conſenſum dediſſe diuerſam partem probaueris: retractando contractum quem ipſa ratum habuit, non audietur. Sed & hac probatione ceſſante; ſi bona fide emptam ancillam à uenditore bona fide diſtrahente longi temporis ſpacio uſuceperis: intentio proprietatem uindicantis tenere non poteſt. *Concordat item l. 11. C. de euictionibus. cuius uerba uide ʒ. cap. proxim. except. 5. Planè propoſitæ replicationis duplicatio hæc eſt: Niſi per errorem & ignorantiam contractum ratum habuit. Hæc duplicatio approbatur exemplo l. 8. ff. de reſcind. uendit. his uerbis:* Titius Seij procurator defuncto Seio ab eo ſcriptus hæres, cum ignoraret fundum uendente ſeruo hæreditario, quaſi procurator ſubſcripſit: quæſitum eſt, an cognito eo priuſquam emptio perficeretur; à uenditione diſcedere poſsit? Scæuola reſpondit, Titium ſi non ipſe uendidit, non idcirco actionibus ciuilibus teneri, quòd ſeruo uendente ſubſcripſerat: ſed ſerui nomine prætoria actione teneri. *Plura de duplicatione propoſita uide paulo inferius except. 7.*

b l. 23. §. fin. ff. de ſolut. l. 60. & l. 194. §. de reg. ff. de reg. iuris.

Tertia replicatio eſt: Niſi inſtrumentum alienationis ab alio factæ, ſigillo domini ſit ſignatum. Hæc replicatio ipſo quidem iure approbatur, quia ex eo præſumitur domini conſenſus & uoluntas. Verùm recipit duplicationem hanc: Niſi fraus interceſſerit. quæ duplicatio approbatur l. 2. C. de rebus alienis non alienandis, hiſce uerbis: Diſtrahente marito rem tui iuris, ſi conſenſum ei non accommodaſti, licet ſigillo tuo uenditionis inſtrumentum fraude conquiſita ſignaueris, eiuſmodi tamen commentum emptori, uſucapione non ſubſecuta, uel longi temporis præſcriptione minimè munito, nullam præſtitiſſe ſecuritatem poteſt.

Quarta replicatio eſt: Niſi pater rem filij alienauit. Hæc replicatio reprobatur l. 5. C. d. tit. his uerbis: Si fundum tuum pater poſt emancipationem te non conſentiente uenundedit, neque ei ſucceſsiſti, neque poſsidens longi temporis præſcriptione munitus eſt, tibi agenti eum Rector prouinciæ reddi efficiet. *Ait Imperat.* Poſt emancipationem. *Hoc ideo, quia res peculiares filij, quem in poteſtate ſua habet pater, tanquam ſuas poteſt alienare: de qua re dictum ʒ. lib. 16. cap. 2. Ait inſuper Imperat.* Neque ei ſucceſsiſti, neque, &c. *de hac re infrà dicetur replic. 10. & replic. 12. Quinta replicatio eſt: Niſi maritus prædium dotale alienauerit. Hæc replicatio reprobatur l. 42. in princip. ff. de uſucap. de qua re ʒ. except. 4. Sexta replicatio eſt: Niſi filiusfamiliâs uel ſeruus rem peculiarem alienauerit. Hæc replicatio regulariter quidem reprobatur, admittitur autem potiſsimùm in duobus caſibus: ſcilicet ſi ſeruus uel filius liberam peculij adminiſtrationem habeat, & ſi ei res ab alio ſit donata hac conditione ut eam alij traderet. Prior caſus approbatur l. 41. §. fin. ff. de rei uendicat. his uerbis:* Si ſeruus mihi uel filiusfamiliâs fundum uendidit & tradidit, habens liberam peculij adminiſtrationem, in rem actione potero uti. *Sed etſi domini uoluntate rem tradat, idem erit dicendum: quemadmodum & cum procurator uoluntate domini uendidit & tradidit, in rem actio mihi præſtabitur. Poſterior caſus approbatur l. 9. §. 1. ff. ad S.C. Macedon. his uerbis:* Si ab alio donatã ſibi pecuniã filius creditori ſoluerit, an pater uendicare uel repetere poſsit? Et ait Iulianus: Siquidem hac cõditione ei donata ſit pecunia, ut creditori ſoluat, uideri à donatore profectam protinus ad creditorem, & fieri nummos accipientis: ſi uerò ſimpliciter ei donauit, alienationem eorum filium non habuiſſe: & ideo ſi ſoluerit, condictionem patri ex omni euentu competere.

Septima replicatio eſt: Niſi tutor uel curator rem pupilli uel adulti alienauerit. Hæc replicatio approbatur, ſimul et diſtinguitur per ea quæ propoſita ſunt ʒ.

lib. 18.

li.18. cap. 3. officio 5. item cap.6. item cap.7. quæſt.2. *Octaua replicatio eſt: Niſi creditor iure pignoris rem uendiderit. Quæ replicatio approbatur l. 46. ff. de adq. rer. dom. bis uerbis:* Non eſt nouom, ot qui dominium noo habet, alij dominium præbeat. oam & creditor pignus uendeodo cauſam dominij præſtat, quam ipſe non habuit. *Concordat Inſt. quib. aliena. licet. §. contra autem, bis uerbis:* Creditor pignus ex pactione, quamuis eius ea res nõ ſit, alienare poteſt. Sed hoc forſirsn ideo uidetur fieri, quòd uoluntate debitoris intelligitur pignus alienari: quia ab inirio contractus pactus eſt, ut liceret creditori pignus uẽdere, ſi pecunia nõ ſoluatur. *Cõcordat itẽ l. 13. C. de euictionibus, bis uerbis:* Si ob cauſam iodicati pignora capta ſont ex eius authoritate cui præcipiendi ius fuit, eaq; de quibus cõplecteris ru mercatus es: fruſtra ab ea quę condemoara eſt, uel quę in eius locũ ſucceſsit, eorum refertur quæſtio: quandoquidem etſi euictio eorũ ab aliquo ſubſecura fuiſſet, aduerſus eos dari debuiſſe actiooem, quibus precij ſolutio proficit, rectiſsimè reſcriptum eſt. *Planè duplicationes huius replicationis plures ſunt, quæ aliquando in commentario de Pignoribus proponentur. Sed & de ijs uide ſ̃. lib. 8. cap. 8. quæſt. 7. reg. 7. Nona replicatio eſt: Niſi alius rem pro domino in ſolutum dederit. Hæc replicatio reprobatur l. 4. C. de rebus alien. non alien. bis uerbis:* Mancipia patris, qui fundum à Philippo conduxerat, ſucceſsione tibi quæſita, domino fuodi pro debitis in ſolutum mater tua dando, nihil ribi auferre potuit: ideoq; ſi tu maior uigiutiquioq; annis effectus, ab ea negocium geſtum non feciſti ratum, oblato debito, ſi non hæc locator iure pignoris obligata ſibi uendidit, petere poteris. *Decima replicatio eſt: Niſi dominus ei qui rem ſuam alenauit, hæres extiterit. Hæc replicatio approbatur l. 14. C. de euictionibus, bis uerbis:* Siue poſſeſcio uenditoris fuit, filius, eiuſdemq; patris hæres fruſtra quæſtionem mouet: ſiue non patris, ſed filij eius poſſeſſio fuit, de qna iure hęreditario anctor laudari poteſt, controuerſiam mooere nõ poteſt. *Concordat l. 14. C. de rei uendicat. bis uerbis:* Com à matre domum filij te ſciente comparaſſe proponas: aduerſus eum dominium nindicantem, ſi matri nõ ſucceſsit, nulla te exceptione tueri potes. Quòd ſi uenditricis obtinet hæreditatem: doli exceptione pro qoa portione ad eum hæreditas pertinet, uri non prohiberis. *Concordat item l. 1. in prin. ff. de except. rei uenditæ, bis uerbis:* Marcellus ſcribit, ſi domious fundi hæres nenditori exiſtat, exceptione rei uenditæ eum rectè repellendum. *Huius replicationis duplicatio hæc eſt: Niſi emptor malit re euicta actionem aduerſus euincentem de eo quod ſua intereſt, inſtituere. Quæ duplicatio approbatur l. 3. C. de rebus alienis non alienand. bis uerbis:* Veoditrici ſuccedenti hæredirsrio iure perfectã rectè uenditionem reſcindere, ac dominium reuocare noo licet. Sed etſi hic ex perſona ſua uindicst: uel exceptione te doli mali, ſi hanc uiam elegeris, tueri: uel euicta re ſi defenſione monſtrata uti nòlueris, quãri rua intereſt, poteris experiri. *Concordat l. 73. ff. de euictione, bis uerbis:* Seia ſundos Mæuianum & Seianum & cæteros doti dedit, eos fundos uir Titius uiua Seia ſine controuerſia poſſedit, poſt mortem deinde Seiæ Semprooia hæres Seiæ quæſtionem pro prædij proprietate facere ioſtituit: quæro, cũ Sempronia ipſa ſit hæres Seiæ, an iure controuerſiam facere poſsit? Paulus reſpondit, iure quidem proprio, non hæreditario Semproniam, quæ Seiæ (de qua quæritur) hæres extitiſſet, controuerſiam ſundorum facere poſſe: ſed euictis prædijs, eaodem Semprooiam hęredem Seiæ conneniri poſſe, uel exceptiooe doli mali ſubmoueri. *Vndecima replicatio eſt: Niſi is qui rem alienam alienauit, poſtea domino rei ſucceſſerit, uel alio modo dominium rei ſit nactus. Hæc replicatio approbatur l. 1. in prin. ff. de except. rei uenditæ, bis uerbis:* Marcellus ſcribit, ſi alisnũ fundum uendideris, & tuom poſtea factum petas, te exceptione rectè repellendum. *Concordat l. 2. in fine. ff. eod. tit. cuius uerba uide 8. cap. prox. quæſt. 3. reg. 1. except. 1. repl. 1. Concordat item l. 17. ff. de euictionibus, bis uerbis:* Vindicantem uenditorem qood ipſe uendidit, exceptione doli ſubmoneri poſſe nemini dubium eſt, quãois alio iure dominium quæſierit. Improbè enim rem à ſe diſtractam eoincere conatur. Eligere autem emptor poteſt utrũ rẽ uelit retinere, iotenriooe per exceptionem eliſa: an potius re ablata, ex cauſa ſtipulsrioois duplum conſequi. *Concordat item l. 72. in fine. ff. de rei uendicat. cuius uerba uide ſ̃. cap. prox. quæſt. 3. reg. 1. except. 1. repl. 1. Concordat item l. 4. §. ſi à Titio. in fine. ff. de doli mali except. cuius uerba uide d. repl. 1. Cõcordat item l. 47. ff. de action. empti, bis uerbis:* Si quis alienam rem uendiderit, & medio tempore hæres domino rei extiterit: cogetur implere uendirionẽ. *Concordat item l. 42. ff. de uſucap. cuius uerba uide ſ̃. lib. 15. cap. 9. quæſt. 3. except. 17. Item concordat l. 10. ff. de diſtract. pignor. bis uerbis:* Paulus ait: Etſi is qui lege pignoris emit, ob euictionẽ rei redire ad uenditorem oon poteſt: tamen non eſſe andiendum credirorem, qui fundum uendidit, ſi uelir eiuſdem rei ex alia cauſa quæſtionem monere. *Concordat item*

uem l. 1. §. ſi tamen. C. creditorem euictionem. cuius uerba uide alibi. Concordat item l. 1. cum lege ſequente. C. ne fiſcus rem, quam. cuius uerba uide 3. lib. 11. cap. 8. de uendit. queſt. 5. reg. 1. Concordat item l. 56. ff. ad S.C. Trebell. his uerbis: Filiam fratribus cer tis rebus acceptis, hæreditatem reſtituere pater uoluit. Ante reſtitutam hęreditatem in poſſeſsionem hæreditaris filiam quoq; mitti placuit. Cum autem interea filij res bonorum in ſolidnm diſtraxiſſent, item aliàs pignori dediſſent: hæreditate poſtea reſtituta, conſtitit ex eo facto cæterarum quoq; portionum uenditiones, item pignora confirmari. Concordat demum l. 8. in fine. ff. ſi certum petatur, his uerbis: Si legatam pecuniam hæres crediderit, deinde legatarius eam noluerit ad ſe pertinere: quia hæredis ex die aditæ hæreditatis uidentur nummi fuiſſe, ut credita pecunia peti poteſt. Nam & Iulianus ait, traditiones ab hærede factas ad id tempus redigi, quo hæreditas adita fuerit, cum repudiatum ſit legatum aut adpoſitum. Concordat denique l. 16. ff. de rebus dubijs. cuius uerba uide in Comment. de legatis cap. 9. cauſa 54. exemplo 2. in prin. Hactenus leges quibus replicatio propoſita approbatur & declaratur, expoſitæ ſunt. Eius autem duplicatio hæc eſt: Niſi emptor malit re reddita ex ſtipulatu ad duplum conſequendam agere, uel empti actione ad id quod intereſt. quæ duplicatio approbatur l. 17. in fine. ff. de euictione. cuius uerba uide paulo ſuperius ead. repl. in prin. Similis duplicatio propoſita eſt 8. replicat. prox. in fine. Duodecima replicatio eſt: Niſi res à poſſeſſore ſit uſucapta uel præſcripta. Hæc replicatio approbatur l. 4. in fine. C. de uſucap. pro emptore, his uerbis: Si bona fide emptam ancillam à uenditore bona fide diſtrahente, longi temporis ſpacio uſuceperis, Intentio proprietatem uendicantis tenere non poteſt. Concordat l. 4. C. de rei uendicat. his uerbis: Aduerſus eos qui à malæ fidei poſſeſſoribus fundum bona fide comparauerunt, ita tibi actio competit, ſi priuſquam uſucapionem implerent, uel longę poſſeſsionis præſcriptione adipiſcerentur dominium, ad te peruenit. Concordat l. 5. C. de præſcript. longi temp. his uerbis: Si uineæ quas mater tua uitrico tuo in dotem dedit, tuæ proprietatis ſunt, nec ulla præſcriptio ex tranſacti temporis prolixitate adoleuit: præſes prouinciæ reſtitui tibi eas efficiet. Concordat item l. 2. in fine. C. de rebus alienis non alienandis. cuius uerba uide paulo ſuperius repl. 1. Concordat item l. 5. C. eod. tit. cuius uerba uide paulo ſuperius repl. 4. Planè replicationis propoſitæ duplicationes tot ſunt, quot exceptiones aduerſus uſucapionem, de quibus uide 3. lib. prox. Decimatertia replicatio eſt: Niſi res poſſeſſori à domino ſit donata uel uendita. Quæ replicatio approbatur l. 2. §. fin. cum l. ſequente. ff. pro emptore, his uerbis: Si rem alienam emerim, & cum uſucaperē, eandem rem dominus à me petierit: ſi litis æſtimationē ſufferre maluerim, ait Iulianus, cauſam poſſeſsionis mutari ei qui litis ęſtimationem ſuſtulerit: quia litis æſtimatio ſimilis eſt emptioni. Idemq; eſſe, ſi dominus ei qui rem emiſſet à non domino, donaſſet. & ea ſententia uera eſt. Contradicit quodammodo l. 31. §. quod uulgò. ff. de uſucap. cuius uerba uide 3. lib. prox. cap. 2. in fine, except. 2. Decimaquarta replicatio eſt: Niſi ſocius rem communem alienauerit. hoc enim caſu pro parte ualet alienatio: quamuis is qui alienat, nullam partem rei quæ ſua ſit, demonſtrare poſſit. quæ replicatio approbatur exemplo l. 16. C. de iure dotium, his uerbis: Ante diuiſionem ſoror tua inteſtato patri etiam ipſa ſuccedens, pro indiuiſo portionem fundi communis in dotem dare non prohibetur. Hactenus de prima cauſæ propoſitæ exceptione, eiusq; replicationibus. Secunda exceptio eſt: Niſi is cui bonis interdictum eſt, rem ſuam alienauerit. Hæc exceptio approbatur l. 10. in prin. ff. de curator. furioſo. &c. his uerbis: Iulianus ſcribit, eos quib. per prætorem bonis interdictū eſt, nihil transferre poſſe ad aliquem: quia in bonis non habeant, cum eis deminutio ſit interdicta. Concordat l. 6. ff. de uerb. obligat. cuius uerba uide in Comment. de uerb. obligat. cap. 4. excep. 8. Tertia exceptio eſt: Niſi pupillus alienauerit. Hæc exceptio approbatur l. 11. ff. de adq. rer. dom. his uerbis: Pupillus (quantum ad adquirendum) non indiget tutoris authoritate: alienare uerò nullam rem poteſt, niſi præſente tutore auctore: & ne quidem poſſeſsionem, quæ eſt naturalis, ut Sabino uiſum eſt. quæ ſententia uera eſt. Horum uerborū ratio eſt, quia placuit meliorem quidem ſuā cōditionem licere eis facere, etiam ſine tutoris authoritate: deteriorem uerò, non aliter quàm cum tutoris authoritate. [a] Concordat Inſt. quibus alienare licet. §. nunc admonendi, his uerbis: Admonendi ſumus, neq; pupillum, neq; pupillam ullam rem ſine tutoris authoritate alienare poſſe. Ideoq; ſi mutuā pecuniā ſine tutoris authoritate alicui dederit, nō cōtrahit obligationē: quia pecuniā nō facit accipiētis. Ideoq; uindicari nummi poſsūt, ſicubi extāt. Sed ſi nummi quos mutuò minor dederit, ab eo q accepit, bona fide cōſumpti ſunt, cōdici poſsūt: ſi mala fide, ad exhibēdū de his agi poteſt. Cōcordat Inſt. eod. tit. §. fin. his uerbis: Pupilli uel pupillæ ſoluere ſine tutoris authoritate nō poſsūt: quia id qđ ſoluūt, nō fit accipiētis: cū ſcilicet nullius rei alienatio eis ſine tutoris authoritate cōceſſa ſit. Ait Iuriſcōſ. Niſi præſente tutore authore. Ex his uerbis colligitur replicatio aduerſus exce-

[a] Inſt. de author. tutor. §. namq; placuit.

ptionem

ptionem propoſitam prima, hæc ſcilicet: Niſi tutore auctore pupillus alienauerit. De qua plura uide ſ̄. lib. 18. cap. 7. quæſt. 2. Secunda replicatio eſt: Niſi res à pupillo alienata, bona fide ſit conſumpta. quæ replicatio conſtat ex uerbis iam propoſitis hiſce: Sed ſi numi, quos muruò minor dederit, ab eo qui accepit, bona fide conſumpti ſunt, condici poſſunt. *De qua re alibi plura.*

Quarta exceptio eſt: Niſi maritus prædium dotale alienauerit. Hæc exceptio approbatur l. 42. in prin. ff. de uſucap. his uerbis: Cum uir prædium dotale alienauerit ſcienti uel iguoranti rem dotis eſſe, uenditio oon ualet. *Concordat Inſt. quibus alien. licet. in princip. his uerbis:* Accidit aliquando, ut qoi domious ſit, alienare non poſsit: & contrà qui dominus non ſit, alienandæ rei poteſtatem habeat. Nam dotale prædium maritus in uita muliere per legem Iuliam prohibetur alienare, quamuis ipſius ſit dotis cauſa ei datũ, &c. *Reliqua huc pertinentia uide ſ̄. lib. 15. cap. 9. quæſt. 5. Quinta exceptio: Niſi incertæ perſonæ alienatio ſit facta. Hæc exceptio reprobatur Inſtit. de rer. diuiſ. §. hoc amplius, his uerbis:* Interdum & in incettam perſonam collata uoluntas domini transfert rei proprietatem: ut ecce, prætores & conſules, cum miſsilia iactant io uulgus, ignorãt quid eorum quiſque ſit excepturus: & tamen quia uolunt, quod quiſq; acceperit eius eſſe, ſtatim eũ dominũ efficiũt. *Concordat iiſdẽ uerbis l. 9. §. hoc amplius. ff. de adq. rer. dom. Concordat itẽ l. 5. §. fin. ff. pro derelicto. cuius uerba uide ſ̄. c. 1. cauſa 3. in prin.*

Sexta exceptio: Niſi nulla, uel iniuſta tradendi cauſa præceſſerit. Hæc exceptio approbatur l. 31. in prin. ff. de adquir. rer. dom. his uerbis: Nunquam nuda ttaditio transfert dominium: ſed ita, ſi uenditio aut aliqua iuſta cauſa præceſſerit, propter quam traditio ſeqoeretur. *Huius exemplum proponitur l. 3. §. ſciendum. ff. de donat. inter uir. & uxor. cuius uerba uide in Comment. donationum cap. 8. except. 17. Concordat l. 48. ff. eod. tit. cuius uerba uide d. cap. 8. except. 34. Concordat item l. 11. in prin. ff. eod. tit. cuius uerba uide in d. Comment. donat. cap. 5. quæſt. 6. reg. 1. Septima exceptio eſt: Niſi error interuenit. Hæc exceptio approbatur l. 35. ff. de adq. rer. dom. his uerbis:* Si procurator meus, uel rutor pupilli, rem ſuam, quaſi meam, uel pupilli, alij tradiderit, nõ receſsit ab eis dominiom, & nulla eſt alienatio: quia nemo errans rem ſuam amittit. *Concordat l. 9. ff. de reſcind. uendit. cuius uerba uide ſ̄. except. 1. repl. 2. dupl. 1. Concordat item l. 10. C. de rei uendicat. cuius uerba cum alijs uide ȷ. cap. proxim. except. 4. Contradicit l. 49. ff. mandati ubi Martianus:* Seruum Titij (*inquit*) emi ab alio bona fide, & poſsideo: mandato meo eum Titius uendidit, cum ignoraret ſuum eſſe, puto Titium, quamuis quaſi procurator uendidiſſet, obſtrictum emptori eſſe: neq; ſi rem tradidiſſet, uendicationem ei concedendam. *Subijcit ibi Iuriſconſultus:* Sed mao dari eum agere poſſe, ſi quid eius interfuiſſet, quia fortè uenditurus non fuerit. *Ex his uerbis colligi poteſt prima aduerſus exceptionem propoſitam replicatio, hæc ſcilicet: Niſi dominus mandati actione indemnis ſeruari poßit. tunc enim traditio ualere uidetur, propoſita exceptione non obſtante. Sed hæc replicatio mihi quidem ſatis dura uidetur. Secunda replicatio eſt: Niſi circa cauſam traditionis error interueniat. Hæc replicatio approbatur l. 36. ff. de adq. rer. dom. his uerbis:* Cum in corpus quidem quod tradirur conſentiamus, in cauſis uerò diſſentiamus, non animaduerto cur inefficax ſit traditio: oeluti ſi ego credam me ex teſtamento tibi obligatum eſſe ut fundum tradam, tu exiſtimes ex ſtipulatu eum tibi deberi. nã etſi pecuniam oumeratam tibi tradam donandi gratia, tu eam quaſi creditam accipias, cooſtat proprietatem ad te tranſire, nec impedimento eſſe quòd circa cauſam dandi atq; accipiendi diſſenſerimus. *Tertia replicatio eſt: Niſi is cui traditur, falſo exiſtimet à non domino ſibi tradi. Hæc replicatio approbatur l. 9. §. qui ignorauit. ff. de iuris & facti ignor. his uerbis:* Qui ignorauit rei dominum eſſe uenditorem, plus in re eſt quàm in æſtimatione mentis: & ideo tametſi exiſtimet ſe non à domioo emere, tamen ſi à domino ei tradatur, dominus efficitur. *Octaua exceptio eſt: Niſi res alienari prohibita ſit alienata. Hæc exceptio approbatur l. 7. C. de rebus alien. non alien. his uerbis:* Sancimus, ſiue lex alienarionem inhibuerit, ſioe teſtator hoc fecerit, ſiue pactio contraheotium hoc admiſerit, non ſolum dominij alienationem uel mancipiorum manumiſsionem eſſe prohibendam: ſed etiam uſusfructus dationem, uel hypothecam, uel pignoris oexum penitus prohiberi: ſimiliq; modo & ſeruitutes minimè imponi, nec emphyteuſeos contractum, niſi in ijs tantummodo caſibus, in quibus conſtitutionum authoritas, uel teſtatoris uoluntas, uel pactionum tenor, qui alienationem interdixit, aliquid tale fieri permiſerit. *Hiſce uerbis exceptio propoſita approbatur, ſimul etiam diſtinguitur, ſeu replicatio aduerſus eam introducitur, ibi:* Niſi in ijs tantum modo caſibos, &c. *Alia replicatio hæc eſt: Niſi per uniuerſitatem res ad hæredem tranſeat. Quæ replicatio approbatur l. 62. ff. de adq. rer. dom. his uerbis:* Quædam ſunt quæ non poſſunt ſola alienari, tamen per uniuerſitatem ad hæredem tranſeunt: ut fundus dotalis, uel rea cuius aliquis commercium non habeat.

nam

nam etſi legari non poſsit, tamen hæres inſtitutus, dominus efficitur. *Tertia propoſitæ exceptionis replicatio eſt: Niſi uniuerſis bonis alienare prohibitis, dotis uel donationis ante nuptias cauſa ex iſs alienetur. Hæc replicatio approbatur per ea quæ propoſita ſunt in Comment. de legatis cap. 15. de eo quod ad rogatum ex bonis peruenerit, reg. 12. item cap. 28. quæſt. 3. reg. 16. except. 2. Quarta replicatio eſt: Niſi creditores aut fiſcus bona teſtatoris aut hæredis uendant. Hæc replicatio approbatur l. filiasfam. 114. §. diui Seuerus. in fine. ff. de leg. 1. cuius uerba uide in Comment. de legatis cap. 40. quæſt. 1. except. 1. Nona exceptio eſt: Niſi ſtipendiaria uel tributaria prædia tradantur. Hæc exceptio reprobatur, ſimul & declaratur Inſt. de rer. diuiſ. §. per traditionem. ibi, itaq; his uerbis:* Stipendiaria quoq; & tributaria prædia eodem modo alienantur. uocantur autem ſtipendiaria & tributaria prædia, quæ in prouincijs ſunt: inter quæ, nec non & Italica prædia, ex noſtra conſtitutione nulla eſt differentia: ſed ſiquidem ex cauſa donationis aut dotis, aut qualibet alia ex cauſa tradantur, ſine dubio transferuntur. *Ait Imp.* Ex noſtra conſtitutione. *Hæc conſtitutio habetur l. unica. C. de uſucap. transfer. cuius uerba uide 3. lib. prox. cap. 1. in prin. Decima exceptio eſt: Niſi res nondam ſit tradita. Hæc exceptio tractata eſt ſ. cap. 1. cauſa 18. Vndecima exceptio; Niſi cauſa traditionis non ſit ſecuta. Hæc exceptio reprobatur exemplo dotis l. 10. in prin. ff. de iure dotium, his uerbis:* Si ego Seiæ res dedero, ut ipſa ſuo nomine in dotem det, efficientur eius, licet non in dotem ſint datæ, ſed condictione tenebitur: quòd ſi pro ea res ego dem, ſiquidem ante nuptias, intereſt qua conditione dedi, utrum ut ſtatim fiant accipientis an ſecutis nuptijs: & ſi ſtatim, nuncio miſſo condicam: ſin uerò non ſtatim, potero uendicare, quia meæ res ſunt. Quare ſi ſequi nuptiæ non poſſunt propter matrimonij interdictionem, ex poſteriore caſu res meæ remanebunt. *Ait Iuriſconſultus:* Sed condictione tenebitur. *Scilicet cauſa dati, cauſa non ſecuta. Proinde ſi res alicui ob cauſam tradita eſt, transfertur quidem dominium, licet cauſa non ſit ſecuta: & ob id qui tradidit, eam rem tanquam ſuam amplius uendicare non poteſt: condicere tamen poteſt, qui tradidit condictione cauſa dati, cauſa non ſecuta. Duodecima exceptio: Niſi conditio, ſub qua res tradita eſt, defecerit. Hæc exceptio approbatur l. 10. in prin. ibi, quòd ſi pro ea. ff. de iure dotium. cuius uerba uide ſ. except. prox. Decimatertia exceptio eſt: Niſi uendita re, & tradita, precium non ſit ſolutum. Hæc exceptio approbatur Inſt. de rer. diuiſ. §. uenditæ, his uerbis:* Venditæ res & traditæ, non aliter emptori adquiruntur, quàm ſi is uenditori precium ſoluerit, uel alio modo ei ſatisfecerit: ueluti expromiſſore aut pignore dato: quod quanquam cauetur ex lege XII. Tab. tamen rectè dicitur, & iure gentium, id eſt iure naturali id effici. *Prima huius exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi emptor alio modo uenditori ſatiſfecerit, puta fideiuſſore uel pignore dato. quæ replicatio approbatur dd. uerbis:* Vel alio modo ei ſatisfecerit, &c. *Concordat l. 19. ff. de contrah. empt. his uerbis:* Quod uendidi, & tradidi, non aliter fit accipientis, quàm ſi aut precium nobis ſolutum ſit, aut ſatis eo nomine factum, uel etiam fidem habuerimus emptori ſine ulla ſatiſdatione. *Concordat l. 53. ff. eod. tit. his uerbis:* Vt res emptoris fiat, nihil intereſt utrum ſolutum ſit precium, an eo nomine fideiuſſor datus ſit. Quod autem de fideiuſſore diximus, plenius acceptum eſt, ut quacunq; ratione uenditori de precio ſatisfactum eſt (ueluti expromiſſore, aut pignore dato) perinde ſit ac ſi precium ſolutum eſſet. *Altera replicatio hæc eſt: Niſi uenditor emptori fidem de precio habuerit. quæ replicatio approbatur d. §. uenditæ. in fine, his uerbis:* Sed ſi is qui uendidit, fidem emptoris ſecutus fuerit, dicendum eſt, ſtatim rem emptoris fieri. *Concordat d. l. 19. uerbis ſuprà propoſitis hiſce:* Vel etiam fidem habuerimus emptori ſine ulla ſatiſdatione. *Concordat l. 12. C. de rei uendicat. ubi Imp. Dioclet.* Inciuile atque inuſitatum eſt quod poſtulas (*inquit*) ut mancipium, quod tradidiſti, & eo modo dominium eius transtuliſti, inuito eo ex noſtro reſcripto tibi aſsignetur. Sanè de precio, ſi non hoc antè probatum fuerit te recepiſſe, conueni aduerſarium tuum. *Decimaquarta exceptio uidetur eſſe: Niſi ſcriptura non interuenerit. Hæc exceptio reprobatur quidem ipſo iure, admittitur tamen in caſu l. unica. §. ſi quid eo nomine. ibi: quòd ſi prædia. C. de ſuffragio. cuius uerba uide ſ. lib. 5. cap. 5. quæſt. 6. in prin. Hæc de prima amittendi dominij cauſa cum ſuis exceptionibus.*

II. *Cauſa. Amittendi dominij, ſi dominus rem pro derelicto habuerit. Hæc cauſa approbatur l. 1. ff. pro derelicto. de qua re uide ſuprà cap. 1. cauſa 3. Exemplum huius cauſæ eſt l. ult. ff. eod. tit. ubi Paulus:* Sempronius Thetidi ſtatus quæſtionem facere tentabat, quaſi de ſerua ſua nata ſit: qui iam teſtato conuentus à Procula nutrice Thetidis, de ſoluendis alimentis, reſpondit, non ſe habere unde eidem alimenta ſoluat, ſed debere eam patri ſuo reſtitui Lucio Titio: idque cum illa in teſtationem redegiſſet, ut poſtea nullam quæſtionem pateretur ab eodem Sempronio: Lucius Titius Seiæ Proculæ ſolutis alimentis, puellam uindicta manumiſit: quæro, an poſsit reſcindi libertas Thetidis? Paulus reſpondit: Quoniam dominus an-

cillæ, ex qua Thetis nata eſt, Thetidem pro derelicto habuiſſe uideretur, potuiſſe eam à Lucio Titio ad libertarem perduci. *Planè cauſæ propoſitæ exceptio prima hæc eſt: Niſi dominus rem nondum abiecerit. Hæc exceptio approbatur l.17. §.1. ff. de adquir. uel amit. poſſeß. his uerbis:* Dominium nihilominus eius maner, qui dominus eſſe non uult. *Secunda exceptio eſt: Niſi res ab alio poſſeſſa non ſit. quæ tamen exceptio reprobatur l. 2. ff. pro derelicto. his uerbis:* Pro derelicto rem à domino habitam ſi ſciamus, poſſumus adquirere. Sed Proculus non deſinere eam rem domini eſſe, niſi ab alio poſſeſſa fuerit: Iulianus, deſinere quidem omirrentis eſſe, non fieri autem alterius niſi poſſeſſa fuerit. & rectè. *Tertia exceptio eſt: Niſi pars tantum pro derelicto habeatur. Quæ exceptio approbatur l. 3. ff. d. tt. his uerbis:* An pars pro derelicto haberi poſsit, quæri ſoler: & quidem ſi in re communi ſocius partem ſuam dereliquerit, eius eſſe deſinit, ut hoc ſit in parte quod in toto. at quin torius rei dominus efficere non poteſt, ut partem retineat, partem pro derelicto habeat. *Hiſce uerbis exceptio propoſita approbatur, ſimul etiam diſtinguitur, hoc modo: Niſi ſocius partem ſuam in re communi pro derelicto habeat. Plura de cauſa propoſita uide ſuprà d. cap. 1. cauſa 3.*

III. *Cauſa. Si dominus rem perdiderit. Hæc cauſa reprobatur per ea quæ dicta ſunt ſ. cap. 1. cauſa 3. except. 2.*

IIII. *Cauſa. Si dominus poſſeſſori rei ſuæ uim intulerit ad eam recuperandam. De hac cauſa cum ſimilibus uide Comment. liberationum. Sed & plures amittendi dominij cauſæ poſſunt annotari ex iis quæ J. cap prox. inter exceptiones proponentur. Hactenus igitur de dominio rerum tam adquirendo quàm amittendo ſit dictum. Sequuntur nunc actiones quæ pro dominio & quaſi dominio uindicando competunt: ut eſt rei uindicatio & Publiciana in rē actio.*

DE REI VENDICAtione. Cap. V.

REi uendicatio eſt, ſpecialis in rem actio, qua non uniuerſas res, ut petitione hæreditatis, ſed ſingulas perſequimur. idq; approbatur l. 1. in prin. ff. de rei uendicat. hiſce uerbis: Poſt actiones quas de uniuerſitare propoſuit prætor, ſubijcitur actio ſingularum rerum petitionis, quæ ſpecialis in rem actio locum habet, &c. *Quid autem in rem actio ſit, quæq; ſint eius proprietates, dictum eſt in Comment. de Actionibus, cap 2. diuiſ. 1. Planè de rei uendicatione, primùm proponetur cauſa rei uendicationis cum ſuis exceptionibus. Deinde, de perſonis agetur, quibus ea competit. Tertiò, de perſonis eorum aduerſus quos datur. Quartò, ubi & apud quem competat. Quintò, quid ueniat in ea petendum? Sextò, antecedentia, adiuncta, & euentus eius proponentur. Poſtremò, adfinia eius remedia. Cauſa igitur rei uendicationis eſt, dominium actoris. quæ cauſa approbatur l. 23. in prin. ff. de rei uendicat. hiſce uerbis:* In rem actio competit ei qui aut iure gentium, aut iure ciuili dominium adquiſiuit. *Concordat Inſt. de actionibus. §. ſed iſtæ quidem. ibi, Quippe ita proditæ ſunt, his uerbis:* Ita proditæ ſunt iure ciuili actiones, ut quis dominium ſuum uindicet. *Si quis ergo dominium alicuius rei habeat uel iure gentium, uel iure ciuili, eamq; rem amiſerit, competit ei aduerſus rei poſſeſſorem hæc actio, ad eam recuperandam. Cauſæ autem ex quibus iure gentium, quædam etiam ex quibus iure ciuili dominia rerum adquiruntur, enumeratæ ſunt ſ. cap. 1. quarum aliquam actor, qui rei quam uindicat dominus ab aduerſario negatur, allegare & probare tenetur. Sed & ibidem aduerſus ſingulas cauſas exceptiones competentes propoſitæ ſunt, quibus ſe reus conuentus in hoc iudicio poteſt tueri. Planè ſunt quædam exceptiones uniuerſales, quæ cuilibet dominij cauſæ obſtant, quarum quædam ſ. cap. prox. expoſitæ ſunt, quædam hoc loco ſunt proponendæ.*

I. EXCEPTIO: *Niſi dominus actor rem alienauerit. De hac exceptione cum ſuis replicationibus, uide ſ. cap. prox.*

II. EXCEPTIO: *Niſi à non domino rem adquiſiuerit actor. Hoc caſu non rei uendicatio, ſed Publiciana in rem actio datur. de qua J. cap. ult. dicetur.*

III. EXCEPTIO: *Niſi dominium ab actore aliqua conditione exiſtente poßit abire. Hæc exceptio reprobatur l. 66. ff. de rei uendicat. hiſce uerbis:* Non ideo minus rectè quid noſtrum eſſe uendicamus, quòd abire à nobis dominium ſperatur, ſi conditio legati uel libertatis extiterit. *Concordat l. 206. ff. de reg. iuris, ubi Vlp.* Plerunque fit (*inquit*) ut etiam ea quæ à nobis poſſunt abire, petinde in eo ſtatu ſint, atque ſi non eſſent eius conditionis ut abire poſsint. Et ideo quod fiſco obligamus, uendicare poſſumus. &c. *Planè exiſtente conditione, rei uendicatio amplius non competit. Quæ diſtinctio approbatur exemplo l. 41. in prin. ff. de rei uendicat. his uerbis:* Si quis hac lege emerit, ut ſi alius meliorem conditionem attulerit, recedatur ab emptione: poſt allatam conditionem, iam non poteſt in rem actione uti. Sed etſi cui in diem addictus ſit fundus, antequam addictio facta ſit, uti in rem actione poteſt: poſtea non poterit.

IIII. EXCEPTIO: *Niſi actor aliquo actu confeſſus ſit, rem poſſeſſoris eſſe. Hæc exceptio ſine dubio iuſta eſt, eiusq; exemplum eſt infrà exceptio proxima. Huius exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi*

errore

errore lapſus ſit actor. quæ replicatio approbatur l. 18. C. de rei uendicat. his uerbis: Re tua apud aliquem manente, proprietatis error nihil tibi potuit nocere, niſi alia cõtra te cauſa interuenerit. *Concordat l. 29. in fine. C. de tranſactionibus. cuius uerba uide ſ. lib. 9. de tranſactionib. Concordat itẽ l. 22 C. familiæ Erciſcundæ, his uerbis:* Seruum communem non cõſentientibus cohæredibus. ſed per errorẽ ad eum qui poſſider pertinere credentibus, tenens, cum omnis uerus titulus deficiat, ſuum non fecit: ſed in eo portiones hæreditarias adſignatas, penes ſingulos ſucceſſores remanere manifeſtum eſt. *Concordat item l. 54. ff. de rei uendicat. his uerbis:* Inter officium aduocationis, & rei ſuæ defenſionem, multum intereſt. nec propterea quis, ſi poſtea cognouerit rem ad ſe pertinere, quod alij eã uendicanti tunc ignorãs ſuam eſſe aſsiſtebat, dominium ſuum amiſit. *Concordat item l. 55. §. fin. ff. de contrah. empt. cuius uerba uide ſ. ca. prox. cauſa 1. except. 1. repl. 1. dupl. 2. concordat item l. 20. C. de locato & cond. his uerbis:* Qui rẽ propriam conduxit, exiſtimans alienam: dominium non transfert, ſed inefficacem conductionis contractum facit. *Concordat item l. 23. C. eod. tit. his uerbis:* Ad probationẽ rei propriæ ſiue defenſionem, non ſufficit locatio ei facta qui poſt de dominio cœperit cõtendere: cum inſcientia dominij proprij & errantis nullum habeat conſenſum: ſed ex euentu ſi uictus fuerit contractus locationis nõ conſtitiſſe, magis declaratur. Nemo enim ſibi iure poſſeſsionem mutare poteſt.

V. EXCEPTIO: *Niſi actor fideiuſſor extitit apud reum, pro eo qui ei alienauit. Hæc exceptio approbatur l. 11. C. de euictionibus, hiſce uerbis:* Exceptione doli rectè eum ſubmouebis, quẽ ab auctore tuo fideiuſſorẽ accepiſti, ſi eiuſ nomine controuerſiam refert, quaſi per uxorem ſuam, antequã tu emeres, comparauerit: qui uenditioni adeò cõſenſum dedit, ut ſe etiam pro euictione obligauerit. *Planè exceptio hæc fideiuſſoris hæredi ex ſua perſona dominium uendicanti obijci non poteſt. Quæ replicatio approbatur l. fin. C. eod. tit. hiſce uerbis:* Hæredem fideiuſſoris rerum, pro quibus defunctus apud emptorem intercelſerat, pro uenditore factum eius cui ſucceſsit, ex ſua perſona dominium uendicare non impedit, ſcilicet euictionis cauſa durante actione.

VI. EXCEPTIO: *Niſi actor heres extiterit ei, qui reo rem alienauit. Hæc exceptio approbatur per ea quæ habentur ſ. cap. prox. cauſa 1. except. 1. repl. 10.*

VII. EXCEPTIO: *Niſi conuenerit inter actorem & reum, ut poſſeſsio rei alij tradatur. Hæc exceptio approbatur quidem iure, uerùm recipit has duas replicationes: Niſi nondum alij tradiderit reus item. Niſi rum id rei conuenti cauſa cõueniſſet, per cũ ſtet, quo minus tradat. Hæ duæ replicationes approbãtur l. 36. ff. de pactis, hiſce uerbis:* Si eum fundũ meum poſsideres, conueniſſet mihi tecũ, ut eius poſſeſsionẽ Titio traderes: ut uẽdicantem me eum fundum à te nõ aliter mẽ cõuentionis exceptione debere excludi, quàm ſi aut iam tradidiſſes, aut ſi tua cauſa id inter nos conueniſſet, & per te non ſtaret quo minus traderes.

VIII. EXCEPTIO: *Niſi res à poſſeſſore ſit uſucapta. De hac exceptione uide ſ. cap. prox. cauſa 1. except. 1. repl. 11.*

IX. EXCEPTIO: *Niſi res poſſeſſori pignori ſit obligata. Hæc exceptio approbatur quidem, uerùm ſub hac conditione: Niſi actor debitum ſoluat. l. 9. C. de pignorib. cuius hæc ſunt uerba:* Si dominium eius poſſeſsionis, quæ pignori data eſſet, à debitrice domina ad te translatũ eſt, eáq; poſtea creditor, uel eius hæredes detinere cœperunt: uendicare eam potes, præſide prouinciæ curante, ut fructuũ deducta ratione, reſiduoq; à te oblato ſi fuerit ſatisfactum, ea poſſeſsio tibi reddatur.

X. EXCEPTIO: *Niſi nõ præſtet ſumptus actor, quos in eam rem poſſeſſor fecit: item, Niſi alia, quæ actorem præſtare conuenit, ut cautiones, &c. non præſtet. De huiuſmodi exceptionibus uide ſ. cap. 8. reg. 7.*

XI. EXCEPTIO: *Niſi uſusfructus rei alterius ſit. Hæc exceptio reprobatur l. 25. in prin. ff. de uerb. ſignif. hiſce uerbis:* Rectè dicimus eum fundum totum noſtrum eſſe, etiam cuius uſusfructus alienus eſt: quia uſusfructus non dominij pars, ſed ſeruitus ſit, ut uia & iter. Nec falſò dicitur meum eſſe, cuius nõ poteſt ulla pars dici alterius eſſe. Et hoc Iulianus ait, & eſt uerius.

XII. EXCEPTIO: *Niſi pars rei alterius ſit. Hæc exceptio approbatur ex definitione iam propoſita, hiſce uerbis:* Nec falſò dicitur, &c. *Nam ſi meum eſt, cuius nulla pars alterius eſt, eáq; definitio eſt iuſta: colligitur id meum nõ eſſe, cuius pars alterius eſt. Planè non ideo minus quis eam rem, cuius pars alterius eſt, pro ſua parte prohibetur uendicare, etiam ſocio abſente. de qua re uide Comment. de Action. cap. 4. reg. 6. Idq; magis dicendum eſt, ſi pro diuiſo pars rei noſtra ſit. Nam quod pro diuiſo noſtrũ eſt (Mutius ait) id non partem, ſed totum eſſe.* [a] *Quæ autem de tota re uendicanda ſtatuantur, eadem & de parte intelligenda ſunt: officioq; iudicis continetur, pro modo partis ea quoq; reſtitui iubere, quæ ſimul cum parte ipſa reſtitui debent.* [b] *Plura de exceptione propoſita uide ſ. except. 23 & 25.*

a l. 25. §. 1. ff. de uerb. ſignif.

b l. 76. in prin. ff. de rei uendicat.

XIII. EXCEPTIO: *Niſi reus non poſſideat rem petitam. Hæc exceptio approbatur l. 37. in prin. ff. de rei uendicat. hiſce uerbis:* Qui petitorio iudicio utitur, ne fruſtra experiatur,

reqnirere debet, an ia cum quo inſtituet actionem, poſſeſſor ſit, uel dolo deſijt poſſidere. *Concordat l.1. in prin. C. ubi in rem actio, &c. cuius uerba uide ʒ. lib. 5. cap. 2. quæſt. 1. in fine repl. 2. Concordat item l. ult. ff. de rei uendicat. ubi Iuriſconſultus:* In rem actionem (*inquit*) peti non compellimur: quia licet alicui dicere, ſe non poſsidere. *Ait Iuriſconſultus:* Qui petitorio iudicio utitur. *Ex quibus uerbis apparet, propoſitam exceptionem omnibus in rem actionibus obſtare. Ait inſuper:* Vel dolo deſijt poſſidere. *Ex hiſce uerbis prima aduerſus exceptionem propoſitam replicatio elicitur, hæc ſcilicet: Niſi dolo deſierit poßidere. Cui concordat l. 28. §. ſed & is qui. ff. eod. tit. his uerbis:* Sod & is qui ante litem conteſtatām dolo deſinit rē poſſidere, tenetur in rem actione: id quē ex ſenatuſconſulto colligi poteſt, quo cautum eſt (ut diximus) ut dolus præteritus in hæreditatis petitione ueniat. Cum enim in hæreditatis petitionem, quæ & ipſe in rem eſt, dolus præteritus fertur: non eſt abſurdum per conſequentiam & in ſpeciali in rem actione dolum præteritum deduci. *Ait Iuriſconſultus:* Idq; ex ſenatuſconſulto colligi poteſt. *Verba huius ſenatuſconſulti proponuntur l. item ueniunt. 20. §. præter hæc. ibi: item eos qui bona. ff. de petitione hæred. cuius uerba uide ʒ. lib. 12. cap. 2. reg. 2. except. 8. & except. 9. Concordat item l. 199. §. 1. ff. de reg. iuris. ubi Vlpianus:* Semper (*inquit*) qui dolo fecit quo minus haberet, pro eo habendus eſt ac ſi haberet. *Huius duplicatio eſt: Niſi ſeruus ignorante domino dolo malo poßidere deſierit. Quæ duplicatio approbatur l. 16. ff. ad exhibendum, hiſce uerbis:* Cum ſeruus tenet aliquid, dominus ad exhibendum ſuo nomine tenetur: ſi enim ſeruus citra ſcientiam domini dolo fecit, quo minus habeat, uel furti actio, uel de dolo malo, noxalis ſerui nomine danda eſt: ad exhibendum autem actio utilis nulla conſtituenda eſt. *Secunda replicatio eſt: Niſi litis conteſtatæ tempore poſſederit. Hæc replicatio reprobatur l. 28. §. poßidere. ff. de rei uendicat. hiſce uerbis:* Quòd ſi litis conteſtationis tempore poſſedit: cum autem res iudicatur, ſine dolo malo amiſit poſſeſsionē, abſoluendus eſt poſſeſſor. *Concordat l. ult. ff. ſi uſuſfr. petatur. cuius uerba uide ʒ. repl. 4. Tertia replicatio eſt: Niſi poſſeßionem poſtea ſit nactus. Hæc replicatio approbatur d. §. poßidere. in fine, hiſce uerbis:* Item ſi litis conteſtatæ tempore non poſſedit, quo autem tempore iudicatur, poſsidet: probanda eſt Proculi ſententia, ut omnimodo condemnetur. *Concordat l. 11. in prin. ff. de peculio. his uerbis:* Quæſitum eſt, an teneat actio de peculio, etiamſi nihil ſit in peculio cum ageretur, ſi modò ſit rei iudicatæ tempore? Proculus & Pegaſus nihilominus teneri aiunt. intendi enim rectè, etiamſi nihil ſit in peculio. Idem & circa ad exhibendum & in rem actionem placuit. Quæ ſententia & à nobis probanda eſt.

Quarta replicatio eſt: Niſi cum non poßideret reus, liti ſe obtulit. Hæc replicatio approbatur l. 26. in princip. ff. de rei uendicat. hiſce uerbis: Is qui ſe obtulit rei defenſioni ſine cauſa, cum non poſsideret, nec dolo feciſſet quo minus poſsideret, ſi actor ignoret, non eſt abſoluendus, ut Marcellus ait. quæ ſententia uera eſt, ſed hoc poſt litem conteſtatā. *Concordat l. ult. ff. ſi uſuſfr. petatur. his uerbis:* Qui de uſufructu iudicium accepit, ſi deſierit poſsidere ſine dolo, abſoluetur: quòd ſi liti ſe obtulit, & quaſi poſſeſſor actionem de uſufructu accepit, damnabitur. *Concordat item l. 13. §. non ſolum. ff. de petit. hæreditatis, his uerbis:* Non ſolum hæreditas ab eo peti poteſt, qui corpus hæreditarium poſſidet, ſed etſi nihil. Et uidendum, ſi non poſsideat, obtulerit tamen ſe petitioni, an teneatur? Et Celſus lib. 11. Digeſt. ſcribit, ex dolo eum teneri. Dolo enim facere eum, qui ſe petitioni offerat. Quam ſententiam Marcellus generaliter apud Iulianum probat, omnem qui ſe offerat petitioni, quaſi poſsidentem teneri. *Concordat item l. 48. in fine. ff. eod. tit. cuius uerba uide paulo inferius dupl. prox. Ait Iuriſconſultus:* Si actor ignoret. *Ex hiſce uerbis elicitur prima aduerſus propoſitam replicationem duplicatio, hæc: Niſi actor ſciat reum non poßidere. Quæ duplicatio approbatur etiam ibidem lege ſequente, hiſce uerbis:* Nam ſi actor ſcit, tunc is non ab alio, ſed à ſe decipitur, & ideo reus abſoluitur. *Concordat l. 48. ff. de petit. hæred. his uerbis:* Qui ſe liti obtulit, cum rem non poſsideret, condemnatur: niſi euidentiſsimis probationibus poſsit oſtendere, actorem ab initio litis ſciſſe eum non poſsidere. Quippe iſto modo non eſt deceptus. Et qui ſe hæreditatis petitioni obtulit, ex doli clauſula tenetur, æſtimarique oportebit, quanti eius interfuit non decipi. *Ait inſuper Iuriſconſultus:* Sed hoc poſt litem conteſtatam. *Hiſce uerbis altera duplicatio oſtenditur, quòd ſi ante litem conteſtatam reus rurſus neget ſe poßidere, replicatio iam dicta de offerendo ſe liti, ei non obſtet. Quæ duplicatio pluribus etiam uerbis eiuſdem legis 26. approbatur, nimirum hiſce:* Cæterùm ante iudicium acceptum non decepit actorem, qui ſe negat poſsidere, cum uerè non poſsideret: nec uidetur liti ſe obtuliſſe, qui diſceſsit. *Planè iā dicta duplicatio recipit triplicationē hanc:*

Niſi

Niſi cum à certa perſona actor petere uellet, reus liti ſe obtulit. hòc enim caſu, quamuis poſtea ſe neget poßidere, etiam ante litem conteſtatam, condemnandus eſt. Quæ triplicatio approbatur l. 28. in prin. ff. de rei uendicat. hiſce uerbis: Sin autẽ cum à Titio petere uellem, aliquis dixerit ſe poſsidere, & ideo liti ſe obtulit, & hoc ipſum in re àgẽda atteſtatione probauero, omnimodo condemnandus eſt. *Hæc de 13 exceptione, cum quatuor eius replicationib. ſint dicta. Plures huiuſmodi Replicationes proponentur aliquando in Cõment. de Petit. hæred.*

XIIII. EXCEPTIO: *Niſi res quæ petitur, interierit. De hac exceptione, cũ alijs plurib. uide Comment. de Liberationibus.*

XV. EXCEPTIO: *Niſi ſeruus, qui petitur, fugerit. Hæc exceptio approbatur l. 21. ff. de rei uendicat. his uerbis:* Si à bonæ fidei poſſeſſore fugerit ſeruus, requiremus an talis fuerit, ut & cuſtodiri debuerit. nam ſi integræ opinionis uidebatur ut non debuerit cuſtodiri, abſoluendus eſt poſſeſſor, ut tamen ſi interim eum uſuceperit, actionib. ſuis cedat petitori, & fructus eius temporis quo poſſedit, præſtet. Quòd ſi nondũ eum uſuceperit, abſoluendũ eũ ſine cautionibus, ut nihil caueat petitori de perſequẽda ea re: nihilominus enim petitor eam rem perſequi poteſt, quamuis interim dum in fuga ſit, uſucapiat: nec iniquum id eſſe Pompo. ſcribit ad Edictum. *Huius exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi talis ſeruus fuerit, qui cuſtodiri debuerit. Quæ replicatio præter quam quòd ex iã propoſitis uerbis elicitur, approbatur etiam ibidem. his uerbis:* Si uerò cuſtodiendus fuerit, etiam ipſius nomine damnari debebit, ut tamẽ ſi uſu eũ non ceperit actor, ei actionibus ſuis cedat. *Concordat l. 16. §. fin. ff. eod. tt. cuius uerba uide J. Planè licet propter fugã ſerui poſſeſſor abſoluatur, etſi non cogatur cauere de perſequenda re, tamen cauere debet poſſeſſor, ſi rem nactus fuerit, ut eam reſtituat. Quod notandum loco ſecundæ replicationis. Quæ replicatio approbatur l. 21. in fine. ff. de rei uendicat. his uerbis:* Iulianus ait, in his caſibus, ubi propter fugam ſerui poſſeſſor abſoluitur, etſi non cogatur cauere de perſequenda re: tamen cauere debere poſſeſſorem, ſi rem nactus fuerit, ut eam reſtituat. Idque Pomponius lib. XIIII. Lectionum probat: quod uerius eſt. *Concordat l. 47 §. itaque ſi Stichus. ff. de leg. 1. cuius uerba uide in Comment. de legatis cap. 9. cauſa 12. except. 2. in prim. Tertia replicatio eſt: Niſi dolo poſſeſſoris fugerit. Hæc replicatio approbatur l. 22. ff. eod. tt his uerbis:* Quòd ſi dolo poſſeſſoris fugerit, damnandum eum quaſi poſſideret.

XVI. EXCEPTIO: *Niſi eiuſdẽ rei nomine ab alio quoq; controuerſiam patiatur reus. Hæc exceptio reprobatur, certo tamen modo, l. 57. ff. de rei uendicat. hiſce uerbis:* Is à quo fundus petitus erat, ab alio eiuſdem fundi nomine conuentus eſt: quærebatur, ſi alterutri eorum iuſſu iudicis fundũ reſtituiſſet, & poſtea ſecundum alterum petitorem res iudicaretur, quemadmodũ non duplex dãnum traheret? Reſpondi, uter prior iudex iudicaret, eum oportere ita fundum petitori reſtitui iubere, ut poſſeſſori caueret uel ſatiſdaret, ſi alter fundum euiciſſet, eum præſtare. *Concordat l. 58. ff. eod. tt. his uerbis:* A' quo ſeruus petebatur, cum eiuſdẽ ſerui nomine cum eo furti ageretur: quærebatur, ſi utroq; iudicio condemnatus eſſet, quid ſe facere oporteret, ſi prius ſeruus ab eo euictus eſſet? Paulus reſpondit, non oportere iudicem cogere ut eum traderet, niſi ſatis ei datum eſſet, quòd pro eò homine iudicium accepiſſet, & ſi quid ob eam rem datum eſſet, id rectè præſtari. Sed ſi prius de furto iudicium factum eſſet, & hominem noxæ dediſſet, deinde dẽ ipſo homine ſecundum petitorem iudicium factum eſſet: non debere ob eam rem iudicem, quòd hominem non traderet, litem æſtimare: quoniam nihil eius culpa neque dolo contigiſſet, quo minus hominem traderet. *Concordat item l. penult. ff. de petit. hæredit. his uerbis:* Cum idem eandem hæreditatem aduerſus duos defendit, & ſecundum alterum ex his iudicatum eſt: quæri ſolet utrum perinde ei hęreditatem reſtitui oporteat, atq; oporteret ſi aduerſus aliũ defenſa non eſſet: ut ſcilicet ſimulac ſecundum alium fuerit iudicatũ, abſoluatur is cum quo actum eſt: quia neque poſsideat, neq; dolo malo fecerit quò minus poſsideret, quod iudicio uictus reſtituerit? an quia poſsit & ſecundũ alium iudicari, non aliter reſtituere debeat, quã ſi cautum ei fuerit, quod aduerſus alium eandem hæreditatem defendat? Sed mẽlius eſt officio iudicis cautione uel ſatiſdatione uicto mederi: ut cum & res ſalua ſit ei qui in executione tardior uenit aduerſus priorem uictorem. *Concordat deniq; l. 4. §. 1. ff. ſi cui plus quàm per legem Falcidiã. cuius uerba uide in Comment. de legatis cap. 13. reg. 8.*

XVII. EXCEPTIO: *Niſi is per quem reus poßidet, abſit. Hæc exceptio approbatur l. 28. §. ſi per filium. ff. de rei uend. his uerbis:* Si per filium aut ſeruum pater uel dominus poſsideat, & is ſine culpa patris dominiue rei uendicandæ tempore abſit, uel tempus dandum, uel cauendum eſt de poſſeſſione reſtituenda.

XVIII. EXCEPTIO: *Niſi cum alio actum ſit. De hac re uide Comment. liberationum cap. 19.*

XIX. EXCEPTIO: *Niſi rem reſtituit reus uel reſtituere ſit paratus. Et de hac exceptione cum alijs ſimilib. uide Comment. de Liberationibus. Superſunt adhuc præter hactenus propoſitas exceptiones, & aliæ quæ ſumuntur ex re quæ uendicatur, de quibus nunc ſequitur.*

XX. EXCEPTIO: *Niſi liberi petantur. Hæc exceptio approbatur l. 1. §. per hanc. ff. de rei uendicat. hiſce uerbis:* Per hanc autem actionem liberæ perſonæ, quæ ſunt iuris noſtri, utputa liberi qui ſunt in poteſtate noſtra, non petuntur. Petuntur igitur aut præiudicijs, aut interdictis, aut cognitione prætoria. Et ita Pompon. lib. 36. ſcribit: Niſi fortè, inquit, adiecta cauſa quis uendicet. *Ait Iuriſconſultus:* Petuntur igitur aut præiudicijs. *Hoc eſt, præiudicialibus actionibus. de quibus Inſt. de action. §. præiudiciales. Interdicta hic intellige de liberis exhibendis & ducendis, de quib. ff. de liberis exhibendis. Cognitionem prætoriam intellige eam, de qua dicitur l. 1. in prin. uſq; ad §. de inſpiciendo. ff. de inſpiciendo uentre, &c. Ait Iuriſconſultus:* Niſi fortè adiecta cauſa quis uendicet. *Per hæc uerba replicatio introducitur aduerſus exceptionem propoſitam. Quid autem ſit Adiecta cauſa uendicare, declarat Iuriſconſultus uerbis ſequentib. hiſce:* Si quis ita petit filium ſuum uel in poteſtate ex iure Romano, uidetur mihi & Pompon. conſentire, rectè eum egiſſe. ait enim, adiecta cauſa ex lege Quiritum uendicare poſſe.

XXI. EXCEPTIO: *Niſi res ſacræ aut religioſæ petantur. Hæc exceptio approbatur l. 23. §. loca. ff. de rei uendicat. hiſce uerbis:* Loca ſacra, item religioſa, quaſi noſtra, in rem actione peti non poſſunt. *Cōcordat l. 43. in prin. ff. eod. tt. ubi Paulus:* Quæ religioſis adhærēt (*inquit*) religioſa ſunt: & idcirco nec lapides inędificati, poſtquam remoti ſunt, uēdicari poſſunt. *Reliqua huius legis uerba uide 9. cap. 1. cauſa 10. except. 6.*

XXII. EXCEPTIO: *Niſi res mobilis uel animata petatur. Hæc exceptio reprobatur l. 1. in prin. ff. de rei uendicat. hiſce uerbis:* Quæ ſpecialis in rē actio locum habet in omnibus rebus mobilibus, tam animalibus quàm in his quæ anima carent, & in his quæ ſolo continentur.

XXIII. EXCEPTIO: *Niſi res uniuerſe petantur. Hæc exceptio approbatur l. 1. in prin. ff. de rei uendicat. de qua uide ſuprà eod. cap. in prin. Huius exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi grex, armentum, equitium, &c. petantur. Quæ replicatio approbatur d. l. 1. §. fin. hiſce uerbis:* Per hanc actionem non ſolum ſingulæ res uendicantur, ſed poſſe etiam gregem uendicari, Pompon. lib. 25. Variarum lectionum ſcribit. Idem & de armento, & de equitio, cæteriſq; quę gregatim habentur, dicendum eſt. *Planè replicatio hæc uidetur recipere hanc duplicationem: Niſi non omnia gregis capita ſint actoris. Quæ tamen duplicatio reprobatur d. l. 1. §. fin. hiſce uerbis:* Sed & gregem ſufficiet ipſum noſtrum eſſe, licet ſingula capita noſtra nō ſint. grex enim, non ſingula capita uel corpora uendicabuntur. *Concordat l. 23. §. at in his. ff. eod. tt. cuius uerba uide 9. cap. 1. cauſa 10. except. 3. Planè admittitur duplicatio propoſita primū, ſi dimidia pars gregis non actoris ſit, ſed alterius. tūc enim nec grex nec dimidia pars gregis uindicabitur, ſed ſingulæ oues. quæ diſtinctio approbatur l. 2. in prim. ff. de rei uendicat. his uerbis:* Sed ſi par numerus duorum interfuerit, neuter ſolidum gregem, ſed nec partem dimidiam totius eius uindicabit. *Secundæ diſtinctionis loco notandum: quòd quamuis aliena capita in petitione ueniant, non tamen ueniunt in reſtitutione. quæ diſtinctio approbatur d. l. 2. in fine. his uerbis:* Sed ſi maiorem numerum alter habeat, ut detracto alieno nihilominus gregem uindicaturus ſit: in reſtitutione tamen non ueniunt aliena capita.

XXIIII. EXCEPTIO: *Niſi res incerta petatur. Hæc exceptio approbatur l. 6. ff. de rei uendicat. de qua J. cap. 8. reg. 5. Vnde ſi plures ſint eiuſdē nominis ſerui, puta plures Helotes, nec appareat de quo actū ſit, nulla fiet condēnatio.[a] Huius exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi iuſta cauſa interueniat. quæ replicatio approbatur, ſimul & declaratur l. 75. §. incertæ. ff. de rei uendicat. hiſce uerbis:* Incertæ partis uendicatio datur, ſi iuſta cauſa interueniat. Iuſta autem cauſa poteſt eſſe, ſi fortè legi Falcidiæ locus ſit in teſtamento, propter incertam detractionem ex legatis, quæ uix apud iudicem examinabitur. Etęnim habet ignorantiam legatarius, cui homo legatus eſt, quotam partem uendicare debeat. Itaq; tali dabitur actio. Eadē & de cæteris rebus intelligemus. *Concordat l. 1. §. fin. ff. ſi pars hæreditatis petatur. cuius uerba uide J. lib. 30. cap. 2. reg. 1. except. 15. exemplo 6. repl. 1.*

[a] l. 5. §. fin. ff. de rei uendicat.

XXV. EXCEPTIO: *Niſi pars eius quod ſine interitu diuidi non poteſt, petatur. Hæc exceptio reprobatur l. 35. §. fin. ff. de rei uendicat. hiſce uerbis:* Eorum quoq; quæ ſine interitu diuidi non poſſunt, partem petere poſſe conſtat. *Plures exceptiones uide J. cap. prox.*

Aduerſus quos detur.

reg. 1.

QVI-

QVIBVS ET ADVERSVS quos competit rei uendicatio? item ubi & apud quem? Cap. VI.

H*Actenus de cauſa rei uendicationis, cum ſuis exceptionibus. Sequitur ſecundus locus, Quibus ſcilicet ea competat.*

I. Regula *Si duo eandem rem ab eodem petant, utri reſtituenda, & quid prætereæ iuris, uide ſuprà cap. prox. except. 16.*

II. Regula. *Rei dotalis uindicatio marito, non uxori datur. quæ regula approbatur l. 9. C. de rei uendicat. de qua re plura uide ſuprà libro 15. capite 10. reg. 1.*

III. Regula. *Superficiario etiam rei uendicatio competit. quæ regula approbatur, ſimul & declaratur l. 74. ff. de rei uendicat. hiſce uerbis:* Superficiario, id eſt, qui in alieno ſolo ſuperficiem ita habet, ut certam penſionem præſtet, Prætor cauſa cognita, in rem actioné polliceturr. *Ait Iuriſconſultus:* Id eſt, qui in alieno ſolo, &c. *Huic concordat l. 2. ff. de ſuperficieb. his uerbis:* Superficiarias ædes appellamus, quæ in conducto ſolo poſitæ ſunt, quarum proprietas & ciuili & naturali iure eius eſt, cuius & ſolum. *Plura de regula propoſita uide J. lib. 21. cap. 9. in fine.*

IIII. Regula. *Emphyteutæ, & ei qui agros uectigales habet, actio quoq; in rem competit. Quæ regula approbatur l. 1. §. fin. cũ duabus legibus ſequentibus. ff. ſi ager uectigalis, uel, &c. hiſce uerbis:* Qui in perpetuum fundum fruendum conduxerunt à municipibus, quamuis non efficiantur domini, tamen placuit competere eis in rem actionem aduerſus quemuis poſſeſſorem: ſed & aduerſus ipſos municipes, ita tamen ſi uectigal ſoluant. *Hiſce uerbis regula propoſita approbatur. Ait autem Iuriſconſultus:* Qui in perpetuum fundum fruendum conduxerunt à municipibus. *Quid ergo ſi ad tempus conduxerunt? nunquid obſtat eis exceptio? Nequaquam.* Nam idem eſt *(inquit eodem loco Iuriſconſultus)* etſi ad tempus habuerint conductum, nec tempus conductionis finitum ſit.a

a *L. ult. ff. eod. tit.*

Hactenus regulæ ſecundi loci Rei uendicationis. Plures huiuſmodi regulas huc pertinentes uide ſuprà cap. 3. Sequitur tertius locus, de perſonis aduerſus quas rei uendicatio competat. cuius loci REGVLA PRIMA *hæc eſt: Rei uendicatio aduerſus poſſeſſorem rei competit. Quæ regula approbatur l. 24. in princip. ff. de action. & obligat. hiſce uerbis:* In rem actio eſt, per quam rem noſtram, quæ ab alio poſsidetur, petimus: & ſemper aduerſus eum eſt, qui rem poſsidet. *Concordat Inſtitut. de action. §. omnium. cuius uerba uide in Comment. actionum cap. 2. concordat item l. 1. C. ubi in rem actio. cuius uerba uide ĩ. lib. 5. cap. 2. quæſt. 1. in fine repl. 2. Huius regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi non poßideat, ſed detineat ſaltem, uel in poſſeßione ſit rei, puta ex cauſa depoſiti, commodati, &c. Hæc exceptio reprobatur l. 9. ff. de rei uendicat. hiſce uerbis:* Officium iudicis in hac actione hoc erit, ut iudex inſpiciat an reus poſsideat: nec ad rem pertinebit, ex qua cauſa poſsideat. ubi enim probaui rem meam eſſe, neceſſe habebit poſſeſſor reſtituere, qui non obijcit aliquam exceptionem. Quidam tamen, ut Pegaſus ait, eam ſolam poſſeſsionem putauerunt hanc actionem complecti, quæ locum habet in interdicto Vti poſsidetis, uel utrobi. Denique ait, ab eo apud quem res depoſita eſt, uel commodata, uel qui conduxerit, aut qui legatorum ſeruandorũ cauſa, uel dotis, uel uentris nomine in poſſeſsione eſſet, uel cui damni infecti nomine non cauebatur (quia hi omnes non poſsident) uendicari non poſſe. Puto autem ab omnibus qui tenent, & habent reſtituendi facultatem, peti poſſe. *Planè is qui alterius nomine poßidet, poteſt denunciare domino, uel ei cuius nomine poßidet, ut litem ſuſcipiat, in eamq; rem dilationem accipit. l. 2. C. ubi in rem actio. cuius uerba uide J. lib. 6. cap. 5. quæſt. 2. cauſa 1. Creditor quoq; qui pignoris iure rem tenet, rei uendicatione tenetur. Vnde Iabolenus:* Serui nomine *(inquit)* qui pignori datus eſt ad exhibendum cum creditore, non cum debitore agendum eſt: quia qui pignori dedit, ad uſucapionem tantum poſsidet: quantum ad reliquas omnes cauſas pertinet, qui accepit, poſsidet, adeò ut addici poſsit ei poſſeſsio eius, qui pignori ei dedit.b *Hæc de prima exceptione. Secunda exceptio hæc eſt: Niſi à fiſco, uel Imperatore, uel Auguſta rem comparauerit poſſeſſor. Hæc exceptio approbatur Inſtitut. de uſucap. §. fin. his uerbis:* Edicto diui Marci cauetur, eum qui à fiſco rem alienam emit, ſi poſt uenditionem quinquennium præterierit, poſſe dominum rei exceptione repellere. Conſtitutio autem diuæ memoriæ Zenonis benè proſpexit ijs, qui à fiſco per uenditionem, aut donationem, aut alium titulum accipiunt aliquid, ut ipſi quidem ſecuri ſtatim fiant, & uictores exiſtant, ſiue experiantur, ſiue conueniantur. Aduerſus autem ſacratiſsimum ærarium uſq; ad quadriennium liceat eis intendere, qui pro dominio uel hypotheca earum rerum quæ alienatæ ſunt, putauerint ſibi quaſdam competere actiones. Noſtra autem diuina conſtitutio,

b *l. 16. ff. de uſucapion.*

quam nuper promolgauimus, etiam de ijs qui noſtra uel uenetabilis Auguſtę domo aliquid acceperint, hæc ſtatuit, quæ in fiſcalibus alienationibus præfatæ Zenonianæ conſtitutionis continentur. *Ait Imp.* Conſtitutio autem diuæ memotiæ Zenonis. *Hæc conſtitutio habetur l.1. in prin. C. de quadriennij preſcript. his uerbis:* Omnes qui quaſcunq; res mobiles uel immobiles, ſeo ſe mouentes, uel in actionibos, ual quocũq; iure conſtitutas à ſactatiſsimo ætario cõparauerint: eos qoinetiam quibuſcunque res mobiles ſeu immobiles; ſeu ſe mouentes, aut in actionibus, uel quocunque iure conſtitutæ munificentiæ principalis nomine datæ fuerint: omnibus paritet priuilegijs; quæ ex diuinis ſanctionibus inclytæ recordationis Leonis, & noſtræ pietatis ſuper certis patrimonijs antea emptores conſecuti ſunt, perpotiri: & ita cũctos huiuſmodi beneficijs ſeu priuilegijs perfrui, tanquam ſi ſuper ſingulis ſubſtantijs, ſeu pattimonijs etiam nunc uel poſtea data fuiſſet huiuſmodi diſpoſitio. Nec poſſe contra emptores prædictarum rerum factos iam uel futuros, uel contra eos quibus ſoper huiuſmodi rebus largitas noſtra delata eſt uel fuerit: aliqoas actiones in rē dominij uel hypothecæ gratia, uel perſonam ciuiles ſeu prætorias, uel ex legibus, aot ex ſactatiſsimis conſtitutionibus deſcendentes, uel quaslibet alias, licet nominatim præſenti ſanctione non ſint cõprehenſæ, moueri: data uolentibus licentia intra quadriennium contta ſacratiſsimũ ærarium, ſi quas ſibi competete actiones exiſtimant, exercere: ita tamen, ut poſt elapſum quadriennium nec ſacratiſsimum fiſcum licete ſibimet quibuslibet actionibus pulſate, cognoſcant. *Ait inſuper Imperat.* Noſtra autem diuina conſtitutio, quàm nuper promulgauimus. *Hæc conſtitutio habetur l. 3. C. d. tit. de quadr. preſcript. his uerbis:* Benè à Zenone diuæ memoriæ fiſcalibus alienationibus proſpectum eſt, ne homines qui ex noſtro ærario donationis, uel emptionis, uel cuiuslibet alienationis titulo quidquam accipiunt, ſi quid citta contractum contrarium emerſerit, uel euictionis uel alterius inquietudinis gratia ad dominium uel hypothecam reſpiciens, aliquod ſuſtineaot detrimentum: ſed aduerſus emptores quidem uel donationem accipientes, uel per alios titulos aliſnationis quidquam detinentes, minimè quæcunque actiones moueantur, ſed tantum contra ærarium oſq; ad quadrienniũ tantum, qoo translapſo, oeq; aduetſus fiſcum aliqua remaneat actio. Sed ſcimus hoc quidem in fiſcalibus alienatiooib. gnauiter obſeruari, ſed oon ſimili modo rem fuiſſe obſetuatam citca eas res, quæ à ſactatiſsimis Imperatotibus, non à fiſcalibus rebus, ſed ex priuata eorum ſubſtantia procedũt. Quod ſatis irrationabile eſt. quæ enim diſſerentia introducitur, cum omnia principis eſſe intelligantur ſiue ex ſua ſubſtantia, ſiue ex fiſcalibus fuerit aliquid alienatum? eodemq; modo etſi à ſereniſsima Auguſta aliquid alienetur, quare non eadem utatur prærogatiua? Sed curatores noſtri per quos ſolemus ſubſtantiam noſtram gubernare, neceſſe habeant in uenditionibus rerum & euictionem, & alia quæ ſuot priuatæ utilitatis pacta, emptionalibus inſtrumenris addere, uel quaſdam tales obligationes in alienationũ inſtrumeoris agnoſcere, uel in permutationibus, uel in trantranſactionibus, ſi & hoc fuerit celebratũ. Hoc enim eſt eorum qui nec maieſtatem imperialem agnoſcunt, & quantum iotet priuatam fortunam & regale culmen mediũ eſt: & qui noſtros curatores, per quos res diuinarum domuum aguntur, aliquibus iniurijs uel damnis afficere conantur. Quæ omnia reſecantes, per hanc generalem, & in perpetuum ualituram legem ſancimus, omnes alienationes de aula procedentes ſiue à noſtra Clementia, ſiue à ſereniſsima Auguſta coniuge noſtra, ſioe ab ijs qoi poſtea digni fuerint nomine Imperiali, ſiue iam alienatum quiddam eſt, ſiue poſtea fuerit: ſine omni inquietudioe permanere, ſiue res eis per noſmetipſoa, ſiue per procuratores (ex epiſtalmate tamen noſtro) fuetint adſignatę, & nemo audeat eos qui res accipiunt per quemcunq; titulum alienationis ſioe mobiles, ſiue immobiles, ſeu ſe mouentes, uel iura incorporalia, uel patres ciuiles iudicijs afficere, uel ſperate aliquam contra eos eſſe ſibi uiam apertam: ſed omnis aditus præcludatur, omnis motus & ſpes huius petulantiæ. Sed aduerſus domos ooſtras habeaot intra quadriennium tantum ſecundum imitationem fiſci, quas exiſtimant poſſe ſibi competere actiones in rem uel hypothecariam: ut ex noſtra iuſsiooe cauſa moueatur, & competentem mereatur effectum. Quòd ſi quadriennium fuerit emenſum nec adoerſus domũ noſtram habeat quiſquamcunq; actionem. Qois igitur multa ſcimus tam noſmetipſos quàm ſereniſsimam Auguſtam coniugem noſtam uarijs perſonis iam donaſſe, & uendidiſſe, & per alios titulos adſignaſſe, & maximè ſacro-

ſanctis

ſanctis Eccleſijs, & xenonibus, & ptochotrophijs, & epiſcopis, & monachis, & alijs innumerabilibus perſonis, & eandem liberalitatem ex noſtra ſubſtantia ſiue sereniſsimæ coniugis noſtræ eſſe conſectam: ſancimus etiam eos firmo iure habere, quod conſecuti ſunt, ita ut contra illos quidem nulla moueatur actio. intra quadriennium autem ex præſenti die numerandum, pateat omnibus aditus contra noſtras diuinas domos ſuas actiones ſuper eiſdem rebus mouere: ſcituris, quòd præfato quadriennio finito, neq; aduerſus domos noſtras aliquis eis reſeruetur regreſſus. Cum enim multa priuilegia Auguſta fortuna meruit, & in donationibus ſine inſinuatione geſtorum omnem firmitatem habentibus, & ſuper rebus quas pro tempore sereniſsimus princeps diuinæ Auguſtæ conſtante matrimonio donauerit, uel ipſe à sereniſsima Auguſta per donationis titulum conſequatur, ut maneat illico donatio plena, nullo alio confirmationis tempore expectando: ita & hoc uideatur imperiale eſſe priuilegium. qui enim ſuis cōſilijs, ſuisq; laboribus pro toto orbe terrarum die noctuq; laborant, quare non habeant dignam ſua prærogatiua fortunam? Quæ ergo pro Auguſto honore & cautela res accipientium noſtra ſtatuit æternitas, hæc tam ſublimitas tua quàm cæteri omnes iudices noſtri obſeruare feſtinent, ex eo tempore ualitura, quo nutu diuino imperiales ſuſcepimus infulas. *Tertia exceptio eſt: Niſi poſtea ſine dolo malo poſſeßionem amittat. Hæc exceptio approbatur l. 28. §. poßidere. ff. de rei uendicat. his uerbis:* Quòd ſi litis conteſtatæ tempore poſſedit, cum autem res iudicatur ſine dolo malo, amiſit poſſeſsionem, abſoluendus eſt poſſeſſor. *Quarta exceptio eſt: Niſi ſeruus rei detineat. Hæc exceptio approbatur l. 20. C. de rei uendicat. hiſce uerbis:* Non ſeruum, quem res tuas detinere adſeueras, ſed eius dominum de rebus repetendis conuenienndum eſſe perſpicis. *Huius exceptionis ratio hæc eſt, Quòd cum ſeruis nulla ſit actio.*a

a l. cum ſeruus. ff. de reg. iuris.

I I. *Regula. Si quis dimidiam partem alicuius rei petat, quam rem ſocius eius & extraneus poßident, non ab utriſq; quadrantem, ſed ab extraneo totum ſemiſſem petet. Hæc regula approbatur l. 8. ff. de rei uendicat. hiſce uerbis:* Pomponius lib. 36. probat, ſi ex æquis partibus fundum mihi tecum communem tu & Lucius Titius poſſideatis, non ab utriſq; quadrantem petere me debere: ſed à Titio, qui non ſit dominus, totum ſemiſſem. *Huius regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi ſocius & extraneus pro diuiſo rem quæ petitur, poßideant. Quæ exceptio approbatur in iam d. l. 8. hiſce uerbis:* Aliter atq; ſi certis regionibus poſsideatis eum fundum: nam tunc ſine dubio & à te & à Titio partes fundi petere me debere. quoties enim certa loca poſsidebuntur, neceſſariò in his aliquam partem meam eſſe: & ideo à te quoque & à Titio quadrantem me petere debere. *Planè ſubijciūtur ibidem iam dictæ exceptionis duæ replicationes, hiſce uerbis:* Quæ diſtinctio neque in re mobili, neque in hæreditatis petitione locum habet. nunquam enim pro diuiſo poſsideri poteſt. *Ait Iuriſconſultus:* Neque in hæreditatis petitione. *Huic concordat l. 1. §. ſi ego. ff. ſi pars hæreditatis petatur, his uerbis:* Si ego ex parte me dicam hęredem, cohæres autem meus poſsideat hæreditatem cum extraneo, cum non plus cohæres haberet parte ſua: utrum à ſolo extraneo, an uerò & à cohærede debeam petere hæreditatem, quæritur? Et Pegaſus fertur exiſtimaſſe, à ſolo extraneo me petere debere, eumq; reſtituturum quidquid poſsidet. Et fortaſsis hoc officio iudicis debet fieri. Cæterùm ratio facit, ut à duobus petam hęreditatem: hoc eſt, etiam à cohærede meo, & ille quoq; dirigat actionem aduerſus exterum poſſeſſorem. Sed Pegaſi ſententia utilior eſt.

I I I. *Regula. Is qui non poßidet, rei uendicatione non tenetur. Hæc regula approbatur l. 27. in prin. ff. de rei uendicat. de qua re uide s. cap. prox. exc. 11.*

I I I I. *Regula. De hærede poſſeſſoris: qui ſi ipſe non poßideat, hac actione non tenetur. Hæc regula approbatur l. 42. ff. de rei uendicat. hiſce uerbis:* Cū fundi poſſeſſor ante litem conteſtatam dolo malo fundum poſsidere deſijt: hęredes eius in rem quidem actionem ſuſcipere cogendi nō ſunt, ſed in factū actio aduerſus eos reddi debebit, per quam reſtituere cogantur, quanto locupletes ex ea re facti fuerint. *Concordat l. 55. ff. eod. tit. his uerbis:* Si poſſeſſor fundi ante iudicium acceptum duobus hæredibus relictis deceſſerit, & ab altero ex his qui totum fundum poſsidebat, totus petitus fuerit: quin in ſolidum condemnari debeat, dubitari non oportet. *Planè propoſitæ regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi defunctus poſt litem conteſtatam rem dolo malo poßidere deſierit. hoc enim caſu eius quoque hæres, quamuis nihil poßideat, tenetur. quæ exceptio elicitur ex uerbis iam propoſitis hiſce:* Ante litem conteſtatā dolo malo fundum poſsidere deſijt, &c. *Sed & approbatur l. 88. in fine. ff. de reg. iuris, hiſce uerbis:* Poſt litis cōteſtationē hæres tenetur ex omnibus cauſis. *Secunda exceptio eſt: Niſi ob id quod defunctus dolo uel culpa circa rem uerſatus ſit, condemnatio ſit facienda. hoc enim caſu etiam hæres non poßidens tenetur. quæ exceptio approbatur l. 42. ff. de rei uendi-*

cat. his

cat.bis uerbis: Si in rem actum ſit, quamuis hæres poſſeſſoris, ſi non poſsideat, abſoluatur: tamen ſi quid ex perſona defuncti commiſſum ſit, omnimodo in damnationem ueniet. *Tertia exceptio eſt: Niſi hæres ex re quam poſſedit defunctus, locupletior ſit factus. in illud enim tenetur. quæ exceptio approbatur uerbis §. ead. reg. in prin. propoſitis hiſce:* Sed in factum actio aduerſus eos reddi debebit, per quam reſtituere cogantur, quanto locupletes ex ea re facti fuerint. *Quartæ exceptionis loco notandum, quòd hæres defuncti poſſeſſoris, licet ipſe non poßideat, tamen ex dolo quoque & culpa ſua, quam circa rem petitam admiſit, teneatur. quæ exceptio approbatur l. 51. ff. de rei uendicat. hiſce uerbis:* Si in rem actum ſit, & in hæredem poſſeſſoris iudicium datum ſit, culpa quoque & dolus malus hæredis in hoc iudicium uenit.

¶ *Hæc de tertia quæſtione, ſcilicet Aduerſus quos competat rei uendicatio. Sequitur quarta quæſtio, ubi & apud quem competat, Cuius loci regula hæc eſt: Rei uendicatio ibi competit, ubi res eſt. Quæ regula approbatur l. 3. C. ubi in rem actio exerceri debeat, hiſce uerbis:* Actor rei forum, ſiue in rem ſiue in perſonam ſit actio, ſequitur. Sed in locis, in quibus res, propter quas contenditur, conſtitutæ ſunt, iubemus in rem actionem aduerſus poſsidentem moueri. *Concordat l. 38. ff. de iudicijs. ubi Iuriſconſultus:* Si per in rem actionem (inquit) legatum petatur, etiam ibi peti debet, ubi res eſt. *Planè uidetur in arbitrio eſſe ipſius actoris, utrùm locum ubi res eſt, an domicilium rei conuenti uelit ſequi. l. 12. §. nihil enim prohibet. C. de præſcript. longi temp. cuius uerba uide alibi.*

QVID VENIAT IN REI uendicatione petendum? Cap. VII.

SEquitur quintus locus, *Quid ſcilicet in rei uendicatione ueniat petendum. Cuius loci I. REGVLA hæc eſt: In rei uendicatione ueniunt fructus, partus, fœtus pecorum, & omnis cauſa. Hæc regula approbatur l. 17. §. idem Iulianus. ff. de rei uendic. hiſce uerbis:* Iulianus ait, non ſolum fructus, ſed etiam omnem cauſam præſtandam. Ideo & partus uenire in reſtitutionem, & partuum fructus. uſq; adeò autem hæ cauſæ ueniunt, ut Iulianus lib. 7. ſcribat, Si per eum ſeruum poſſeſſor acquiſierit actionem legis Aquiliæ, reſtituere cogendum. *Concordat Inſt. de officio iudicis. §. 1. his uerbis:* Si in rem actum ſit coram iudice, ſiue contra petitorem iudicauerit, abſoluere debet poſſeſſorem: ſiue contra poſſeſſorem, iubere ei debet, ut rem ipſam reſtituat cum fructibus. *Sed copioſius de hac re aliquando (Deo uolente) tractabitur in loco de Vſuris & fructibus.*

II. Regula. Si res quæ petitur, perijt, æſtimatio ſeu precium eius præſtandum eſt. De hac uide Comment. liberationum, de rei debitæ interitu, cap. 21. Planè cuius temporis aut loci æſtimatio ſit præſtanda, uide in Comment. de Actionibus cap. 3.

III. Regula. Si res quæ petitur, deterior ſit facta, æſtimatio eius præſtanda. Hæc regula approbatur l. 13. ff. de rei uendic. hiſce uerbis: Non ſolùm rem reſtitui, uerum etiam ſi deterior res ſit facta, rationem iudex habere debebit. Finge enim debilitatum hominem, uel uerberatum, uel uulneratum reſtitui: utiq; ratio per iudicem habebitur, quanto deterior ſit factus: quanquam & legis Aquiliæ actione conueniri poſſeſſor poſſet. *Huius regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi actor l. Aquiliæ actionē remittere nolit. Quæ exceptio approbatur d. l. 13. in fine, cum lege ſequente, hiſce uerbis:* Vnde quæritur, an non aliàs iudex æſtimare damnum debeat, quàm ſi remittatur actio legis Aquiliæ? Et Labeo putat, cauere petitorem oportere lege Aquilia ſe nō acturum. quæ ſententia uera eſt. Quòd ſi malit actor potius legis Aquiliæ actione uti, abſoluēdus eſt poſſeſſor. Itaq; electio actori danda eſt, non ut triplum, ſed ut duplum conſequatur. *Secunda exceptio eſt: Niſi res dolo poſſeſſoris deterior facta, poſtea ſine culpa eius perierit. Hæc exceptio approbatur l. 28. §. ſi homo. ff. de rei uendicat. hiſce uerbis:* Si homo petitus dolo poſſeſſoris deterior factus ſit, deinde ſine culpa eius ex alia cauſa mortuus ſit, æſtimatio nō fiet eius quod deteriorē eum fecerit: quia nihil intereſt petitoris, ſed hoc quantum ad in rem actionem. Legis autem Aquiliæ actio durat. *Tertia exceptio eſt: Niſi infans uel furioſus poſſeſſor deteriorem fecerit. Hæc exceptio approbatur l. 60. ff. de rei uendicat. hiſce uerbis:* Quòd infans uel furioſus poſſeſſor perdidit uel corrupit, impunitum eſt.

IIII. Regula Si poſſeſſor rem diſtraxit, precium duntaxat quo uendidit, reſtituere cogitur. Hæc regula approbatur l. 25 ff. de rei uendicat. hiſce uerbis: Si quis rem ex neceſsitate diſtraxerit, fortaſſis huic officio iudicis ſuccurretur, ut precium duntaxat debeat reſtituere. Nam etſi fructus perceptos diſtraxit ne corrumpantur, æquè non amplius quàm precium præſtabit. Item, ſi fortè ager fuit qui petitus eſt, & militibus aſsignatus eſt, modico honoris gratia poſſeſſori dato, an hoc reſtituere debeat? & puto, præſtaturum. *Ait Iuriſconſultus:* Si quis rem ex neceſsitate diſtraxerit. *Ex hiſce uerbis elici poteſt prima exceptio aduerſus regulam propoſitam, hæc ſcilicet: Niſi non ex neceßitate diſtraxerit rem. tunc enim propoſitæ regulæ locus non eſt: ſed uel ad*

ipſam

ipſam rem reſtituendam poſſeſſor tenetur, uel ad uerum eius precium ſoluendum. Secunda exceptio eſt: Niſi res diſtracta, poſtea ſine culpa poſſeſſoris perierit. De hac re uide Comment. liberat. cap. 21. exc. 6.

V. Regula. *Res ex pecunia quæ petitur comparata, non eſt reſtituenda actori. Quæ Regula approbatur per ea quæ propoſita ſunt ſuprà cap. 3. quæſt. 3. reg. 1.*

VI. Regula. *Si reus non reſtituit rem quæ petitur, quanti in litem actor iurauerit, condemnandus eſt. Quæ regula approbatur l. 68. ff. de rei uendicat. de qua re aliquando in loco De in litem iurando tractabitur.*

VII. Regula. *Si grex uindicetur, quid ueniat, demonſtratur l. 3. in prin. ff. de rei uendicat. hiſce uerbis:* Marcellus lib. 4. Digeſt. ſcribit: Qui gregem habebat capitum trecentorum amiſſis centum, redemit totidem capita ab eo qui dominium eorum habebat, uel aliena ab eo qui bona fide ea poſsidebat. Et hæc utiq; gregis (inquit) uendicatione cõtinebuntur. Sed etſi ea ſola ſuperſint capita quæ redempta ſunt, adhuc eum poſſe gregem uendicare. *Plura de uendicat. gregis uide ſuprà cap. 5. except. 23.*

VIII. Regula. *Si nauis uindicatur, non ueniunt armamenta nauis, & ſcapha, niſi ſeparatim uendicentur. Quæ regula approbatur l. 3. §. armamenta. ff. de rei uendicat. his uerbis:* Armamonta nauis ſingula erunt uendicanda: ſcapha quoque ſepararim uendicabitur.

IX. Regula. *De cautionibus à reo præſtandis: Reus in reſtitutione rei cauere debet actori de dolo malo. Hæc regula approbatur l. 18. ff. de rei uendicat. hiſce uerbis:* Si poſt acceptum iudicium poſſeſſor uſu hominem ceperit, debet eum tradere, eoq; nomine de dolo malo cauere. periculum eſt enim, ne eum uel pignorauerit, uel manumiſerit. *Concordat. l. 20. §. fin ff. eod. ti. ubi Caius iuriſconſultus:* Partus ancillæ (*inquit*) reſtitui debet, quamuis poſtea editus ſit, quàm matrem eius poſt acceptum ſcilicet iudicium poſſeſſor uſuceperit: quo caſu etiam de partu, ſicut de matre, & traditio & cautio de dolo neceſſaria eſt. *Hæc de cautione doli mali. Sed de culpa quoque interdum actori à reo cauendum.* Nam ſi homo ſit (*Vlpianus inquit*) qui poſt conuentionem reſtituitur, ſiquidem à bonæ fidei poſſeſſore, puto cauendum eſſe de dolo ſolo debere: cæteros etiam de culpa ſua, inter quos erit & bonæ fidei poſſeſſor poſt litem conteſtatam.[a] *Sed & de perſequenda re quæ petitur, & de reſtituenda ea, ſi eam nactus fuerit, cauere cogitur reus: quando ſcilicet ſeruum, qui petitur, fugerit. de qua re uide ſ. cap. 5. except. 13.*

a l. 45. ff. de rei uendicat.

X. Regula. *Si duorum materiæ ſint confuſæ, quid & quantum uendicandum ſit, demonſtratur ſ. cap. 2. cauſa 13.*

Exceptio generalis aduerſus prædictas regulas.

Aduerſus iam enumeratas regul. exceptio generalis hæc eſſe uidetur: Niſi pars tantum uindicetur. Quæ tamen exceptio reprobatur l. 75. in prin. ff. de rei uendicat. hiſce uerbis: Quæ de tota re uendicanda dicta ſunt, eadem & de parte intelligenda ſunt: officioq; iudicis continetur, pro modo partis ea quoque reſtitui iubere, quæ ſimul cum parte ipſa reſtitui debent. *Ratio huius eſt: Quia nihil intereſt, de uniuerſo quæratur, an de parte.*[b]

b l. 81. §. fin. ff. de adq. hereditat.

DE ANTECEDENTIBVS REI uendicationem: item de adiunctis & conſequentibus ſeu euentis. Cap. VIII.

SEquitur rei uendicationis Sextus locus, cuius REGVLA PRIMA *habetur l. 24. ff. de rei uendicat hiſce uerbis:* Is qui deſtinauit rem petere, animaduertere debet, an aliquo interdicto poſsit nanciſci poſſeſsionem: quia lõgè commodius eſt ipſum poſsidere, & aduerſarium ad onera petitóris compellere, quàm alio poſsidente petere. *Huius regulæ exemplum eſt: Si quis ui de fundo ſit deiectus, atq; fundum repetere deſtinauerit. Hic enim ſi rei uendicationem inſtituat, dominium fundi ſe eſſe probare, exceptioneſq;, ſi quæ fortè aduerſus dominium opponentur, elidere cogetur, aliter atq; ſi interdicto Vnde ui experiatur. tunc enim ſufficit eum poſſediſſe, atq; ui deiectum eſſe, idq; probare, licet iniuſtè poſſederit, dominuſq; non ſit. Proinde conſultius faciet, ſi interdicto potius Vnde ui, quàm rei uẽdicatione experiatur. Ille enim poſſeſsionem rei recuperat, & aduerſarium ad onera petitoris & probationem dominij compellit. Exitus enim controuerſiæ poſſeſsionis hic eſt, ut prius pronunciet iudex uter poſsidere debeat: & ita ſit, ut is qui uictus eſt de poſſeſsione, petitoris partibus fungatur, & tunc de dominio quæratur.*[c] *Planè qui fundum uendicauit ab eo, cum quo interdicto Vnde ui potuit experiri, pendente iudicio nihilominus interdicto agere poteſt.*[d] *Ait iuriſconſultus:* Animaduertere debet, an aliquo interdicto poſsit nanciſci poſſeſsioné. *Quid ergo, ſi alio modo quàm interdicto poſsit nanciſci poſſeſsionem? Veluti ſi aduerſariũ ui de poſſeſsione deiiciat? Hoc caſu et poſſeſsionẽ reſtituere cogitur, & dominiũ rei quod habuit amiſit.*[e] *Quid ſi rem conducat à poſſeſſore, & ita eius detentionem nanciſcatur? nunquid hoc caſu aduerſariũ ad onera petitoris poteſt compellere? Non. Nã Imp. Diocletianus reſcripſit:* Si quis conductionis titulo agrum uel aliã quamcunq; rem accepit, eum poſſeſsioné prius reſtituere debere, & tunc de proprietate litigare.[f] *Planè ſi reus neget ſe poſsidere, actorq; contrarium probet, poſſeſsio ad actorem, etiam dominium non probantem, transferenda eſt. l. ult. ff. de rei uendicat.*

c l. 35. ff. de adq. poſſeſ.

d l. 18. §. fin. ff. de ui & ui armata.

e l. ſi quis in tantã. C. unde ui.

f l. 25. C. de locata & cond.

II. Regula. *Cum autē longè commodius ſit poſſidere quàm petere, ut ex iam dictis patet: euenit ut ſæpe magna de poſſeßione ſit contentio, utroque ſe magis poßidere cōtendente.*[a] *Quo caſu autē rei uendicationem & proprietatis cauſam poſſeßionis controuerſia à iudice terminanda eſt. Quæ regula tum ex præcedentibus patet, tum approbatur etiam l. 3. C. de interdictis, hiſce uerbis:* Incerti iuris non eſt, orta proprietatis & poſſeſsionis lite, prius poſſeſsionis decidi oportere quæſtionem competentibus actionibus, ut ex hoc ordine facto de dominij diſceptatione, probationes ab eo qui de poſſeſsione uictus eſt, exigantur. *Leges concordantes uide ſ. lib. 7. cap. 8. quæſt. 1. reg. 2.*

a Inſt. de interdictis §. retinendæ. ibi: & quia.

III. Regula. *Qui deſtinauit rem petere, antè inquirere debet, an is contra quem actionem inſtituit, eam poßideat. Quæ regula approbatur l. 37. in prin. ff. de rei uendicat hiſce uerbis:* Qui petitorio iudicio utitur, ne fruſtra experiatur, requirere debet, an is cum quo inſtituat actionem, poſſeſſor ſit, uel dolo deſijt poſsidere. *Ait Iuriſconſultus,* Requirere debet. *Sed quomodo? Poteſt hoc fieri per interrogationem, officio iudicis: reusq́; interrogatus an poßideat, reſpondere cogitur: & ſi affirmat, etiam pro qua parte poßideat reſpondere debet.*[b] *Si autē neget, actorq́; poſtea probet rem à reo poßideri, poſſeßio à reo ad actorem, etiam dominium non probantem, eſt transferenda. l. ult. ff. de rei uendicat. Planè ſi actor certus quidem ſit, reum rem ſuæ rei non abſimilem poßidere, dubitet autem an ſua res ſit, poteſt agere ad exhibendum actione, ut ea res ſibi ab eo exhibeatur uidenda, quo eam dinoſcere poßit, an ſit ſua.*[c]

b l. 20. §. in in re. ff. de interrogat. actio.

c l. 1. & l. 3. §. eſt autem. ff. ad exhibendum.

IIII. Regula. *Si res quæ uindicatur, alterius rei adiecta, incluſa uel mixta ſit, prius ad exhibendum agi debet, ut ſeparetur. Quæ regula approbatur l. 23. §. item quæcunq; ff. de rei uendic. hiſce uerbis:* Quæcunq; alijs iuncta ſiue adiecta acceſsionis loco cedunt, ea quamdiu cohærent, dominus uendicare non poteſt, ſed ad exhibendum agere poteſt ut ſeparentur, & tunc uendicentur. *Vnde gemma incluſa auro alieno, uel ſigillum candelabro, uendicari non poteſt: ſed ut excludatur, ad exhibendum agi poteſt.*[d] *Planè recipit hæc regula duas potißimum exceptiones: de quibus uide ſ. cap. 4. cauſa 10. except. 7.*

d l. 6. ff. ad exhibendum.

V. Regula. *Actor rem quam petit, debet deſignare. Hæc regula approbatur l. 6. ff. de rei uendicat. cuius hæc ſunt uerba:* Si in rem aliquis agat, debet deſignare rem, & utrum totam, an partem & quotam petat. Appellatio enim rei non genus, ſed ſpeciem ſignificat. Octauenus ita diffinit, quòd infectæ quidem materiæ pondus: ſignatæ uerò numerum, factæ autem ſpeciem dici oportet. Sed & menſura dicenda erit, cum res menſura continebitur. Etſi ueſtimenta noſtra eſſe uel dari oportere nobis petamus, utrum numerum eorum dicere debebimus, an & colorem? Et magis eſt, ut utrunque. nam illud inhumanum eſt, cogi nos dicere, attrita ſint, an noua: quamuis & in uaſis occurrat difficultas, utrum lancem duntaxat dici oporteat, an etiam quadratam uel rotundam, uel pura an celata ſint, quæ ipſa in petitionibus quoq; adijcere difficile eſt: nec ita coartanda res eſt, licet in petendo homine nomen eius dici debeat, & utrum puer an adoleſcens ſit, & utiq; ſi plures ſint. Sed ſi nomē eius ignorem, demonſtratione eius utendum erit: ueluti qui ex illa hæreditate eſt, uel qui ex illa ancilla natus eſt. Item fundum petiturus, nomen eius, & quo loco ſit, dicere debet. *Hiſce uerbis propoſita regula approbatur; ſimul & declaratur exemplis. Huius loci etiam eſt l. 3. §. armamenta. ff. eod. tt. ubi Vlpianus:* Armamenta nauis ſingula erunt uendicanda: ſcapha quoq; ſeparatim uendicabitur. *Huc item pertinet l. 56. ff. eod. tt. cuius hæc ſunt uerba:* Vendicatio non ut gregis, ita & peculij, recepta eſt: ſed res ſingulas is cui legatum peculiū eſt, petet. *Sed & referri huc poſſunt ea quæ dicta ſunt ſuprà cap. 5. except. 23 & 24. Planè ſi in deſignanda re erratum ſit, dum tamen de corpore conueniat, rectè actum eſſe uidetur.*[e]

e l. 5. 4. cum in rem. ff. de rei uendicat.

VI. Regula. *De probatione actoris, actori probandi onus incumbit: quo non probante, reus eſt abſoluendus, nec cogendus eſt dicere titulum ſuæ poſſeßionis, uel probare rem ad ſe pertinere. Hæc regula approbatur l. 2. C. de probationibus, hiſce uerbis:* Poſſeſsiones quas ad te pertinere dicis, more iudiciorū perſequere: nec enim poſſeſſori incumbit neceſsitas probandi eas ad ſe pertinere, cum te in probatione ceſſante, dominium apud eum remaneat. *Huius regulæ uidetur hæc eſſe exceptio: Niſi non iuſta ſit rei conuenti poſſeßio. Quæ tamen exceptio reprobatur l. ult. C. de rei uendicat. hiſce uerbis:* Res alienas poſsidens, licet iuſtam tenendi cauſam nullam habeat, non niſi ſuam intentionem implenti reſtituere cogitur. *Concordat Inſt. de interdictis. § retinendæ. ibi, commodum, his uerbis:* Commodum poſsidendi in eo eſt, quod etiamſi eius res non ſit qui poſsidet: ſi modò actor non potuerit ſuam eſſe probare, remanet in ſuo loco poſſeſsio. Propter quam cauſam cum obſcura ſunt utriuſq; iura, contra petitorem iudicari ſolet. *Concordat item l. ult. ff. de adq. poſſeß. his uerbis:* Aduerſus extraneos uitioſa poſſeſsio prodeſſe ſolet. *Plura de regula propoſita uide ſ. lib. 9. cap. 2. quæſt. 2. reg. 1.*

VII. Regula. *Si poſſeſſor in rem ſumptus fecit, uel ſoluit, actor hoc præſtare tenetur. Hæc regula approbatur l. 28. §. in re petita ff. de rei uendicat. hiſce uerbis:* In re petita ſi poſſeſſor ante litē conteſtatam

teſtatam ſumptus fecerit, per doli mali exceptionem ratio eorum haberi debet, ſi perſeueret actor petere rem ſuam non redditis ſumptib. *Concordat l. 48. ibi: uerùm exceptione ff. eod. tit. cuius uerba uide paulo inferius except. 6. Concordat item l. 11. in fine. C. eod. tit. cuius uerba uide ſ. cap. 1. cauſa 10. in prin. Huius exemplum etiam proponitur d. §. in re petita, his uerbis:* Idem eſt etiam, ſi noxali iudicio ſeruum defendit, & damnatus pręſtitit pecuniam: aut in area quæ fuit petitoris, per errorem inſulam ædificauit, &c. *Reliqua uerba uide paulo inferius except. 5. Aliud exemplum proponitur l. 65. in prin. ff. de rei uendicat. his uerbis:* Emptor prædium quod non à domino emit exceptione doli oppoſita, non aliter reſtituere domino cogetur, quàm ſi pecuniam creditori eius ſolutam, qui pignori datum prædium habuit, uſurarumq; medij temporis ſuperfluũ recuperauerit: ſcilicet, ſi minus in fructibus à lite conteſtata perceptis fuerit. nam eos uſuris nouis duntaxat cõpẽſari, ſumptuum in prædium factorum exẽplo æquum eſt. *Aliud exemplũ proponitur l. 4. §. ſi minor ff. de doli mali except. his uerbis:* Si minor mihi infantem donauerit, deinde eũ uindicet: exceptione doli mali repellẽdus eſt, niſi alimẽta reddat, & ſi quis alios ſumptus probabilis in eum factus ſit. *Plura exempla uide ſ. cap. 1. cauſa 10. except. 8. Planè precium quod poſſeſſor pro re, non domino ſoluit, actor reſtituere non cogitur. Quod notandum loco primæ exceptionis. quæ exceptio approbatur l. 3 in prin. C. de rei uendicat. hiſce uerbis:* Mater tua, uel maritus fundum tuum inuita uel ignorante te uendere iure non potuit: ſed rem tuam à poſſeſſore uendicare, etiam non oblato precio poteris. *Concordat l. 23. C. eod. tit. his uerbis:* Si mancipiũ tuum per uim uel furtum ablatũ alij ex nulla iuſta cauſa diſtraxerunt: uindicanti tibi dominium ſoluẽdi precij nulla neceſsitas irrogetur. *Concordat item l. 2. C. de furtis. ubi imp. Seuerus:* Inciuilem rem deſideratis (*inquit*) ut agnitas res furtiuas nõ prius reddatis, quàm precium fuerit ſolutum à dominis. Curate igitur cautius negociari, ne non tantùm in damna huiuſmodi, ſed etiam in criminis ſuſpicionem incidatis. *Concordat item l. 2. C. ne rei dominicæ uel templ. &c. his uerbis:* Vniuerſas terras quæ à colonis ſiue emphyteuticarijs dominici iuris, reipub. uel iuris ſacrorum templorum in qualibet prouincia uẽditæ, uel ullo alio pacto alienatæ ſunt ab ijs qui perperam atq; contra leges eas detinent, nulla longi temporis præſcriptione officiente, iubemus reſtitui: ita ut nec preciũ quidem iniquis comparatoribus repoſcere liceat. *Concordat item l. 1. in fine. C. de præ-*

ſcript. triginta annor. cuius uerba uide ſ. lib. 8. cap. 8. quæſt. 7. reg. 7. except. 2. *Secunda exceptio eſt: Niſi poſſeſſor ſeruum quem poſsidet, erudiuit. Huius enim artificij nomine nihil poteſt deducere. Quæ exceptio approbatur l. 29. §. fin. ff. de rei uendicat. hiſce uerbis:* Sed ſi puerum meum cum poſsideres, erudiſſes, nõ idem obſeruandum Proculus exiſtimat: quia neque carere ſeruo meo debeam, nec poteſt remedium idem adhiberi, quod in area diximus. *Huius exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi petitor ſeruum uenalem habeat. Quæ replicatio approbatur l. 28. cum l. ſequente. ff. d. tit. hiſce uerbis:* Fortè quod pictorem aut librarium docueris, dicitur nõ aliter officio iudicis æſtimationem haberi poſſe, niſi uenalem eum habeas, & plus ex precio eius conſecuturus ſis propter artificium. *Secunda replicatio eſt: Niſi antè denunciatum ſit actori, ut impenſam ſolueret. quæ replicatio approbatur l. 30. ff. d. tit. hiſce uerbis:* Aut ſi antè denunciatum ſit actori ut impenſam ſolueret, & eo diſsimulante oppoſita ſit doli mali exceptio. *Tertia replicatio eſt: Niſi poſſeſſor fructus percepit ex artificio quod ſeruum docuit. tunc enim ſi fructus illos actor petat, poſſeſſor impenſas artificij poteſt compenſare. Quæ replicatio approbatur l. 31. cum l. ſequente. ff. de rei uendic. hiſce uerbis:* Improbè tamen deſiderat petitor fructus æſtimari, qui ex artificio eius percipi potuerunt, quod artificium ſumptibus poſſeſſoris didicit. Quòd ſi artificem fecerit poſt 25 annum, eius qui artificium conſecutus eſt, impenſæ factæ poterunt compenſari. *Quarta replicatio eſt: Niſi infantem expoſitum ſuſtulerit & erudierit poſſeſſor. Hæc replicatio approbatur l. 1. C. de infantibus expõſitis, hiſce uerbis:* Si inuito uel ignorante te partus ancillæ uel adſcripticiæ tuæ expoſitus ſit, repetere eum non prohiberis: ſed reſtitutio eius, ſi non à fure uendicaueris, ita fiet, ſi quæ in alendo eo, uel fortè ad diſcendum artificium iuſtè conſumpta fuerint, reſtitueris. *Hæc de ſecunda exceptione, cum quatuor ſuis replicationibus. Tertia exceptio eſt: Niſi malæ fidei poſſeſſor ſit. Hæc exceptio approbatur l. 7. §. ex diuerſo. ff. de adq. rer. dom. his uerbis:* Si quis in alieno ſolo ſua materia ædificauerit, illius fit ædificium, cuius & ſolum eſt: & ſi ſcit alienum ſolum eſſe, ſua uoluntate amiſiſſe proprietatem materiæ intelligitur. Itaque ne diruto quidem ædificio uindicatio eius materiæ competit. Certè ſi dominus ſoli ædificium petat, nec ſoluat precium materiæ & mercedes fabrorum: poterit per exceptionem doli mali repelli: utiq; ſi neſciuit qui ædificauit, alienum eſſe ſolum, & tanquam in ſuo bona fide ædificauit. Nam ſcienti alienum eſſe ſolum, poteſt culpa obijci: quia temerè ædifica-

uit in eo ſolo, quod intelligeret alienum. *Concordat l.5.C.de rei uendic.his uerbis*: Domum quam ex matris ſucceſsione ad te pertinere, & ab aduerſa parte iniuris occupatam eſſe oſtendis, Præſes prouinciæ cum penſionibus, quas percepit, aut percipere poterat, & omni cauſa damni dati, reſtitui iubebit. Eius autem quod impendit rationem haberi non poſſe, meritò reſcriptum eſt, cum mala fide poſſeſſores eius, quod in rem alienam impendunt, non eorum negocium gerentes quorum res eſt, nullam habeant repetitionem, niſi neceſſarios ſumptus fecerint. Sin autem utiles, licentis eis permittitur ſine læſione prioris ſtatus rei eos auferre. *Concordat l.2.ibi, quòd ſi ante.C. de ſeruitutibus & aquis, his uerbis*: Si aquam per poſſeſsionem Martialis eo ſciente perduxiſti, ſeruitutem exemplo rerum immobilium tempore quęſiſti. Quod ſi ante id ſpacium eius uſus tibi interdictus eſt, fruſtra ſumptus in ea re factos præſtari tibi poſtulas: cum in aliena poſſeſsione operis facti dominium, quod in eadem cauſa manet, ad eum pertineat, cuius eſt poſſeſsio. *Concordat item l.37. ff. de rei uendicat. his uerbis*: Si in aliena area ædificaſſem, cuius bonæ fidei quidem emptor fui, eo autem tempore ædificaui, quo iam ſciebam alienam: uideamus an nihil mihi exceptio proſit, niſi fortè quis dicat prodeſſe de dãno ſollicito? Puto autem huic exceptionẽ non prodeſſe. nec enim debuiſſem in alienam aream certus ædificium ponere. Sed hoc ei concedendum eſt, ut ſine diſpendio domini areæ tollat ædificium, quod poſuit. *Concordat item l.5. C. de ædificijs priuatis, his uerbis*: Si is contra quem preces fundis, ſciens prudensq; ſoli partem ad te pertinere, non quaſi ſocius uel collega communis operis ſollicitudine ſolidam balneorum extructionem ea mente, ut ſumptus pro portione tua reciperet, aggreſſus eſt, ſed ut totius loci dominiũ uſurparet, collapſum balneum refabricare eniſus eſt: cũ ædificia quæ in alieno loco imponuntur, ſolo cedant, nec impenſæ ijs qui improbè id fecerint, reſtitui debeant: antiquato diui Hadriani edicta præſes prouinciæ memor iuris publici in dirimenda diſceptatione legum placita cuſtodiet. *Concordat item Inſt.de rerum diuiſ.§. ex diuerſo. in fine. cuius uerba uide ſ.cap.1.cauſa 10.except.8. Planè propoſitæ exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi neceſſarias impenſas malæ fidei poſſeſſor fecerit. quæ replicatio approbatur l.5.C.de rei uendicat. uerbis paulo ſuperius propoſitis hiſce*: Niſi neceſſarios ſumptus fecerint. *Huius replicationis duplicatio hæc eſt: Niſi fur impenſas fecerit. hic enim ne neceſſarias quidem retinet. quæ duplicatio approbatur l.1.C. de infantibus expoſitis. cuius uerba uide ſ. except. prox. repl. 4. Altera propoſitæ exceptionis replicatio eſt: Niſi actor non concedat tolli opus. quæ replicatio approbatur itidem d.l.5. uerbis ſuprà propoſitis hiſce*: Sin autem utiles, licẽtia eis permittitur ſine læſione prioris ſtatus rei eos auferre. *Concordat l.37. in fine. ff. de rei uendicat. cuius uerba uide paulo ſuperius ead. except. Quarta exceptio eſt: Niſi actor pauper ſit, ut ſi ſumptus reddere cogatur, re ſua ſit cariturus. Hæc exceptio approbatur l.39.ff. de rei uendicat. hiſce uerbis*: In fundo alieno, quem imprudens emeras, ſi ædificaſti, aut conſeuiſti, deinde euincitur: bonus iudex uariè ex perſonis cauſiſque conſtituet. Finge & dominum eadem facturum fuiſſe, reddet impenſam, ut fundum recipiat, eo uſq; duntaxat, quo precioſior factus eſt: & ſi plus precij fundo acceſsit, ſolũ quod impenſum eſt. Finge pauperem, qui ſi reddere id cogatur, laribus ſepulchriſq; auitis carendum habeat: ſufficit tibi permitti tollere ex his rebus quæ poſsis, dũ ita, ne deterior ſit fundus, quàm ſi initio non foret ædificatum. *Si itaq; actor dominus adeò pauper ſit, ut impenſas reſtituere nõ poßit, ad reſtituendas impenſas compelli non debet: reus tamen ea quæ adiecit, pro impenſis poteſt auferre. Quod notandum loco primæ replicationis aduerſus exceptionem propoſitam. quæ tamen replicatio admittit duplicationem hanc: Niſi actor paratus ſit tantum dare, quantum habiturus eſt reus, dictis rebus ablatis. Quæ duplicatio in d. loco approbatur, hiſce uerbis*: Conſtituimus uerò, ut ſi paratus eſt dominus tantum dare, quantum habiturus eſt poſſeſſor his rebus ablatis, fiat ei poteſtas. neque enim malicijs indulgendum eſt. ſi tectorium puta, quod induxerit, picturaſq; corradere uelit, nihil laturus niſi ut officiat. *Secunda replicatio eſt: Niſi dominus rem receptam mox ſit uenditurus. Quæ replicatio approbatur d.l.39.§. fin. his uerbis*: Finge eam perſonam eſſe domini, quæ receptum fundum mox uenditura ſit: niſi reddat, quantum prima parte reddi oportere diximus, eo deducto condemnandus eſt. *Quinta exceptio eſt: Niſi actor concedat tolli opus illud, in quod reus fecit impenſas. Hæc exceptio approbatur l.38.§.in re petita.ff. de rei uendicat. hiſce uerbis*: Idem eſt etiam, ſi in area quæ fuit petitoris, per errorem inſulam ædificauit, niſi tamen paratus ſit petitor pati tollere eum ædificium. *Sexta exceptio eſt: Niſi poſſeſſor rem reſtituit, exceptione doli mali impenſarum nomine non oppoſita. tunc enim actionem ad eas repetendas non habet. Hæc exceptio approbatur l.48. ff. de rei uendicat hiſce uerbis*: Sumptus in prædium, quod alienum eſſe apparuit, à bona fidei poſſeſſore facti, neque ab eo qui prædium

dium donauerit, neque à domino peti poſſunt: uerùm exceptione doli oppoſita, per officium iudicis æquitatis ratione ſeruantur, ſcilicet ſi fructuum ante litem conteſtatam perceptorum ſummam excedant. Etenim admiſſa compenſatione, ſuperfluum ſumptuum meliore prædio facto, dominus reſtituere cogitur. *Concordat l. 14. ff. de doli mali except. his uerbis:* Paulus reſpondit, eum qui in alieno ſolo ædificium extruxerit, non aliàs ſumptus conſequi poſſe quàm ſi poſsideat, & ab eo dominus ſoli rem uendicet, ſcilicet oppoſita doli mali exceptione. *Concordat item l. 33. ff. de condictione indebiti, his uerbis:* Si in area tua ædificaſſem, & tu ædes poſsideres, condictio locum non habebit: quia nullum negocium inter nos contraheretur. Nam is qui non debitam pecuniam ſoluit, hoc ipſo aliquid negocij geſsit. Cum autem ædificium in area ſua ab alio poſitum, dominus occupat: nullum negocium contrahit. Sed ſi is qui in aliena area ædificaſſet, ipſe poſſeſsionem tradidiſſet, condictionem non habebit: quia nihil accipientis faceret, ſed ſuam rem dominus habere inciperet. Et ideo conſtat, ſi quis cum exiſtimaret ſe hæredem eſſe, inſulam hæreditariam fulſiſſet, nullo alio modo quàm per retentionem impenſas ſeruare poſſe. *Planè ſi ſciente & patiente domino ſint facti, alterius rei actione inſtituta, per replicationem ſumptus recuperantur. quod approbatur exemplo l. 5. §. ſi donaui. ff. de doli mali except. his uerbis:* Si donaui alicui rem, nec tradidero, & ille cui donaui non tradita poſſeſsione in eo loco ædificauerit me ſciente, & cum ædificauerit nactus ſim ego eam poſſeſsionem, & petit à me rem donatam, & ego excipiam quod ſupra legitimum modum facta eſt: de dolo replicandum eſt. Dolo enim feci, quia paſſus ſum eum ædificare, & nō reddo impenſas. *Septima propoſitæ regulæ exceptio eſt: Niſi poſſeſſor ex fructibus tantum perceperit, quantum impendit. tunc enim admittitur compenſatio. Quæ exceptio approbatur l. 48. ibi, ſcilicet ſi fructuum. ff. de rei uendicat. cuius uerba uide ſ. except. proxim. in princip. Concordat l. 32. ff. eod. tt. cuius uerba uide paulo ſuperius except. 2. replic. 3. Concordat item l. 65. in princip. ibi: ſcilicet ſi minus. ff. eod. tt. cuius uerba uide ſ. ead. reg. in princip. Octaua exceptio eſt: Niſi res impenſis poſſeſſoris non ſit melior facta. Hæc exceptio approbatur d l. 48. in fine. his uerbis:* Meliore prædio facto. *Concordat l. 39. in princip. ff. eod. tt. cuius uerba uide paulo ſuperius exception. 4. Nona exceptio eſt: Niſi donationis cauſa in alieno quis impenſam fecerit. Hæc exceptio approbatur l. 14. ff. de donationibus, his uerbis:* Qui alienum fundum donationis cauſa excolit, nullam retentionem propter impenſas faciet: quia domini res ab eo iniectas continuò efficit.

Replicatio generalis præcedentium exceptionum.

Hactenus exceptiones contra regulam ſeptimam ſunt propoſitæ, quarum tamen quædam officio iudicis poſſunt limitari atq; diſtingui. Itaque replicationes admittunt ex arbitrio iudicis pendētes: quæ replicationes qualeſcunq; ſint, dūmodo boni uiri arbitrio congruant, uidentur approbari l. 39. in prin. ff. de rei uendicat. uerbis paulo ſuperius except. 4 propoſitis hiſce: In fundo alieno, quem imprudens emeras, ædificaſti, aut conſeuiſti, deinde euincitur: bonus iudex uariè ex perſonis cauſiſq; conſtituet. Finge enim dominum eadem facturum fuiſſe: & reddat impenſam, ut fundum recipiat, uſque eò duntaxat, quo precioſior factus eſt: & ſi plus precio fundi acceſſerit, ſolum quod impenſum eſt, &c.

VIII. Regula. *Si poſſeſſor ſe eius rei nomine quæ petitur obligauit, petitor ei eo nomine tenetur cauere. Quæ regula approbatur exemplo l. 19. ff. de rei uendicat. hiſce uerbis:* Ipſi quoque reo cauendum eſſe Labeo dicit, his rebus rectè præſtari, ſi fortè fundi nomine damni infecti cauerit.

IX. Regula. *Si reus eiuſdem rei nomine ab alio quoque conuenitur, petitor ei cauere debet eo nomine. de qua cautione uide ſuprà cap. 5. except. 16.*

X. Regula. *Si poſſeſſor damni dati nomine quid præſtitit actori, cauendum ei eſt ab actore, quòd legis Aquiliæ actione aduerſum eum agere nolit. quæ regula approbatur l. 13. ff. de rei uendicat. hiſce uerbis:* Non ſolum autem rem reſtitui, uerum etiam ſi deterior res ſit facta, rationem iudex habere debebit. Finge enim debilitatum hominem, uel uerberatum, uel uulneratum reſtitui: utiq; ratio per iudicem habebitur, quanto deterior ſit factus, quanquam & legis Aquiliæ actione conueniri poſſeſſor poſſet. Vnde quæritur, an non aliàs iudex æſtimare damnum debeat, quàm ſi remittatur actio legis Aquiliæ? Et Labeo putat, cauere petitorem oportere, l. Aquilia ſe non acturum: quæ ſententia uera eſt. *Huius regulæ exceptio eſt: Niſi actor malit potius l. Aquiliæ actione uti. Quæ exceptio approbatur l. 14. ff. eod. tt. his uerbis:* Quod ſi malit actor potius legis Aquiliæ actione uti, abſoluendus eſt poſſeſſor. Itaq; electio actori danda eſt, non ut triplum, ſed ut duplum conſequatur.

XI. Regula. *Si poſſeſſor litis æſtimationem ſoluit petitori, eius rei dominus fit. de quo uide ſ. cap. 1. cauſa 19. Petitorq; ei actiones ſuas, ſi quas aduerſus alium eius rei nomine habet, cedere tenetur. Quæ regula*

approbatur l.63.ff.de rei uendicat. cuius uerba uide d.cauſa 19.except.1.repl.1. Planè petitor poſſeſſori litis æſtimationem offerenti, de euictione cauere non tenetur. Quæ regula approbatur l.36.§.fin.ff.de rei uendicat. hiſce uerbis: Petitor poſſeſſori de euictione cauere non cogitur rei nomine, cuius æſtimationem accepsrit. ſibi enim poſſeſſor imputare debet, qui non reſtituit rem.

XII. *Regula eſt de ferenda ſententia. quæ habetur Inſtitut. de officio iudicis, hiſce uerbis:* Si in rem actum ſit coram iudice, ſiue contra petitorem iudicauerit, abſoluere debet poſſeſſorem: ſiue contra poſſeſſorem, iubere ei debet ut rem ipſam reſtituat cum fructibus.

XIII. *Regula eſt de ſententia exequenda. quæ habetur Inſtitut. d.§.etſi rem, hiſce uerbis:* Si poſſeſſor neget in præſenti ſe reſtituere poſſe, & ſine fruſtratione uidebitur tempus reſtituendi cauſa petere, indulgendum eſt ei: ut tamen de litis æſtimatione caueat cum fideiuſſore, ſi intra tempus, quod ei datum eſt, non reſtituerit. *Concordat l.21.ff de iudicijs. ubi Vlpian.* Si debitori meo (*inquit*) uelim actionem edere, probandum erit, ſi fateatur ſe debere, paratumq; ſe dicat ſoluere, audiendum eum, dandumq; diem cum competenti cautela ad ſoluendam pecuniam. neq; enim magnum damnum eſt in mora modici temporis. modicum autem tempus hic intelligendum eſt, quod poſt condemnationem reis indultum eſt. *Plura de regula propoſita uide 3.li.8.cap.5. de executione.*

DE ADFINIBVS REI uendicationis remedijs. Cap. IX.

POſtremus rei uendicationis locus eſt, de adfinibus eius remedijs: quorum primum ſunt interdicta, de quo uide 3.cap.prox. regula 1.

II. *Si cum reus negaſſet ſe poßidere, actor contrarium probauerit, poſſeßio ad actorem transferenda eſt, etiamſi de dominio nihil probauerit. Quod remedium approbatur l. ult. ff. de rei uendicat. hiſce uerbis:* In rem actionem pati non compellimur: quia licet alicui dicere ſe nõ poſsidere, ita ut ſi poſsit aduerſarius conuincere rem ab aduerſario poſsideri, transferat ad ſe poſſeſsionem per iudicem, licet ſuam eſſe non approbauerit. *Plura de hac re uide lib. 7.cap.2.quæſt.5.reg.1.exc.6.*

III. *Si res quæ petitur, alij iuncta ſit, ad exhibendum actio competit. Quod remedium approbatur l. 23.§.item quæcunq;.ff.de rei uendicat. de qua re dictum eſt quoq; ſuprà cap.prox.reg.4.*

IIII. *Si quid quod eiuſdem naturæ eſt, ita confuſum eſt atq; commixtum, ut deduci & ſeparari non poßit, etiam communi diuidundo agi poterit. Sed & furti & ad exhibendũ tenebitur, qui dolo malo confundendum id procurauit. Quæ regula approbatur l.3.§.fin.cum lege ſequente.ff.de rei uendicat. his uerbis:* Pomponius ſcribit, ſi quid quod eiuſdem naturæ eſt, ita confuſum eſt atq; commiſtum, ut deduci & ſeparari non poſsit: non totum, ſed pro parte eſſe uindicandũ: utputa meum & tuum argentũ in maſſam redactum eſt, erit nobis comune, & unuſquiſq; pro rata ponderis, quod in maſſa habemus, uindicabimus, etſi incertũ ſit quantum quiſq; põderis in maſſa habeat. Quo quidem caſu etiam communi diuidundo agi poterit, ſed & furti & ad exhibendum tenebitur, qui dolo malo confundendum id argentum curauit: ita ut in ad exhibendum actione precij ratio haberi debeat: in uindications uel communi diuidundo actione hoc amplius ferat, cuius argentum precioſius erat.

V. *Si quis lapides ſuos loco alicui religioſo inædificauerit, eosq; alius remouerit, rei uendicatio nõ competit: quia quæ religioſis adhærent, religioſa quoq; ſunt. Ideoq; per in factum actionem petitori extra ordinem ſubuenitur, ut is qui hoc fecerit, reſtituere eos compellatur. l. 43. in princip. ff. de rei uendicat. cuius uerba uide ſuprà cap. 2. cauſa 10. except. 6. in princip.*

VI. *Tignũ alienum ædibus iniunctũ nemo uendicare poteſt, propter legem 12. Tabul. Neq; eo nomine ad exhibendum agi. Sed eſt actio antiqua de tigno iniuncto, quæ in duplum ex lege 12. Tabul. deſcendit. l.23.§.penul.ff.de rei uendic. de quo uide 3.cap.2.cauſa 10.except.7.in fine.*

VII. *Si liberi petantur qui ſunt in petitoris poteſtate, non rei uendicatio competit: ſed alia ſunt remedia, de quibus uide 3.cap.5.except.20.*

VIII *Si malæ fidei poſſeſſor fructus rei quæ petitur, conſumpſit, condictione tenetur. Quod remedium approbatur l.3.C. de condictione ex l. his uerbis:* Mala fide poſsidens de proprietate uictus, de extantibus fructibus rei uendicatione: de conſumptis uerò condictione conuentus, eorum reſtitutioni parêre compellitur.

IX. *Si ſeruus qui ab alio poßidetur, quid ex peculio comparauit, dominus id condicere poteſt. Hoc remedium approbatur l.31.§ ſeruum tuum.ff.ſi certum petatur, hiſce uerbis:* Seruum tuum imprudens à fure bona fide emi: is ex peculio quod ad te pertinebat, hominem comparauit, qui mihi traditus eſt. Sabinus & Caſsius, poſſe te mihi hominem condicere, aiunt. Sed & ſi quid mihi abeſſet ex negocio quod is geſsiſſet, inuicem me tecum acturum. Et hoc uerum eſt. nam & Iulianus ait: Videndum ne dominus inte-

gram

gram ex empto actionem habeat, uenditor autem condicere poſsit emprori bonæ fidei. Quod ad peculiares nummos attiner, ſi extanr, nen dicare eos dominus pòteſt: ſed actione de peculio tenetur uenditori, ut precium ſoluat. Si conſumpti ſunt, actio de peculio euaneſcit. Sed adijcere debuit Iulianus, nõ aliter domino ſerui uendirorem ex empto teneri, quàm ſi ei precium ſolidum, & quæcũq; ſi cum libero contraxiſſet, deberentur, dominus ſerui præſtaret. Idem dici deber, ſi bonæ fidei poſſeſſori ſoluiſſet, ſi tamen actiones quas aduerſus eum habeat, præſtare domino paratus ſit. *Concordat ijſdem uerbis l. 24. §. ſeruum. ff. de action. empti & uenditi.*

X. *Miles ratione militiæ rem ex pecunia ſua emptam rei uendicatione, item negociorum geſtorum actione, ut ſibi tradatur, poteſt conſequi. de qua re uide ſuprà cap. 3. quæſt. 3. reg. 3.*

XI. *Si dominus uenditionem rei ſuæ ab alio factam, ratam habet, negociorum geſtorum actio ei ad precium conſequendum datur. Quod remedium approbatur l. 3. C. de rei uendicat. hiſce uerbis:* Mater tua uel maritus fundum tuum inuita uel ignorante re uendere iure non potuit: ſed rem tuam à poſſeſſora uindicare etiam non oblaro precio poreris. Sin aurem poſtea de eadẽ uenditione conſenſiſti, uel alio modo proprietaré eius amiſiſti: aduerſus emptoré quidem nullam habes actionem, aduerſus uenditricam uerò de precio negociorum geſtorum exercere non prohiberis. *Sed & condictio competit aduerſus uenditorem, quaſi ex re actoris locupletior ſit factus. l. 23. ff. ſi certum petatur, his uerbis:* Si eum ſeruũ qui tibi legatus ſit, quaſi mihi legatum poſſederim & nendiderim: mortuo eo, poſſe re mihi procium condicere Iulianus ait, quaſi ex te tua locupletior factus ſim.

X I I. *Si poſſeſſor rem uſucepit, domino aduerſus uenditorem, negociorum geſtorum actio ad precium conſequendum competit. Quod remedium approbatur in d. l. 3. in fin. ibi: uel alio modo, &c. Cui cõcordat l. 1. in fine. C. de rebus alienis non alienand. Cuius hæc ſunt uerba:* Si præſidi prouinciæ probatum fuerit, Iulianum nullo ſibi ce munitum, ſeruos tuos ſcientibus uendidiſſe, reſtituere tibi emptores ſeruos iubebit: quod ſi ignorauerint, & eorum facti ſunt, precium eorũ Iulianũ tibi ſoluere iubebit.

X I I I. *Condictio quoq; adfine remedium eſt rei uendicationis. quod cùm ex precedentibus exemplis pateat, tum etiam approbatur Inſt. de rer. diuiſ. §. ſi tamen. in fine, hiſce uerbis:* Extinctæ res licet uendicari non poſsint, condici tamen à furibus & quibuſq; alijs poſſeſſoribus (*malæ fidei puta*) poſſunt. *Concordat Inſtit. de actionibus. §. ſic itaq;, his uerbis:* Certum eſt non poſſe actoram ſuam rem ita ab aliquo petere, ſi apparet eã dara oportere. Nec enim quod actoris eſt, id ei dari oportet: ſcilicet quia dari cuiquam id intelligitur, quod ita datur, ut eius fiat. Nec res quę iam actoris eſt, magis eius fieri poteſt. Planè odio furum, quo magis pluribus actionibus teneantur, effectum eſt ut extra pœnam dupli aut quadrupli, rei recipiendæ nomine furea etiã hac actione teneantur, ſi apparear eos dara oportere: quamuis ſit aduerſus eos etiam hæc in rem actio, per quam rem ſuam quis eſſe petit. *Concordat itẽ l. ult. in fine. ff uſufr. quemad. caueat. cuius uerba uide ꝟ. lib. 24. c. 7. quæſt. 6. reg. 4. Fa etiam quæ ui fluminis in fundum alienum importata ſunt, condici poſſunt ex l. 4. §. fin. ff. ſi certum petatur, his uerbis:* Ea quæ ui fluminis importata ſunt, condici poſſunt.

X I I I I. *Si res deterior facta reſtituatur, etiam legis Aquiliæ actio eſt. Quod approbatur l. 13. ff. de rei uendicat. de qua re dictum quoq; ſuprà c. 7. reg. 3. item cap. 8. reg. 10.*

X V. *Si uerberatum ſeruum reſtituit poſſeſſor, etiam iniuriarum actio eſt. Quæ regula approbatur l. 15. in prin. ff. de rei uendicat. his uerbis:* Si uerberatum rradidit, Labeo ait petitori etiam iniuriarum competere.

X V I. *Eſt inſuper rei uendicationis adfine remedium, actio in factũ. Quod approbatur l. 23. §. ideoq; in omnibus. ff. de rei uendicat. hiſce uerbis:* In omnibus his caſibus, in quibus neq; ad exhibendum, neq; in rem locum habet, in factum actiõ neceſſaria eſt. *Concordat l. 52. ff. eod. tt. cuius uerba uide ſuprà cap. 6. queſt. 3. reg. 4. in princip. Item concordat d. l. 23. §. item quæcunque. cuius uerba uide ſuprà cap proxim. reg. 4. item concordat l. 55. in fine. ff. de adquir. rer. dom. cuius uerba uide ſuprà cap. 1. cauſa 2. except. 3. Concordat deniq; l. 43. in princip. ff. de rei uendicat. cuius uerba uide ſuprà cap. 1, cauſa 10. except. 6. in prin.*

X V I I. *Si actor rem à non domino comparauit, Publiciana in rẽ actio datur. de qua ſequitur ꝟ. cap. 11.*

X V I I I. *Si is à quo poſſeſſor rem accepit, pactus eſt ut ea res domino reſtituatur, utilis actio domino datur ex hoc pacto. Quod remedium approbatur l. 3. C. ad exhibendum, his uerbis:* Si res tuas commodauit aut depoſuit is cuius in precibus meminiſti, aduerſus tenentẽ ad exhibendum, uel uendicatione uti pores. Quòd ſi pactum ſitnr tibi reſtituantur, ſiquidem ei qui depoſuit ſucceſsiſti, iure hæreditario depoſiti actione uti non prohiberis. Si uerò nec ciuili nec honorario iure ad te hæreditas eius pertinat, intelligis nullam tè ex eius pacto, cõtra quem ſupplicas, actionẽ ſtricto iure habere: utilis aũt tibi propter æquitatis rationẽ dabitur actio depoſiti.

X I X. *Si res mea in ſolo alterius poſita ſit, age-*

re poſſum ad exhibendum actione, ut eam me tollere patiatur: de qua J. cap. proximo.

DE ACTIONE AD EXhibendum. Cap. X.

QVoniam ad exhibendum actio præparatoria, eſt rei uendicationis, ut patet ex ijs quæ dicta ſunt ſuprà cap. 8. reg. 4. & maximè propter uindicationes introducta eſt, ut paulo inferius demonſtrabitur: haud abs re eſt eam rei uendicatione hoc loco ſubijcere, non obſtante eo quòd ad alios quoque uſus extendatur.

I. RATIO ACTIONIS AD exhibendum

Proponitur l. 1. ff. ad exhibendum, his uerbis: Hæc actio perquam neceſſaria eſt, & uis eius in uſu quotidiano eſt: & maximè propter uindicationes introducta eſt.

II. GENVS HVIVS actionis.

Perſonalis eſt actio. quod approbatur l. 3. §. eſt autem. ff. d. tt. cuius uerba uide paulo inferius quæſt. 4. cauſa 2.

III. DEFINITIO EXhibitionis

Proponitur l. 2. ff. ad exhibendum, his uerbis: Exhibere eſt facere in publico poteſtatem, ut ei qui agit, experiundi ſit copia. *Alia definitio proponitur l. 3. §. quid ſit. ff. de tabulis exhibendis, hiſce uerbis:* Quid ſit exhibere uideamus? Exhibere, hoc eſt materię ipſius apprehendendæ copiam facere. *Concordat l. 22. ff. de uerb. ſignif. his uerbis:* Plus eſt in reſtitutione quàm in exhibitione. Nam exhibere eſt præſentiam corporis præbere. Reſtituere eſt etiam poſſeſſorem facere, fructusq́; reddere. Pleraq; præterea reſtitutionis uerbo continentur. *Concordat item l. 246. ff. eod. tt. his uerbis:* Apud Labeonem libris *πιθανῶν* ita ſcriptum eſt: Exhibet qui præſtat eius, de quo agitur, pręſentiam. Nam etiam qui ſiſtit præſtat eius de quo agitur præſentiam. Nec tamen exhibet qui mutum, aut furioſum, aut infantem exhibet. nõ enim poteſt uideri eius præſtare præſentiam, cum nemo ex eo genere præſens ſatis aptè appellari poteſt. Reſtituit non tantùm qui ſolum corpus, ſed etiam qui omnem rem cõditionemq́; reddita cauſa præſtat: & tota reſtitutio, iuris interpretatio eſt.

IIII. CAVSAE EX QVIbus actio propoſita competit.

I. Cauſa. Si interſit actoris rem ſibi exhiberi. Hæc cauſa approbatur l. 3. §. ſciendum. ff. ad exhibendum, his uerbis: Sciendum eſt non ſolùm eis quos diximus competere ad exhibendum actionem, uerùm ei quoq; cuius intereſt exhiberi. Iudex igitur ſummatim debebit cognoſcere an eius interſit, non autem an & eius res ſit, & ſic iubere uel exhiberi, uel non: quia nihil illius intereſt. Plus dicit Iulianus: Etiamſi uindicationem non habeam, interim poſſe me agere ad exhibendum, ſi mea interſit exhiberi: utputa ſi mihi ſeruus legatus ſit, quem Titius optaſſet. agã enim ad exhibendũ, ut Titius optet, & ſic uindicẽ: quãuis exhibitũ ego optare non poſsim. *Huius cauſæ exceptio prima hæc eſt: Niſi tempore ferendæ ſententiæ actoris intereſſe deſierit. quæ exceptio approbatur l. 7. §. fin. ff. d. tt. his uerbis:* Pomponius ſcribit, eius qui ad exhibendum egit, utroq; tempore interfuiſſe oportere rem ei reſtitui: hoc eſt, & quo lis conteſtaretur, & quo fieret condemnatio: & ita etiam Labeoni placet. *Altera exceptio eſt: Niſi actoris interſit quidem, ſed non ex iuſta & probabili cauſa. Hæc exceptio approbatur l. 3. §. ſi mecum. ff. ad exhibendum, his uerbis:* Si mecum fuerit actum ad exhibendum, ego ob hoc quod conuentus ſum ad exhibendũ, actione ad exhibendum agere non poſſum: quamuis uideatur intereſſe mea ob hoc quod teneor ad reſtituendũ. Sed hoc non ſufficit: alioquin & qui dolo fecit quo minus poſsideret, poterit ad exhibendũ agere, quanquam neq; uindicaturus, neq; interdicturus ſit: & fur & raptor poterit: quod nequaquam uerum eſt. Eleganter igitur definit Neratius, iudicem ad exhibendum hactenus cognoſcere, an iuſtam & probabilem cauſam habeat, propter quam exhiberi ſibi deſideret. *Concordat l. penult. ff. eod. tt. his uerbis:* Ad exhibendum poſſunt agere omnes quorũ intereſt. Sed quidam conſuluit an poſsit efficere hoc dicto ut rationes aduerſarij ſibi exhiberentur, quas exhiberi magni eius intereſſet? Paulus reſpondit, non oportere ius ciuile calumniari, neq; uerba eius captare, ſed qua mẽte quid diceretur animaduertere. Nam illa ratione etiam ſtudioſum alicuius doctrinæ poſſe dicere ſua intereſſe illos aut illos libros ſibi exhiberi: quia ſi eſſent exhibiti, cum eos legiſſet, doctior & melior futurus eſſet. *Plures propoſitæ cauſæ exceptiones uide infrà inter except. general.*

II. Cauſa. Si actor rem uindicaturus eſt, uel ex alia cauſa rei nomine acturus: ut ea ſibi exhibeatur, prius agere poteſt. quæ cauſa approbatur l. 3. §. eſt autem. ff. ad exhibendum, his uerbis: Eſt autem perſonalis hæc actio, & ei competit, qui in rem acturus eſt, qualicunque in rem actione etiam pignoraticia Seruiana, ſiue hypothecaria, quæ creditoribus competit. Sed & uſumfructum petituro competere ad exhibendum, Pomponius ait.

Sed

Sed etſi quis interdicturus rem exhiberi deſideret, audietur. *Concordat l. 1. ibi: & maximè. ff. eod. tt. cuius uerba uide ſ. quæſt. 1. Concordat item l. 1. C. eod. tt. his uerbis:* Si dominium ancillæ de qua agis, ad matrem tuam pertinuit, nec iure à patre tuo uenundata eſt, eiuſque proprietatem tibi uindicare paratus es: præſes prouinciæ exhibari eam iubebit, ut apud iudicem de rei ueritate quæratur.

III. *Cauſa. Si res mea in ſolo tuo poſita ſit, agere poſſum ut eam mihi ex loco tuo tollere liceat. quæ cauſa approbatur l. 5. §. idem Celſus. ff. ad exhibendum, his uerbis:* Celſus ſcribit, Stercus quod in aream meam congeſſiſti, pet ad exhibendum actionem poſſe te conſequi ut tollas: ſic tamen ut totum tollas. Cæterùm aliàs non poſſe. Sed etſi ratis delata ſit ui fluminis in agrũ alterius, poſſe eum conueniri ad exhibendum, Neratius ſcribit. Vnde quærit Neratius: Vtrum de futuro duntaxat damno, an etiam de præterito domino agri cauendum ſit? Et ait, etiam de præterito caueri oportere. Sed etſi de ruina aliquid in tuam aream uel in tuas ædes deciderit: teneberis ad exhibendum, licet non poſsideas. *Concordat l. 9. §. glans. ff. eod. tt. his uerbis:* Glans ex arbore tua in fundum meum decidit, eam ego immiſſo pecore depaſco: qua actione poſſum teneri? Pomponius ſcribit, competere actionem ad exhibendum, ſi dolo pecus immiſi ut glandem comederet. Nam etſi glans extaret, nec patereris me tollere, ad exhibendum tenereris: quemadmodum ſi materiam meam delatam in agrum ſuum quis auferre non pateretur. Et placet nobis Pomponij ſententia, ſiue glans extet, ſiue conſumpta ſit. Sed ſi extet, etiam interdicto de glande legenda, ut mihi tertio quoqua die legendæ glandis facultas eſſet, uti potero, ſi damni infecti caueto. *Concordat item l. 15. ff. eod. tt. his uerbis:* Theſaurus meus in tuo fundo eſt, nec eum patcris me effodere, cum eum loco non moueris: furti quidem & ad exhibendum eo nomine agere me rectè non poſſe, Labeo ait: quia neq; poſſideas eum, neque dolo feceris quo minus eum poſsideres, utpote cum fieri poſſit, ut neſcias theſaurum in tuo fundo eſſe. Non eſt autem iniquum iuranti mihi non calumniæ cauſa id poſtulare, uel interdictum, uel iudicium ita dari, ut ſi per me non ſteterit quo minus damni infecti tibi operis nomine cauatur, ne uim facias mihi quo minus eum theſaurũ effodiam, tollam, exportem. Quòd ſi etiam furtiuus iſte theſaurus eſt, etiam furti agi poteſt. *Planè cauſæ propoſitæ exceptio prima hæc eſt: Niſi actor non caueat reo de damno. quæ exceptio approbatur l. 8. ff. de incendio, ruina, his uerbis:* Ratis ui fluminis in agrum meum delata, non aliter tibi poteſtatem faciendam, quàm ſi de præterito quoque damno mihi cauiſſes. *Concordat l. 5. §. idem Celſus. ibi: unde quærit. ff. ad exhibendum. cuius uerba uide ſ. ead. cauſa in prin. uide item J. libro 26. cap. 13. quæſt. 3. reg. 6. except. 1. Secunda exceptio eſt: Niſi actor partem tantùm, non totum uelit tollere. Hæc exceptio approbatur d. §. idem Celſus. ibi: ſic tamẽ ut totum tollas. Concordat l. 9. §. Alſenus. ibi: nec aliter. ff. de damno infecto. cuius uerba uide J. lib. 27. cap. 3. quæſt. 3. cauſa 2.*

IIII. *Cauſa. Si res mea rei alienæ adiecta, incluſa uel mixta ſit, agere poſſum ut ſeparetur: & tunc eam uindicare poſſum. quæ cauſa approbatur l. 6. cum lege ſequente. ff. ad exhibendum, his uerbis:* Gemma incluſa auro alieno, uel ſigillum candelabro, uindicari non poteſt: ſed ut excludatur, ad exhibendum agi poteſt. Aliter atque in tigno iuncto ædibus, de quo nec ad exhibendum agi poteſt, quia lex XII Tabul. ſolui uetat, & actione de tigno iuncto ex eadem lege in duplum agitur. Tigni appellatione omnem materiam in lege XII Tabul. accipimus, ut quibuſdam rectè uidetur. Sed etſi rotam meam tuo uehiculo aptaueris, teneberis ad exhibendum, & ita Pomponius ſcribit: quamuis tunc ciuiliter non poſſideas. Idem etſi armario uel naui tabulam meam, uel anſam ſcypho iniunxeris, uel emblemata phialæ, uel purpuram ueſtimento intexueris, aut brachium ſtatuæ coadunaueris. *Plura de cauſa propoſita eiuſq; exceptionibus uide ſ. cap. 1. cauſa 10. excep. 7.*

V. *Cauſa. Si emptor uenditorem ruta cæſa ex fundo uendito tollere non permittat. Hæc cauſa approbatur l. 5. §. idem Iulianus. ff. ad exhibendum, his uerbis:* Iulianus ſcribit, emptorem qui ruta cæſa non reſtituit, ad exhibendum teneri, in quantum in litem iurauero. ſed ibi adijcit: Si emptor poſsideat, uel dolo fecerit quo minus poſsideat. *Concordat l. 17. §. ſi ruta. ibi: quia ſi non. ff. de act. empti & uenditi. cuius uerba uide alibi.*

VI. *Cauſa. Si alicuius rei optio mihi ſit relicta, & optare uelim: competit actio ut exhibeantur res quarũ optio eſt relicta. Quæ cauſa approbatur l. 3. §. item ſi optare. ff. ad exhibendum, his uerbis:* Si optare uelim ſeruũ, uel quamlibet aliam rem, cuius optio mihi relicta eſt: ad exhibendum me agere poſſe conſtat, ut exhibitum poſsim uindicare. *Concordat d. l. 3. §. plus dicit. cuius uerba uide ſ. cauſa 1. Concordant inſuper ea quæ propoſita ſunt in Comment. de legatis, cap. 21. reg. 2.*

VII. *Cauſa. Si quæſtio de ſeruo alicuius habenda eſt, ad exhibendum eum agi poteſt. Quæ cauſa approbatur l.ult.ff.ad exhibendum, his uerbis:* Quæſtionis habendæ cauſa ad exhibendum agitur ex delictis ſeruorum ad indicandos conſocios.

VIII. *Cauſa. Si criminis reus ſeruus poſtulatur, ad exhibendum eum agitur. Quæ cauſa approbatur l.2.C.ad exhibendum, his uerbis:* Si criminis alicuius reus ſeruus poſtulatur, per ad exhibendum actioné produci à domino, non celari debet.

IX. *Cauſa. Si noxali iudicio ſerui nomine quis acturus eſt, ad exhibendum eum agi poteſt. Quæ cauſa approbatur l.3.§.ſi quis noxali.ff.ad exhibendum, his uerbis:* Si quis noxali iudicio experiri uelit, ad exhibendű ei actio neceſſaria eſt. Quid enim ſi dominus quidem paratus ſit defendere, actor uerò deſignare nõ poſſit niſi ex præſentibus: quia aut ſeruum nõ recognoſcit, aut nomen non tenet? nónne æquum eſt ei familiá exhiberi, ut noxium ſeruum agnoſcat? Quod ex cauſa debet fieri ad deſignandum eum cuius nomine noxali quis agit, recenſione ſeruorũ facta.

X. *Cauſa. Si quis ſeruum in libertatem uindicare uelit, ad exhibendum eum agi poteſt. Quæ cauſa approbatur l.12.in prin.ff. ad exhibendum, his uerbis:* De eo exhibendo, quem quis in libertatem uindicare uelit: huic actioni locus eſſe poteſt.

XI. *Cauſa. Si ideo ad exhibendum quis cum alio agat, quod antea ſecum ad exhibendű ſit actum. Hæc cauſa reprobatur l.3.§. ſi mecum. ff. ad exhibendum. cuius uerba uide ſ.cauſa 1.except.2.*

De exceptionibus præcedentium cauſarum generalibus.

Hactenus cauſæ propoſitæ actionis enumeratæ ſunt: quarum exceptiones generales hæ ſunt.

I. EXCEPTIO: *Niſi res actoris non ſit, eamq; uindicare non poßit. Hæc exceptio reprobatur l.3.§.1. ff. ad exhibendum, his uerbis:* Qui ad exhibendum agit, non utique dominum ſe dicit, nec debet oſtendere: cùm multæ ſint cauſæ ad exhibendum agendi. *Concordat d.l.3.§. ſciendum. cuius uerba uide ſ.cauſa.1. in prim. Planè admittitur exceptio propoſita, ſi quis rationes ſuas in aliena charta conſcriptas, exhiberi ſibi deſideret. quæ diſtinctio approbatur d. l.3. §.interdum. cuius uerba uide j.quæſt.ult. reg.1.except.6.*

II. EXCEPTIO: *Niſi de inſtrumentis, teſtamento, codicillis, uel alia ſcriptura exhibenda agatur. Hæc exceptio approbatur l.3.§.ſi quis extra. ff.ad exhibendum. his uerbis:* Si quis extra heredem tabulas teſtamenti, uel codicillos uel quid aliud ad teſtamentum pertinens exhiberi uelit: dicendum eſt per hanc actionem agendum non eſſe, cum ſufficiant interdicta in hanc rem competentia. Et ita Pomponius. *Concordat d.§.interdum. Huius exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi quis inſtrumenta uel aliam ſcripturam tanquam ſuam ſibi exhiberi deſideret. Hæc replicatio approbatur l.3. §. ſi ipſe teſtator.ff.de tabulis exhibendis, hiſce uerbis:* Si ipſe teſtator dum uiuit, tabulas ſuas dicat eſſe, & exhiberi deſideret, interdictum hoc non habebit: ſed ad exhibendum erit agendum, ut exhibitas uindicet. Quod in omnibus qui corporea ſua eſſe dicunt inſtrumentorum, probandum eſt. *Concordat l.3.§.interdum.ff.ad exhibendum. cuius uerba uide j. quæſtion. 9. reg. 1. except. 6. quæſt. ult. Concordat item l. 4. C. ad exhibendum, his uerbis:* Non ignorabit iudex inſtrumenta tui iuris, quæ penes diuerſam partem fuiſſe probaueris, ſi ab eiſdem non exhibeantur, iuriſiurandi in litem facultatem deferri tibi oportere. *Concordat item l.6. C.eod. tt. his uerbis:* Inſtrumenta ad ius tuum pertinentia, partem diuerſam inuaſiſſe adſeuerans (ſiquidem crimen intendis) ſolennibus accuſationibus impletis fidé adſeuerationi tuæ fac. Si uerò ad exhibendum intẽdis, iudiciorum more experire.

III. EXCEPTIO: *Niſi non interſit actoris ſibi exhiberi. Hæc exceptio approbatur per ea quæ propoſita ſunt ſ.cauſa 1. Exemplum uide j. except. 6.*

IIII. EXCEPTIO: *Niſi creditor ſoluto debito, chirographum ſibi exhiberi deſideret. Hæc exceptio approbatur ratione exceptionis proximè præcedentis. Verùm eius replicatio eſt: Niſi ab alio quàm à debitore ſibi exhiberi deſideret. Hæc replicatio approbatur l.18.ff.ad exhibendum, his uerbis:* Solutione chirographo inani facto, & pignoribus liberatis, nihilominus creditor ut inſtrumenta ad eum contractum pertinentia, ab alio quàm debitore exhibeantur, agere poteſt.

V. EXCEPTIO: *Niſi non iuſtam nec probabilem cauſam exhibendi habeat actor. Hæc exceptio approbatur per ea quæ propoſita ſunt ſ.cauſa 1.except.2.*

VI. EXCEPTIO: *Niſi liber homo ab alio detentus, exhiberi petatur. Hæc exceptio approbatur l.13.ff.ad exhibendum, his uerbis:* Si liber homo detineri ab aliquo dicatur, interdictű aduerſus eum qui detinere dicitur de exhibendo eo poteſt quis habere. nam ad exhibendum actio in eam rem inutilis uidetur: quia hæc actio ei creditur competere, cuius peculiariter intereſt.

VII. EXCEPTIO: *Niſi ſemel actű ſit. Hæc exceptio approbatur l.12.§.ſæpius.ff.ad exhibendum, his uerbis:* Sæpius ad exhibendum agenti, ſi ex eadem cauſa agat, obſtatiteam exceptionem Iulianus ait. *Huius exceptionis replicatio*

replicatio hæc eſt: *Niſi poſtea ex noua cauſa agatur*. *Quæ replicatio approbatur ibidem, his uerbis*: Nouam autem cauſam interuenire, ſi is qui uindicandi gratia egiſſet, poſt acceptum iudicium eam ab aliquo accepit, & ideo exceptionem ei non officere. Item ſi ei qui furti acturus ad exhibendum egiſſet, iterum furtum factum ſit. Denique ſi quis optandi gratia ad exhibendum egiſſet, & poſt litem conteſtatam alterius teſtamēto optio data ſit, ad exhibendum agere poteſt. *Concordat l.3.C. ad exhibendum, his uerbis*: Neque ad exhibendum actio, neq; proprietatis uindicatio, ſi nunc competit, propterea perempta eſt, quòd aliquando aduerſus te ad exhibendū actione aliter pronunciatum eſt: quia commutatione litis alia res eſſe incipit.

VIII. EXCEPTIO: *Niſi principali actione acturo obſtatura ſit exceptio. Hæc exceptio approbatur l. 9. §. ibidem. ff. ad exhibendum, his uerbis*: Pomponius ſcribit, iudicem per arbitrium ſibi ex hac actione commiſſum, etiam exceptiones æſtimare, quas poſſeſſor obijcit, & ſi qua tam euidens ſit, ut facilè repellat agentem, debere poſſeſſorem abſolui: ſi uerò obſcurior, uel quæ habeat altiorem quæſtionem, differendam in directum iudicium, re exhiberi iuſſa. *Huius exceptionis replicatio hæc eſt*: *Niſi exceptio oppoſita requirat altiorem indaginem. quæ replicatio conſtat ex uerbis iam propoſitis hiſce*: Si uerò obſcurior, &c. *Cuius duplicatio hæc eſt*: *Niſi pacti conuenti, doli mali, iuriſiurandi, rei iudicatæ uel alia ſimilis obijciatur. hæc enim propoſita replicatione non obſtante examinanda eſt. quæ duplicatio approbatur ibidem his uerbis*: De quibuſdam tamen exceptionibus omnimodo ipſum debere diſceptare, qui in ad exhibendum actione iudicat: ueluti pacti conuenti, doli mali, iuriſiurandi, rei iudicatæ.

IX. EXCEPTIO: *Niſi reus rem non poßideat. Hæc exceptio approbatur quidem ipſo iure. l.3. §. penult. ff. ad exhibendum. cuius uerba uide ſ. quæſt. 6. reg. 1. Verùm eius replicatio prima hæc eſt*: *Niſi accepti iudicij tempore poßederit. Hæc replicatio reprobatur l. 7. §. ſi quis cum. ff. d. tt. his uerbis*: Si quis cum iudicij accepti tempore poſsideret, poſtea ſine dolo malo poſsidere deſierit: abſolui eum oportet, quamuis ſit (inquit Pomponius) quod ei imputetur, cur non ſtatim reſtituit, ſed paſſus eſt ſecum litem conteſtari. *Secunda replicatio eſt*: *Niſi poſtea ante ſententiam poßidere cœperit. Hæc replicatio approbatur d. l. 7. §. ſi quis non, his uerbis*: Si quis non poſsideat litis conteſtatæ tempore, poſtea ante ſententiam poſsidere cœperit: oportere dici putamus debere condemnari, niſi reſtituat. *Concordat d.l.7. §. penult. his uerbis*: Pomponius ſcribit: Si quis litis conteſtatæ tempore poſſederit, deinde deſierit poſsidere, mox cœperit ſiue ex eadem cauſa, ſiue ex alia: condemnari eum oportere, niſi reſtituat. *Concordat item l. 30. in princip. ff. de peculio. cuius uerba uide ſ. cap. 5. except. 11. repl. 3.* *Tertia replicatio eſt*: *Niſi quaſdam res poßideat, licet non omnes: de hiſce enim quas poßidet, nihilominus tenebitur. quæ replicatio approbatur l. 11. §. fin. ff. ad exhibendum, his uerbis*: Si de pluribus rebus quis conueniatur, & litis conteſtatæ tempore omnes poſſederit, licet poſtea quaſdam deſierit (quamuis ſine dolo) poſsidere: damnandum, niſi exhibeat eas quas poteſt. *Quarta replicatio eſt*: *Niſi dolo deſierit poßidere. Hæc replicatio approbatur l. 5. C. ad exhibendum, his uerbis*: Ad exhibendum actione non tantum eum qui poſsidet, ſed & eum teneri qui dolo fecit quò minus exhiberet, meritò tibi à non contemnendæ authoritatis iuriſconſulto Modeſtino reſponſum eſt. *Concordat l. 9. in princip. ff. eod. tt. his uerbis*: Iulianus ſcribit, ſi quis hominem, quem poſsidebat, occiderit, ſiue ad alium tranſtulerit poſſeſsionē, ſiue ita rem corruperit ne haberi poſſit: ad exhibendum tenebitur: quia dolo malo fecit quo minus poſsideret. Proinde etſi uinum, uel oleum, uel quid aliud effuderit uel confregerit: ad exhibendum tenebitur. *Concordat item d.l.9. §. ſi quis rem, his uerbis*: Si quis rem fecit ad alium peruenire, uidetur dolo feciſſe quo minus poſsideat, ſi modò hoc doloſè fecerit. *Plura de hac replicatione uide ſuprà capite 5. except. 13. replicat. 1.* *Quinta replicatio eſt*: *Niſi cum euſdem rei alij proprietas, alij uſusfructus legatus eſſet, hæres uſufructuario rem reſtituerit non exacta cautione. tunc enim legatario proprietatis ad exhibendum tenetur, quamuis non poſsideat. Quæ replicatio approbatur, ſimul & diſtinguitur d. l. 9. §. ſi tibi decem. cuius uerba uide in Comment. de legatis cap. 9. cauſa 54. exemplo 2. except. 3.* *Sexta replicatio eſt*: *Niſi ſciens rem ſuam non eſſe, poſſeſſor eam alienauit. Hæc replicatio approbatur exemplo l. 14. ff. ad exhibendum, his uerbis*: Si uir numos ab uxore ſibi donatos ſciens ſuos factos nō eſſe pro re empta dederit: dolo malo fecit quo minus poſſideat. Et ideo ad exhibendum actionē tenetur.

X. EXCEPTIO: *Niſi poſſeſſor facultatem exhibendi nō habeat. Hæc exceptio approbatur l. 5. §. itē ſi quis. ff. ad exhibendū, his uerbis*: Si quia facultatē reſtituendi non habet, licet poſſideat, tamē ad exhibēdū nō tenebitur: utputa, ſi in fuga ſeruus ſit. Ad hoc planè ſolū tenebitur,

tenebitur, ut caueat ſe exhibiturum, ſi in poteſtatem eius peruenerit. Sed ſi non ſit in fuga, permiſeris autem ei ubi uelit morari, idem erit dicendum: aut ſi peregrè à te miſſus ſit, uel in prædijs tuis agat, ad hoc ſolum teneberis ut caueas. *Concordat l. 10. in fine. ff. eod. tit. cuius uerba uide ȷ. except. 11. replic. 3 Huius exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi poſſeſſor non caueat ſe, ſi exhibendi facultatem fuerit nactus, exhibiturum. quæ replicatio conſtat ex uerbis iam propoſitis hiſce:* Ad hoc planè ſolum tenebitur ut caueat, &c. *Item hiſce:* Ad hoc ſolum teneberis ut caueas. *Concordat l. 12. §. ſi iuſta. ff. eod. tit. his uerbis:* Si iuſta ex cauſa ſtatim exhiberi res non poſsit: iuſſu iudicis cauere debebit ſe illo die exhibiturum. *Concordat item Inſtit. de officio iudicis. §. ſi ad exhibendum. ibi: quod ſi negat. his uerbis:* Si neget reus, cum quo ad exhibendum actum eſt, in præſenti ſe exhibere poſſe, & tempus exhibendi cauſa petat, idque ſine fruſtratione poſtulare uideatur: dari ei debet, ut tamē caueat ſe reſtituturum. Quòd ſi neque ſtatim iuſſu iudicis rem exhibeat, neque poſtea exhibiturum ſe caueat: condemnandus ſit in id, quod actoris interſit, ſi ab initio res exhibita eſſet.

XI. EXCEPTIO: *Niſi res exhibenda interierit. Hæc exceptio ipſo quidem iure approbatur per ea quæ habentur in Comment. de liberationibus cap. 11. Huius autem exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi dolo uel culpa poſſeſſoris res interierit. Quæ replicatio approbatur l. 9. in prin. ff. ad exhibendum. cuius uerba uide paulo ſuperius except. 9. replic. 4. Concordat d. l. 9. §. ſi quis rem, his uerbis:* Si quis rem deteriorem exhibuerit, æquè ad exhibendum eum teneri Sabinus ait. Sed hoc utique uerum eſt, ſi dolo in aliud corpus res ſit translata: ueluti ſi ex ſcypho maſſa facta ſit. Quanquam enim maſſam exhibeat, ad exhibendum tenebitur. Nam mutata forma, propè interimit ſubſtantiam rei, ut Marcellus ſcribit. *Concordat d. l. 9. §. glans. cuius uerba uide ȷ̄. cauſa 1. Secunda replicatio eſt: Niſi poſt acceptum iudicium res interierit. Hæc replicatio approbatur l. 12. §. ſi poſt. ff. ad exhibendum, his uerbis:* Si poſt iudicium acceptum homo mortuus ſit, quamuis ſine dolo malo & culpa poſſeſſoris: tamen interdum tanti damnandus eſt, quanti actoris interfuit per eum non effectum, quo minus tunc cum iudicium acciperet, homo exhiberetur: tanto id magis, ſi apparebit eo caſu mortuum eſſe, qui non incidiſſet, ſi tunc exhibitus fuiſſet.

XII. EXCEPTIO: *Niſi res exhibita ſit, uel poſſeſſor eam exhibere ſit paratus. Hæc exceptio ipſo quidem iure ſubſiſtit, perinde ac ſolutionis uel ſatisfactionis exceptio: uerùm eius replicatio prima hæc eſt: Niſi non in eadem cauſa, in qua fuit iudicij accepti tempore exhibeatur. Hæc replicatio approbatur l. 9. §. quantum. ff. ad exhibendum, his uerbis:* Quantum ad hanc actionem attinet, exhibere eſt in eadem cauſa præſtare, in qua fuit cum iudicium acciperetur, ut quis copiam rei habens poſsit actionem exequi quam deſtinauit, in nullo cauſa quam intendit læſa: quamuis non de reſtituendo, ſed de exhibendo agatur. Proinde ſi poſt litem conteſtatam uſucaptum exhibeat, non uidetur exhibuiſſe, cum petitor intentionem ſuam perdiderit. Et ideo abſolui eum non oportet, niſi paratus ſit repetita die intentionem ſuſcipere, ita ut fructus ſecundum legem æſtimentur. *Concordat Inſtitut. de offic. iud. § ſi ad exhibendum, his uerbis:* Si ad exhibendum actum fuerit, non ſufficit ſi exhibeat rem is cum quo actum eſt: ſed opus eſt ut etiam rei cauſam debeat exhibere, id eſt, ut eam cauſam habeat actor, quam habiturus eſſet, ſi cum primum ad exhibendum egiſſet, exhibita res fuiſſet. Ideoq; ſi inter moras exhibendi uſucapta ſit res à poſſeſſore, nihilominus condemnabitur. Præterea fructuum medij temporis, id eſt eius quod poſt acceptum ad exhibendum iudicium ante rem iudicatam interceſſerit, rationem habere debet iudex. *Sanè propoſitæ replicationis ſpecies ſunt replicationes ſequentes. Secunda replicatio eſt: Niſi res uſucapta exhibeatur. Hæc replicatio approbatur uerbis iam dictis hiſce:* Proinde ſi poſt litem conteſtatam uſucaptum exhibeat, &c. *Item hiſce:* Ideoq; ſi inter moras exhibendi uſucapta ſit res à poſſeſſore, &c. *Tertia replicatio eſt: Niſi optione intra certum tempus data, poſt tempus finitum res exhibeatur. Hæc replicatio, quæ & ipſa ſpecies eſt ſupradictæ replicationis primæ, approbatur, ſimul & diſtinguitur l. 10 ff. ad exhibendum, his uerbis:* Si optione intra certum tempus data, iudicium in id tempus extractum eſt, quo fruſtra exhibeatur, utilitas petitoris conſeruetur. Quòd ſi per hæredem non ſtetit, quo minus exhiberet tempore iudicij accipiendi, abſoluendus eſt hæres. *Quarta replicatio eſt: Niſi rem deteriorem exhibuerit. Hæc replicatio approbatur l. 9. in princip. ff. ad exhibendum. cuius uerba uide ȷ̄. except. 9. replic. 4. Concordat d. l. 9 §. ſi quis rem. ibi: ſed etſi quis. cuius uerba uide ȷ̄. except. proxim. replic. 1. Planè contradicit quoad genus actionis l. 17 ff. eod. tit. his uerbis:* Si quis hominem debilitatum exhibeat, uel eluſcatum: ad exhibendum actione quidem abſolui debet (exhibuit enim, & nihil impedit directam actionem talis exhibitio) poterit tamen agere actor ex lege Aquilia de hoc damno.

Contradicit

Contradicit item l. 7. C. eod. tt. his uerbis: Exhibitionis neceſsitate tenetur, qui facultatem habens, culpam uel dolum in explendo præcepto committit, ita ut ſi rem deteriorem exhibuit, æquitas exhibitionis perſiciat: ut quamuis ad exhibendum agi non poteſt, in factum tamen actio contra eum detur. *Quinta replicatio eſt: Niſi non debito loco res exhibeatur. Hæc replicatio ipſo quidem iure approbatur, uerùm qui ſit debitus exhibendi locus, definitur l. 11. ff. ad exhibendum. cuius uerba cum concordantibus uide in Comment. de liberationibus cap. 6. excepi. 14. Sexta replicatio eſt: Niſi non omnia quæ exhibenda ſunt, reus exhibeat. Hæc replicatio ipſo quidem iure ſubſiſtit: uerùm quæ ſint exhibenda, ut actio ceſſet, uide paulo inferius quæſt. 7. Hactenus cauſæ propoſitæ actionis cum ſuis exceptionibus expoſitæ ſunt. Plures huiuſmodi exceptiones licet colligere ex ijs quæ proponentur paulo inferius quæſt. 8.*

V. QVIBVS ACTIO PROpoſita competit?

I. Regula. *Heredi non datur hæc actio quaſi heredi, ſed ſuo nomine non hæreditario. quæ regula approbatur l. 12. §. fin ff. ad exhibendum. cuius uerba uide J. quæſt. prox reg. 2.*

II. Regula. *De pluribus ſimul agentibus. Omnibus competit. quæ regula approbatur l. 3. §. Pomponius. ff. ad exhibendum, his uerbis:* Pomponius ſcribit, eiuſdem hominis nomine rectè plures ad exhibendum agere poſſe: fortè ſi homo primi ſit, ſecundi in eo uſusfructus ſit, tertius poſſeſsionem ſuam contendat, quartus pignoratum ſibi eum adfirmet. Omnibus igitur ad exhibendum actio competit: quia omnium intereſt eum hominem exhiberi.

VI. ADVERSVS QVOS Actio propoſita competit?

I. Regula. *De poſſeſſore & eo qui exhibendi facultatem habet. Hic actione propoſita tenetur. Quæ regula approbatur l. 3 §. penult. ff. ad exhibendum, his uerbis:* Sciendum eſt aduerſus poſſeſſorem hac actione agendum non ſolum eum qui ciuiliter, ſed & eum qui naturaliter incumbat poſſeſsioni. *Concordat l. 5. §. idem ait. ibi: quæ ſpecies. ff. eod. tt. cuius uerba uide J. except. 6. Concordat item l. 7. in prin. C. eod. tt. cuius uerba uide S. quæſt. 4. except. 12. repl. 4. Huius regulæ exceptio prima hæc eſſe uidetur: Niſi non ciuiliter, ſed naturaliter ſaltem poßideat. uerùm exceptio hæc reprobatur uerbis iam propoſitis hiſce:* Non ſolum eum qui ciuiliter, ſed & eum qui naturaliter incumbat poſſeſsioni. *Huius exceptionis reprobatæ ſpecies ſeu exempla ſunt exceptiones proximè ſequentes. Secunda exceptio eſt: Niſi creditor iure pignoris poßideat. Hæc exceptio reprobatur l. 1 §. fin. ff. ad exhibendum, his uerbis:* Creditorem qui pignori rem accepit, ad exhibendum teneri placet. *Concordat l. 16. ff. de uſucapionibus, his uerbis:* Serui nomine qui pignori datus eſt, ad exhibendum cum creditore, non cum debitore agendum eſt: quia qui pignori dedit, ad uſucapionem tantum poſsidet: quantum ad reliquas omnes cauſas pertinet, qui accepit poſsidet, adeò ut addici poſsit ei poſſeſsio eius qui pignori ei dedit. *Tertia exceptio uidetur: Niſi rei uel legatorum ſeruandorum tantum cauſa in poſſeßione ſit. Hæc exceptio reprobatur l. 5. §. Iulianus. ff. ad exhibendum, his uerbis:* Iulianus ſcribit, ad exhibendum teneri, qui rerum uel legatorum ſeruandorum cauſa in poſſeſsione ſit. Sed & eum qui uſusfructus nomine remaneat, quamuis ne hic utique poſsideat. Inde Iulianus quærit, quatenus hos oporteat exhibere? Et ait, priorem quidem ſicút actor poſſeſsionem habeat: is autem cum quo agetur, rei ſeruandæ cauſa ſit in poſſeſsione. Eum uerò qui uſumfructum habet, ſicut actor rem poſsideat: is cum quo agetur, utatur fruatur. *Quarta exceptio eſt: Niſi uſusfructus tantum nomine poßideat. Et hæc exceptio reprobatur uerbis iam propoſitis hiſce:* Sed & eum qui uſusfructus nomine remaneat: quamuis ne hic utique poſsideat. *Concordat l. 9. §. ſi tibi, in fine. ff. eod. tt. cuius uerba uide in Comment. legatorum cap. 9. cauſa 54. exemplo 2. except. 1. Quinta exceptio uidetur: Niſi ex cauſa depoſiti uel commodati poßideat. Hæc exceptio reprobatur l. 4. ff ad exhibendum, his uerbis:* Et cum eo apud quem depoſita, uel cui commodata, uel locata res ſit, ad exhibendum agi poteſt. *Sexta exceptio eſt: Niſi ex cauſa conducti poßideat. Hæc exceptio reprobatur uerbis iam propoſitis hiſce:* Vel locata res ſit. *Concordat l. 5. in prin ff. eod. tt. his uerbis:* Celſus ſcribit, ſi quis merces quas exuehendas conduxit, in horreo poſuit: cum conductore ad exhibendum agi poſſe. Item, ſi mortuo conductore hæres exiſtat, cum hærede agendum. Sed ſi nemo hæres ſit, cum horreario agendum. Nam ſi à nullo (inquit) poſsidentur, uerùm eſt aut horrearium poſsidere, aut certè ille eſt qui poſsit exhibere. Idem ait: Quomodo autẽ poſsidet, qui uehendas conduxit, an quia pignori tenet? quæ ſpecies oſtendit, etiam eos qui facultatem exhibendi habent, ad exhibendum teneri. *Septima exceptio eſt: Niſi filiusfamiliâs poßideat. Et hæc exceptio reprobatur l. 12. §. 1. ff. ad exhibendum, his uerbis:* Et filiusfamiliâs ea actione tenetur, ſi facultatem rei exhibendæ habeat. *Octauus exceptio eſt: Niſi ſeruus poſſideat. Hæc*

exceptio

exceptio approbatur l.16.ff.eod.tt. cuius uerba uide ſ.cap.5 except.13. repl.1. *Nona exceptio uidetur: Niſi municipes aliaúe corpora poßideant. Hæc exceptio reprobatur l.7.§.item municipes. ff.ad exhibendum, his uerbis:* Item municipes ad exhibendum conueniri poſſunt: quia facultas eſt reſtituendi. nam & poſsidere & uſucapere eos poſſe conſtat. Idem in collegijs cæteriſq; corporibus dicendum erit. *Decima exceptio eſt: Niſi poſſeſſor poßidere deſierit. Hæc exceptio approbatur, ſimul & diſtinguitur per ea quæ propoſita ſunt ſ. quæſt.4.except.9.*

II. Regula. *De hærede poſſeſſoris. Hic tanquam hæres ſeu hereditario nomine non tenetur. quæ regula approbatur l.12. §. fin. ff. ad exhibendum, his uerbis:* Hæres non quaſi hæres, ſed ſuo nomine hac actione uti poteſt. Item hęres poſſeſſoris ſuo nomine tenetur. Igitur nō procedit quærere, an hæredi & in hæredem danda ſit. Planè ex dolo defuncti danda eſt in hæredem hæc actio, ſi locupletior hæreditas eo nomine facta ſit: ueluti quòd precium rei conſecutus ſit. *Ex his uerbis conſtat, heredem poſſeſſoris regulariter propoſita actione non teneri, niſi ipſe quoq; poßideat. tunc enim tenetur non quidem hereditario, ſed ſuo nomine: quod primæ exceptionis loco notandum. quæ exceptio conſtat ex uerbis iam propoſitis hiſce:* Item hæres poſſeſſoris ſuo nomine tenetur. *Cui cōcordat l.5.in prin. ibi: itē ſi mortuo. ff.eod.tt. cuius uerba uide ſ.reg. prox except. 6. Concordat item l. 8.ff.eod.tt. his uerbis:* Si ad exhibendum actum eſt cum eo qui neq; poſsidebat, neq; dolo malo fecerat quo minus poſsideret, deinde eo defuncto, hæres eius poſsidet rem: exhibere eam cogendus erit. Nam et ſi fundum uel hominem petiero, & hæres ex eadem cauſa poſsidere cœperit, reſtituere cogitur. *Secunda exceptio eſt: Niſi hereditas ex dolo defuncti eius rei nomine locupletior ſit factus. illud enim heredi extorquendum eſt. quæ exceptio conſtat ex uerbis ſ. propoſitis hiſce.* Planè ex dolo defuncti danda eſt in hæredem hæc actio, &c. *Plura de regula propoſita, eiuſq; exceptionibus uide ſ.cap.6.quæſt 5.reg.4.*

VII. QVID VENIAT IN actione propoſita?

I. Regula. *De eo quanti actoris intereſt, proponitur l.9.§.fin.ff.ad exhibendū, his uerbis:* Vtilitates ſi quæ amiſſæ ſunt ob hoc quod non exhiberetur, uel tardius exhiberetur, æſtimandæ à iudice ſunt. Et ideo Neratius ait, utilitatem actoris uenire in æſtimationem, non quanti res ſit: quæ utilitas (inquit) interdum minoris erit quàm res. *Concordat l.10.ibi: utilitas petitoris. ff. eod. tt. cuius uerba uide ſ.quæſt. 4.except. 12 replic.3. Concordat item l. 11. in prin. ff. eod. tt. his uerbis:* Sed etſi hæreditas amiſſa ſit ob hoc quòd ſeruus non exhibeatur, æquiſſimum eſt æſtimari officio iudicis damnum hæreditatis. *Concordat deniq; Inſt.de officio iudicis.§ ſi ad exhibend. uerſ. quod ſi neq;. cuius uerba uide ſ. quæſt. 4. except.10.repl.2.*

II. Regula. *De in litem iurando proponitur l. 5. §.præterea.ff.ad exhibendum, his uerbis:* In hac actione notandum eſt, quòd reus contumax per in litem iuſiurandū petitori damnari poſsit, ei iudice quantitatem taxante. *Concordat l. 5.§.idem Iulianus.ff.eod.tt. cuius uerba uide ſ.quæſt. 4.cauſa 5.concordat item l.4.C. eod.tt. cuius uerba uide ſuprà d. quæſt. 4. except. gener.2.*

III. Regula. *De fructibus proponitur Inſt.de officio iudicis.§.ſi ad exhibendum.uerſ.præterea. cuius uerba uide ſuprà quæſt.4.except.12.repl. 1. Concordat l.9.§ proinde.uerſ. ita ut fructus. cuius uerba uide ſuprà.d.repl.2.*

IIII. Regula. *De partu ancillæ proponitur l.9. §.quia tamen.ff. ad exhibendum, his uerbis:* Quia cauſa petitori in hac actione reſtituitur, Sabinus putauit partum quoq; reſtituendū, ſiue prægnans fuerit mulier, ſiue poſtea conceperit. Quam ſententiam & Pomponius probat.

VIII. ADIVNCTA HVIVS actionis, ſeu officia actoris & iudicis.

I. Regula. *Actor non opus habet in hoc iudicio ſe probare dominum. quæ regula approbatur per ea quæ propoſita ſunt ſuprà quæſt.4.except.gener.1.*

II. Regula. *Actor dicere debet omnia argumenta rei de qua agitur. quæ regula approbatur l. 3. in prin.ff.ad exhibendum, his uerbis:* In hac actione actor noſſe debet, & dicere omnia argumē ta rei de qua agitur.

III. Regula. *Actor qui agit ut rem ſuam ſibi tollere liceat, prius reo de damno cauere tenetur. quæ regula approbatur per ea quæ propoſita ſunt ſuprà quæſt.4. cauſa 3.except.1.*

IIII. Regula. *Regulariter reus ſeruo exhibendo alimenta præſtare tenetur. cuius regulæ exceptio hæc eſt: Niſi ſeruus ipſe ex ſuis operis ſe alere ſolitus fuerit. tunc enim præſtabit ei alimenta actor, non reus. quæ exceptio approbatur l.11.§.planè. ff.ad exhibendum, his uerbis:* Paſcere ſeruum, ueſtire, curare poſſeſſorem oportere Labeo ait. Ego autem arbitror interdum etiam hæc actorem agnoſcere oportere: ſi fortè ipſe ſeruus ex operis uel artificio ſuo ſolebat ſe exhibere, nunc uerò cogitur uacare. Proinde etſi apud officium fuerit depoſitus exhibendus, cibaria debebit agnoſcere qui exhiberi deſiderauit, ſi non ſolebat poſſeſſor ſeruum paſcere: nam ſi ſolebat, ſicuti paſcit, ita & cibaria poteſt non recuſare.

V. Regula. *Iudex exceptiones, quæ requirunt altiorem indaginem, in directum iudicium debet differre. quæ*

re. quæ regula approbatur l.3.§.ibidem.ff. ad exhibendum.cuius uerba uide ſ̄.quæſt.4.except.2.

IX. AD FINIA PROPOSITAE actionis remedia.

I. Regula. Regulariter ſi res exhiberi petatur, ad exhibendum tantum competit actio, ut ex ijs quæ hactenus dicta ſunt patet. Huius autem regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi tabulæ exhiberi petantur. tunc enim Interdicto de tabulis exhibendis eſt locus. Quæ exceptio approbatur l.3.§. ſi quis extra. ff. ad exhibendum. cuius uerba cum propoſitæ exceptionis replicatione uide ſ̄.quæſt.4.except.gener.2. Secunda exceptio eſt: Niſi liber homo exhiberi petatur. tunc enim Interdicto de libero homine exhibendo locus eſt. quæ exceptio approbatur l.13.ff. ad exhibendum. cuius uerba uide ſ̄. d. quæſt. 4. except.8. Tertia exceptio eſt: Niſi tignum ædibus iunctum exhiberi petatur. tunc enim de tigno iuncto actio eſt. quæ exceptio approbatur l.6.ff. ad exhibendum. cuius uerba uide ſ̄.quæſt.4. cauſa 4. Quarta exceptio eſt: Niſi res quam ſeruus dolo tenere deſijt, exhiberi petatur. tunc enim furti uel de dolo noxalis actio eſt. quæ exceptio approbatur l.16.ff. ad exhibendum. cuius uerba uide ſ̄. cap. 5. except. 13. repl.1. Quinta exceptio eſt: Niſi res quæ exhiberi petitur, deterior exhibeatur. tunc enim legis Aquiliæ actio eſt. quæ exceptio approbatur l.17.ff.d.tit. cuius uerba uide ſ̄.quæſt.4.except.12.repl. 4. item in factum actio eſt. quod approbatur l.7. C. ad exhibendum. cuius uerba uide d. repl. 4. Sexta exceptio eſt: Niſi quis rationes ſuas in aliena charta conſcriptas, ſibi exhiberi deſideret. tunc enim in factum actio eſt. quæ exceptio approbatur l.3.§. interdum. ff. ad exhibendum, his uerbis: Interdum æquitas exhibitionis efficit, ut quamuis ad exhibendum agi non poſsit, in factum tamen actio detur, ut Iulianus tractat. Seruus (inquit) uxoris meæ rationes meas conſcripſit: hæ rationes poſsidentur à te: deſidero eas exhiberi: ait Iulianus, ſiquidem in mea charta ſcriptæ ſunt, locum eſſe huic actioni: quia & uindicare eas poſſum. Nam cum charta mea ſit, & quod in ea ſcriptum eſt, meum eſt. Sed ſi charta mea non ſit: quia uindicare non poſſum, nec ad exhibendum experiri. In factum igitur actionem mihi competere. Septima exceptio eſt: Niſi eiuſdem rei proprietas alij, alij uſuſfructus legatus ſit, & heres non exacta cautione fructuario rem reſtituerit. tunc enim proprietatis legatario aduerſus fructuarium in factum actio competit. quæ exceptio approbatur l.9.§. ſi tibi decem, in fine. ff. ad exhibendum. cuius uerba uide in Comment. de Legatis cap.9. cauſa 54. exemplo 2. except.1.

II. Regula. Si res mea in alterius ſolo poſita ſit, & agam aduerſus dominum uel poſſeſſorem ſoli, ut eam me tollere patiatur: regulariter tantum ad exhibendum competit actio. quæ regula approbatur per ea quæ propoſita ſunt ſ̄.quæſt. 4. cauſa 3. cuius exceptio prima hæc eſt: Niſi quis glandem ſuam in alieno ſolo poſitam, legere uelit. tunc enim etiam interdictum de glande legenda competit. quæ exceptio approbatur l.9.§. glans. ibi: ſed ſi extet. ff. ad exhibendum. cuius uerba uide ſ̄. d. cauſa 3. Concordat l. unica. ff. de glande legenda, his uerbis: Ait prætor, Glandem quæ ex illius agro in tuum cadit, quo minus illi tertio quoque die legere, auferre liceat: uim fieri ueto. Vlpisnus notat: Glandis nomine omnes fructus continentur. Secunda exceptio eſt: Niſi quis theſaurum ſuum ex alterius fundo tollere uelit. tunc enim interdictum etiam, Ne mihi theſaurum tollenti uim facias competit. quæ exceptio approbatur l.15. ibi: non eſſe autem. ff. ad exhibendum. cuius uerba uide ſ̄. quæſt. 4. cauſa 3. Tertia exceptio eſt: Niſi ea quæ ui fluminis importata ſunt, petantur. quæ exceptio approbatur l.9.§. de his. ff. de damno infecto. cuius uerba uide ſ̄.lib.26.cap.13. quæſt.3.reg.6. Concordat l.4.§. fin ff. ſi certum petatur. cuius uerba uide ſuprà cap. proxim. reg. 13. Hactenus de actione ad exhibendum.

DE PVBLICIANA in rem actione.

Cap. XI.

I. RATIO NOMINIS

Proponitur Inſtitut. de actionibus.§. ſed iſtæ quidem. in fine. cuius uerba uide paulo inferius quæſt.3. in princip.

II. SIMILE.

Publiciana per omnia ſequitur iura rei uindicationis. quæ regula approbatur l.7.§. in Publiciana. ff. de publ. in rem act. his uerbis: In Publiciana actione omnia eadem erunt, quæ & in rei uendicatione diximus.

III. CAVSA HVIVS actionis.

Si quis rem, quam à non domino bona fide comparauit, à poſſeſſore petat, Publiciana eſt actio. Quæ cauſa approbatur Inſt. de actionibus. §. ſed iſtæ quidem, his uerbis: Si cui ex iuſta cauſa res aliqua tradita fuerit (ueluti ex cauſa emptionis, aut donationis, aut dotis, aut legatorum) & nec dum eius rei dominus effectus eſt, ſi eius rei poſſeſsionem caſu amiſerit, nullam habet in rem directam actionem ad eam perſequendam: quippe ita proditæ ſunt iure ciuili actiones, ut quis dominium ſuum uindicet. Sed quia ſanè durum erat, eo caſu deficere actionem: inuenta eſt à prætore actio, in qua dicit is, qui poſſeſsionem amiſit, eam rem ſe uſucepiſſe, quam uſu non cepit, & ita uindicat ſuam eſſe: quæ actio Publiciana appellatur: quoniam

niam primùm à Publicio prætore in edicto propoſita eſt. *Edicti, cuius hic ſit mentio, uerba proponuntur l. 1. in prin. ff. de Publiciana in rem action. his uerbis:* Ait Prætor: Si quis id quod traditur, ex iuſta cauſa non à domino & nondum uſucaptum petet, iudicium dabo. *Concordat l. 13. in prin. ff. eod. tt. his uerbis:* Quæcunque ſunt iuſtæ cauſæ adquirendarum rerum, ſi ex his cauſis nacti res amiſerimus: dabitur nobis earum rerum perſequendarum gratia hæc actio. *Planè propoſitæ cauſæ exceptiones plures ſunt.*

I. EXCEPTIO: *Sumpta ex cauſa ex qua actor rem comparauit, proponitur ac reprobatur l. 1. §. fin. cum ſex legibus ſequentibus. ff. de Publiciana in rem actione, his uerbis:* Sed cur traditionis duntaxat & uſucapionis Prætor fecit mentionem, cum ſanè multæ ſint iuris partes, quibus dominium quis nanciſcatur: utputa legatum, uel donationes cauſa mortis factæ! nam & hic amiſſa poſſeſſione comperit Publiciana: quia ad exemplum legatorum capiuntur. Et aliæ pleræque. Ait Prætor: Qui ex iuſta cauſa petet. Qui igitur iuſtam cauſam traditionis habet, utitur Publiciana. Et non ſolum bonæ fidei emptori comperit Publiciana, ſed & alijs: utputa si cui dotis oomine tradita res eſt, necdum uſucapta. Eſt enim iuſtiſsima cauſa, ſiue æſtimata res io dotem data ſit, ſiue noo. Irem, ſi rea ex caoſa iudicati tradita ſit, uel ſoluendi cauſa, nel ex cauſa noxæ deditionis, ſiue uera, ſiue falſa ſit cauſa. Item, ſi ſeruum ex cauſa noxali (quia non defendebatur) iuſſu Prætoria duxero, & amiſero poſſeſsionem: competit mihi Publiciaoa. Sed etſi res adiudicata ſit, Publiciana actio competit. Si lis æſtimata fuerit, ſimilis eſt uenditioni: & ait Iulianus lib. VII. Digeſt. Si obtulerit reus æſtimationem litis, Publicianam competere. Sed etſi permutatio facta ſit, eadem actio competit. *Concordat l. 13. in prin. ff. eod. tt. cuius uerba uide paulo ſuperius.*

II. EXCEPTIO: *Niſi ex cauſa lucratiua rem nactus ſit actor. Et hæc exceptio reprobatur l. 7. §. ſed & ſi quis. ff. de Publiciana in rem act. his uerbis:* Sed & ſi qois ex lucratiuis cauſis rem acceperit, habet Publicianam: quæ etiam aduerſus donatorem competit. Eſt enim iuſtus poſſeſſor & petitor, qui ex liberalitate accepit.

III. EXCEPTIO: *Niſi actor ob id quod rem dolo deſijt poßidere, in eius æſtimationem ſit condemnatus. hoc enim caſu nec Publiciana actio ei datur. quæ exceptio approbatur l. 69. cum lege ſequente ff. de rei uẽdicat. cuius uerba uide ſ. cap. 1. cauſa 19. except. 1. repl. 1. dupl. 1.*

IIII. EXCEPTIO: *Niſi ex tali cauſa rem adquiſierit actor, ex qua nec à domino dominium rei nactus eſſet. Hæc exceptio approbatur l. 13. §. interdum. ff. de Publ. in rem act. his uerbis:* Iorerdum quibuſdam nec ex iuſtis poſſeſſionibus competit Publicianom iudiciũ: nanque pignoraticiæ & precariæ poſſeſſiones iuſtæ ſunt: ſed ex his non ſolet competere tale iudicium, illa ſcilicet ratione: quia neq; creditor, neq; is qui precario rogauit, eo animo nãciſcitur poſſeſsionem, ut credat ſe dominum eſſe.

V. EXCEPTIO: *Niſi mala fide comparauit actor. Hæc exceptio approbatur l. 7. §. prætor ait. ff. de Publ. in rem act. his uerbis:* Prætor ait: Qui bona fide emit. Non igitur omnis emptio proderit, ſed ea quæ bonam fidem habet. *Concordat d. l. 7. §. Iulianus. his aerbis:* Iulianus lib. VII. Digeſt. ſcribit, traditionem rei emptæ oportere bona fide fieri. Ideoque ſi ſciens alienam poſſeſsionem apprehendit, Publiciana eum experiri non poſſe: quia uſucapere non poterit. Nec quiſquam putet hoc nos exiſtimare, ſufficere initio traditionis ignoraſſe rem alieoam, ut quis poſsit Publiciana experiri, ſed oportere & tunc bonæ fidei emptorem eſſe. *Declaratur exceptio propoſita l. 110. ff de uerb. ſignificat. his aerbis:* Bonæ fideĩ emptor eſſe uidetur, qui aot ignorauit eam rem alienam eſſe: aut eum qui uendidit, ius potauit uendendi habere, puta procuratorem aut tutorem eſſe. *Planè propoſitæ exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi tempore emptionis ignorauerit actor rem alienam eſſe. tunc enim quamuis antè uel pòſt ſciuerit rem eſſe alienam, tamen nihilominus illi competit actio propoſita, exceptione non obſtante. quæ replicatio approbatur l. 7. §. Publiciana. ff. de publ. in rem act. his uerbis:* Publiciana tempus emptionis continet. Et ideo neque quod ante emptionem, neque quod poſtea dolo malo factum eſt, in hanc actiooem deduci Pomponio uidetur. *Huius replicationis duplicatio hæc eſt: Niſi tempore traditionis ſciuerit rem alienam eſſe. quæ duplicatio approbatur d. l. 7. §. Iulianus. cuius uerba uide paulo ſuperius ead. except. in prin. De hac re uide plura ȷ. lib. prox. cap. 2. except. 11. repl. 9 & 10. Secunda propoſitæ exceptionis replicatio eſt: Niſi actor ſucceſſerit ei qui rem bona fide comparauit. Hæc replicatio approbatur d. l. 7. §. in hac, his uerbis:* In hac actione non oberit mihi, ſi ſucceſſor ſum, & dolo feci, cum is in cuius locum ſucceſsi, bona fide emiſſet. Nec proderit, etſi dolo careo, cum emptor cui ſucceſsi, dolo feciſſet. *Tertia replicatio eſt: Niſi hæres emptoris ignorauerit rem alienam eſſe. Hæc replicatio reprobatur uerbis iam propoſitis hiſce:* Nec proderit, etſi dolo, &c.

lo, &c. *Quarta replicatio eſt: Niſi non actor ſciuerit rem alienam eſſe, ſed ſeruus eius qui emit. Hæc replicatio reprobatur d. §. in hac. in fine. his uerbis:* Sed ſi ſeruus meus emerit, dolus eius ſpectandus erit, non meus: uel contrà. *Quinta replicatio eſt: Niſi non ſeruus qui emit, ſed dominus eius actor ſciuit rem alienam eſſe. Hæc replicatio approbatur uerbis iam dictis hiſce:* Vel contrà.

VI. EXCEPTIO: *Niſi actor ſucceſſerit ei qui rem mala fide comparauit. Hæc exceptio approbatur l. 7. §. in hac actione. ibi: nec proderit. ff. de Publ. in rem act. cuius uerba uide ſuprà except. prox. repl. 2.*

VII. EXCEPTIO: *Niſi actor rem à pupillo emerit. Hæc exceptio ipſo quidem iure ſubſiſtit: quia hoc caſu uſucapio non procedit. l. 2. §. ſi à pupillo. ff. pro emptore. de qua re J. lib. prox. uerùm eius replicatio prima hæc eſt: Niſi actor pupillum puberem exiſtimauit. Hæc replicatio approbatur l. 7. §. ſi à minore. ff. de Publ. in rem act. his uerbis:* Si à minore quis emerit, ignorans eum minorem eſſe, habet Publicianam. *Secunda replicatio eſt: Niſi tutore authore à pupillo emerit. Hæc replicatio approbatur l. 13. § fin. ff. d. tit. his uerbis:* Qui à pupillo emit, probare debet tutore authore & lege non prohibente ſe emiſſe. Sed etſi deceptus falſo tutore authore emerit, bona fide emiſſe uidetur. *Ait Iuriſconſultus:* Et lege non prohibente. *Hic notanda prima propoſitæ replicationis duplicatio hæc: Niſi lege prohibente à tutore emerit. Lege autem prohibente emit, qui res pupillares immobiles ſine decreto Prætoris comparat. l. 1. in prin. ff. de rebus minorum. Altera duplicatio eſt: Niſi falſo tutore authore à pupillo comparauerit. quæ duplicatio ipſo quidem iure ſubſiſtit, uerùm eius triplicatio hæc eſt: Niſi actor ignorauit. quæ triplicatio conſtat ex uerbis iam propoſitis hiſce:* Sed etſi deceptus falſo tutore authore emerit, bona fide emiſſe uidetur.

VIII. EXCEPTIO: *Niſi à furioſo actor comparauerit. Hæc exceptio ipſo quidem iure ſubſiſtit, uerùm eius replicatio hæc eſt: Niſi actor furioſum eſſe ignorauerit. quæ replicatio approbatur l. 7. §. Marcellus. ff. de Publ. in rem act. his uerbis:* Marcellus libro XVII. Digeſtorum ſcribit, eum qui à furioſo ignorans eum furere emit, poſſe uſucapere. Ergo & Publicianam habebit. *Contradicit l. 2. § ſi à furioſo. in fine. ff. pro emptore. cuius uerba uide J. lib. prox. cap. 5. except. 34. repl. 2. dupl. 6.*

IX. EXCEPTIO: *Niſi à malæ fidei poſſeſſore comparauerit actor. Hæc exceptio reprobatur l. 7. §. prætor ait. ibi: proinde. ff. de Publ. in rem act. his uerbis:* Sufficit me bonæ fidei emptorem fuiſſe, quamuis non à domino emerim, & ille callido conſilio uendiderit: neque enim dolus uenditoris mihi nocebit. *Concordat d. l. 7. §. bonam. his uerbis:* Bonam autem fidem ſolius emptoris continet.

X. EXCEPTIO: *Niſi talis ſit res quæ uſucapi non poteſt. Hæc exceptio approbatur l. 9. §. hæc actio. ff. de Publ. in rem act. his uerbis:* Hæc actio in his quæ uſucapi non poſſunt (puta furtiuis, uel ſeruo fugitiuo) locum non habet. *Sanè quæ res, & ex quibus cauſis uſucapi non poſſint, dicetur J. lib. prox. Huius autem exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi uectigalia ſint prædia uel ſuperficiaria. Hæc replicatio approbatur l. 12. §. in uectigalibus. ff. de Publ. in rẽ act. his uerbis:* In uectigalibus & in alijs prædijs quæ uſucapi non poſſunt, Publiciana competit, ſi fortè mihi bona fide tradita ſunt. Et idem eſt, ſi ſuperficiariam inſulam non à domino bona fide emero. *Secunda replicatio eſt: Niſi partus ancillæ furtiuæ ſit apud bonæ fidei emptorem conceptus. hoc enim caſu, quamuis mater tanquam furtiua uſucapi non poſſit: partus tamen & uſucapi poteſt, & Publiciana peti. quæ replicatio approbatur l. 11. §. partus. uſq; ad § idem ait. ff. de Publ. in rem act. his uerbis:* Partus ancillæ furtiuæ, qui apud bonæ fidei emptorem conceptus eſt, per hanc actionẽ petendus eſt, etiamſi ab eo qui emit, poſſeſſus non eſt. Sed hæres furis hanc actionem non habet: quia uitiorum defuncti ſucceſſor eſt. Interdum tamen licet furtiua mater diſtracta non ſit, ſed donata ignoranti mihi, & ea apud me conceperit & pepererit: competit mihi in partu Publiciana, ut Iulianus ait, ſi modò eo tempore quo experior, furtiuã matrem ignorẽ. Idem Iulianus generaliter dicit: Ex qua cauſa matrem uſucapere poſſem, ſi furtiua non eſſet: ex ea cauſa partum me uſucapere, ſi furtiuam matrẽ eſſe ignorem. Ex omnibus igitur cauſis Publicianã habeo. Idem eſt, etſi ex partu partus eſt: etſi non natus, ſed poſt mortem matris execto uentre eius extractus eſt, ut Pomponius libro XL. ſcripſit.

XI. EXCEPTIO: *Niſi res alienari prohibita ſit. Hæc exceptio approbatur l. 12. §. ſi res. ff. de Publ. in rem act. his uerbis:* Si res talis ſit ut eã lex aut conſtitutio alienari prohibeat, eo caſu Publiciana non competit: quia his caſibus Prætor neminem tuetur, ne contrà legem faciat.

XII. EXCEPTIO: *Niſi res actori nondum fuit tradita, nec is eius poſſeſſionem fuit nactus. Hæc exceptio approbatur l. 7. §. ut igitur. ff. de Publ. in rem act. his uerbis:* Vt Publiciana competat, hæc debent cõcurrere: ut & bona fide quis emerit, & ei res empta eo nomine ſit tradita. Cæterùm ante traditionẽ, quamuis bonæ fidei quis emptor ſit, experiri Publicianã non poterit. *Huius exceptionis replicatio pri-*

ma hæc eſt: Niſi tempore cõtractus rem teneat actor. de qua re uide ſ.cap.1. cauſa 18. except. 1. repl.1. Secunda replicatio eſt: Niſi partus ancillæ furtiuæ petatur. Quæ replicatio approbatur l. 11. §. partus. ff.de Publ. in rem act. cuius uerba uide ſ. except. 10. repl. 2. Tertia replicatio eſt: Niſi is cui ex S. C. Trebelliano hæreditas reſtituta eſt, agat. quæ replicatio approbatur l.12.§.is cui. ff. eod. tt. cuius uerba uide J. quæſt. prox. reg.1. Quarta replicatio eſt: Niſi uoluntate actoris alij res ſit tradita. Hæc replicatio approbatur l.11.in prin.ff.eod.tt.his uerbis: Si ego emi, & mea uoluntate alij res ſit tradita: Imp. Seuerus reſcripſit, Publicianam dandam. Quinta replicatio eſt: Niſi emptoris hæredi res ſit tradita. Hæc replicatio approbatur l. 9. in prin.ff.eod.tt.his uerbis: Siue emptori res tradita eſt, ſiue emptoris hæredi: Publiciana competit actio. Plures propoſitæ exceptionis replicationes uide ſ.d.cauſa 18.

XIII. EXCEPTIO: Niſi exiguo tempore actor rem poſſederit. Hæc exceptio reprobatur l.12.§. fin. ff. de Publ. in rem act. his uerbis: Sed etiam is qui momento poſſedit, rectè hac actione experitur. Concordat d.l.12.§. Publiciana. his uerbis: Publiciana actione etiam de infante ſeruo nondum anniculo uti poſſumus.

XIIII. EXCEPTIO: Niſi alia res quã actori tradita eſt, petatur. Hæc exceptio ipſo quidem iure ſubſiſtit: uerum eius replicatio hæc eſt, Niſi res quæ petitur, rei traditæ acceſſerit. quæ replicatio approbatur exemplo l.11.§.idem ait. ff. de Publ. in rem act. his uerbis: Iulianus ait, ædibus emptis, ſi fuerint dirutæ, ea quæ ædificio acceſſerunt, huiuſmodi actione petenda. Concordat d.l.11.§.penult.his uerbis: Pomponius ſcribit, etſi ſtatuæ emptæ partes reciſæ petantur, ſimilem actionem proficere. Idem ſcribit: Si aream emero, & inſulam in ea ædificauero, rectè me Publiciana uſurum. Huius replicationis duplicatio hæc eſt: Niſi ipſa res tradita Publiciana peti non poßit. tunc enim nec ea quæ ei acceßit. quæ duplicatio approbatur exemplo d. l. 11. §. quod tamen, his uerbis: Quod tamen per alluuionem fundo accedit, ſimile fit ei cui accedit. Et ideo ſi ipſe fundus Publiciana peti non poteſt, nec hoc petetur. Si autem poteſt: & pars quæ per alluuionem acceſsit, et ita Pomponius ſcribit. Huius duplicationis triplicatio hæc eſt: Niſi partus ancillæ furtiuæ apud bonæ fidei poſſeſſorem conceptus petatur. tunc enim ualet actio, quamuis in matre non ualeret. quæ triplicatio approbatur per ea quæ propoſita ſunt ſ. except. 10. repl. 2.

XV. EXCEPTIO: Niſi pars rei petatur. Hæc exceptio reprobatur l.12.§.penult.ff.de Publ. in rem act. his uerbis: Etſi pro parte quis rem petere uult, Publiciana actione uti poteſt. Concordat l.11.§.penult ff.eod.tt.cuius uerba uide ſ. except. prox. repl.1. Concordat item d.l.11.§. fin. his uerbis: Pomponius inquit, Si inſulã emi, & ad aream ea peruenit, æquè Publiciana potero uti. Concordat item l. 9. §. item ſi hæreditatem, his uerbis: Si hæreditatem emero, & traditam mihi rem hæreditariam petere uelim: Neratius ſcribit, eſſe Publicianam.

XVI. EXCEPTIO: Niſi uſusfructus uel ſeruitus petatur. Hæc exceptio reprobatur l.11.§.1.ff. de Publ. in rem act. his uerbis: Si de uſufructu tradito agatur, Publiciana datur. Itemq; ſi de ſeruitutibus urbanorum prædiorum per traditionem conſtitutis, uel per patientiã: fortè ſi per domum ſuam quis paſſus eſt aquæ ductum tranſduci. Item ruſticorum: nam & hic traditioné & patientiam tuendam conſtat.

XVII. EXCEPTIO: Niſi precium rei traditæ non ſit ſolutum. Hæc exceptio reprobatur l. 2. ff. de Publ. in rem act. his uerbis: De precio ſoluto nihil in edicto exprimitur. Vnde poteſt coniectura capi, quaſi nec ſententia Prætoris ea ſit, ut requiratur an ſolutum ſit precium, an non.

XVIII. EXCEPTIO: Niſi is à quo petitur, rei dominus ſit. Hæc exceptio approbatur l.penult.ff.de Publ. in rem act. his uerbis: Exceptio iuſti dominij Publicianæ obijcienda eſt. Concordat l.ult.ff.eod. tt. his uerbis: Publiciana actio non ideo comparata eſt, ut res domino auferatur: eiusque rei argumentum eſt primò æquitas, deinde exceptio, ſi ea res poſſeſſoris non ſit: ſed ut is qui bona fide emit, poſſeſsionemque ex ea cauſa nactus eſt, potius rem habeat. Huius exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi domino antea rem ab actore petente, actor fuit abſolutus. hoc enim caſu domino Publiciana conuento exceptio propoſita denegatur. quæ replicatio approbatur l. 24. ff. de except. rei iudicatæ, his uerbis: Si quis rem à non domino emerit, mox petente domino abſolutus ſit, deinde poſſeſsionem amiſerit, & à domino petierit: aduerſus exceptionem hanc, Si non eius ſit res, replicatione hac adiuuabitur, Aut ſi res iudicata non ſit. Altera replicatio eſt: Niſi ſeruus à bonæ fidei poſſeſſore actori noxæ ſit datus, nec dominus actori litis æſtimationem præſtet. quæ replicatio approbatur l.28. ibi: ſiue ipſe poßideat. ff. de noxalib. actionib. cuius uerba uide J. lib. prox. cap. 2. except. 12. repl. 12.

XIX. EXCEPTIO: Niſi is à quo petitur, auctor ſit actori eius rei. Hæc exceptio reprobatur l. 7. §. ſed etſi quis. ff. de Public. in rem act. cuius uerba uide ſuprà except. 2. Concordat l. 12. in princip. ff. eod. tt. cuius uerba uide ſuprà lib. 15. cap. 6. except. 13. diſtinct. 9. Hactenus propoſitæ cauſæ exceptiones enumeratæ ſunt.

ſunt. Sed & quæcunq; exceptiones uſucapioni obſtant, propoſitæ quoq; cauſæ obſtare uidentur, ſecundum ea quæ propoſita ſunt paulo ſuperius except. 10. Obſtare item propoſitæ actioni exceptiones dicendum eſt, quæcunque obſtant rei uendicationi; ſecundum ea quæ dicta ſunt ſuprà eod. cap. quæſtio. 2.

IIII. QVIBVS ACTIO propoſita competit?

I. Regula. De hæredibus proponitur l. 7. §. hæc actio. ff. de Public. in rem act. his uerbis: Hæc actio hæredi, & honorarijs ſucceſſoribus competit. Concordat l. 12. §. is cui. ff. eod. tit. his uerbis: Is cui ex Trebelliano hæreditas reſtituta eſt, etiamſi non fuerit nactus poſſeſsionem, uti poteſt Publiciana.

II. Regula. De ſeruo, emente & domino eius, proponitur l. 7. §. ſi ego. ff. de Public. in rem act. his uerbis: Si ego non emero, ſed ſeruus meus, habebo Publicianam. Idem eſt, etſi procurator meus, uel tutor, uel curator, uel quis alius negotium meum gerens, emerit. Concordat l. 9. §. penult. ff. eod. tit. his uerbis: Si ſeruus hæreditarius ante aditam hæreditatem rem aliquam emerit, & traditam ſibi poſſeſsionem amiſerit: rectè hæres Publiciana utitur quaſi ipſe poſſediſſet. Concordat item d. l. 9. §. fin. cum lege ſequente, his uerbis: Municipes quoque, quorum ſeruo res tradita eſt, in eadem erunt conditione, ſiue peculiari nomine ſeruus emerit, ſiue non. Propoſitæ regulæ exceptio hæc eſſe uidetur: Niſi ſeruus fugitiuus rem à non domino acceperit. Verùm exceptio hæc reprobatur l. 15. ff. d. tit. his uerbis: Si ſeruus meus cum in fuga ſit, rem à non domino emat, Publiciana mihi competere debet, licet poſſeſsionem rei traditæ per eum nactus non ſim.

III. Regula. De domino procuratore emēte: item de pupillo tutore emente, proponitur l. 7. §. ſi ego. ff. de Public. in rem act. cuius uerba uide ſ. reg. proxim. in princip.

IIII. Regula. Si duo eandem rem à non domino emerint, ei cui priori res tradita eſt, potius actio propoſita competit. quæ regula approbatur, ſimul & diſtinguitur per ea quæ propoſita ſunt ſuprà cap. 3. reg. 1.

V. ADVERSVS QVOS actio propoſita competit?

I. Regula. Aduerſus dominum rei non competit. quæ regula approbatur, ſimul & diſtinguitur ſuprà quæſt. 3. except. 18.

II. Regula. Si delato iureiurando quis iurauit rem ſuam eſſe: aduerſus deferentem tantum iuranti Publiciana competit. Quæ regula approbatur l. 7. §. ſi petenti. ff. de Publ. in rem act. cuius uerba uide ſ. lib. 7. cap. 7. quæſt. 1. except. 6. in prin.

VI. QVID VENIAT IN actione propoſita?

Non poſſeſsio ſolum, ſed & quaſi proprietas in hac actione uenit reſtituenda. quæ regula approbatur l. 7. §. Publiciana. ff. de Publ. in rem act. his uerbis: Publiciana ad inſtar proprietatis, non ad inſtar poſſeſsionis reſpicit.

VII. QVAMDIV competit?

Perpetua eſt actio. Quæ regula approbatur l. 34. ibi: item Publiciana. ff. de action. & obligat. cuius uerba uide alibi.

VIII. AD FINE REmedium.

Regulariter quidem ei qui rem à non domino bona fide comparauit, Publiciana competit actio, ut patet ex prædictis: ſed eius exceptio hæc eſt, Niſi rem uſuceperit. tunc enim rei uendicatio illi datur. Quæ exceptio approbatur l. 1. §. meritò. ff. de Publ. in rem act. his uerbis: Meritò prætor ait, Nondum uſucaptum. nam ſi uſucaptum eſt, habet ciuilem actionem, nec deſiderat honorariam. Concordat l. 8. in prin. C. de præſcript. 30. uel 40. annor. de quo alibi.

DIGESTORVM LIBRI XXI. FINIS.

DIGESTORVM LIBER VICESIMVSSECVNDVS.

DE VSVCAPIONIBVS.

Inter cauſas quibus iure ciuili dominium adquiritur, numeratur etiam uſucapio. Ideoq́ non alienum, antequam ad alia rerum iura tranſeamus, uſucapionis iura hic proponere, & iuri dominiorum ſubijcere, nobis eſt uiſum.

DE VSVCAPIONIBVS IN *genere.* Cap. I.

I. DEFINITIO VSVcapionis.

VSucapio definitur *l. 3. ff. de uſucap. his uerbis:* Vſucapio eſt, adiectio dominij, per continuationem poſſeſsionis téporis lege definiti. *Ait Iuriſconſultus:* Temporis lege definiti. *Hoc tempus definitur Inſtit. de uſucap. in prin. his uerbis:* Iure ciuili conſtitutum fuerat, ut qui bona fide ab eo qui dominus non erat, cum crederet eum dominum eſſe, rem emerit, uel ex donatione aliaúe quauis iuſta cauſa acceperit, is eam rem, ſi mobilis erat, anno ubiq; uno: ſi immobilis, biennio tantum in Italico ſolo uſucaperet, ne rerum dominia in incerto eſſent. Et cum hoc placitum erat, putantibus antiquiorib. dominis ſufficere ad inquirendas res ſuas pręfata tempora: nobis melior ſententia reſedit, ne domini matutius ſuis rebus defraudentur, neq; certo loco beneficium hoc concludatur. Et ideo conſtitutionem ſuper hoc promulgauimus, qua cautum eſt, ut res quidem mobiles per triennium, immobiles uerò per longi temporis poſſeſsionem (id eſt, inter præſentes decennio, inter abſentes uiginti annis) uſucapiantur: & his modis non ſolum in Italia, ſed etiam in omni terra quæ noſtro imperio gubernatur, dominia rerum iuſta cauſa poſſeſsionis præcedente adquirantur. *Huic concordat l. unica. C. de uſucap. transformanda, his uerbis:* Cum noſtri animi uigilantia ex iure Quiritium nomen & ſubſtantiam ſuſtulerit, & cõmunes exceptiones in omni loco ualeant decē, uel uiginti, uel triginta annorū, uel ſi quę ſunt alię maioris æui cõtinentes prolixitatem. Satis inutile uſucapionem in Italicis quidem ſoli rebus admittere, in prouincialibus autem recludere. Sed etſi quis res alienas, Italicas tamen bona fide poſsidebat per biennium, miſeri rerum domini excludebantur, & nullus eis ad eas reſeruabatur regreſſus, quæ & neſcientibus dominis procedebát: quo nihil inhumanius erat, ſi homo abſens & neſciens tam anguſto tempore ſuis cadebat poſſeſsionibus. Ideo per præſentem legem & in Italicis ſoli rebus, quæ immobiles ſunt uel eſſe intelliguntur, ſicut annalem exceptionem, ita & uſucapioné transformandam eſſe cenſemus, ut tantummodo & his decem uel uiginti, uel triginta annorum & aliarum exceptionum tempora currant, huiuſmodi anguſtijs penitus ſemotis. Cum autem antiqui & in rebus mobilibus, uel ſe mouentibus, quę fuerát alienatæ, uel quocunq; modo (bona fide tamen) detentę, uſucapionem extendebant nõ tantum in Italico ſolo nexu, ſed in omnem terrarum orbem, & hanc annali tempore concludebant: & eam duximus corrigendam, ut ſi quis alienā rem mobilem ſeu ſe mouentem in quacunque terra, ſiue in Italica, ſiue prouinciali bona fide per cõtinuum triennium detinuerit: is firmo iure eam poſsideat, quaſi per uſucapioné eam adquiſitam. Hoc tantum obſeruando, ut in his omnibus caſibus ab initio eam bona fide capiat, ſecundum quod exigit longi temporis præſcriptio, & ut continuetur ei poſſeſsio etiam anterioris iuſti poſſeſſoris, & connumeretur in decennium, uel uiginti annorum ſpacium, uel tricennium. Quod & in rebus mobilibus obſeruandū eſſe cenſemus, ut in omnibus iuſto titulo poſſeſſoris, anteceſſoris iuſta detentio, quā in re habuit, non interrumpatur ex poſteriore forſitan alienæ rei ſcientia, licet ex titulo lucratiuo ea cepta eſt. Ita enim ampliatur quidem longi temporis materia, quæ ei ſubdita eſt: minuitur autem uſucapionum compendioſa dominis iactura, & eius iura nocentia. Et cum etiam res diuidi mancipi & nec mancipi ſanè antiquum eſt, & meritò antiquari oportet, & ſit rebus & locis omnibus ſimilis ordo, inutilibus ambiguitatibus & differentijs ſublatis.

ſublatis. *Concordat item l.9.C.de præſcript.longi temp.cuius uerba uide alibi.Concordat item l. 7.C. quib. non obijcitur longi temp.præſ.ript. cuius uerba uide J.*

II. RATIO VSVcapionis.

Ratio uſucapionis eſt,ne rerum dominia diu ſint in incerto.quæ ratio proponitur l.1.ff.de uſucap.his uerbis: Bono publico introducta eſt uſucapio,ne ſcilicet quarundam rerum diu & ferè ſemper iocerta dominia eſſent,cũ ſufficerer dominis ad inquirẽdas res ſuas ſtatuti temporis ſpacium. *Concordat inſt.de uſucap.in prin. ibi: ne rerum dom.cuius uerba uide ſ. quæſt.prox.in prin. Eſt & alia uſucapionis ratio, ſcilicet ut aliquis eſſet litium finis. quæ ratio proponitur l.5.in prin.ff.pro ſuo,his uerbis:* Vſucapio rerum etiam ex alijs cauſis cõceſſa eſt: quę interim propter ea quæ noſtra eſſe exiſtimantes poſsidemus,conſtituta eſt, ut aliquis litum finis eſſet.

III. EFFECTVS VSVcapionis.

Nunc de effectibus uſucapionis agendum.præter dominium enim,& alij ſunt eius effectus.quorum primus eſt,Exceptio contra rei uendicationem.Qui effectus approbatur l.4.C.de uſucap.pro emptore,his uerbis: Si bona fide emptam ancillam, à uenditore bona fide diſtrahente,loogi tẽporis ſpacio oſuceperis,intentio proprietatem uendicaotis tenere noo poteſt. *Concordat l.1. C. de uſucap . pro donato . cuius hæc ſunt uerba:* Siue fuerit dominus,qui tibi loca, de quib.ſupplicaſti,donauit:ſiue à oon domino bona fide donata ſuſcepiſti,eaq; uſucepiſti:auferri tibi quod iure quæſitũ eſt, nõ poteſt. *Concordat l.3.C.de præſcripi.longi temp. cuius uerba uide ſ.lib.prox.cap.4.cauſa 1.except.1. repl. 12. Huius effectus ſeu regulæ exceptio prima hæc eſt:Niſi actione hypothecaria agatur.Quæ exceptio approbatur l.44.§.non mutat.ff.de uſucap. his uerbis:* Non mutat uſucapio ſuperueniens pro emptore uel pro hærede, quo minus pignotia perſecutio ſalua ſit. Vt eoim uſusfructus uſucapi non poteſt, ita perſecutio pignoris,quæ nulla ſocietate dominio cõiungitur,ſed ſola conuentione conſtituitur,uſucapione rei non perimitur. *Cõcordat l.7.C.de pignorib.cuius hæc ſunt uerba:* Vſocapio pignoris conuentioné non extinguit. *Concordat item l.1.§.cum prædium.ibi:pignoris.ff.de pignorib.his uerbis:* Pignoris cauſam nec uſucapiooe perimi placuit:quoniam quæſtio pignoris ab intẽtione dominij ſeparatur. *Concordat item l.12.ibi: ſalua. ff. pro emptore. cuius uerba uide J. cap. 5. except.52. Concordat item l.2.in prin .ibi: quid ergo . ff . pro hærede , his uerbis:* Qui legatorum ſeruãdorum cauſa in poſſeſsionem mittitur, non interpellat poſſeſsionem eius qui pro hærede uſucapit: nam cuſtodiæ cauſa eam rem tenet. Quid ergo eſt? Etiam impleta uſucapione ius pignoris permanebit, ut non prius diſcedat quàm ſi ſolutum ei legatum fuerit, aut eo nomine ſatiſdatum. *Planè huius exceptionis replicatio hæc eſt:Niſi decem uel uiginti anni à tempore quo res pignori obligata eſt,exceſſerint.tunc enim bonæ fidei poſſeſſor aduerſus actionem hypothecariam æquè ac aduerſus rei uendicationem decem uel uiginti annorum præſcriptione defenditur. Quæ replicatio approbatur l.2. C. ſi aduerſus creditorem.item l.8.in prin.C.de præſcript.30. annorum: de qua re uide actionem hypothecar . quæſt.Quamdiu competat. Altera propoſiti effectus exceptio eſt : Niſi uſusfructus in re uſucapta uindicetur . nam nec hoc caſu uſucapio uindicanti præſcribit.quæ exceptio approbatur l.44. §. non mutat. ibi : ut enim: ff.de uſucapionibus.cuius uerba uide ſ.except.prox. in prin . Concordant ea quæ habentur J. de uſufructu.cap.2.cauſa 10. Tertia exceptio uidetur : Niſi operæ in ſeruo uſucapto petantur.Hæc exceptio reprobatur l.2.in fine.ff. de uſufr. legato . cuius uerba uide J.lib.24.cap.8.in fine.*

II. EFFECTVS *eſt, rei uendicatio : qui approbatur l.8.in prin. C. de præſcript. 30. uel 40. ann.de qua re uide J.cap.1.in fine.*

III. EFFECTVS *proponitur & reprobatur l. 1. §.fin. ff. pro ſuo,his uerbis:* An deſinam ex cauſa emptionis poſt uſucapionem poſsidere, dubitabarur? Et Marrianus dicitur exiſtimaſſe, non deſinere poſſidere.

IIII. EFFECTVS *proponitur l. 32. ff. de mortis cauſa donat.his uerbis:* Qui alienam rem mortis cauſa traditam uſucepit, non ab eo uidetur accepiſſe, cuius res fuiſſet; ſed ab eo qui occaſionem uſucapionis pręſtitiſſet. *Hæc de effectib.uſucapionis.*

IIII. QVID ET QVANtum uſucapione adquiratur?

Antequam exceptiones, quæ cauſæ uſucapionis poſſunt opponi, proponantur, alia quæſtio uſucapionis explicanda eſt, quid ſcilicet & quantum uſucapiatur? Cuius quæſtionis REGVLA PRIMA *hæc eſt : Qui totum poſſidet, non ob id ſingulas eius partes poſſidet, nec uſucapit . de qua uide lib . proxim . cap . 3 . Quid & quantum poſs. reg. 2.*

II. *Regula. Vſucapto prædio, mancipia quoque quæ in prædijs ſunt, uſucapta uidentur . quæ regula approbatur l. 3. ff. de diuerſ. temp . præſcript. his uerbis :* Longæ poſſeſsionis præſcriptionem tam in prædijs, quàm in mancipijs quæ in prædijs morantur, quæ partea fundi ſunt, locum habere manifeſtum eſt. *Quanquam in quibuſdam exemplaribus omiſſa ſunt hæc uerba:* Quæ in prædijs morãtur, quę par

tes fundi ſunt. *Quæ lectio ſi recipiatur, lex iſta ad regulam propoſitam nihil uel parum facit.*

III. Regula. *Qui fundum uſucepit, non ob hoc theſaurum, qui in fundo eſt, uſucepiſſe uidetur. Quæ regula approbatur l. 3. §. Neratius, ibi: cæterùm. ff. de adq. poß. his uerbis:* Brutus & Manilius putant, eum qui fundum longa poſſeſsione ceperit, etiam theſaurum cepiſſe, quãuis neſciat in fundo eſſe: quod non eſt uerum. Is enim qui neſcit, non poſsidet theſaurum, quamuis fundũ poſsideat. Sed et ſi ſciat, non capiet longa poſſeſsione, quia ſcit alienum eſſe.

IIII. *Regula habetur l. 2. §. eius. ff. pro emptore, his uerbis:* Eius bona emiſti, apud quem mancipia depoſita erant. Trebatius ait, uſu te non capturum: quia empta non ſunt.

V. *Regula. Si fundo empto, ampliores fines traditi ſunt, totus uſucapitur. Quæ regula approbatur l. 2. §. cum Stichum. ff. pro emptore, his uerbis:* Si fundus emptus ſit, & ampliores fines poſſeſsi ſint, totũ longo tempore capi, Priſcus ait: quoniam uniuerſitas eius poſsideatur, non ſingulæ partes.

VI. *Regula. Qui fundum emit, non uſucapit cum eo partem poſtea adiectam. Quæ regula approbatur l. 7. §. 1. ff. pro emptore, his uerbis:* Si fundum Cornelianum pro emptore longa poſſeſsione uſucapiam, & partem ex uicini fundo ei adijciam: utrum eam quoque partem reliquo tempore pro emptore capiam, an integro ſtatuto tempore? Reſpondi, partes quæ empto fundo adijciuntur, propriam ac ſeparatam conditionem habere: & ideo poſſeſsionem quoq; earum ſeparatim nanciſci oportere, & longam poſſeſsionem earum integro ſtatuto tempore impleri.

VII. *Regula. Si partem ſciat alienam poſſeſſor, eam non uſucapit, ſed reliquas. Quæ regula proponetur J. cap. prox. except. 12.*

VIII. *Regula habetur l. 26. ff. de uſucap. his uerbis:* Nunquam ſuperficies ſine ſolo capi longo tempore poteſt. Vnde ſi ſolum uſucapi non poterit, nec ſuperficies uſucapietur. ᵃ

ᵃ *L. 39. ff. eod. tit.*

DE EXCEPTIONIBVS aduerſus cauſam uſucapionis.
Cap. II.

QVamuis regulariter ex diutina poſſeßione res aliena uſucapiatur, eiuſq; dominium adquiratur, ut dictum eſt ſuprà cap. prox. in prin. tamen regula hæc plures recipit exceptiones, quarum aliæ ſumuntur ex perſona poſſeſſoris, aliæ ex perſona eius à quo poßidetur, aliæ ex perſona eius per quẽ poßidetur: aliæ ex re poſſeſſa, aliæ ex cauſa poſſeßionis, aliæ deniq; ex alijs contingentibus. quæ exceptionum genera cum ſuis ſpeciebus nunc ordine proponentur: & primum ea, quæ ſumuntur ex perſona poſſeſſoris.

I. EXCEPTIO: *Niſi infans ſit, qui poßidet. Hæc exceptio ipſo quidem iure ſubſiſtit, quo infantes poßidere non poſſunt: quoniam ad poſſeßionem adprehendendam non corpus ſolum, ſed & animus requiritur. de quo J. lib. prox. cap. 2. except. 1 & 2. Animum autem poßidendi infans non habet, cum non habeat intellectum. de quo J. lib. prox. cap. 2. except. 4. deficiente autem poſſeßione, deficit uſucapio. de quo J. cap. 5. except. 33. Planè exceptionis propoſitæ replicatio prima hæc eſt: Niſi infans tutore authore poßidere cœperit. quæ replicatio approbatur l. 4. §. pupillus. ff. de uſucap. his uerbis:* Pupillus ſi tutore authore cœperit poſsidere, uſucapit. *Concordat l. 32. §. infans. ff. de adq. poſſeß. his uerbis:* Infans poſsidere rectè poteſt, ſi tutore authore cœpit. Nam iudicium infantis ſuppletur authoritate tutoris. Vtilitatis enim cauſa hoc receptum eſt: nam alioquin nullus ſenſus infantis eſt accipiendi poſſeſsionem. *Concordat item l. 1. §. furioſus. ff. eod. tit. his uerbis:* Pupillus tutore authore incipiet poſsidere. *Concordat item d. l. 1. §. cæterùm. cuius uerba uide J. lib. prox. cap. 3. reg. 1. except. 3. Altera replicatio eſt: Niſi infans doli capax ſit, ut poßidendi animum habeat. Hæc replicatio approbatur d. §. pupillus, hiſce uerbis:* Si non tutore authore poſsideat, & animum poſsidendi habeat: dicemus poſſe eum uſucapere. *Concordat l. 1. §. furioſus. in fine. ff. de adq. poſſeß. his uerbis:* Ofilius quidem & Netua filius etiam ſine tutoris authoritate poſsidere incipere poſſe pupillum aiunt. eam enim rem facti, non iuris eſſe. Quæ ſententia recipi poteſt, ſi eius ætatis ſint ut intellectum capiant. *Concordat item l. 32. §. fin. ff. d. tit. his uerbis:* Pupillus tamen etiam ſine tutoris authoritate poſſeſsionem nanciſci poteſt. *Tertia replicatio eſt: Niſi per ſeruum infans poßideat. quæ replicatio approbatur l. 28. ff. de uſucapionibus, his uerbis:* Si ſeruo furioſi uel infantis res tradita ſit, uſucapere per eum eas perſonas poſſe conſtat. *Concordat l. 32. §. fin. ff. de adq. poſſeß. his uerbis:* Infans peculiari nomine per ſeruum poſsidere poteſt. *Concordat item l. 1. §. item adquirimus. in fine. ff. eod. tit. his uerbis:* Ex cauſa peculiari & infans & furioſus adquirunt poſſeſsionem, & uſucapiunt: & hæres, ſi hæreditarius ſeruus emat. *Concordat deniq; l. 26. C. de donationibus, his uerbis:* Si quis in emancipatum minorem, priuſquam fari poſsit, aut habere rei quæ ſibi donatur, affectum, fundum crediderit conferendum: omne ius compleat inſtrumentis antè præmiſſis, quod ius per eum ſeruum, quem idoneum eſſe conſtat, tranſigi placuit, ut per eum

eum infanti adquiratur. *Concordat item l.1. §. pupillus. ff. de adq. poſſeſſ. cuius uerba uide J. lib. proxim. cap 3. reg. 1. except. 3.*

Mutatio iuris.

Haſtenus leges quæ exceptio propoſita partim approbatur, partim diſtinguitur, expoſitæ ſunt. Sed alio iure nouo ratio propoſitæ exceptionis, & per conſequens ipſa exceptio mutari ac tolli uidetur. L.3. C. de adq. poſſeſſ. his uerbis: Donatarum rerum à quacunq; perſona infanti uacua poſſeſſio tradita corpore quæritur. quamuis enim ſint authorum ſententiæ diſſentientes, tamen conſultius uidetur interim (licet animi plenus non fuiſſet affectus) poſſeſsionem per traditionem eſſe quęſitam. Alioquin ſicut conſultiſsimi uiri Papiniani reſponſo continetur, ne quidem per tutorem poſſeſsio infanti poterit adquiri.

II. EXCEPTIO: *Niſi furioſus ſit poſſeſſor. Hæc exceptio approbatur hac ratione, quia furioſus non poteſt incipere poßidere. de quo J. lib. prox. cap. 2. except. 4. Huius exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi per ſeruum ſuum apprehendat poſſeßionem. Quæ replicatio approbatur l. 28. ff. de uſucap. cuius uerba uide ſuprà except. proxim. Cui concordat l.1. §. item adq. in fine. ff. de adq. poſſeſſ. cuius uerba itidem uide ſ. except. prox. Secunda replicatio eſt: Niſi ante furorem poßidere cœperit. Quæ replicatio approbatur l. 44. §. eum qui. ff. de uſucap. his uerbis:* Eum qui poſteaquam uſucapere cœperit, in furorem inciderit: utilitate ſuadente receptum eſt (ne languor animi damnum etiam in bonis adferat) ex omni cauſa implere uſucapionem. *Concordat l. 4. §. furioſus. ff. eod. tit. ubi Paulus:* Furioſus (inquit) quod ante furorem poſsidere cœperit, uſucapiet. Sed hæc perſona ita demum uſucapere poteſt, ſi ex ea cauſa poſsideat, ex qua uſucapio ſequitur.

III. EXCEPTIO: *Niſi filiusfamiliâs ſit qui poßidet. Hæc exceptio approbatur hac ratione, quòd filiusfamiliâs poſsidere non poſsit. quæ ratio approbatur l. 49. §. 1. ff. de adquir. poſſeſs. his uerbis:* Qui in aliena poteſtate ſunt, rem peculiarem tenere poſſunt, habere & poſsidere non poſſunt: quia poſſeſsio non tantum corporis, ſed etiam iuris eſt. *Concordat l. 44. §. filiusfam. ibi: quamuis ſe per errorem. ff. de uſucap. cuius uerba uide J. except. 10. Concordat item l. 93. ff. de reg. iuris. cuius uerba uide ē. lib. 19. cap. 2. quæſt. 2. reg. 3. Planè iam dictæ exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi opinione, non reipſa filiusfamiliâs ſit. quæ replicatio approbatur d. §. filiusfamiliâs. Secunda replicatio eſt: Niſi filiusfamiliâs miles rem caſtrenſis peculij poſsideat. quæ replicatio approbatur l. 4. §. 1. ff. de uſucap. his uerbis:* Vſucapere quidem poteſt, ſcilicet páterfamiliâs, filiusfamiliâs, & maximè miles adquiſitum in caſtris uſucapiet. *Tertiæ replicationis loco notandum, quòd per filiumfamiliâs detinentem pater poſsideat, ſimul & uſucapiat. de qua re uide J. lib. prox. cap. 3. reg. 1.*

IIII. EXCEPTIO: *Niſi ſeruus ſit poſſeſſor. Hæc exceptio approbatur l. 160. ff. de reg. iuris, hiſce uerbis:* Qui in ſeruitute eſt, uſucapere non poteſt. nam cum poſsideatur, poſsidere non uidetur. *Concordat l. 4. §. ſeruus. ff. de uſucapionibus, his uerbis:* Seruus pro hærede non poteſt poſsidere. *Concordat item l. 49. §. 1. ff. de adq. poſſeſs. cuius uerba uide ſ. except. prox. in prin. Huic exceptioni replicationis loco obijci poſſunt prima & tertia replicatio exceptionis ſuperioris proximæ. Sed & eius replicatio uidetur: Niſi ſeruus in libertate moretur. quæ tamen replicatio reprobatur l. 11. §. ſeruus ff. de uſucap. his uerbis:* Seruus licet in libertate moretur, nihil poſſidet.

V. EXCEPTIO: *Niſi poſſeſſor ab alio bona fide poſsideatur. Hæc exceptio approbatur l. 54. §. fin. ff. de adq. rer. dom. his uerbis:* Ius eſt ut liber homo ab alio bona fide poſſeſſus, poſſidendo uſucapere non poſsit: quia nec poſsidere intelligitur, qui ipſe poſsidetur.

VI. EXCEPTIO: *Niſi poſſeſſor apud hoſtes ſit. Hæc exceptio approbatur l. 23. §. 1. ff. quibus ex cauſis maior, his uerbis:* Is autem qui apud hoſtes eſſet, nihil per uſum ſibi adquirere poteſt: nec cœptam poſſeſsionem poterit implere, dum eſt apud hoſtes. Hoc amplius nec poſtliminiò reuerſus recoperabit per uſum dominij adquiſitionem. *Concordat l. 19. cùm l. ſequente. ff. eod. tit. cuius uerba uide alibi. Concordat item l. 23. §. in ijs. ff. de adq. poſſ. cuius uerba uide J. lib. proxim. cap. 4. cauſa 16. Concordat item l. 12. §. factæ. ff. de captiuis, his uerbis:* Factæ cauſæ infectæ nulla conſtitutione fieri poſſunt. Ideoq; eorum quæ uſucapiebat per ſemetipſum poſsidens, qui poſtea captus eſt, interrumpitur uſucapio: quia certum eſt eum poſsidere deſijſſe, &c. *Reliqua uerba uide paulo inferius replicat. 2. Concordat item l. 11. ff. de uſucap. cuius uerba uide paulo inferius d. replicat. 2. duplicat. 1. Concordat item l. 15. in princip. ff. eod. tit. cuius uerba uide J. cap. 7. except. 34. replic. 2. duplic. 10. Ait Iuriſconſultus:* Hoc amplius nec poſtliminiò reuerſus recuperabit per uſum dominij adquiſitionem. *Hiſce uerbis reprobatur prima propoſitæ exceptionis replicatio, hæc: Niſi poſtliminiò ſit reuerſus. Concordat l. 19. ff. ex quibus cauſis maiores. cuius uerba uide alibi. Concordat item d. l. 15. in princip. item concordat l. 44. §. fin. ibi: nec iure. ff. de uſucap. cuius uerba uide J. replic. proxim. duplic. 1. Concordat item l. 29. in princip. ff. de captiuis. cuius uerba uide itidem J. replicat. proxim. Secunda replicatio hæc eſt: Niſi per ſubiectas iuri ſuo perſonas poſsideat et uſucapiat. Hæc replicatio approbatur d. l. 12. §. factæ. ff.*

ctæ.ff.de captiuis, his uerbis: Eorum uerò quæ per ſubiectas iuri ſuo perſonas poſsidebat, uſuq; capiebat, uel ſi qua poſtea peculiari nomine comprehanduntur: Iulianus ſcribit, hæredi ſuo tempore impleri uſucapionem, remanentibus ijſdem perſonis in poſſeſsione. Marcellus ſcribit, nihil intereſſe, an ipſe poſſediſſet, an ſubiecta ei perſona. Sed Iuliani ſententia ſequenda eſt. *Concordat l.29.ff.eod. tit. his uerbis:* Labeo. Si poſtliminio rediſti, nihil dum in hoſtium poteſtate fuiſti, uſucapere potuiſti. Paulus. Imò ſi quid ſeruus tuus peculij nomine, dum in eo ſtatu eſſes, poſſederit, id eo quoq; tempore uſucapere poteris: quoniam eas res etiam inſcientes uſucapere ſolemus. Et eo modo etiam hæreditas nondum nato poſthumo, aut nondum adita, augeri per ſeruum hæreditarium ſolet. *Concordat item l. 15. § quòd ſi ſeruus. ff. de uſucapionibus. cuius uerba (ut dixi) uide J. cap.1. except.14. repl.2 dupl.10. Huius replicationis duplicatio hæc eſt: Niſi tempore captiuitatis non peculiari nomine ſeruus uel filius poſſeſsionem apprehenderit. Hæc duplicatio approbatur l. 44. §. fin. ff. de uſucap. his uerbis:* Si cum apud hoſtes dominus aut pater agat, ſeruus aut filius emat, an ei tenere incipiat? Siquidem ex cauſa peculij poſſedit, uſucapionem inchoari, nec impedimento domini captiuitatem eſſe, cuius ſcientia non eſſet in ciuitate neceſſaria. Si uerò non ex cauſa peculij compararetur, non uſucapi, nec iure poſtliminij quæſitum intelligitur: cum priua eſſet, ut quod uſucaptum diceretur, poſſeſſum foret. *Concordat l. 11. ff. de uſucap. his uerbis:* Neq; ſeruus, neq; per ſeruum dominus, qui apud hoſtes eſt, poſsidet. *Huius duplicationis triplicatio hæc eſt: Niſi patre apud hoſtes exiſtente, filiusfamiliâs poſſeſsionem apprehenderit, & pater apud hoſtes deceſſerit. Hæc triplicatio approbatur d. §. fin. biſce uerbis:* Sin autem pater ibi deceſſerit, quia tempora captiuitatis ex die quo capitur, morti iungerentur, poteſt dici filium & poſſediſſe ſibi, & uſucepiſſe intelligi.

VII. EXCEPTIO: *Niſi municipes poſsideant. Hæc exceptio reprobatur l. 2. ff. de adquir. poſſeſ. de quo uide infrà lib. proxim. cap. 2. except.19.*

VIII. EXCEPTIO: *Niſi poſſeſſor ignoret ſe poßidere, uel alium eius nomine in poſſeßione eſſe. Hæc exceptio approbatur hac ratione: Quia is qui neſcit, non poßidet. de quo dictum infrà lib. proxim. cap.2. except.1. Ergo nec uſucapit. Huius exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi per ſeruum uel liberum hominem bona fide poſſeſſum, peculiari nomine poßideat. Hæc replicatio approbatur l. 2. §. Celſus. ff. pro emptore, his uerbis:* Celſus ſcribit, Si ſeruus meus peculiari nomine adipiſcatur poſſeſsionem, id etiam ignorante me uſucapere. Quod ſi non peculiari nomine, non niſi ſciente me. Et ſi uitioſe cœperit poſsidere rem eam, uitioſam eſſe poſſeſsionem. *Concordat l.2.ff. pro ſoluto; ubi Paulus:* Si emptam rem mihi procurator, ignorante me, meo nomine apprehenderit, quamuis poſsideam eam, non uſucapiam: quia ut ignorantes uſucapiamus, in peculiaribus rebus tantùm receptum eſt. *Concordat item l.8.ff.de uſucap. his uerbis:* Labeo, Neratius reſponderũt, Ea quæ ſerui peculiariter nacti ſunt, uſucapi poſſe: quia hæc etiam ignorantes domini uſucapiunt. *Concordat item quoad liberum hominem bona fide poſſeſſum. l.7.§.fin.ff. pro emptore. cuius uerba uide J. lib.prox.cap.2.reg. 6.in prin. Planè ex iam dictis patet, propoſitæ replicationi locum non eſſe, ſi uel ſeruus uel procurator noſter, non peculiari nomine rem aliquam poßideat. hoc enim caſu ſcientia domini ad uſucapiendum requiritur. Quod notandum loco primæ duplicationis. Vnde Imperat. Seuerus:* Per liberam perſonam (*inquit*) ignoranti quoq; adquiri poſſeſsionem: & poſtquam ſcientia interuenerit, uſucapionis conditionem inchoari poſſe, tam ratione utilitatis quàm iuris prudentia receptum eſt.[a] *Secunda duplicatio hæc eſt: Niſi ſeruus peculiari nomine poßidens, ab alio bona fide poßideatur. Tertia duplicatio eſt: Niſi ſeruus in fuga ſit. Quæ duæ poſteriores duplicationes approbãtur l.54. §.fin.ff.de adquir. rer. dom. biſce uerbis:* Sed nec per ſeruum alienum, quem nos bona fide poſsidemus, dominus peculiari nomine ignorans, uſucapere poterit: ſicuti nec per fugitiuum quidem, quem non poſſidet.

[a] *l.1.C.de adquir. poſ. & Inſtitut. per quas perſ. cui que adquir. ex his uerbis in fin.*

IX EXCEPTIO: *Niſi ignoret poſſeſſor ex qua cauſa poßideatur, & putet aliam eſſe. Hæc exceptio reprobatur l.2.§. ſi ſub condit. in fine. ff.pro emptore, his uerbis:* Si cum defunctus emiſſet, hæredi eius tradatur, qui neſciat defunctum emiſſe, ſed ex alia cauſa ſibi tradi: an uſucapio ceſſet? Sed mihi eum uſucapere poſſe uidetur. *Concordat l. 31. §. fin. ff. de uſucap. ubi Paulus:* Si defunctus amiſit (*inquit*) hæres autem putat eum ex donationis cauſa poſſediſſe, uſu eum capturum Iulianus ait. *Concordat item l.44. §. filiusfam.in fine.ff. de uſucap. cuius uerba uide J. except. prox.*

X. EXCEPTIO: *Niſi poſſeſſor putet ſibi per leges uſucapere non licere. Hæc exceptio approbatur l.32.§.1.ff.de uſuca.his uerbis:* Si quis id quòd poſsidet, nõ putet ſibi per leges licere uſucapere: dicendũ eſt, etiãſi erret, non procedere tamẽ eius uſucapionẽ: uel quia nõ bona fide uideatur poſsidere, uel quia in iurẽ

in iure erranti non procedat uſucapio. *Huius exceptionis replicatio eſt: Niſi propter errorem in facto, non in iure conſiſtentem, non putet ſibi uſu capere licere. Quæ replicatio approbatur, ſimul & declaratur l. 44. §. filiusf. ff. d. tt. his uerbis:* Filiusfamilias emptor alienæ rei cum patremfamilias ſe factum ignoraret, cœpit rem ſibi traditam poſsidere. Cur non capiat uſu, cum bona fides initiò adſit: quamuis ſe per errorem eum eſſe arbitretur, qui rem ex cauſa peculiari quæſitam, nec poſsidere poſſit? Idem dicendum erit, etſi ex patris hæreditate ad ſe perueniſſe rem emptam nõ leui præſumptione credat. *Huius replicationis exemplum proponitur etiam l. 2. §. ſi ſub condit. ff. pro emptore, his uerbis:* Si ſub cõditione emptio facta ſit, emptorq; conditionem, quæ extitit, nõ extitiſſe putet: poteſt dici ſecundum Sabinum (qui potius ſubſtantiam intuetur quàm opinionem) uſucapere eum poſſe. Eſt tamẽ nonnulla diuerſitas, quòd ubicunq; rem putat alienam, quæ ſit uenditoris, affectionem emptoris habeat: at cum nondum putat conditionem extitiſſe, quaſi nondum putat ſibi emiſſe. *Ait Iuriſconſultus:* Eſt tamen nonnulla diuerſitas, &c. *hoc eſt, quamuis ſit diuerſitas in affectione ementis, Sabinus tamen bene dixit. Ita interpretatur Gloſſa hæc uerba, & rectè.*

XL. EXCEPTIO: *Niſi poſſeſſor ſciat rem, quam poßidet, alienam eſſe. Hæc exceptio approbatur Inſtit. de uſucap. in prin. his uerbis:* Iure ciuili conſtitutum fuerat, ut qui bona fide ab eo qui dominus non erat, cum crederet eum dominum eſſe, rem emerit, uel ex donatione, aliàue quauis iuſta cauſa acceperit, is eam rem uſucaperet, &c. *Ergo qui mala fide à non domino, quem non dominum eſſe ſcit, aliquam rem comparauit, is eam rem non uſucapit, eſtq; propoſitæ exceptioni locus. Concordat l. 2. §. ſeparata. ff. pro emptore, his uerbis:* Separata eſt cauſa poſſeſsionis & uſucapionis. nam uerè dicitur quis emiſſe, licet mala fide: quemadmodum qui ſciens alienam rem emit, pro emptore poſsidet, licet uſu non capiat. *Concordat item l. 2. C. de præſcript. longi temp. cuius uerba uide ∫. except. 42. Concordat item l. 5. C. de uſucap. pro emptore. his uerbis:* Si partem poſſeſsionis malæ fidei poſſeſſor uendidit: id quod ab ipſo tenetur, omnimodo cum fructibus recipi poteſt: portio autem quæ diſtracta eſt, ita demum rectè petitur à poſsidente, ſi ſciens alienam comparauit, uel bona fide emptor nondum impleuit uſucapionem. Violenter enim poſſeſſione amiſſa, priuſquam in domini poteſtatẽ perueniat, uſucapio emptori (etſi bona fide mercatus eſt) non cõpetit. Bonæ fidei autẽ emptor eſſe uidatur (*inquit Modeſtinus*) qui aut ignorauit eam rem alienam eſſe: aut eum qui uendidit, ius putauit uendendi habere, puta procuratorẽ aut tutorem eſſe. a *Item Paulus ait:* Qui à quolibet rem emit, quam putat ipſius eſſe, bona fide emit. at qui ſine tutoris autoritate à pupillo emit, uel falſo tutore autore, quẽ ſcit tutorem non eſſe, non uidetur bona fide emere: ut & Sabinus ſcripſit. b *Planè exceptio propoſita ſuas habet replicationes, quarum prima hæc eſt: Niſi partem tantum rei poſſeſſæ ſciat alienam. Hæc replicatio approbatur l. 41. ff. de adquir. poſſeß. hiſce uerbis:* Si quis fundum emerit, cuius particulam ſciebat eſſe alienam: Iulianus ait, ſi pro diuiſo ſciat eſſe alienam, poſſe eum reliquas partes longa poſſeſsione capere: ſed etſi pro indiuiſo ſciat eſſe alianam, licet ignoret qui ſit locus, æquè eum capere poſſe: quia ſine ulli ua damno pars, quæ putatur eſſe uendentis, per longam poſſeſsionem ad emptorem tranſit. *Concordat l. 4. ff. pro emptore. cuius uerba uide paulo inferius dupl. proxim. Concordat item l. 6. §. 1. ff. eod. tt. cuius uerba itidem uide ∫. dupl. proxim. Ait Iuriſconſultus:* Sed etſi pro indiuiſo ſciat eſſe alienam, licet ignoret qui ſit locus, æquè eum capere poſſe. *Hiſce uerbis duplicatio hæc, Niſi pro indiuiſo partem ſciat eſſe alienam, reprobatur. Cui concordat l. 4. in fin. ff. pro emptore. Planè ſi ignorat poſſeſſor quota pars aliena ſit, utrum tertia an quarta, &c. duplicationi locus eſt: quæ approbatur d. l. 4. in princip. ff. pro emptore. his uerbis:* Emptor fundi partem eius alienam eſſe non ignorauerat. Reſponſum eſt, nihil eum ex eo fundo longa poſſeſsione capturum. Quod ita uerum eſſe exiſtimo, ſi quæ pars aliena eſſet in eo fundo, emptor ignorauerat. Quod ſi certum locum eſſe ſciret, reliquas partes longa poſſeſsione capi poſſe non dubito. Idem iuris eſt, ſi is qui totum fundum emerat, pro indiuiſo partem aliquam alienam eſſe ſcit. eam enim duntaxat non capiet. Cæterarum partium non impedietur longa poſſeſsione capio. *Concordat item l. 6. §. 1. ff. eod. tt. his uerbis:* Si ex decem ſeruis quos emerim, aliquos putem alienos, & qui ſint ſciam: reliquos uſu capiam. Quòd ſi ignorem qui ſint alieni: neminem uſucapere poſſum. *Secunda replicatio: Niſi uſumfructum rei tantum ſciat alienum, aut rem pignori alij eſſe obligatam. Hæc replicatio approbatur l. 43. in fin. ff. de adquir. poß. his uerbis:* Sed & Pomponius ſcribit, ſi ſciat uel putet alienum eſſe uſumfructum, bona fide per diutinam poſſeſsionem capere poſſe. Idem inquit, etſi emero rem quam ſciam pignori obligatam. *Tertia replicatio eſt: Niſi quaſi uolente & concedente domino*

quis

a l. 110 ff. de uerb. ſignif.

b l. 27. ff. de contrahen. empt.

quis rem à non domino ſciens compararet. *Hæc replicatio approbatur exemplis. l.5. in prin. ff. pro derelicto, his uerbis:* Si id quod pro derelicto habitum eſt poſsidebas, ego ſciens in ea cauſa eſſe, abs te emerim, me uſucapturũ cõſtat: nec obſtare, quòd in bonis tuis non fuerit. nam etſi tibi rem ab uxore donatam ſciens emero, quia quaſi uolente & concedente domina id faceres, idem iuris eſt. *Quarta replicatio eſt: Niſi factum ſciens ius ignorauerit poſſeſſor. Hæc replicatio reprobatur l.4. ff. de iuris & facti ignorantia, his uerbis:* Iuris ignorantia in uſucapione negatur prodeſſe, facti uerò ignorantiam prodeſſe conſtat. *Concordat l.31. in prin. ff. de uſucap. his uerbis:* Nunquam in uſucapionibus iuris error poſſeſſori prodeſt. Et ideo Proculus ait: Si per errorem initio uenditionis tutor pupillo author factus ſit, uel poſt longũ tempus uenditionis peractum: uſucapi non poſſe, quia iuris error ſit. *Aliud exemplum proponitur l.2. §. ſi à pupillo ff. pro emptore, his uerbis:* Si à pupillo emero ſine tutoris authoritate, quem puberem eſſe putem, dicemus uſucapionẽ ſequi, ut hic plus ſit in re quàm in exiſtimatione. Quòd ſi ſcias pupillum eſſe, putes tamen pupillis licere res ſuas ſine tutoris authoritate adminiſtrare, non capies uſu: quia iuris error nulli prodeſt. *Aliud exemplum proponitur l.4. §. cum itaq; C. qui bonis cedere poſſunt. cuius uerba uide ſ. lib.8. cap.6. quæſt. 6. reg.2.* *Quinta replicatio eſt: Niſi auctor ignorauerit rem eſſe alienam. Hæc replicatio reprobatur l.2. §. ſi eam rem. ff. pro emptore, his uerbis:* Si eam rem, quam pro emptore uſucapiebas, ſcienti mihi alienam eſſe uendideris, non capiam uſu. *Exemplum huius eſt l.7. §. ſeruus, ibi: cum peculium. ff. pro emptore. cuius uerba uide J. cap.6. pro emptore, except.16. Planè ſi defunctus bona fide emerit, uſucapietur res, quamuis hæres ſciat alienam eſſe. & hoc in bonorum poſſeſſore, & in fideicommiſſarijs, quibus ex Trebelliano reſtituitur hæreditas, cæteriſq; prætorijs ſucceſſoribus obſeruandũ eſt.* [a] *Nam diutina poſſeſſio, quæ prodeſſe cœperat defuncto, & hæredi & bonorum poſſeſſori continuatur, licet ipſe ſciat prædium alienum eſſe.* [b] *Si tamen hæredi primum poſſeſſio rei, quam defunctus emit, tradita eſt, ſcientia ei nocet. Quæ diſtinctio approbatur l.43. ff. de uſucap. his uerbis:* Hæres eius qui bona fide rem emit, uſu non capiet, ſciens alienam, ſi modò ipſi poſſeſsio tradita ſit: continuatio uerò non impedietur hæredis ſcientia. *Sexta replicatio eſt: Niſi filiofamiliâs emente ac ſciente, pater ignoret: uel contrà patre ſciente, filius ignoret. Hæc replicatio reprobatur l.43. §. fin. ff. de uſucap. his uerbis:* Patrem non uſucapturum quod filius emit, propter ſuam uel filij ſcientiam, certum eſt. *Septima replicatio eſt: Niſi ſeruo emente ac ſciente, dominus ignoret: uel contrà domino ſciente, ſeruus ignoret. Hæc replicatio in primo quidem caſu reprobatur, approbatur uerò in ſecundo. l.2. §. ſi ſeruus. ff. pro emptore, his uerbis:* Si ſeruus meus bona fide emerit peculiari nomine, etſi ego ubi primùm cognoui, ſciam alienam eſſe, proceſſurã uſucapionem, Celſus ait. initium enim poſſeſsionis ſine uitio fuiſſe. Sed ſi eo ipſo tempore quo emit, quanquam id bona fide faciat, ego alienam rem eſſe ſciam, uſu me non capturum. Etſi quod non bona fide ſeruus meus emerit, in pactionem libertatis mihi dederit, non ideo me magis uſucapturum: durare enim primam cauſam poſſeſsionis, idem Celſus ait. *Concordat d.l.2. §. ſi ſeruus tuus. cuius hæc ſunt uerba:* Si ſeruus tuus peculiari nomine emat rem, quam ſcit alienam eſſe: licet tu ignores alienam eſſe, tamen uſu non capies. *Concordat item d.l.2. §. Celſus, in fine. cuius uerba uide ſ. except. 8. repl.1. Concordat item d.l.2. §. Pomponius, hiſce uerbis:* Pomponius quoq; in his quæ nomine domini poſsideantur, domini potius quàm ſerui uoluntatem ſpectandam ait. Quod ſi peculiari, tunc mentem ſerui quærendam: etſi ſeruus male fide poſsideat, eamq; dominus nactus ſit, ut ſuo nomine poſsideat. adempto (puta) peculio: dicendum eſt ut eadem cauſa ſit poſſeſsionis: & ideo uſucapio ei non magis procedat. *Octaua replicatio eſt: Niſi initio poſſeſsionis ignorauerit. Hæc replicatio approbatur l.unica. §. hoc tantum modo. C. de uſucap. transformanda, his uerbis:* Quod & in rebus mobilibus obſeruandum eſſe cenſemus, ut in omnibus iuſto titulo poſſeſſoris, anteceſſoris iuſta detentio, quam in re habuit, non interrumpatur ex poſteriore forſitan alienæ rei ſcientia, licet ex titulo lucratiuo ea cœpta eſt. *Concordat l.40. §. ſeruum tuum. ff. de adq. poſ. his uerbis:* Seruum tuũ à Titio bona fide emi, & traditum poſſedi, deinde cum comperiſſem tuum eſſe, & ne eum peteres celare cœpi: non ideo magis hoc tempore clàm poſsidere me uideri ait. Nam retrò quoq; ſi ſciens tuum ſeruum non à domino emerim, & cum clàm eum poſsidere cœpiſſem, poſtea certiorẽ te fecerim: non ideo deſinere me clàm poſſidere. *Concordat item l.44. §. etſi. ff. de uſucap. ubi Papinianus:* Etſi (*ait*) poſſeſsionis non contractus initium, quantum ad uſucapionem pertinet, inſpici placet: nonnunquã tamen euenit ut nõ initium præſentis poſſeſsionis, ſed cauſam antiquiorem traditionis, quæ & bonam fidem habuit, inſpiciamus: ueluti circa partum eius mulieris, quã bona fide quis cœperit poſsidere. non enim ideo minus capietur uſu puer, quòd alienam matrẽ, priuſquam eniteretur, eſſe cognouerit,

[a] *L.2. §. ſi defunctus. ff. pro emptore.*
[b] *Inſt. de uſucap. §. diutina.*

cognouerit. Idem in ſeruo poſtliminio reuerſo dictum eſt. *Hæc Papinianus. Quod autem de ſeruo poſtliminiò reuerſo dicit, ſpeciale eſt. Nam qui amiſſa poſſeßione incipit ſcire rem alienam eſſe, poſteaq; eam recuperauerit, ei non prodeſt bona fides prioris poſſeßionis. quod notandum loco duplicationis. quæ duplicatio approbatur l. 15. §. ſi quis bona. ff. de uſucap. his uerbis:* Si quis bona fide poſsidens ante uſucapionem, amiſſa poſſeſsione cognouerit rem eſſe alienam, & iterum nanciſcatur poſſeſsionem, non uſucapiet: quia initium ſecundæ poſſeſsionis uitioſum eſt. *Concordat l. 7. §. qui bona. ff. pro emptore. ubi Iulianus:* Qui bona fide (*inquit*) alienum fundum emerit, & eius poſſeſsionem amiſetit: deinde eo tempore nactus eſt poſſeſsionem, quo ſcit alienā rem eſſe, non capiet longo tempore: quia initium ſecundæ poſſeſsionis uitio non carebit. nec diſsimilis eſt ei qui emptionis quidem tempore putat fundum uendentis eſſe: ſed cum traditur, ſcit alienum eſſe. Cum enim ſemel amiſſa fuerit poſſeſsio, initium rurſus recuperatę poſſeſsionis ſpectari oportet. Quare ſi eo tempore redhibeatur homo, quo smptor ſcit alienum eſſe, uſucapio non contingit: quamuis antequam uenderet, in ea cauſa fuerit ut uſucaperet. Idem iuris eſt in eo qui de fundo deiectus, poſſeſsionsm per intsrdictum recuperauit, ſciens iam alienum eſſe. *Planè duplicatio hæc recipit triplicationem hanc: Niſi ſeruus poſſeſſus ab hoſtibus captus ſit, & poſtliminiò redierit. hoc enim caſu mala fides ſecundæ poſſeßionis nō obſtat, ut paulo antè eſt dictum. Nona replicatio eſt: Niſi cum poſſeßionis initio ſciat rem alienam eſſe poſſeſſor, tempore contractus ignorauerit. Hæc replicatio reprobatur d. l. 7. §. qui bona. uerbis paulo ſuperius propoſitis hiſce:* Nec diſsimilis eſt ei qui emptionis quidem tempore putat fundum uendentis eſſe: ſed cum traditur, ſcit alisnum eſſe. *Decima replicatio eſt: Niſi cum contractus tempore ſciret, traditionis tempore uel poſſeßionis initio ignoret. Hæc replicatio approbatur l. 44. §. etſi poſſeßio. ff. de uſucap. his uerbis:* Et ſi poſſeſsionis non contractus initiū, quantum ad uſucapionem pertinet, inſpici placet, &c. *Vnde Paulus:* Si ex teſtamento (*inquit*) uel ex ſtipulatu res debita nobis tradatur, eius temporis exiſtimationem intuendam, quo traditur: quia conceſſum eſt ſtipulari rem etiam quæ promiſſoris nō ſit. [a] *Planè replicatio hæc recipit duplicationem hāc: Niſi res empta ſit. Quæ duplicatio approbatur l. 3. §. diuerſitatis. ff. pro ſoluto, his uerbis:* In cæteris cauſis ſolutionis tempus inſpicitur (nec intereſt cum ſtipulor, ſciam alienū eſſe, necne: ſufficit enim, me putare tuum eſſe, cum ſoluis) in emptione autem cōtractus tempus inſpicitur, & quo ſoluitur: nec poteſt pro emptore uſucapere qui non emit, nec pro ſoluto ſicut in cæteris contractibus. *Concordat l. 2. in princ. ibi: quare ergo. ff. pro emptore. ubi Paul.* In cæteris contractibus (*inquit*) ſufficit traditionis tempus. Sic deniq; ſi ſciēs ſtipuler rem alienā, uſucapiam, ſi tunc cū tradita eſt mihi, exiſtimem illius eſſe. At in emptione & illud tempus inſpicitur, quo contrahitur. Igitur & bona fide emiſſe debet, & poſſeſsionē bona fide adeptus eſſe. *Concordat item l. 10. in prin. ff. de uſucap. his uerbis:* Si aliena res bona fide empta ſit, quæritur ut uſucapio currat, utrum emptionis initium, ut bonam fidem habeat, exigimus, an traditionis? Et obtinuit Sabini & Caſſij ſententia, traditionis initium ſpectandum eſſe. *Vndecima replicatio hæc eſt: Niſi malæ fidei poſſeſſor cauſam poſſeßionis poſtea mutauerit. De hac re dicetur 3. lib. prox. cap. 2. in fine. Duodecima replicatio eſt: Niſi authore iudice comparauit. Quæ replicatio approbatur l. 180. ff. de reg. iuris, his uerbis:* Qui authore iudice comparauit, bonæ fidei poſſeſſor eſt. *Concordat l. 128. §. fin. ff. eod. tit. cuius uerba uide 3. lib. 1. cap. 2. except. 4. Concordat item l. 11. ff. de adq. poſſeß. his uerbis:* Iuſtè poſsidet, qui authore prætore poſsidet. *Vnde Africanus:* Si alieni ſerui nomine (*inquit*) qui tibi iuſta ſeruitute ſeruiret, noxali tecū egerim: tuq; mihi eum noxæ dederis, ſiue me poſsidente dominus eum uendicet, exceptione doli mali (niſi litis æſtimationem offerat) eum ſummouere poſſum: ſiue ipſe poſsideat, Publiciana mihi datur, & aduerſus exceptionē, Si dominus eius non ſim, utilem mihi replicationem doli mali profuturā, & ſecundum hoc uſu quoq; me capturum, quamuis ſciens alienum poſsideam. Alioquin ſi aliter conſtituatur, futurum ut ſumma iniquitate bonæ fidei poſſeſſor adficiatur, ſi cum ipſo iure noxalis actio aduerſus eum competit, neceſsitas ei imponatur ut litis æſtimationem offerat. Eademq; dicenda ſunt, etſi cum ab eo non defenderetur, iuſſu Prætoris eū duxerim: quoniā iſto quoq; caſu iuſtam cauſam poſsidendi habeo. [a] *Itē Vlpianus ait:* Si res legatæ ſint à teſtatore, nec ſit unde ſuneretur, ad eas quoq; manus mittere oportet: ſed ſi adita fuerit poſtea hæreditas, res emptori auferenda nō eſt: quia bonæ fidei poſſeſſor eſt, & dominium habet, qui autore iudice cōparauit. [b] *Decimatertia replicatio eſt: Niſi putauerit rem mandato domini uenditam eſſe. Quæ replicatio approbatur exemplo l. 14. ff. pro emptore, his uerbis:* Inteſtatæ ſororis hæreditas obuenit duobus fratrib. quorū alter abſens erat, alter præſens. præſens etiam abſentis cauſam agebat. ex

h quā

a l. 16. 4. fin. ff. de uſuc.

a l. 28. ff. de noxalib. act.

b l. 14. 4. ſed etſi ff. de relig. ſumpt. fun.

qua hæreditate, ſuo & fratris ſui nomine fundum in ſolidum uendidit Lucio Titio bona fide ementi. Quæſitũ eſt, cum ſciret partem fundi abſentis eſſe, an totum fundum longa poſſeſsione ceperit? Reſpõdi: Si credidiſſet mandatu fratris ueniſſe, per longum tempus cepiſſe. *Decimaquarta replicatio eſt: Niſi procurator mandatu alicuius rem emens traditam ſibi retinuerit. quæ replicatio approbatur l.15.§.fin.ff.de uſucap.cuius uerba uide ȷ. cap. 4.except.26. exemplo 7.*

¶ *Hactenus exceptiones quæ ſumuntur ex perſona poſſeſſoris, ſunt propoſitæ: ſequuntur nunc eæ, quæ ſumuntur ex perſona eius à quo poſſidet.*

XII. EXCEPTIO: *Niſi auctor mala fide poſſedit, ſciens rem alienam eſſe. Hæc exceptio approbatur l.11.C.de adq. poß.his uerbis:* Vitia poſſeſsionum à maioribus cõtracta perdurãt, & ſucceſſoré auctoria ſui culpa comitatur. *Huius exceptionis ratio eſt: Quia is qui ſciens rẽ alienam uendit, uel alio modo alienat, furtum eius committit. Rei autem furtiuæ uſucapio nõ procedit, ut infrà dicetur. Vnde Imp. Iuſtinianus:* In rebus mobilibus (inquit) non facilè procedit, ut bonæ fidei poſſeſſorib. uſucapio competat. Nam qui ſciens alienam rem uẽdiderit, uel alia ex cauſa tradiderit, furtũ eius committit.[a] *Concordat l.1.C.de uſucap.pro empt.his uerbis:* Mancipia tua ſi ab eis diſtracta ſunt, qui ius uendendi non habuerũt: uindicare ea potes. Nec enim uſucapi ab emptoribus potuerunt, cum illicita uenditione furtũ contractum ſit. *Concordat itẽ l.7.C.eod tit.his uerbis:* Sciens ſeruum alienum contra domini uoluntatem uenundans, furtum committit: quod rei uitium priuſquam ad dominum eius reuertatur poſſeſsio, non permittit uſucapionem fieri, licet bona fide poſsideatur. *Concordat itẽ l.2. C.de uſucap.pro donato, his uerbis:* Donantem ancillam alienam nihil domino deminuere nõ eſt ambigui iuris, furtum etiam contrahere citra uoluntaté domini contrectantem, ut eius rei nec uſucapio poſsit procedere. *Planè propoſitæ exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi res ſoli ſit, non mobilis. tũc enim mala fides auctoris poſſeſſori nõ nocet. quæ replicatio colligi poteſt ex uerbis Imp. Iuſtiniani paulo ſuperius propoſitis hiſce:* In rebus mobilibus non facilè procedit ut bonæ fidei poſſeſſoribus uſucapio competat, &c. *Ergo in rebus immobilibus ſcientia auctoris poſſeſſori non nocet. Cui concordant ea quæ habentur ȷ.cap.prox.except. 22.repl.7.ſed & concordat l.5. in prin. ff. de diuerſis temp.præſcript.his uerbis:* An uitium auctoris, uel donatoris, eiuſúe qui mihi rem legauit, mihi noceat, ſi forte auctor meus iuſtum initium poſsidendi non habuit, uidẽdum eſt? Et puto neq; nocere neq; prodeſſe. nam denique & uſucapere poſſum, quod auctor meus uſucapere non potuit. *Concordat item l.7.§.procurator.ff.pro emptore.cuius uerba uide ȷ.cap.6.pro emptore.except.15. Huius replicationis duplicatio prima hæc eſt: Niſi poſſeſſor hæreditario iure ſucceſſerit auctori uitioſo. quæ duplicatio approbatur l.11.ff.de diuerſis & tẽp. præſcript. his uerbis:* Cum hæres in omne ius defuncti ſuccedit, ignorantia ſua defuncti uitia non excludit: ueluti cum ſciens alienum, uel precariò poſſedit. Quamuis enim precarium hęredem ignorantem non teneat, nec interdicto rectè conueniatur: tamen uſucapere non poterit, quod defunctus non potuit. Idem iuris eſt, cum de longa poſſeſsione quæritur: nec enim rectè defendetur, cum exordium rei bonæ fidei ratio non tueatur. *Concordat Inſt.de uſucap.§.diutina.ibi: quod ſi ille, his uerbis:* Diutina poſſeſsio quæ prodeſſe cœperat defuncto: & hæredi & bonorum poſſeſſori continuatur, licet ipſe ſciat prædium alienum eſſe. Quòd ſi ille initiũ iuſtum non habuit: hęredi & bonorũ poſſeſſori, licet ignorãti, poſſeſsio nõ prodeſt. *Concordat item l.4.§.hæres.ff.de uſucapionib.cuius uerba uide ȷ.except.23.caſu.5.Concordat item l.3.C. communia de uſucap.his uerbis:* Si mala fide ſeruum tuum ſciens Antiochus tenuit: intentionem tuam cõtra ſucceſſorem eius, licet bona fide poſsidet, propter initij uitium uſucapio non abſumpſit. *Propoſitæ duplicationis triplicatio hæc eſt: Niſi hæres ex re à defuncto mala fide poſſeſſa fructus, partum uel fœtum bona fide perceperit. Hæc enim uſucapere hæres poterit, quamuis ipſam rem non poßit. quæ triplicatio approbatur l.4.§.fructus.ff.de uſucapionib.his uerbis:* Fructus & partus ancillarum, & fœtus pecorum (ſi defuncti non fuerint) uſucapi poſſunt. *Planè iamdictæ triplicationis quadruplicatio hæc eſt: Niſi ipſa res furtiua ſit. tunc enim quamuis ex ea hæres fructus uel partum bona fide perceperit, non tamen eos uſucapit. quæ quadruplicatio approbatur d.l.4.§. hæres.cuius uerba (ut dixi) uide ȷ.except.23. caſu 5. Altera propoſitæ replicationis duplicatio hæc eſt: Niſi bonæ fidei poſſeſſor acceßione ſui auctoris uitioſe uelit uti. hæc enim acceßio illi denegatur per ea quæ habentur infrà except. 54. replic. 2. duplic. 1. Tertia duplicatio eſt: Niſi dominus ignorauit rem ſuam eſſe, eamq; fuiſſe alienatam. hoc enim caſu mala fides auctoris bonæ fidei poſſeſſori nocet. quæ duplicatio approbatur Nouell. c. 119. §. ultra hæc. his uerbis:* Sancimus, ut ſi quis mala fide res poſsidens, aut per uenditionẽ, aut per donationem, aut aliter eas alienet: alius autẽ qui eas res ad ſe pertinere putet, ſciẽs prudensq; intra decem annos inter præſentes, & uiginti inter abſentes ſecundum

leges

[a] *Inſt. de uſucap. §. furtiuæ. in fine.*

leges emptorem, aut qui donationem acceptauit, aut iu quem alio quocunq; modo res tranſlatæ fuerint, teſtatò non conueniat: is qui huiuſmodi res adeptus fuerit, firmiter eas obtineat, poſt decennij uidelicet inter præſentes, inter abſentes uerò uicennij decurſum. Cæterùm ſi uerus rerum dominus ignoret ſimul quòd eæ res ad ipſum pertineant, ſimul quòd alienatio interceſſerit: iubemus ut non aliter quàm tricennij præſcriptione excludatur: eo qui res hoc modo poſsidet dicere nequeunte, quòd ipſe bona fide poſsideat, quandoà mala fidei poſſeſſore haſce perceperit. *Quarta duplicatio eſt: Niſi res immobilis ab auctore uel alio ui fuerit poſſeſſa. tunc enim nocet bonæ fidei poſſeſſori. de qua re uide j. except. 21. Plures huius generis exceptiones uide j. cap. 6. pro emptore.*

¶ *Sequitur tertium exceptionum genus aduerſus uſucapionem, earum uidelicet quæ ſumuntur ex perſona eius per quem poßidetur.*

XIII. EXCEPTIO: *Niſi per alium poßideat. Hæc exceptio ipſo iure reprobatur l. 7. §. fin. ff. pro emptore. cuius uerba uide s̄ lib. prox. cap. 2. reg. 6. in prin. Concordat l. 1. C. de adq. poſſeß. cuius uerba uide paulo ſuperius except. 8. repl. 1. dupl. 1. Concordat Inſt. per quas perſonas cuique adquir. §. non ſolùm. in fine. cuius uerba uide s̄. lib. prox. cap. 2. reg. 2. except. 3. Concordat ijſdem ferè uerbis l. 10. §. non ſolum ff. de adquir. rer. dom. Concordat item l. 8. ff. de uſucap. cuius uerba uide s̄. except. 8. repl. 1. Planè admittitur exceptio propoſita, ſi quis per ſe uſucapere non poßit. hic enim nec per alium poterit uſucapere. quæ diſtinctio approbatur d. l. 8. in fine, his uerbis:* Eum qui ſuo nomine nihil uſucapere poteſt, ne per ſeruum quidem poſſe Pedius ſcribit. *Alias propoſiti generis exceptiones uide j. lib. prox. cap. 3.*

DE EXCEPTIONIBVS quæ ſumuntur ex re quæ poſſidetur. Cap. III.

Qvartum exceptionum genus ſequitur, earum ſcilicet quæ ſumuntur ex re poſſeſſa.

XIIII. EXCEPTIO: *Niſi res talis ſit, ut uſucapi non poßit. Hæc exceptio approbatur Inſt. de uſucap. § nouißimè, his uerbis:* Nouiſsimè ſciendum eſt, rem talem eſſe debere, ut in ſe non habeat uitium, ut à bonæ fidei emptore uſucapi poſsit, uel qui ex alia iuſta cauſa poſsidet. *Huius exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi uitium rei ſit purgatum. quæ replicatio approbatur l. 4. §. fin. ff. de uſucap. his uerbis:* Interdum, etiamſi non fuerit inchoata uſucapio à defuncto, procedit hæredi eius: ueluti ſi uitium quod obſtabat, nō ex perſona, ſed ex re, purgatō fuerit: utputa ſi fiſci res eſſe deſierit, aut furtiua, aut ui poſſeſſa. *Species propoſitæ exceptionis ſunt exceptiones proximè ſequentes.*

XV. EXCEPTIO: *Niſi res ſacra. ſancta, religioſa uel publica, uel liber homo poßideatur. Hæc exceptio approbatur Inſt. de uſucap. §. ſed aliquando, his uerbis:* Sed aliquando etiamſi maximè quis bona fide rem poſſederit, non tamē illi uſucapio ullo tempore procedit: ueluti ſi quis liberum hominem, uel rem ſacram, uel religioſam, uel ſeruum fugitiuum poſsideat. *Concordat l. 9. ff. de uſucap. ubi Caius Iuriſconſultus:* Vſucapionem (*inquit*) recipiunt maximè res corporales, exceptis rebus ſacris, ſanctis, publicis, populi Romani, ciuitatum, item liberis hominibus. *Concordat item l. 5. C. de operibus publicis. cuius uerba uide s̄. lib. 12. cap. 11. reg. 8. item concordat l. 2. C. ne rei dominicæ uel templorum, &c. cuius uerba uide s̄. lib. prox. cap. 8. reg 7. except 1. Concordat item l. 45. in prin. ff. de uſucap. his uerbis:* Præſcriptio longæ poſſeſsionis ad obtinenda loca iure gentium publica concedi non ſolet. Quod ita procedit, ſi quis ædificio funditùs diruto, quod in littore depoſuerat, aut dereliquerat, ædificio alterius poſtea eodem loco extructo occupanti datam exceptionem opponat: uel ſi quis quod in fluminis publici diuerticulo ſolus pluribus annis piſcatus ſit, alterum eodem iure prohibeat. *Planè quod hic dicitur de diuerticulo fluminis publici, ei contradicit l. 7. ff. de diuerſis & temp. præſcript. his uerbis:* Si quiſquam in fluminis publici diuerticulo ſolus pluribus annis piſcatus ſit: alterum eodem iure uti prohibet.

XVI. EXCEPTIO: *Niſi res fiſci uel Imperatoris poßideatur. Hæc exceptio approbatur Inſt. de uſucap. §. res fiſci, his uerbis:* Res fiſci noſtri uſucapi non poteſt. *Concordat l. 2. C. communia. de uſucap. his uerbis:* Iampridem quidē mancipium, de quo ſupplicas, comparaſſe te dicis: ſed ſi cogitaueris rem fiſci mei uſucapi non poſſe, reſpondere te actionibus fiſci mei intelligis, nec aliàs poſſe rei proprietatem obtinere, quàm ſi non ex ancilla fiſcali natum fuiſſe conſtiterit. *Concordat item l. 1. C. ne rei dominicæ uel templ. his uerbis:* Sæpenumero præceptum eſt ut ſerui atque liberti, colonique præterea rei noſtræ, nec non etiam eorum ſoboles ac nepotes, quicunque de noſtris poſſeſsionibus receſsiſſent, ac ſe ad diuerſa militiæ genera contuliſſent: cingulo in quo obrepſerant fraudulenter exuti, ſi ad aliquas fortaſſe tranſcenderint dignitates, omni temporis definitione ſubmota, noſtro patrimonio reddantur. *Concordat l. 2. C. eod. tt. cuius uerba uide s̄. lib. prox. cap. 8. reg. 7. except. 1. item concordat l. 3. C. eod. tt. his uerbis:* Si quā

unquam loca ad ſacrum dominium pertinentia cuiuslibet temeritas occupauerit, ſecundum ueteris cenſus fidem in ſua iura retrabantur. Reſcripta igitur obteptionibus impetrata cum præſcriptione longi tempotis & noui cenſus pręiudicio ſub mouebit authoritas tua, atque ita omnia ſuo corpori quæ ſunt auulſa, teſtituet. Neque enim incubatio diuturna, aut nouella ptoſeſsio ptoprietatis noſtræ priuilegium abolete poterit. *Concordat denique l. 2. C. de fundis & ſaltibus rei Tamiacæ, his uerbis:* Si qua loca ed ſacrum tameium pertinentia cuiuslibet temeritas occupauerit, ſecundum ueteris cenſus fidem in ſua iura retrabantur: teſcriptis pet obreptionem impetratis, & ptæſcriprione longi temporis, & noui ceuſus præiudicijs in hac cauſa ſubmouendis. Neque enim aut ptecatio colotata, aut incubatio diuturna, aut nouella profeſsio proprietatis noſtræ priuilegium abolete potuerunt. *Huius exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi quis bona uacantia fiſco nondum nunciata, occupet bona fide. quæ replicatio approbatur l. 18. ff. de uſucap. his uerbis:* Quamuis aduerſus fiſcum uſucapio non ptocedat, ſi tamen ex bonis uacantibus, nondũ tamen fiſco nunciatis, emptor prædij ex ijſdem bonis extiterit, tectè diutina poſſeſsione capiet, idq; conſtitutum eſt. *Concordat Inſt. de uſucap. §. res fiſci, his uerbis:* Res fiſci noſtri uſucapi non poteſt. Sed Papinianus ſcripſit, bonis uacantibus fiſco nondum nunciatis, bonæ fidei emptotem traditam ſibi tem ex his bonis uſucapere poſſe: & ita diuus Pius, & diui Seuetus & Antoninus teſcripſerunt. *Secunda replicatio eſt: Niſi res fiſci eſſe deſierit. Hæc replicatio approbatur l. 24. §. fin. ff. de uſucap. cuius uerba uide ſuprà except. 14. Tertiæ replicationis loco notãdum, quòd quadraginta annis in hiſce rebus præſcribatur. quæ replicatio ſeu præſcriptio approbatur l. 14. C de fundis patrimonialibus lib. 11. cuius uerba uide alibi in iure emphyteutico.*

XVII. EXCEPTIO: *Niſi res ſit prouincialis ſoli. Hæc exceptio iure quidem antiquo approbabatur, reprobatur uerò iure nouo. Inſt. de uſucap. in prin. cuius uerba uide ſuprà cap. 1. in prin. Concordat l. unica. C. de uſucap. transfor. cuius uerba uide d. cap. 1. in prin.*

XVIII. EXCEPTIO: *Niſi res ſit ſoli. Hæc exceptio reprobatur l. 9 ff. de diuerſis & temp. præſcript. his uerbis:* Reſctiptis quibuſdam diui Magni Antonini cauetur, ut in rebus ſoli locus ſit præſcriptioni diutinæ poſſeſsionis.

XIX. EXCEPTIO: *Niſi res ſit incorporalis. Hæc exceptio approbatur l. 43. §. incorporales. ff. de adq. rer. dom. his uerbis:* Incorporales tes traditionem & uſucapionem non recipere manifeſtum eſt. *Ratio huius exceptionis eſt, quia res incorporales poßideri non poſſunt.* [a] *Concordat l. 9. ff. de uſucap. cuius uerba uide ſ. except. 25. Proinde Vlpianus:* Hoc iute utimur (*inquit*) ut ſetuitutes per ſe nunquam longo tempote uſucapi poſsint, cũ ædificijs poſſint. [b] *Planè libertatem ſeruitutum uſucapi poſſe, uerius eſt. Itaq; ſi cum tibi ſeruitutem deberem, ne mihi puta liceret altius ædificare, & per ſtatutum tempus altius ædificatum habuero, ſublata erit ſeruitus.* [c] De *qua re uide d. lib. 25. cap. 3. cauſa 10.*

XX. EXCEPTIO: *Niſi res quæ poßidetur, abſit. Hæc exceptio reprobatur l. 12. §. de rebus. C. de præſcript. longi temp. his uerbis:* De rebus, de quibus dubitatio eſt, nulla erit differẽtia, ſiue in eadẽ prouincia ſint, ſiue in uicina, uel trans mate poſitæ, uel longo ſpacio ſepatatæ.

XXI. EXCEPTIO: *Niſi res quæ poßidetur, furtiua ſit, uel ui poſſeſſa. Hæc exceptio approbatur Inſt. de uſucap. §. furtiuæ. his uerbis:* Furtiuæ quoq; res, & quæ ui poſſeſſæ ſunt, nec ſi prædicto longo tempote bona fide poſſeſſæ fuerint, uſucapi poſſunt. nam furtiuarum terum lex XII. Tabularum & lex Attilia inhibent uſucapionem, ui poſſeſſarum lex Iulia & Plautia. Quod autem dictũ eſt, furtiuarum & ui poſſeſſarum terum uſucapionem pet leges ptohibitam eſſe, non eò pertinet ut ne ipſe fur, quiue petuim poſſidet, uſucapere poſsit (nã his alia ratione uſucapio non competit, quia ſcilicet mala fide poſsident) ſed ne ullus alius: quamuis ab his bona fide emerit, uel ex alia cauſa acceperit, uſucapiendi ius habeat. *Concordat l. 4. in prin. ff. pro ſoluto. cuius uerba uide ſ. repl. 11. dupl. 6. tripl. 1. Concordat item l ult. ff. ui bonorum raptorum, his uerbis:* Quod ui poſſeſſum taptumue ſit, antequam in poteſtatẽ domini, hæredisue eius perueniat, uſucapi lex uetat. *Concordat item l. 1. & l. 7. C. de uſucap. pro emptore. cuius utriuſq; legis uerba uide ſ. cap. prox. except. 12. in prin. Concordat l. 2. C. de uſucap. pro donato. cuius uerba uide d. except. 12. in prin. Planè huius exceptionis plures ſunt replicationes.*

PRIMA *replicatio eſt: Niſi filius patris, uel ſeruus domini res ſurripuerit. Hæc replicatio reprobatur Inſt. de furtis. §. hi qui in, his uerbis:* Hi qui in parentũ uel dominorũ poteſtate ſunt, ſi rẽ eis ſubripiunt, furtum quidem faciunt, & res in furtiuam cauſam cadit, nec ob id ab ullo uſucapi poteſt, antequam in domini poteſtatem teuertatur, &c. *Planè ſi ſeruus inſciente domino rem peculiarem uẽdidiſſet, emptor uſucapere poteſt. l. 34. ff. de uſucap. Secunda replicatio eſt: Niſi uxor mariti rem ſurripuerit. Hæc replicatio reprobatur l. 29. ff. rerum amotarũ. his uerbis:* Nam ueritate furtum fit, etſi leuius coercetur

a l. 4. §. ſi ui. am. in fine. ff. de uſucap.

b l. 10. §. hoc iure. ff. de uſucap. de qua re uide infrà lib. 25. cap. 2. cauſa 5.

c l. 4. §. fin. ff. de uſucap.

tut mulieri: quare nec à bonæ fidei poſſeſſore ita res amoræ uſucapiuntur. *Tertia replicatio eſt: Niſi debitor pignus ſurripuerit. Hæc replicatio approbatur l. 4. §. ſi rem. ff. de uſucap. his uerbis:* Si rem pignori datam debitor ſurripuerit & uendiderit, uſucapi eam poſſe, Caſsius ſcribit: quia in poteſtatem domini uidetur perueniſſe, qui pignori dederit. quamuis cum eo furti agi poteſt: quod puto rectius dici. *Concordat l. 5. ff. pro emptore, his uerbis:* Si rem quá tibi pignoraui ſubripuero, eamq; diſtraxero, de uſucapione dubitatum eſt. Et uerius eſt, utiliter cedere rem pora uſucapionis. *Contradicit l. 6. C. de uſucap. pro emptore, his uerbis:* Cum ſit probatum rem pignori fuiſſe obligatam, & poſtea à debitore diſtractam: palàm eſt nõ potuiſſe eam quaſi furtiuam uſucapi. *Contradicit itẽ l. ult. ff. pro ſoluto. cuius uerba uide 7. repl. u. dupl. 6. tripl. 1. Quarta replicatio: Niſi dominus bonæ fidei poſſeſſori uel fructuario rem ſuam ſurripuerit. Hæc replicatio approbatur l. 20. §. fin. ff. de furtis, his uerbis:* Si bona fide rem meá emeris, eamq; ego ſurripuero: uel etiam tuus uſusfructus ſit, & eam contrectauero: tenebor tibi furti actione, etiáſi dominus rei ſim. Sed his caſibus uſucapio quaſi furtiuæ rei non impediatur: quoniam etſi alius ſurripiat, & in meam poteſtatem reuerſa res fuerit, uſucapiatur. *Quinta replicatio eſt: Niſi tutor rem pupilli ſurripuerit. Hæc replicatio reprobatur l. 7. §. ſi tutor. ff. pro emptore. his uerbis:* Si tutor rem pupilli ſui ſurripuerit & uendiderit, uſucapio non contingit, priuſquàm res in poteſtatem pupilli redeat. Nam tutor in re pupilli tunc domini loco habetur, cum tutelam adminiſtrat, non cum pupillum expoliat. *Sexta replicatio eſt: Niſi quis ſine dolo malo, & non furandi animo rem alienã uendiderit. Hæc replicatio approbatur l. 36. cum l. ſequente. ff. de uſucap. his uerbis:* Poteſt pluribus modis accidere, ut quis rem alienam aliquo errore deceptus, tanquam ſuam uendat forte, aut donet: & ob id à bonæ fidei poſſeſſore res uſucapi poſsit. Veluti ſi hęres rem defuncto commodatam aut locatam, uel apud eum depoſitam exiſtimans hæreditariam aſſe, alienauerit. Item ſi quis aliqua exiſtimatione deceptus, crediderit ad ſe hæreditatem pertinere, quæ ad eum non pertineat, & rem hæreditariam alienauerit: aut ſi is ad quem uſusfructus ancillæ pertinet, partũ exiſtimans ſuum eſſe (quia & fœtus pecorum ad fructuarium pertinet) alienauerit, furtum non committit: furtum enim ſine affectu furendi non committitur. *Concordat iiſdẽ propè uerbis Inſt. de uſucap. §. ſed tamen id. Septima replicatio eſt: Niſi quis ſine ui fundi alieni poſſeſsionem ſit nactus. Hæc replicatio approbatur l. 37. cum l. ſequente. ff. de uſucap. his uerbis:* Fundi quoq; alieni poteſt aliquis ſine ui nanciſci poſſeſsionem, quæ uel ex negligentia domini uacat, uel quia dominus ſine succeſſore deceſſerit, uel longo tẽpore abfuerit. Quare ipſe quidem non poteſt uſucapere, quia intelligit alienum ſe poſsidere, & ob id mala fide poſsidet. Sed ſi alij bona fide accipienti tradiderit, poterit uſucapere: quia nec ui poſſeſſum, nec furtiuum poſsidet. Abolita eſt enim quorundá ueterum ſententia, exiſtimantium etiam fundi loci ue furtum fieri. *Concordat Inſt. de uſucap. §. quod autem ad eas res. his uerbis:* Quod ad eas res quæ ſolo continentur expedit, ius ita procedit, ut ſi quis loci uacantis poſſeſsionem propter abſentiam aut negligentiam domini, aut quia ſine ſucceſſore deceſſerit, ſine ui nanciſcatur: quamuis ipſa mala fide poſsideat (quia intelligit ſe alienum fundum occupaſſe) tamen ſi alij bona fide accipienti tradiderit, poterit ei longa poſſeſsione res adquiri: quia neque furtiuum neque ui poſſeſſum acceperit. Abolita eſt enim quorundam ueterum ſententia, exiſtimantium etiam fundi lociue furtum fieri. Et eorum utilitati qui res ſoli poſsidẽt, principalibus conſtitutionibus proſpicitur, ne cui longa & indubitata poſſeſsio debeat auferri. *Huius replicationis duplicatio hæc eſſe uidetur: Niſi poſtea dominum uenientem accedere prohibuerit. Quæ tamẽ duplicatio reprobatur l. 4. §. item ſi occupaueris. ff. de uſucap. his uerbis:* Si occupaueris uacuam poſſeſsionem, deinde uenientem dominum prohibueris, non uideberis ui poſſediſſe. *Sed & alia duplicatio uidetur eſſe, hæc ſcilicet: Niſi cum alius antea dominum ui de poſſeſsione deieciſſet, alius poſtea uacuam poſſeſsionem occupauerit. quæ tamen duplicatio itidem reprobatur l. 4. §. ſi tu ui me. ff. de uſucap. his uerbis:* Si tu ui me expuleris de fundi poſſeſsione, nec apprehenderis poſſeſsionem, ſed Titius in uacuam poſſeſsionem intrauerit, poterit longo tempore capi ea res. Quamuis enim interdictum Vnde ui locum habeat, quia uerum eſt ui me deiectum: non tamen uerum eſt, & ui poſſeſſum eſſe. *Concordat l. 33. §. ſi dominus. ff. eod. tit. his uerbis:* Si dominus fundi homines armatos uenientes exiſtimauerit, atque ita profugerit, quamuis nemo eorum fundum ingreſſus fuerit, ui deiectus uidetur. Sed nihilominus id prædium etiam antequam in poteſtatem domini redeat, à bonæ fidei poſſeſſore uſucapitur: quia lex Iulia & Plautia ea demum uetuit longa poſſeſsione capi, quæ ui poſſeſſa fuiſſent, non etiam ex quibus ui quis deiectus fuiſſet. *Octaua replicatio*

eſt: Niſi non dominus, ſed al ut poſſeſſor ui ſit deiectus. Hæc replicatio reprobatur l. 4. §. ſi tu ui. ibi: cæterùm. ff. de uſucap. his uerbis: Etiamſi mala fide fundum me poſsidentem deieceris, & uendideris, non poterit uſucapi: quoniam uerum eſt, ui poſſeſſum eſſo, licet à non domino. Idem dicendum eſt in eo, qui expulerit eum qui pro hærede poſſidebat, quamuis ſciat eſſe hæreditarium. Si fundum alienum bona fide poſsidentem quis, ſciens eſſe alienum expulerit, uſucapers non poteſt: quoniam ui poſsidet. *Nona replicatio eſt: Niſi res hæreditaria, nondum ab hærede poſſeſſa, ſubrepta ſit. Hæc replicatio reprobatur l. 35. ff. de uſucap. his uerbis:* Si homo cuius uſusfructus legatus erat, ab hærede nunquam poſſeſſus, ſurreptus fuiſſet: quæſitum eſt, quia hæres furti actionem non haberet, an uſucapi poſsit? Sabinus reſpondit, nullam eius rei uſucapionom eſſe, cuius nomine furti agi poſsit: agere autem furti eum, qui frui deberet poſſeſsione. Quod ſic accipiendum eſt, ut fructuarius poſsit utifrui. aliter enim homo in eam cauſam non perduceretur: ſed ſi utenti iam & fruenti abductus homo fuerit, non ſolum ipſe, ſed etiam hæres furti agere poterit. *Decima replicatio eſt: Niſi res furtiua ad hoſtes peruenerit, & inde poſtliminiò ſit reuerſa. Hæc replicatio reprobatur l. 27. ff. de captiuis & poſtl. his uerbis:* Latrones tibi ſeruum eripuerant, & poſtea is ſeruus ad Germanos peruenerat, inde bello nictis Germanis ſeruus uenierat. Negant poſſe uſucapi eum ab emptore, Labeo, Ofilius & Trebatius, quia uerum eſſet enm ſubreptum eſſe: nec quod hoſtium fuiſſet, aut poſtliminiò redijſſet, ei rei impedimento eſſe. *Vndecima replicatio eſt: Niſi res furtiua uel ui poſſeſſa in domini poteſtatem ſit reuerſa. Hæc replicatio approbatur Inſt. de uſucap. §. aliquando, his uerbis:* Aliquando etiam furtiua, uel ni poſſeſſa res, uſucapi poteſt: ueluti ſi in domini poteſtatem reuerſa fuerir. tunc enim uitio rei purgato, procedit eius uſucapio. *Huius replicationis duplicatio prima hæc eſt: Niſi res alio modo apud dominum ſit quàm antea fuerit. hoc enim caſu reuerſam eam non prodeſt. quæ duplicatio approbatur l. 4. §. item ſi eam rem. ff. eod. tt. cuius uerba uide §. dupl. ult. Secunda duplicatio eſt: Niſi poſſeſsio domino rurſus poßit auelli. Quæ duplicatio approbatur lege quarta. §. tunc in poteſtatem. ff. de uſucap. his uerbis:* Tunc in poteſtatem domini redijſſe dicendum eſt, cum poſſeſsionem eius nactus ſit, ut iuſtè auelli non poſsir, ſed tanquam ſuæ rei. *Huius duplicationis exemplum eſt, duplicatio ſequens proxima. Tertia duplicatio eſt: Niſi dominus poſſeſſorem fundi ui deiecerit. Hæc duplicatio approbatur l. 4. §. ſi dominus. ff. de uſucap. his uerbis:* Si dominus fundi poſſeſſorem ui deiecerit, Caſsius ait, non uideri in poteſtatem domini redijſſe, quòd interdicto unde ui reſtiturus ſit poſſeſsionem. *Quarta duplicatio eſt: Niſi dominus ignoret rem in ſuam poteſtatem redijſſe. Hæc duplicatio approbatur lege 88. ff. de furtis, hiſce uerbis:* Si ad dominum ignorantem peruenarit res furtiua, uel ui poſſeſſa, non uidetur in poteſtatem domini reuerſa: ideoque nec ſi poſt talem domini poſſeſsionem bona fide ementi uenierit, uſucapio ſequerur. *Huius duplicationis triplicatio prima hæc eſt: Niſi dominus ignorauerit rem ſubreptam eſſe. tunc enim quamuis ignorauerit eam reuerſam eſſe, nihilominus uitium eſt purgatũ. quæ triplicatio approbatur l. 4. §. Labeo. ff. de uſucap. his uerbis:* Labeo ait, ſi res peculiaris ſerui mei ſurrepta ſit me ignoranta, deinde eam nactus ſit, uideri eam in poteſtatem meam redijſſe. Commodius dicitur etiam, ſi ſciero redijſſe eam in meã poteſtatem. Nec enim ſufficit, ſi eam rem quam perdidi, ignorante me ſeruus meus apprehendat, ſi modò in peculio eam eſſe nolui. Nam ſi uolui, tũc exigendum eſt ut & ego facultatẽ eius nacta ſim. Ideoq; ſi ſeruus meus rẽ mihi ſurripuerit, deinde eandẽ ſuo loco reponat, poterit uſucapi quaſi in poteſtatem meam redierit. utiq; ſi neſciui. nam ſi ſciui, exigimus ut redijſſe ſciam in meam poteſtatẽ. *Concordat d. l. 4. §. idem Labeo, his uerbis:* Idem Labeo ait. Si rem quam apud te depoſueram, lucrifaciendi cauſa uẽdideris, deinde ex pœnitentia redemeris, & eodẽ ſtatu habeas: ſiue ignorante me, ſiue ſciente ea geſta ſint, uideri in poteſtatẽ meam redijſſe ſecundum Proculi ſententiam, quæ & uera eſt. *Altera triplicatio eſt: Niſi tutor uel curator domini ſciat rem reuerſam eſſe. tunc enim ignorantia domini non obſtat. quæ triplicatio approbatur l. 4. §. ſi pupillo. ff. de uſucap. his uerbis:* Si pupillo res ſubrepta ſit, ſufficere dicendũ eſt, ſi tutor eius ſciat redijſſe eam in domum pupilli. Sed etſi furioſo, ſufficere curatores ſcire. *Quinta duplicatio eſt: Niſi dominus ignoret rem ſuã eſſe, uel ſibi ſubreptam fuiſſe. Hæc duplicatio approbatur l. 7. §. furtiua. ff. pro emptore, his uerbis:* Furtiua res non intelligitur in domini poteſtatem redijſſe, quamuis poſsideret eam, ſi modò ignorauerit ſurreptam ſibi eſſe. Si igitur ſeruũ, qui tibi ſurreptus erat, ignoranti tibi tuum eſſe pignori dedero, & ſoluta pecunia eum Titio uẽdidero, Titius uſucapere non poteſt. *Concordat l. 4. §. tunc in poteſtatem. ff. de uſucap his uerbis:* Tunc in poteſtatem domini redijſſe dicendum eſt, cum poſſeſsionẽ eius nactus eſt, ut iuſtè auelli

auelli non poſsit: ſed & tanquam ſuæ rei. Nam ſi ignorans rem mihi ſubreptam emam, non uideri in poteſtatem meam reuerſam. *Sexta duplicatio eſt: Niſi in alterius quàm domini poteſtatem ſit reuerſa. Hæc duplicatio approbatur l. 4. §. quod autem. ff. de uſucap. his uerbis:* Quod autem dicit lex Atinia, ut furtiua res non uſucapiatur, niſi in poteſtatem eius cui ſurrepta eſt, reuertatur: ſic acceptum eſt, ut in domini poteſtatem debeat reuerti, non in eius utique cui ſurrepta eſt. Igitur creditori ſurrepta, & ei cui commodata eſt, in poteſtatem domini redire debet. *Huius duplicationis triplicatio prima hæc eſt: Niſi ipſe debitor pignus quod dedit creditori, ſurripuit. tunc enim ſufficit in creditoris poteſtatem rediyſſe. quæ triplicatio approbatur l. ultim. ff. pro ſoluto, his uerbis:* Si quid eſt ſurreptum, id uſucapi non poteſt, antequam in domini poteſtatem peruenerit. Paulus: Immò forſitan & contrà. Nam ſi id quod mihi pignori dederis, ſurripueris, erit ea res furtiua facta: ſed ſimulatque in meam poteſtatem peruenerit, uſucapi poterit. *Secunda triplicatio eſt: Niſi in procuratoris poteſtatem redierit. Hæc triplicatio reprobatur l. 41. ff. de uſucap. his uerbis:* Si rem mihi ſurreptam procurator meus apprehenderit, quamuis per procuratorem poſſeſsionem adipiſci nos iam ferè conueniat, nihilo magis tamen in poteſtatem meam rediJſſe, uſuque capi poſſe exiſtimandum eſt: quia contrà ſtatui captioſum erit. *Tertia triplicatio eſt: Niſi in tutoris uel curatoris poteſtatem redierit. Hæc triplicatio approbatur l. 58. §. qui tutelam. ff. de furtis, biſce uerbis:* Qui tutelam gerit, tranſigere cum fure poteſt: etſi in poteſtatem ſuam redegerit rem furtiuam, deſinit furtiua eſſe, quia tutor loco domini habetur. Sed & circa curatorem furioſi eadem dicenda ſunt, qui adeò perſonam domini ſuſtinet, ut etiam tradendo rem furioſi alienare exiſtimetur. *Huius triplicationis quadruplicatio hæc eſt: Niſi ex furto tutoris res furtiua ſit facta. Quæ quadruplicatio approbatur l. 7. §. ſi tutor. ff. pro emptore. cuius uerba uide ſuprà ead. except. replicat. 5.* *Quarta triplicatio eſt: Niſi in ſerui poteſtatem redierit. Hæc triplicatio approbatur l. 58. §. ſi res. ff. de furtis, his uerbis:* Si res peculiaris ſurrepta in poteſtatem ſerui redierit, ſoluitur furti uitium: & incipit hoc caſu in peculio eſſe, & ita à domino poſsideri. *Huius triplicationis quadruplicatio hæc eſt: Niſi dominus rem peculij eſſe nolit. quæ quadruplicatio approbatur l. 4. §. Labeo quoque. ff. de uſucap. cuius uerba uide ſ. duplicat. 4. Concordat item d. l. 4. §. item ſi eam rem, his uerbis:* Si eam rem quam ſeruus mihi ſubripuerit, peculiari nomine teneat: non uideri in poteſtatem meam reuerſam, Pomponius ait: niſi ita habere cœperimus, quemadmodum habuimus antequam ſubriperetur, aut cum reſciuerimus, in peculio eum habere conceſſerimus. *Hæc de undecima replicatione cum ſuis duplicationibus.* *Duodecima replicatio: Niſi res furtiua uel ui poſſeſſa, poſtea domini uoluntate alij ſit tradita. Hæc replicatio approbatur l. 4. §. tunc in poteſtatem. in fine. ff. de uſucap. his uerbis:* Idem dicendum eſt, etſi uoluntate mea alij tradita ſit. *Decimatertia replicatio eſt: Niſi dominus rem uendicans, litis æſtimationem percepit. Hæc replicatio approbatur l. 4. §. tunc in poteſtatem. ff de uſucap. his uerbis:* Sed etſi uendicauero rem mihi ſurreptam, & eius æſtimationem acceperim, licet corporaliter eius nomine non ſim nactus poſſeſsionem, uſucapietur. *Concordat l. 86. ff. de furtis. cuius uerba uide infrà proximè.* *Decimaquarta replicatio eſt: Niſi dominus furi rem uendiderit. Hæc replicatio approbatur. l. 86. ff. de furtis, biſce uerbis:* Quamuis res furtiua, niſi ad dominum redierit, uſucapi non poſsit: tamen ſi eo nomine lis æſtimata fuerit, uel furi dominus eam uendiderit, non interpellari iam uſucapionis ius dicendum eſt. *Concordat l. 32. in princip. ff. de uſucap. his uerbis:* Si fur rem furtiuam à domino emerit, & pro tradita habuerit: deſinet eam pro furtiua poſsidere, & incipiet pro ſuo poſsidere. *Concordat item l. 6. §. Iulianus. in fine. ff. de precario. cuius uerba uide ſ. lib. proxim. cap. 2. in fine.* *Decimaquinta replicatio eſt: Niſi is qui rem furtiuam uendidit, poſtea domino hæres extiterit, uel alio modo dominium rei ſit nactus. Hæc replicatio approbatur l. 42. ff. de uſucap. his uerbis:* Idem iuris eſt (*ſcilicet in confirmanda uenditione*) cum is qui rem furtiuam uendiderit, poſtea domino hæres extiterit. *Plura de hac replicatione uide ſ. lib. prox. cap. 4. cauſa 1. except. 1. repl. 11. Hæc de 21. exceptione, cum ſuis replicationibus.*

XXII. EXCEPTIO: *Niſi ſeruus fugitiuus poſsideatur. Hæc exceptio approbatur l. 1. C. de ſeruis fugitiuis, biſce uerbis:* Seruum fugitiuum ſui furtum facere, & ideo non habere locum, nec uſucapionem, nec longi temporis præſcriptionem, manifeſtũ eſt: ne ſeruorum fuga dominis ſuis ex quacunq; cauſa fiat damnoſa. *Concordat Inſtit. de uſucap. §. ſed aliquando. cuius uerba uide ſ. except. 13.*

XXIII. EXCEPTIO: *Niſi partus ſit ancillæ furtiuæ, qui poſsidetur. Hæc exceptio reprobatur l. 33. in prin. ff. de uſucap. his uerbis:* Non ſolum bonæ fidei emptores, ſed & omnes qui poſsident ex ea cauſa, quam uſucapio ſequi ſolet, partum ancillæ furtiuę uſu ſuũ

faciunt: idq; ratione iuris introductum at bitror. Ná ex qua cauſa quis ancillam uſucaperet, niſi lex XII. Tabul. uel Attinia obſtaret: ex ea cauſa neceſſe eſt partum uſucapi, ſi apud eum conceptus & editus eo tempore fuerit, quo furtiuam eſſe matrem eius ignorabat. *Concordat l. 49. §. ſi ancilla. ibi: ſed ſi concept. ff. de furtis. cuius uerba uide paulo ĩ. Concordat item l. 13. §. idem Iulian. ff. de publ. in rem act. cuius uerba uide ĩ. lib. prox. cap. 12. quæſt. 3. except. 10. replic. 2. Concordat item l. 3. C. de uſucap. pro emptore, his uerbis:* Si matrem eius cuius nomine te quæſtionem pati dicis, bona fide emptam poſsidere cœpiſti: etiamſi ipſa in cauſam furtiuam inciderit, tamen poſtea conceptum apud te partum uſucapere potuiſti. *Planè exceptio propoſita in quibuſdam caſibus admittitur: quorum primus eſt, quando partus apud furem eſt cõceptus. Qui caſus approbatur l. 49. §. ſi ancilla. ff. de furtis, his uerbis:* Si ancilla ſurripiatur prægnans, uel apud furem conceperit, partus furtiuus eſt, ſiue apud furem edatur, ſiue apud bonæ fidei poſſeſſorem. Sed in hoc poſteriore caſu furti actio ceſſat. Sed ſi concepit apud bonæ fidei poſſeſſorem, ibique peperit: eueniet ut partus furtiuus non ſit, uerum etiam uſucapi poſsit. Idem & in pecudibus ſeruandum eſt, & in fœtu earum quod in partu. *Propoſitæ exceptionis in caſu propoſito replicatio uidetur eſſe talis: Niſi partus apud bonæ fidei poſſeſſorem editus ſit. hoc enim caſu nihil referre uidetur quod apud furem ſit conceptus: uerùm replicatio hæc reprobatur uerbis iam propoſitis hiſce:* Siue apud bonæ fidei poſſeſſorem. *Contradicit l. 10. §. fin. ff. de uſucapionibus his uerbis* Scæuola libro XI. Quæſtionũ ſcribit, Marcellum exiſtimaſſe, ſi bos apud furem conceperit, uel apud furis hæredem, pariatque apud furis hæredem: uſucapi ab hærede diſtractum iuuencum non poſſe, ſic (inquit) quemadmodum nec ancillæ partus. Scæuola autem ſcribit, ſe putare uſucapi poſſe & partum. nec enim eſſe partum rei furtiuæ partem. Cæterùm ſi eſſet pars, nec ſi apud bonæ fidei emptorem peperiſſet, uſucapi poterat. *Alter caſus, quo exceptio propoſita admittitur, eſt, ſi partus tempore furti facti ſuit conceptus. qui caſus approbatur l. 49. §. ſi ancilla. ibi: ſi ancilla ſurripiatur prægnans. ff. de furtis. cuius uerba uide ĩ. caſu proxim. in princip. Tertius caſus eſt, quando poſſeſſor ſcit ancillam furtiuam eſſe. Qui caſus approbatur l. 4. in princip. ff. pro ſuo, his uerbis:* Si ancillam furtiuam emiſti bona fide, & quod ex ea natum, & apud te conceptum eſt, ita poſſediſti, ut intra conſtitutum uſucapionis tempus cognoſceres matrem eius furtiuam eſſe: Trebatius omnino putat, quod ita poſſeſſum eſſet, uſucaptum eſſe. Ego ſic puto diſtinguendum, ut ſi neſcieris intra ſtatutum tempus, cuius id mancipium eſſet, aut ſi ſcieris, neque potueris certiorem dominum facere: aut ſi potueris quoque, & feceris certiorem, uſucaperes: ſin uerò cum ſcires, & poſſes, non feceris certiorem, contrà eſſe. tunc enim clàm poſſediſſe uideberis, neque enim idem & pro ſuo & clàm poſsideri poteſt. *Concordat l. 4. §. ſi antequam. ff. de uſucap. ubi Paulus:* Si antequam pariat (*inquit*) alienam ancillam eſſe ſcierit emptor, diximus non poſſe eum uſucapere: quòd ſi neſcierit, poſſe. Quòd ſi iam cum uſucaperet, cognouerit alienam eſſe, initium uſucapionis intueri debemus: ſicut in emptis rebus placuit. *Huius exceptionis in caſu propoſito replicatio prima hæc eſt: Niſi poſt conceptionem demum poſſeſſor matrem cognouerit alienam eſſe. tunc enim quamuis antequam eniteretur, cognouit, ſcientia illi nihil obeſt. quæ replicatio approbatur l. 44. §. etſi poſſeſsionis. ff. de uſucap. his uerbis:* Nonnunquam euenit, ut non initium præſentis poſſeſsionis, ſed cauſam antiquiorem traditionis, quæ & bonam fidem habuit, inſpicis mus: ueluti circa partum eius mulieris, quam bona fide cœperit quis poſsidere. non enim ideo minus capietur uſu puer, quòd alienam matrem, priuſquam eniteretur, eſſe cognouerit. *Altera replicatio eſt: Niſi poſſeſſor dominum certiorem facere non potuerit. Tertia replicatio eſt: Niſi poſſeſſor dominum fecerit certiorem. Hæ duæ replicationes approbantur uerbis l. 4. in princip. ff. pro ſuo. paulo ſuperius propoſitis. Hæc de tertio caſu. Quartus caſus eſt: Si ſeruus uel alius pro libertate eius ancillam furtiuam domino dederit. qui caſus approbatur l. 4. §. de illo. ff. de uſucap. his uerbis:* De illo quæritur, ſi ſeruus meus ancillam, quam ſurripuerit, pro libertate ſua mihi dederit, an partum apud me conceptum uſucapere poſsim. Sabinus & Caſsius non putant: quia poſſeſsio, quam ſeruus uitioſè nactus ſit, domino noceret. quod uerum eſt. Sed etſi ut ſeruum meum manumitterem, alius mihi furtiuã ancillam dederit, eaque apud me conceperit & pepererit, uſu me non capturum. Idemque fore, ſi quis eam ancillam mecum permutaſſet, aut in ſolutum dediſſet, item ſi donaſſet. *Hiſce contradicere uidetur l. 9. ff. pro emptore, his uerbis:* Qui ob pactionem libertatis ancillam furtiuam à ſeruo accepit, poteſt partum eius quaſi emptor uſucapere. *Concordat itẽ l. 10. ff. eod. tit. his uerbis:* Seruus domino ancillam quam ſubripuerat, pro capite ſuo dedit, eaq; concepit: quæſitum eſt, an dominus eum partum uſucapere poſsit?

poſsit? Iulianus reſpondit, hic dominus quaſi emptor partum uſucapere poteſt: náq; res ei abeſt pro hac muliere, & genere quodámodo uenditio inter ſeruum & dominum contracta eſt. *Quintus caſus eſt, quãdo hæres in defuncti uitium ſuccedit. qui caſus approbatur lege 4. §. hæres. ff. de uſucap. his uerbis:* Hęres qui in ius defúncti ſuccedit, licet apud eũ ignorantem ancillam furtiuam eſſe, conceperit ea, & pepererit, non tamen uſucapiet. *Planè hoc caſu replicatio hæc eſt: Niſi hæres furis bonæ fidei poſſeſſori partum alienauerit. ab hoc enim poterit uſucapi. quæ replicatio approbatur l. 19. §. fin. ff. de uſucap. cuius uerba uide ſ. ead. except. caſu 1.*

XXIIII. EXCEPTIO: *Niſi id quod poßidetur, ex re furtiua ſit perceptum, uel confectũ. Hæc exceptio approbatur exemplo lanæ, l. 4. §. lana ouium. ff. de uſucap. his uerbis:* Lana ouium furtiuarum, ſiquidem apud furem detonſa eſt, uſucapi non poteſt. *Idem iuris eſt, ſi ex lana furtiua ueſtimentum feceris. nam uerius eſt (inquit Paulus) ut ſubſtantiam ſpectemus, & ideo ueſtis furtiua erit.*[a] Ait lex: Siquidem apud furem detonſa eſt. *Ex his uerbis colligitur replicatio aduerſus exceptionem propoſitam, hæc ſcilicet: Niſi apud bonæ fidei poſſeſſorem primùm ex re furtiua ſit perceptum. Quæ replicatio approbatur etiam in d. §. lana ouium, his uerbis:* Si uerò apud bonæ fidei emptorẽ (ſcilicet detonſa eſt) contrà: quoniàm in fructu eſt, nec uſucapi poteſt, ſed ſtatim emptòris fit. Idem in agnis dicendum eſt, ſi conſumpti ſunt: quod uerum eſt. *Huic concordat l. 49. §. ſi ancilla. ff. de furtis. ubi Vlpianus:* Si ancilla concepit apud bonæ fidei poſſeſſorem, ibiq; peperit, eueniet ut partus furtiuus non ſit: uerùm etiam uſucapi poſsit. Idem & in pecudibus (*inquit*) obſeruandum eſt, & in fœtu earum, quod in partu. Ex furtiuis equis nati (*idem ait*) ſtatim ad bonæ fidei emptorem pertinebunt: & meritò, quia & in fructu numerantur.

a d. l. 4. 4. ſi ex lana.

DE EXCEPTIONIBVS QVAE ſumuntur ex cauſa poſſeßionis. Cap. IIII.

Qvintum exceptionum genus aduerſus uſucapionem, ſumitur ex cauſa poſſeßionis: cuius generis ſpecies nunc ſequuntur.

XXV. EXCEPTIO: *Niſi cauſa ex qua poſſeßio adquiſita eſt, ad transferendum dominium utilis ſit. Tunc enim is cui res tradita eſt, ſtatim dominium eius nanciſcitur ſine uſucapione. Hæc exceptio approbatur l. 12. §. ſi quis ſeruum. ff. de captiuis, hiſce uerbis:* Quod meum eſt, iam uſucapere me intelligi non poteſt. *Concordat Inſt. lib. 2. tit. 9. §. ex his itaq; ibi: & per hanc. cuius uerba uide ſ. lib. prox. cap. 2. reg. 9. except. 1. Concordat item l. 74. ff. de contrah. empt. cuius uerba uide ſ. lib. prox. cap. 2. cauſa 3. Concordat item l. 4. §. lana ouium. ibi: ſi uerò apud. ff. de uſucap. cuius uerba uide ſ. except. prox. repl. 1.*

XXVI. EXCEPTIO: *Niſi cauſa ex qua poſſeßio adquiſita eſt, ipſo iure ad transferendum dominium ſit inutilis. hoc eſt: Cum res ita datur, ne fiat accipientis. tunc enim nec diutina poſſeßione dominium ex ea cauſa transfertur. Quæ exceptio approbatur argumento l. 13. §. 1. ff. de Public. in rem actione. cuius hæc ſunt uerba:* Interdum quibuſdã nec ex iuſtis poſſeſsionibus cõpetit Publicianum iudicium. nanq; pignoraticiæ & precariæ poſſeſsiones iuſtæ ſunt. ſed ex his nõ ſolet competere tale iudiciũ, illa ſcilicet ratione, quia neq; creditor, neq; is qui precariò rogauit, eo animo náciſcitur poſſeſsionem, ut credat ſe dominũ eſſe. *Ex huiuſmodi igitur cauſis nec uſucapionem procedere dicendum eſt. Quia quemadmodum ea quæ uſucapi nõ poſſunt, nec Publiciana actione poſſunt peti:*[a] *ita contrà quoq; quæ Publiciana peti nequeunt, nec uſucapi poſſe dicendum eſt. Concordat l. 24. C. de rei uendicat. his uerbis:* Nullo iuſto præcedente titulo poſsidentes ratio iuris quærere dominiũ prohibet. Idcirco cum etiam uſucapio ceſſet, intẽtio dominij nunquam abſumitur. Vnde hoc caſu poſtliminio reuerſo, citra beneficium actionis reſciſſorię directa permanet integra uindicatio. *Propoſitæ exceptionis exemplum primum proponitur l. 13. in prin. ff. de uſucapionibus, his uerbis:* Pignori rem acceptã uſu non capimus: quia pro alieno poſsidemus. *Alterum exemplum proponitur in re precariò accepta & conducta. l. 2. C. de præſcript. 30. annorũ. his uerbis:* Malè agitur cum dominis prędiorum, ſi tanta precariò poſsidentibus prærogatiua defertur, ut eos poſt quadraginta annorum ſpacia qualibet ratione decurſa, inquietare non liceat: cum lex Conſtantiniana iubeat ab ijs poſſeſſorib. initiũ non requiri, qui ſibi potius quàm alteri poſſederunt: eos autẽ poſſeſſores non conuenit appellari, qui ita tenent ut ob hoc ipſum debeant præſtare ſolitam mercedem. Nemo igitur qui ad poſſeſsionem conductor accedit, diu alienas retinando res ius ſibi proprietatis uſurpet: ne cogantur domini aut amittere quod locauerũt, aut cõductores utiles ſibi fortaſsis excludare, aut annis omnibus ſuper dominio ſuo publicè proteſtari. *Concordat l. 11. ff. de diuerſis temp. præſcript. cuius uerba uide ſ. cap. 2. exc. 12. repl. 1. dupl. 1. Concordat item l. 1. C. communia. de uſucap. his uerbis:* Qui ex cõducto poſsidet, quamuis corporaliter teneat, non tamen ſibi, ſed domino rei creditur poſsidere. Neq; enim colono uel cõductori prędiorum longæ poſſeſsionis præſcriptio adquiritur. *Concordat item l. 1. C. In quibus cauſis ceſſat longi temp. præſcriptio.*

a l. 13. 4. hac actio. ff. de Publ. in rem actione.

ptio, bis uerbis: Si is cui colendum fundum dediſti, poſt inſtrumenta quibus dominium ad te pertinere ptobari poſſet, per nouercam tuam ſubtraxit: hoc ſolo præſcriptione temporis defendi non poteſt. *Concordat item l. 7. §. fin. C. de præſcript. 30. annor. bis uerbis:* Nulla danda licentia, uel ei qui iure emphyteutico rem aliquam per quadraginta, uel per quoſcunque alios annos detinuerit, dicendi ex tranſacto tempore dominium ſibi in ijſdem rebus quæſitum eſſe, cum in eodem ſtatu ſemper manere datas iure emphyteutico res oporteat: uel conductori ſeu procuratori rerum alienarum dicendi ex quocunq; temporum curriculo nō debere ſe domino uolenti poſt completa conductionis tempora poſſeſſionem recipere, eandem reddere. *Tertium propoſitæ exceptionis exemplum eſt: Si quis iure emphyteutico rem aliquam poſſederit: nam nec hic directum eius dominium uſucapit. quod exemplū approbatur uerbis iam propoſitis his:* Nulla danda licentia, uel ei qui iure emphyteutico, &c. *Planè qui rem aliquam ex conducto per quadraginta annos poſſedit, certa omnia penſione præſtita emphyteuta præſumitur. Ideoq́; ex titulo etiam conductionis res præſcribitur quadraginta annis, non tamen quoad dominium, ſed quoad præſumptionem emphyteuſeos: quod replicationis loco contra præcedens proximum exemplum notandum. quæ replicatio approbatur l. ult. C. de fundis patrimonialib. itē gloſſa in l. 2. in uerbo* Repellere. *in fine. C. de iure emphyteutico. de qua re alio loco.* *Quartum propoſitæ exceptionis exemplom eſt in re uſufructus nomine poſſeſſa: quod proponitur l. 8. C. de uſufructu, bis uerbis:* Neq; fructuatium ad obtinendam proprietatem rerum quarum uſumfructum habet, neq; ſucceſſores eius ulla temporis ex ea cauſa tenentes, pręſcriptio munit. *Concordat l. 10. §. fin. ff. de adquir. rer. dom. bis uerbis:* Vſufructuatius uſucapere ſeruum non poteſt, primùm quidem quia non poſsidet, ſed habet ius utendi fruendi: deinde quoniam ſcit ſeruum alienum eſſe. *Concordat ijſdem uerbis Inſtit. per quas perſonas cuiq; adquir. §. fructuarius.* *Quintum exemplum in re commodata proponitur l. 8. cum lege ſequente. ff. commodati, bis uerbis:* Rei commodatæ & proprietatem & poſſeſsionem retinemus. Nemo enim commodando rem facit eius cui commodat. *Concordat l. 2. §. quod uulgo. ff. pro hærede. cuius uerba uide ſ. lib. proxim. cap. 2. in fine.* *Sextum exemplum eſt in re depoſita. quod proponitur d. §. quod uulgo. Cui concordat l. 17. §. fin. ff. depoſiti. cuius uerba uide alibi.* *Septimum exemplum eſt in re procuratorio nomine poſſeſſa: quod proponitur l. 7. §. fin. ff. de præſcript. 30 uel 40. annor. cuius uerba uide paulo ſuperius exemplo 2. Planè huius exempli replicatio hæc eſt: Niſi quis alterius mandata rem emens traditam ſibi retinuerit. hic enim eam rem uſucapiet, quamuis mandati iudicio eo nomine teneatur. quæ replicatio approbatur l. 13. §. fin. ff. de uſucap. bis uerbis:* Si mandauero tibi ut fundum emas, & ex ea cauſa traditus eſt tibi, diutina poſſeſsione capias: quamuis poſsis uideri non pro tuo poſsidere, cum nihil interſit quòd mandati iudicio tenearis.

XXVII. EXCEPTIO: *Niſi rem ui uel furto ſit adeptus poſſeſſor. Hæc exceptio ſpecies eſt exceptionis præcedentis, & approbatur l. 24. C. de rei uendicat. bis uerbis:* Nullo iuſto præcedente titulo poſsidentes, ratio iuris quærere dominium prohibet: idcirco cum etiam uſucapio ceſſet, intentio dominij nunquam abſumitur. *Concordat Inſtit. de uſucap. §. furtiuæ. ibi: quod autem dictum. cuius uerba uide ſ. cap. prox. except. 21. in prin. Concordat item l. 7. C. de adq. poſſeſ. bis uerbis:* Improba poſſeſsio firmum titulum poſsidendi pręſtare nullum poteſt. Vnde ingredientem in uacuā poſſeſsionem alieni fundi non conſentiente domino uel actore qui eius rei concedendæ poteſtatem habuit, cauſam iuſtam poſſeſsionis adipiſci non potuiſſe certum eſt. *Sed & plures leges concordantes uide ſ. cap. 2. except. 11. in prin. Huius exceptionis replicatio uidetur eſſe talis. Niſi res poſſeſſori fuerit debita. quæ tamen replicatio reprobatur l. 5. ff. de adq. poſſeſſ. bis uerbis:* Si ex ſtipulatione tibi Stichum debeam, & non tradam eum, tu autem nactus fueris poſſeſsionem, prædo es: ęquè ſi uendidero, nec tradidero rem, ſi non uoluntate mea nactus ſis poſſeſsionem, non pro emptore poſsides, ſed prædo es.

XXVIII. EXCEPTIO: *Niſi cauſa falſa ſit, uel nulla præceſſerit poſſeſsionem. Hæc exceptio approbatur l. 27. ff. de uſucap. bis uerbis:* Celſus lib. 34. ad Sabinum, errare eos ait, qui exiſtimarent, cuius rei quiſq; bona fide adeptus ſit poſſeſsionem, pro ſuo uſucapere eum poſſe: & nihil referre, emerit nec'ne, an ei donatum ſit nec'ne, ſi modò emptum uel donatum ſibi exiſtimauerit: quia neq; pro legato, neq; pro donato, neq; pro dote uſucapio ualet, ſi nulla donatio, nulla dos, nullumq́; legatum ſit. Idem & in litis æſtimatione placet, ut niſi uerè quis litis æſtimationem ſubierit, uſucapere non poſsit. *Concordat Inſt. de uſucap. §. error, bis uerbis:* Error falſæ cauſæ uſucapionem non parit: ueluti ſi quis cum non emerit, emiſſe ſe exiſtimans, poſsideat: uel cum ei donatum non fuerit, quaſi ex donatione poſsideat. *Concordat item l. 2. in prin ff. pro emptore, bis uerbis:* Pro emptore poſsidet qui reuera emit, nec ſufficit tantum in ea opinione eſſe eum, ut putet ſe pro emptore poſsidere,

ſed

ſed etiam debet ſubeſſe cauſa emptionia. *Concordat item d. l. 2. §. eius bona. ff. pro emptore. cuius uerba uide ī. cap. 1. queſt. 4. reg. 4. Concordat item l. 1. in prin. ff. pro donato, bis uerbis:* Pro donato uſucapit, cui donationis cauſa res tradita eſt, nec ſufficit opinari, ſed & donarũ eſſe oportet. *Concordat item l. 6. ff. pro derelicto, bis uerbis:* Nemo poteſt pro derelicto uſucapere, qui falſò exiſtimauerit rem pro derelicto habitam. *Concordat item l. 2. cum lege ſequente. ff. pro legato, bis uerbis:* Si poſsideā aliquam rem quam putabam mihi legatā, cum non eſſet: pro legaro non uſucapiam, non magia quàm ſi quia omptũ exiſtimet, quod non emerit *Concordat item l. 5. C. de uſuc. pro donato, bis uerbis:* Irritam facere donationem perfectam nemini licet: utq; hoc uerum aſt, ſic error falſæ cauſæ ratione bonæ fidei non defeuditur: quod & in dominio per uſucapionem quærendo ſeruatur. *Concordat item l. 4. C. de uſucap. pro hærede, bis uerbis:* Vſucapio nō præcedente uaro titulo procedere non poteſt, ueq; prodeſſe neq; renenri neq; hęredi aiua poreſt, nec obtentu uolut ex hæreditate, quod alienũ fuit, domini intentio ullo temporia longi ſpacio abſumitur. *Cõcordat item l. 4. C. de præſcript. longi temporis, biſce uerbis:* Diutina poſſeſsio tantum iure ſuccaſaionis, ſine iuſto titulo obtenta prodeſſe ad præſcriptionem hac ſola ratione non poteſt. *Cõcordat item l. 24. C. de rei uendic. cuius uerba uide paulo ſuperius exc. prox. Concordat item l. 10. C. ad l. Cornel. de falſis, biſce uerbis:* Ex initio falſi commiſai, iuſta poſſeſsio non paratur. Vnda contra eos quos de dominio fundi tecum coutendere proponis, accuſationē inſtituere potes. *Concordat item l. 2. §. cum Stichum. ff. pro emptore. Vbi Paulus:* Cum Stichum emiſſem (*inquit*) Dama mihi per ignorantiam traditua eſt. Priſcua air, uſu me eum non capturũ: quia id quod emprũ uon ſit, pro emptore uſucapi nõ poſsit. *Huius exceptionis replicatia prima hæc eſt: Niſi iuſtā erroris cauſam poſſeſſor habuerit. Hæc replicatio approbatur, ſimul et declaratur l. 11. ff. pro emptore, bis uerbis:* Quod uulgò traditum eſt, eum qui exiſtimat ſe quid emiſſe, uec emerit, nõ poſſe pro emptore uſucapere: hacte nus uarũ eſſe ait, ſi nullam iuſtam cauſam eius erroris emptor habeat. Nam ſi fortè ſeruus uel procurator, cui emendam rem mandaſſet, perſuaſerit ei ſe emiſſe, atq; ita tradiderit, magis eſſa ut uſucapio ſeouatut. *Cõcordat l. 5. ff. pro ſuo. ubi Neratius:* Id quod quis, cum ſuũ eſſe exiſtimaret, poſſederit, uſucapiet (*inquit*) etiāſi falſa fuerit eiua exiſtimatio: quod ita tamen interpretandum eſt (*idem ait*) ut probabilis error poſſidentia uſucapioni nõ obſtet. Veluti ſi ob id aliqd poſsideā, quòd ſeruũ meũ, aut eũ cuius in locũ hæreditario iura ſucceſsiſſem, emiſſe id falſo exiſtimē: quia in alieni facti ignorantia tolerabilis error eſt. *Concordat itē l. 4. §. penult. ff. pro ſuo, bis uerbis:* Si pater cum filijs bona quæ habebat partitus ſit, & ex ea cauſa poſt mortem patris ea teneant, quod inter eoa conuenerit ut ea diuiſio rara eſſet: uſucapio his proceder ꝑ ſuo in hia rebus, quæ alienæ iu bonis patris inueniuntur. *Secũda replicatio eſt: Niſi dominus rei poſſeſſori tanquā aduocatus in iudicio adſtitit. Hæc replicatio reprobatur l. 5. C. de præſcript. longi temp. bis uerbis:* Nec perenrò dominiũ ab eo, cui petentis ſolus error cauſam poſſeſsionia ſine uerò titulo præſtitit, ſilentij longi tēporis præſcriptione depelli, iutis euidentiſsimi eſt. *Tertia replicatio eſt: Niſi tanquam debitum nobis ab aliquo ſit traditum ac ſolutū. Hæc replicatio approbatur l. 3. ff. pro ſuo, bis uerbis:* Hominē quem ex ſtipularione te mihi debere falſò exiſtimabas, tradidiſti mihi: ſi ſciſſem nihil mihi deberi, uſu eum non capiā: quod ſi neſcio, uerius eſt ut uſucapiam: quia ipſa traditio ex cauſa, quá uerá eſſe axiſtimo, ſufficit ad efficiendũ, ut id quod mihi traditum eſt, prò meo poſsideā. & ita Neratius ſcripſit, idq; uerũ puto. *Concordat l. 4. §. fin. ff. pro ſuo, bis uerbis:* Quod legarum non ſit, ab hærede tamē perperam tradirum ſit, placet à legatario uſucapi: quia pro ſuo poſsidet. *Huius replicationis duplicatio prima hæc eſt: Niſi is cui traditur, ſciat ſibi nõ deberi. Quæ duplicatiò approbatur uerbis paulò ſuperius poſitis, biſce:* Si ſciſſem nihil mihi deberi, uſu eum nõ capiam. *Concordat l. 3. in prin. ff. pro ſoluto, ubi Paulus:* Si exiſtimans me debere tibi (*inquit*) tradam, ita demum uſucapio ſequitur, ſi & tu putes debitũ eſſe. *Altera duplicatio eſt: Niſi ex cauſa uenditi quis putãs ſe teneri, tradat. Quæ duplicatio approbatur d. l. 3. ff pro ſoluto, bis uerbis:* Aliud eſt, ſi putē me ex cauſa uenditi teneri, & ideo tradā. hic enim niſi præcedat emprio, prò emptore uſucapio locũ nõ habet. Diuerſitatia cauſa in illo eſt, quòd in cęteris cauſia ſolutionia tēpus inſpicitur: neq; intereſt cũ ſtipuler, ſciam alienũ eſſe nec ne. ſufficit enim me putare tuũ eſſe cum ſoluis. In emptore autem & contractus tēpus inſpicitur, & quò ſoluitur: noc poteſt prò emptore uſucapere qui uou emit, nec pro ſoluro ſicut in cæteria contractibua. *Concordat l. 2. in prin. ff. prò emptore. ubi Paulus:* Pro emptore poſsidet (*inquit*) qui reuera emit, nec ſufficit tantum in ea opinione eſſe eum, ut putet ſe prò emptore poſsidere, ſed etiam debet ſubeſſe cauſa emprionis. Si tamē exiſtimãs me debere tibi ignorāti tradā, uſucapiea. Quarè ergo (*idem Paulus inquit*) etſi putes me uendidiſſe;

didiſſe;

didiſſe, & tradam, non capies uſu. Scilicet quia in cæteris contractibus ſufficit traditionis tempus. Sic deniq; ſi ſciens ſtipuler, rem alienam uſucapiam, ſi tunc cum tradita eſt mihi, exiſtimem illius eſſe. At in emptione & illud tempus inſpicitur, quo contrahitur. *Tertia duplicatio eſt: Niſi cum heres exiſtimans alium ſibi coheredem, res hereditarias ei pro parte tradidit. Quæ duplicatio approbatur l. 29. ff. de uſucap. de qua uide J. cap. 6. pro herede in fine. Hæc de tertia replicatione. Quarta replicatio eſt: Niſi alia iuſta cauſa ſubſit, quàm poſſeſſor putauit. Hæc replicatio approbatur exemplo l. 31. §. fin. ff. de uſucapionibus. cuius uerba cum concordantibus uide ſ. cap. 2. except. 9.*

XXIX. EXCEPTIO: *Niſi cauſa poſſeſſionis lucratiua ſit. Hæc exceptio reprobatur l. 11. C. de præſcript. longi temp. his uerbis:* Super longi temporis præſcriptione, quæ ex decem uel uiginti annis introducitur, perſpicuo iure ſancimus, ut ſiue ex donatione, ſiue ex alia lucratiua cauſa bona fide quis per decem uel uiginti annos rem detinuiſſe probetur, adiecto ſcilicet tempore, etiam prioris poſſeſſoria, memorata longi temporis exceptio ſine dubio ei competat, nec occaſione lucratiuæ cauſæ repellatur. *Hæc de exceptionibus quæ ſumuntur ex cauſa poſſeſſionis, ſint dicta. Plures huiuſmodi exceptiones licet uidere J. in ſpecialibus exceptionibus aduerſus ſingulas cauſas. Nunc reliquæ exceptiones generales, quæ aduerſus uſucapionem poſſunt opponi, ſunt proponendæ.*

DE RELIQVIS EXCEPTIOnibus aduerſus uſucapionem: item de acceſſionibus & interruptionibus poſſeſſionis. Cap. V.

XXX. EXCEPTIO: *Niſi dominus rei uel poſſeſſor abſens fuerit. Hæc exceptio aduerſus decem quidem annorum uſucapionem prodeſt, uiginti autem annorum præſcriptioni non obſtat: quoniam res uiginti annis etiam inter abſentes uſucapitur. de quo dictum eſt ſuprà cap. 1. in prin. Abſentes autem accipiendi ſunt, ſi non in eadem prouincia uterq; tam dominus rei quàm poſſeſſor domicilium habeat, ſed alter in alia, alius in altera.*[a] *Nam ſi uterq; domicilium habeat in eadem prouincia, licet in diuerſis ciuitatibus cauſa inter præſentes eſſe uidetur, & decennij magis præſcriptione dominus excluditur.*[b] *Planè exceptionis propoſitæ replicatio hæc eſt: Niſi medio tempore per aliquot annos præſens fuerit. quæ replicatio ſub certo modo approbatur Nouell. c. 119. §. ultra hæc ſancimus. ibi: quantum uerò, his uerbis:* Quantum ad præſcriptionem decennij, & hæc decernere nobis uiſum eſt, ut ſi unquam in prædicta aliquis temporali decennij præſcriptione per aliquot annos præſens ſit, per aliquot rurſum abſit, totidem illi ad decennium alij anni apponantur, quot ex ipſo decennio abſens fuit.

a l. 12. §. fin autem. C. de præſcript. longi temp.
b d. l. 12. §. ſancimus.

XXXI. EXCEPTIO: *Niſi dominus ignorauit rem ſuam eſſe, uel alienatam. Hæc exceptio approbatur Nouell. c. 119. §. ultra hæc. ibi, cæterùm. his uerbis:* Si uerus rerum dominus ignoret, ſimul quòd eæ res ad ipſum pertineát, ſimul quòd alienatio interceſſerit: iubemus ut nõ aliter quàm tricennij præſcriptione excludatur, eo qui res hoc modo poſsidet dicere nequeunte, quòd ipſe bona fide poſsideat, quádo à malæ fidei poſſeſſore haſce perceperit. *Hiſce uerbis exceptio propoſita approbatur, ſimul etiam replicatio ex ijs elici poteſt, hæc ſcilicet: Niſi poſſeſſor à bonæ fidei poſſeſſore rem cõparauerit. Sed & de hac re uide ſ. except. 12. in fine.*

XXXII. EXCEPTIO: *Niſi dominus ſeu actor in integrum ſit reſtituendus. Hæc exceptio approbatur l. 7. C. quibus non obijcitur longi temp. præſcript. his uerbis:* Præſcriptione bona fide poſsidentes aduerſus præſentes annorum decem, abſentes autem uiginti muniuntur. Quòd ſi ex alicuius perſona de petitorum parte reſtitutionis prætendatur auxilium, deducto eo, quo ſi quid fuerit geſtum, ſuccurri ſolet: reſiduũ tempus computari, rationis eſt.

XXXIII. EXCEPTIO: *Niſi res non ſit poſſeſſa. Hæc exceptio approbatur l. 25. ff. de uſucap. his uerbis:* Sine poſſeſsione uſucapio contingere non poteſt.

XXXIIII. EXCEPTIO: *Niſi nõ per legitimum tempus poſſederit poſſeſſor. Hæc exceptio abſq; cuiuſquam indignatione iuſta eſt. Eius autem replicatio prima hæc eſt: Niſi modicum tempus deſit. Quæ replicatio approbatur l. 6. cum l. ſequente. ff. de uſucap. his uerbis:* In uſucapionibus non à momento ad momentum, ſed totum ad poſtremum diem computamus. Ideoq; qui hora ſexta diei calendarum Ianuariarum poſsidere cœperit, hora ſexta noctis pridie calendarum Ianuariarum implet uſucapionem. *Concordat l. 15. in prin. ff. de diuerſis & temp. præſcript. ubi Venuleius:* In uſucapione (*inquit*) ita ſeruatur, ut etiamſi minimo momento nouiſsimi diei poſſeſſa ſit res, nihilominus impleatur uſucapio, nec totua dies exigitur ad explendũ conſtitutum tempus. *Secunda replicatio hæc eſt: Niſi acceſſione utatur poſſeſſionis ſui auctoris, & eius à quo auctor ſuus poſſedit, uel alterius cuiuſdam. quæ replicatio approbatur l. 14. in prin. ff. de diuerſis & temp. præſcript. his uerbis:* Acceſsiones poſſeſſionum tribuuntur ijs qui in locum aliorum ſuccedunt ſiue ex contractu, ſiue ex uoluntate. *Concordat l. 13. §. 1. ff. eod. tit. ubi Venuleius:* Acceſsio poſſeſsionis (*ait*) fit non ſolum temporis, quo apud eum fuerit, unde quis

quis emit. ſed & eius qui ei uendidit, unde tu emiſti. *Concordat item l.2.§.hoc tantummodo.C.de uſucap.transfor.cuius uerba uide ſ.cap.1. in prin.Concordat item l. 11. ibi: adiecto. C. de præſcript. longi temporis. cuius uerba uide uide ſ.except.29.Huius exemplum primum inter uenditorem & emptorum proponitur l.2.§.emptori.ff.pro emptore.his uerbis:* Emptori tempus uenditoris ad uſucapionē procedit. *Cui concordat l.76.ff.de contrah.empt.his uerbis:* Eum qui in locum emptoris ſuccaſsit, ijſdem defenſionibus uti poſſe Paulus ait, quibus uenditor uti potuiſſet. Sed & longæ poſſeſsionis præſcriptione, ſi utriuſq; poſſeſsio impleat tempora conſtitutionibus ſtatuta. *Concordat item Inſt. de uſucap. §. inter uenditorem, his uerbis:* Inter uenditorem quoq; & emptorem coniungi tempora, diui Seuerus & Antoninus reſcripſerunt. *Concordat itē l.14.§.1.itaq; ff. de diuerſis temp. præſcript. his uerbis:* Si mihi uendideris ſeruum, utar acceſsione tua. *Concordat item l.15.§.item adijciendum.ff. eod. tt. his uerbis:* Item adijciendum eſt unde emiſti, aut unde is emit cui tu emeis dum mandaueras, & quod apud eum qui uendendum mandauerit. Quod ſi is quoque cui mandatum erat, alij uendendum mandauerit: non aliter huius qui poſtea mandauerit, dandam acceſsionem Labeo ait, quā ſi id ipſum dominus ei permiſerit. *Sed & propoſiti exempli eſt l. 6. in prin. ff.de diuerſis temp.præſcript.in hæc uerba:* Si duobus eandem rem ſeparatim uendiderim, ea poſſeſsio quæ utranq; uenditionē præceſſerit, ſoli priori emptori, cui & tradita ſit proficit. Deniq; etſi quam rem tibi uendiderim, ruſus à te emam, & Titio uendā: omnem & meam & tuam poſſeſsionem Titio acceſſuram: uidelicet quod & tu mihi, & ego illi poſſeſsionem præſtare debeamus. *Concordat deniq; exemplo propoſito l.15.§. fin.ff.d.tt.his uerbis:* Ei cui rem hæres hæreditariam uendidit, & hæredis tempus & defuncti debet accedere. *Hactenus de acceſſione qua poſſeßio uenditoris, eiusq; auctorū accedit emptori, dictum eſt. cuius exempli duplicationes proponentur ſ. Alterum propoſitæ replicationis exemplum, quo emptoris poſſeßio accedit uenditori, proponitur l.13.§.præterea.ff.de adq.poſſeß. his uerbis:* Quæritur, ſi quis hominē redhibuerit uenditori, an acceſsione uti poſsit ex perſona eius? Et ſunt qui putant non poſſe: quia redhibitio uenditionis reſolutio eſt. Alij emptorem acceſsione uēditoris uſurum, & uenditorem emptoris: quod magis probandum puto. *Concordat l.19.ff.de uſucap. his uerbis:* Si hominem emiſti, ut ſi aliqua conditio extitiſſet inēptus fieret, & is tibi traditus eſt, & poſtea conditio emptionē reſoluerit: tempus quo apud emptorē fuit, accedere uenditori debere exiſtimo, quoniam eo genere retroacta uēditio eſſet redhibitioni ſimilis, in qua non dubito tempus eius qui redhibuerit, ſuo uenditori acceſſurum: quoniam ea uenditio propriè dici non poteſt. *Concordat item l.6.§.uendidi.ff. de diuerſis temp.præſcript.his uerbis:* Vendidi tibi ſeruum, & conuenit ut niſi certa die pecunia ſoluta eſſet, inemptus eſſet: quod cū euenerit, quæſitum eſt quid de acceſsione tui temporis putarem? Reſpondit Africanus, id ſeruari, quod ſeruatur cum redhibitio ſit facta. hunc enim perinde haberi, ac ſi retrorſum homo mihi ueniſſet, ut ſcilicet ſi uenditor poſſeſsionem poſtea nactus ſit, & hoc ipſum tempus & quod uenditionem præceſſerit, & amplius acceſsio hæc ei detur cum eo quo apud eum fuit, à quo homo redhibitus ſit. *Hæc de ſecundo exemplo, quod etiam ſ.except.42 replicationis loco notabitur. Tertium replicationis propoſitæ exemplum ſeu ſpecies eſt, quando poſſeßio defuncti accedit eius hæredi. quod exemplum proponitur l. 14. in prin.ff. de diuerſis temp. præſcript. his uerbis:* Hæredibus, & ijs qui loco ſucceſſorum habentur, datur acceſsio teſtatoris. *Concordat Inſt. de uſucap. §. diutina. cuius uerba uide ſ. except. 12. repl. 1. dupl.1. Quartò, poſſeßio defuncti accedit legatario. quod exemplum ſeu ſpecies proponitur l.13.§.ſed & legat. ff. de adq. poſſeß. his uerbis:* Legatario dandam acceſsionem eius temporis quo fuit apud teſtatorem, ſciendum eſt. *Concordat l. 14. §. fin. ff. de uſucap. his uerbis:* In re legata in acceſsione temporis, quo teſtator poſſedit, legatarius quodammodo quaſi hæres eſt. *Quintò, hæredis quoque poſſeßio legatario accedit: quæ ſpecies proponitur d. §. ſed & legatario, his uerbis:* An hæredis poſſeſsio ei accedat uideamus? & puto (ſiue purè ſiue ſub conditione fuerit relictum) dicendum eſſe id temporis, quo hæres poſſedit ante exiſtentem conditionem uel reſtitutionem rei & legatario proficere. Teſtatoris autem tempus ſemper proderit legatario, ſi legatum ei fuerit uel fideicommiſſum. *Sextò, poſſeßio donatoris accedit donatario. quæ ſpecies proponitur l. 13. §. ſed & is cui. ff. de adq.poſſeß. his uerbis:* Sed & is cui donata res eſt, acceſsione utetur ex perſona eius qui donauit. *Septimò, ei cui iuſſu iudicis res eſt reſtituta, tempus prioris poſſeſſoris accedit. quæ ſpecies proponitur d.l. 13. §. ſi iuſſu. his uerbis:* Si iuſſu iudicis res mihi reſtituta ſit, acceſſionem mihi eſſe dandam placuit. *Octauò, creditor in re pignori obligata utetur acceßionē ex perſona debitoris, & eius à quo debitor ſuus accepit. quod exemplum proponitur l. 14. §. itaq; ſi*

mihi. ff. de diuerſ. & temp. præſcript. his uerbis: Si mihi pignori dederis, & ego eandem rem alij pignorati, meus creditor utetur acceſsione tui temporis tam aduerſus extraneum, quàm aduerſus teipſum, quemdiu pecuniam mihi non exolueris. Nam qui me potior eſt, cum ego te ſuperaturus ſim, multo magis aduerſus te obtinere debet. Sed ſi pecuniam mihi ſolueris: hoc caſu acceſsione tua non utetur. *Nonò, re in dotem data uel ex dote recepta, alter alterius acceſsione utitur. quæ ſpecies proponitur l. 13. §. in dotem. ff. de adq. poſſeß. his uerbis:* In dotem quoque ſi data res fuerit, uel ex dote recepta, acceſsio dabitur uel marito uel uxori. *Concordat l. 8. §. ſi res in. ff. de iure dotium. cuius uerba uide ſ. lib. 15. cap. 10. in prin. Hactenus exempla propoſitæ replicationis enumerauimus, nunc eius duplicationes uideamus, quarum prima hæc eſt: Niſi is qui uult uti acceßione ſui auctoris, rem non poſſederit. Hæc duplicatio approbatur l. 15. §. 1. ff. de diuerſ. temp. præſcript. his uerbis:* Nec ei qui non poſsidet, auctoris poſſeſsio accedere poteſt. *Concordat l. 16. ff. eod. tit. ubi Paulus:* Acceſsio (*inquit*) ſine noſtro tempore nobis prodeſſe non poteſt. *Concordat item l. 13. §. penul. ff. de adq. poſ. his uerbis:* Acceſsiones in eorum perſonis locum habent, qui habent propriam poſſeſsionem. Cæterùm acceſsio nemini proficit, niſi ei qui ipſe poſsidet. *Secunda duplicatio hæc eſt: Niſi medius aliquis ex auctoribus non poſſederit, & medium aliquod tempus ſine poſſeßione uacuum fuerit. Hæc duplicatio approbatur l. 15. §. 1. ff. de diuerſ. temp. præſcript. his uerbis:* Si medius aliquis ex auctoribus non poſſederit, præcedentium auctorum poſſeſsio non proderit: quia coniuncta non eſt. *Huius duplicationis triplicatio hæc eſt: Niſi hæres utatur acceßione poſſeßionis defuncti. Quæ triplicatio approbatur l. 31. §. uacuum. ff. de uſucap. his uerbis:* Vacuum tempus, quod ante aditam hæreditatem uel poſt aditam interceſsit, ad uſucapionem hæredi procedit. *Concordat l. 44. §. nondum. ff. eod. tit. his uerbis:* Nondum aditæ hæreditatis tempus uſucapioni datum eſt, ſiue ſeruus hæreditarius aliquid comparauit, ſiue defunctus uſucapere cœperat. Sed hæc iure ſingulari recepta ſunt. *Concordat item l. 13. §. non autem. ff. de adq. poſſeß. his uerbis:* Non ea tantum poſſeſsio teſtatoris hæredi procedit, quæ morti fuit iniuncta: uerùm ea quoque quæ nunquam teſtatoris fuit. *Concordat item l. 2. §. etiam hæredi. ff. pro emptore, his uerbis:* Etiam hæredi ulteriori defuncti poſſeſsio proderit, quamuis medius hæres poſſeſsionem eius nactus non ſit. *Planè propoſitæ triplicationis quadruplicatio hæc eſt: Niſi medio tempore res ab alio ſit poſſeſſa. quæ quadruplicatio approbatur l. 20. ff. de uſucap. his uerbis:* Poſſeſsio teſtatoris ita hæredi procedit, ſi medio tempore à nullo poſſeſſa eſt. *Concordat l. 6. §. fin. ff. pro emptore, his uerbis:* Poſt mortem eius qui hominem emerit, expleto tempore quod defuiſſet ad uſucapionem: quamuis hæres eum hominem poſsidere non cœpiſſet, fiet tamen eius: ſed hoc ita, ſi nemo poſſediſſet. *Concordat itē l. 13. §. quæſitum. ff. de adq. poſſeß. cuius hæc ſunt uerba:* Quæſitum eſt, ſi primus hæres nō poſsideat, an teſtatoris poſſeſsio ei accedat? Et quidem in emptoribus poſſeſsio interrumpitur. Sed non idem in hæredibus plerique probent: quoniam plenius eſt ius ſucceſsionis, quàm emptionis. Sed ſubtilius eſt, quod in emptore eſt, & in hærede id quoque probari. *Tertia duplicatio eſt: Niſi auctor mala fide poſſederit. Quarta duplicatio eſt: Niſi is qui uult uti acceßione, mala fide poßideat. quæ duæ duplicationes approbantur l. 13. §. fin. ff. de adquir. poſſeſſ. his uerbis:* Nec uitioſæ quidem poſſeſsioni ulla poteſt accedere, ſed nec uitioſa ei quæ uitioſa non eſt. *Concordat tertiæ duplicationi l. 13. §. cum quis. ff. de adq. poſſeſſ. his uerbis:* Cum quis utitur adminiculo ex perſona auctoris, uti debet cum ſua cauſa ſuisque uitijs. Idemque addimus in acceſsione de ui, & clandeſtino, & precario uenditoris. *Concordat item d. l. 15. §. ex facto. ubi Vlpianus:* Ex facto quæritur (*inquit*) ſi quis manumiſſus ex cauſa peculiari habet rem non conceſſo ſibi peculio, deinde dominus uelit retracta poſſeſsione acceſsione uti, an poſsit? Et placuit non eſſe dandam hanc acceſsionem, quæ clàm habita eſt prædone poſsidente. *Quartæ duplicationi concordat l. 8. §. fin uerò nullum. C. de præſcript. 30. annor. cuius uerba uide alibi. Quinta duplicatio eſt: Niſi uenditor, cuius acceßione emptor uult uti, poſtquam rem emptori tradidit, rurſus eam poſsidere cœperit. quæ duplicatio approbatur l. 14. in princ. ff. de uſucap. his uerbis:* Id tempus uenditoris prodeſt emptori, quo antequam uenderet, poſſedit. nam ſi poſtea nactus eſt poſſeſsionem uenditor, hæc poſſeſsio non proficiet emptori. *Concordat l. 15. §. penult. ff. de diuerſis & temp. præſcript. his uerbis:* Hæ acceſsiones non tam latè accipiendæ ſunt, quàm uerba earum patent, ut etiam ſi poſt uenditionem traditionemq; rei traditæ apud uenditorem res fuerit, proficiet id tempus emptori: ſed illud ſolum quod antè fuit, licet uenditionis tēpore eam rem uēditor non habuerat. *Sexta duplicatio eſt: Niſi à furioſo quis emerit. cum n.*

tempus

tempus emptori non accedit. Quæ duplicatio approbatur l.2.§.ſi à furioſo.in fine.ff.pro emptore.cuius uerba proponentur ʒ.cap.prox.pro emptore.except.2. Septima duplicatio eſt: Niſi cum quis rem ſuam uendendam mandaſſet,is cui mandatum fuit,id rurſus alij mandauerit. Hoc.n caſu emptor eius,qui poſtea mandauit, acceſſione non utitur,niſi dominus ei permiſerit. quæ duplicatio approbatur l.15.§.itē adijciendum, ibi: quod ſi is quoq;.ff. de diuerſ. & temp præſcript.cuius uerba uide paulo ſuprà eadem replicatione,in prin. Octaua duplicatio eſt: Niſi uenditor rem uēditionis tempore non habuerit. Hæc duplicatio reprobatur d.l.15.§. penult. uerbis paulo ſuperius dupl. 5. propoſitis hiſce: Illud ſolum tempus,quo ante uenditionem apud uenditorem res fuit,proficit emptori,licet uēditionis tempore eam rem uenditor non habuerit. Nona duplicatio eſt: Niſi is qui bona fide ſeruit,bonæ fidei poſſeſſori non adquiſierit.hoc enim caſu poſſeſſio, quã bonæ fidei poſſeſſor poſſedit,libero homini uel domino ſerui, cui res poſtea reſtituitur, non accedit. quæ duplicatio approbatur l. 13.§.ſi liber.ff. de adq. poſſeſ. his uerbis: Si liber homo uel alienus ſeruus, cùm bona fide ſeruiret, comparauerit, & alij adquiſierit poſſeſsionem,neq; liberum neq; ſerui dominum debere uti acceſsione. Decima duplicatio eſt:Niſi defunctus ab hoſtib. captus ſit, ibiq; deceſſerit. tunc enim hæredi poſſeſsio defuncti non accedit. Quæ duplicatio approbatur l. 15. in prin.ff. de uſucap. his uerbis: Si is qui pro emptore poſsidebat, ante uſucapionem ab hoſtib. captus ſit,uidendū eſt an hæredi eius procedat uſucapio(nam interrumpitur uſucapio)etſi ipſi reuerſo non prodeſt,quemadmodum hæredi eius proderit.Sed uerum eſt,eum in uita ſua deſijſſe poſsidere,ideoque nec poſtliminium ei prodeſt,ut uideatur uſucepiſſe. De hoc plura ʒ.lib.prox.cap.4. cauſa 16. Vndecima duplicatio eſt: Niſi uenditor acceſſione emptoris uelit uti, putà re redhibita, uel uenditione reſoluta. Hæc duplicatio reprobatur l. 13.§.præterea ff.de adq poſſ.cuius uerba cum concordantib.uide ʒ.ead.repl. in prin. exemplo 2. Duodecima duplicatio eſt: Niſi nō is cuius acceſſione poſſeſſor uti uult,ſed alius ei uendiderit. Hæc duplicatio approbatur exemplo l. 15. §. item adijciendum. ibi: quod ſi is quoq;.ff.de diuerſis temp. præſcript. cuius uerba uide ʒ.ead.repl.exemplo 1. Alio exemplo approbatur d.l.15.§.ſed etſi. his uerbis: Si à filio uel ſeruo rem emero, acceſsio temporis quo apud patrem aut dominum fuit,ita danda eſt mihi,ſi aut uoluntate patris dominiue, aut cùm adminiſtrationem peculij haberet,uendiderit. Concordat l.14.ff.de adq.poſſeſ. his uerbis: Si ſeruus uel filiusfamiliâs uendiderit , dabitur acceſsio eius quod penes me fuit,ſcilicet ſi uolente me aut de peculio,cuius liberam adminiſtrationem habuerunt,uendiderint. Huius duplicationis triplicatio prima hæc eſt: Niſi mandante uel ratum habente eo cuius acceſſione poſſeſſor utitur, res ei ſit alienata.quæ triplicatio cùm ex iam dictis conſtat,tum approbatur etiam l.14.§.item ſi abſente.ff. de diuerſis temp.præſcript.his uerbis: Si abſente te is qui negocia tua uidebatur adminiſtrare,ſeruum mihi uendiderit, tuque reuerſus ratum habueris:omnimodo acceſſione tua utar. Secunda triplicatio eſt: Niſi filius uel ſeruus liberam peculij adminiſtrationem habens,rem peculiarem uendiderit. hoc enim caſu tempus etiam quo res apud patrem uel dominum fuit, emptori accedit. quæ triplicatio approbatur per ea quæ propoſita ſunt paulo ſuperius ead. dupl.in prin. Tertia triplicatio eſt: Niſi creditor ex pacto pignus uendiderit. tunc enim etiam debitoris tempus emptori accedit. quæ triplicatio approbatur l.14.§. fin. ff. de diuerſ. temp. præſcript. his uerbis: Si mihi pignus dederis, & conuenerit niſi mihi pecuniam ſoluiſſes, licere ex pacto pignus uendere, idque uendiderim:emptori acceſsio tui temporis dari debebit, licet inuito te pignora diſtracta ſint. Iam enim illo tempore quo contrahebas,uideris conceſsiſſe uenditionem, ſi pecuniam non intuliſſes. Quarta triplicatio eſt: Niſi is cuius acceſſione poſſeſſor utitur, auctor ſit eius, à quo poſſeſſor comparauit. Hæc triplicatio ipſo iure ſubſiſtit, eiusq; exempla licet uidere in exemplis paulo ſuperius ead.repl. in prin. propoſitis. Quinta triplicatio eſt: Niſi à tutore uel curatore eius cuius acceſſione utitur, poſſeſſor comparauit. Hæc triplicatio approbatur l.15.§. item danda.ff. de diuerſis temp. præſcript. his uerbis: Item danda eſt acceſsio,cum eo tempore quo apud pupillum fuerit, à cuius tutore, cum is tutelam eius adminiſtraret,emiſti. Idemque in eo qui à curatore pupilli furioſi'ue emerit, ſeruandum eſt, etſi uentris nomine,aut eius qui rei ſeruandæ cauſa in poſſeſsione eſſet, dotisuè nomine deminutio facta ſit. nam id quoque temporis accedit. Concordat l.14.§.fin ff. de adq. poſſeſ. his uerbis: Tutore quoque uel curatore uendente, dabitur àcceſsio eius temporis,quo pupillus uel furioſus poſsederit. Hactenus de acceſſionibus poſſeſſionum: quanquam de ijs plura etiam proponentur infrà except. 42. repl. 2. cum ſequentibus. Sed & eius de acceſſionibus hic ſumus admonendi, quod de ijs nihil in perpetuum neque generaliter definiri poſſit. quod approbatur l.14. in prin. ff. de diuerſis temp. præſcript. his uerbis: De acceſsionibus poſſeſsionum nihil in perpetuum neque generaliter definire poſſumus. conſiſtunt enim in ſola æquitate. Hæc de ſecunda propoſitæ exceptionis replicatione, eiusq; duplicationibus. Tertia replicatio eſt: Niſi poſſeſſor non-

dum impleta uſucapione deceſſerit. tunc enim etiam antequam adeatur hæreditas, uſucapio impleri poteſt. Quæ replicatio approbatur l. 40. ff. de uſucap. his uerbis: Cœptam uſucapionem à defuncto poſſe & ante aditam hæreditatem impleri, conſtitutum eſt. Concordat l. 44. §. nondum. ff. eod. tt. cuius uerba uide ſ. repl. prox. dupl. 2. tripl. 1. Huius replicationis duplicatio hæc eſt: Niſi nondum adita hæreditate alius poſſeſſionem nactus ſit. Quæ duplicatio approbatur l. 6. §. fin. ff. pro emptore, his uerbis: Poſt mortem eius qui hominem emerit, expleto tempore quod defuiſſet ad uſucapionem, quamuis eum hominem hæres poſsidere non cœpiſſet, fiet tamen eius: ſed hoc ita, ſi nemo eum poſſediſſet. Quarta replicatio eſt: Niſi nondum adita hæreditate res à ſeruo hæreditario ſit comparata. tunc enim hæredi tempus uſucapiendi procedere uidetur, quamuis hæreditatem nondum adierit, neque rem cœperit poſsidere. Quæ tamen replicatio reprobatur l. 45. §. fin. ff. de uſucap. his uerbis: Poſt mortem domini ſeruus hæreditarius peculij nomine rem cœpit tenere, uſucapionis primordium erit tempus hæreditatis aditæ. Quemadmodum enim uſucapietur, quod antè defunctus non poſſederat? Contradicit l. 44. §. nondum. ibi: ſiue ſeruus. ff. eod. tt. cuius uerba uide ſ. repl. 2. dupl. 2. tripl. 1. Contradicit item l. 1. §. non autem ff. de adq. poſſeſ. cuius uerba uide ſ. d. tripl. 1. Hæc de 34. exceptione, cum quatuor eius replicationib. ſint dicta.

XXXV. EXCEPTIO: Niſi dies feriati tempore poſſeſsionis eximantur. Hæc exceptio reprobatur l. 31. §. 1. ff. de uſucap. his uerbis: In uſucapionibus mobilium continuum tempus numeratur.

XXXVI. EXCEPTIO: Niſi dies intercalaris tempori non connumeretur. Hæc exceptio approbatur l. 2. ff. de diuerſ. & temp. præſcript. his uerbis: In tempore conſtituto iudicatis, an intercalaris dies proficere iudicato nec'ne debeat, quæritur? Item de tempore quo lis perit. Sic ſine dubio exiſtimandum eſt, ut auctum tempus litis intercalari die exiſtimetur, ueluti ſi de uſucapione ſit quæſtio, quæ tempore conſtituto expleri ſolet: aut de actionibus quæ certo tempore finiuntur, ut ædilitiæ pleræque actiones: & ſi quis fundum ea lege uendiderit, ut niſi in diebus triginta precium eſſet ſolutum, inemptus eſſet fundus: dies intercalaria proficiet emptori. Mihi contrà uidetur.

XXXVII. EXCEPTIO: Niſi conditio contractus initio poſſeſsionis nondum extiterit. Hæc exceptio approbatur l. 2. §. ſi ſub condit. ff. pro emptore, his uerbis: Si ſub conditione emptio facta ſit, pendente conditione emptor non uſucapit. Idemque eſt, etſi putet conditionem extitiſſe, quæ non extitit. Similis enim eſt ei, qui putat ſe emiſſe. Concordat l. 8. §. quòd ſi pendente. ff. de peri. & com. rei uenditæ. his uerbis: Si pendente conditione res tradita ſit, emptor non poterit eam uſucapere pro emptore.

XXXVIII. EXCEPTIO: Niſi cum res ſic empta eſſet, ut niſi pecunia intra diem certum ſoluta eſſet, inempta fieret, pecunia ſoluta non ſit. Hæc exceptio approbatur l. 2. §. Sabinus. ff. pro emptore, his uerbis: Sabinus ait: Si ſic res empta ſit, ut niſi pecunia intra diem certum ſoluta eſſet, inempta fieret, non uſucapturum niſi prius perſoluta pecunia. Huius exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi non conditionaliter ſit prolatum, ſed conuentio ſit. quæ replicatio approbatur d. §. Sabinus, his uerbis: Sed uideamus utrum conditio ſit hæc, an conuentio. Si conuentio, magis reſoluetur quàm implebitur.

XXXIX. EXCEPTIO: Niſi in diem addictio ſit facta. Hæc exceptio reprobatur l. 2. §. ſi in diem. ff. pro emptore, his uerbis: Si in diem addictio facta ſit, Id eſt, niſi quis meliorem conditionem attulerit, perfectam eſſe emptionem, & fructus emptoris effici, & uſucapionem procedere, Iulianus probat.

XL. EXCEPTIO: Niſi cum nuptiæ nondum eſſent, res ex cauſa dotis ſit poſſeſſa. Hæc exceptio approbatur, ſimul & diſtinguitur l. 1. §. & primùm. ff. pro dote, his uerbis: Iulianus inquit: Si ſponſa ſponſo ea mente tradiderit res, ut non antè eius fieri uellet quàm nuptiæ ſecutæ ſint, uſus quoq; capio ceſſabit. Si tamen non uidetur quid actum fuerit, credendum eſſe id agi, Iulianus ait, ut ſtatim res eius fiant: & ſi alienæ ſint, uſucapi poſsint. Quæ ſententia mihi probabilis uidetur. Ante nuptias autem non pro dote uſucapit, ſed pro ſuo. Hiſce uerbis exceptio propoſita approbatur, ſimul & replicatio aduerſus eam introducitur talis: Niſi res ita data ſit ut ſtatim fiat ſponſi. tunc enim etiam nondum nuptijs exiſtentibus procedit uſucapio. Altera replicatio eſt: Niſi æſtimata res in dotem data ſit. Quæ replicatio reprobatur l. 2. ff. eod. tt. his uerbis: Si æſtimata res ante nuptias tradita ſit, nec pro emptore, nec pro ſuo ante nuptias uſucapietur.

XLI. EXCEPTIO: Niſi res cohærens ædificio poſſeſſa ſit, & ædificium poſtea demolitum. Hæc exceptio approbatur l. 23. ff. de uſucap. his uerbis: Si demolita eſt domus, ex integro res mobiles poſsidendæ ſunt, ut tempore, quod in uſucapione rerum mobilium conſtitutum eſt, uſucapiantur. Et non poteſt rectè uti eo tempore, quo in ædificio fue-

runt

runt(nam quemadmudum eas ſolas & ſeparatas ab ædificio non poſſediſti, ſic nec penes te ſingulæ aut ſeparatæ fuerunt, cohærentibus his in ædificio) nec depoſitis ædib. quę hoc quoq; ipſum continent. Neque enim recipi poteſt, ut eadem res, & ut res ſoli & tanquam mobilis ſit poſſeſſa. *Concordat l.24.§.fin.ff.de rei uendicat.ubi Paulus:* Nec enim ſingula cęmenta (*inquit*) uſucapiũtur, etſi domus per temporis ſpacium noſtra fiat.

XLII. EXCEPTIO: *Niſi poſſeßio interrupta ſit, & res medio tempore non poſſeſſa. Hæc exceptio approbatur l.2. C.de præſcript. longi temp. his uerbis:* Longi temporis præſcriptio ijs qui bona fide acceptam poſſeſsionem, & continuatam nec interruptam inquietudine litis renuerunt, ſolet patrocinari. *Ad hanc exceptionem pertinet locus de Vſurpationibus. Eſt autem Vſurpatio (autore Paulo iuriſconſulto) uſucapionis interruptio: quanquam Oratores uſurpationem frequentem uſum uocant.* a *Eius ſpecies ſunt exceptiones ſequentes. Planè huius exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi poſſeſſor re ex cauſa uenditionis tradita, poſtea uenditione reſoluta, rem receperit. hoc enim caſu ipſius poſſeßio interrupta non eſt, ſed accedit illi tempus quo res ſuit apud emptorem. quæ replicatio approbatur per ea quæ propoſita ſunt ſ.except.34.repl.2.exemplo 2. Altera replicatio eſt: Niſi poſſeſſor rem in dotem dederit, poſteaq; rem ex dote receperit. hoc enim caſu quamuis medio tempore res à poſſeſſore poſſeſſa non fuit, tamen accedit ei tempus quo res fuit apud maritum. quæ replicatio approbatur per ea quæ propoſita ſunt ſ.d.repl.2. exemplo ult. Tertia replicatio eſt: Niſi poſſeſſor rem pignori dederit. Hoc enim caſu non interrumpitur eius poſſeßio. quæ replicatio approbatur l.33.§.qui pignori.ff.de uſucap. his uerbis:* Qui pignori rem dat, uſucapit quamdiu res apud creditorem eſt. *Concordat l.16.ff.eod.tit. cuius uerba uide ſ.lib.prox. cap.10.quæſt.6.reg.1.except.2. item concordat l.1. §.per ſeruum corporal.ff.de adq.poſſeſſ. cuius uerba uide j.lib.prox.cap.3.reg.1.except.8. Concordat item l.36.ff.eod.tit. cuius uerba uide j.except.46. Planè propoſitæ replicationis duplicatio prima hæc eſt: Niſi creditor eam rem alij tradiderit. quæ duplicatio approbatur d.§.qui pignori, his uerbis:* Sed ſi creditor eius poſſeſsionem alij tradiderit, interpellabitur uſucapio: & quantum ad uſucapionem attinet, ſimilis eſt ei qui quid depoſuit uel commodauit. quos palàm eſt deſinere uſucapere, ſi commodata uel depoſita res alij tradita fuerit ab eo, qui commodatum uel depoſitum acceperit. Planè ſi creditor nuda conuentione hypothecam contraxerit, uſucapere debitor perſeuerabit: *Plura de duplicatione propoſita uide j.lib.prox.cap.4.cauſa 19. Altera propoſitæ replicationis duplicatio eſt: Niſi poſſeſſor rem domino pignori dederit. quæ duplicatio approbatur d.l.33. §.ſi rem tuam. cuius uerba uide j.except.45. Quarta replicatio eſt: Niſi poſſeſſor rem apud alium depoſuerit. per hanc enim translationem non interrumpitur uſucapio, nec amittitur poſſeßio. quæ replicatio approbatur, ſimul & diſtinguitur l.17. §.fin.ff.depoſiti, his uerbis:* Rei depoſitæ proprietas apud deponentem manet, ſed & poſſeſsio, niſi apud ſequeſtrum depoſita eſt. nam tunc demum ſequeſter poſſidet: id enim agitur ea depoſitione, ut neutrius interim poſſeſsionis tempus procedat. *Huius replicationis duplicatio prima hæc eſt: Niſi res apud ſequeſtrum deponatur. quæ duplicatio approbatur uerbis iam propoſitis hiſce:* Niſi apud ſequeſtrum depoſita eſt, &c. *Cuius triplicatio hæc eſt: Niſi non dimittendæ poſſeßionis, ſed cuſtodiæ cauſa res apud ſequeſtrum deponatur. quæ triplicatio approbatur l.39. ff.de adq.poſſeß. his uerbis:* Intereſſe puto qua mente apud ſequeſtrum res deponatur. nam ſi dimittendæ poſſeſsionis cauſa, & hoc apertè fuerit approbatum, ad uſucapionem poſſeſsio eius partibus non procederet: at ſi cuſtodiæ cauſa deponatur, ad uſucapionem eam poſſeſsionem procedere uictori conſtat. *Altera duplicatio hæc eſt: Niſi is apud quem res depoſita eſt, eam alij tradiderit. quæ duplicatio approbatur per ea quæ propoſita ſunt ſ.repl.prox.dupl.2. Quinta replicatio eſt: Niſi poſſeſſor rem alij precariò conceſſerit. per hanc enim conceßionem uſucapio non interrumpitur. quæ replicatio approbatur, ſimul & diſtinguitur l.13.§.ſi is qui precariò ff.de adq. poſſ. his uerbis:* Si is qui precariò conceſſit, acceſsione uti uelit ex perſona eius cui conceſsit, an poſsit, quæritur? Ego puto, eum qui precariò conceſſerit, quamdiu manet precarium, acceſsione uti non poſſe. Si tamen receperit poſſeſsionem rupto precario, dicendum eſſe accedere poſſeſsionem eius temporis, quo precariò poſsidebatur. *Sexta replicatio eſt: Niſi alius rei ſeruandæ cauſa, aut legatorum, uentris'ue nomine in poſſeßionem miſſus ſit. per hanc enim mißionem non interrumpitur uſucapio. quæ replicatio approbatur l.2.in prin.ff.pro hærede, his uerbis:* Qui legatorum ſeruandorum cauſa in poſſeſsionem mittitur, non interpellat poſſeſsionem eius qui pro hærede uſucapit. nam cuſtodiæ cauſa eam rem tenet. *Concordat l.12.ff.pro emptore, his uerbis:* Miſſo legatario in poſſeſsionem, res pro emptore uſucapiuntur ſalua prætorij pignoris cauſa. *Huius replicationis duplicatio hæc eſt: Niſi damni infecti nomine aduerſarius in poſſeßionem miſſus ſit. quæ duplicatio approba-*

a l.2.ff. de uſucap.

dum impleta uſucapione deceſſerit. tunc enim etiam antequam adeatur hæreditas. uſucapio impleri poteſt. Quæ replicatio approbatur l. 40. ff. de uſucap. his uerbis: Cœptam uſucapionem à defuncto poſſe & ante aditam hæreditatem impleri, conſtitutum eſt. *Concordat l. 44. §. nondum. ff. eod. tt. cuius uerba uide ſ. repl. prox. dupl. 2. tripl. 1. Huius replicationis duplicatio hæc eſt: Niſi nondum adita hæreditate alius poſſeßionem nactus ſit. Quæ duplicatio approbatur l. 6. §. fin ff. pro emptore, his uerbis:* Poſt mortem eius qui hominem emerit, expleto tempore quod defuiſſet ad uſucapionem, quamuis eum hominem hæres poſsidere non cœpiſſet, fiet tamen eius: ſed hoc ita, ſi nemo eum poſſediſſet. *Quarta replicatio eſt: Niſi nondum adita hæreditate res à ſeruo hæreditario ſit comparata. tunc enim hæredi tempus uſucapiendi procedere uidetur, quamuis hæreditatem nondum adierit, neque rem cœperit poßidere. Quæ tamen replicatio reprobatur l. 45. §. fin. ff. de uſucap. his uerbis:* Poſt mortem domini ſeruus hæreditarius peculij nomine rem cœpit tenere, uſucapionis primordium erit tempus hæreditatis aditæ. Quemadmodum enim uſucapietur, quod antè defunctus non poſſederat? *Contradicit l. 44. §. nondum. ibi: ſiue ſeruus. ff. eod. tt. cuius uerba uide ſ. repl. 2. dupl. 2. tripl. 1. Contradicit item l. 11 §. non autem ff. de adq. poſſeß. cuius uerba uide ſ. d. tripl. 1. Hæc de 34. exceptione, cum quatuor eius replicationib. ſint dicta.*

XXXV. EXCEPTIO: *Niſi dies feriati tempore poſſeßionis eximantur. Hæc exceptio reprobatur l. 31. §. 1. ff de uſucap. his uerbis:* In uſucapionibus mobilium continuum tempus numeratur.

XXXVI. EXCEPTIO: *Niſi dies intercalaris tempori non connumeretur. Hæc exceptio approbatur l. 2. ff. de diuerſ. & temp. præſcript. his uerbis:* In tempore conſtituto iudicatis, an intercalaris dies proficere iudicato nec'ne debeat, quæritur? Item de tempore quo lis perit. Sic ſine dubio exiſtimandum eſt, ut auctum tempus litis intercalari die exiſtimetur, ueluti ſi de uſucapione ſit quæſtio, quæ tempore conſtituto expleri ſolet: aut de actionibus quæ certo tempore finiuntur, ut ædilitiæ pleræque actiones: & ſi quis fundum ea lege uendiderit, ut niſi in diebus triginta precium eſſet ſolutum, inemptus eſſet fundus: dies intercalaris proficiet emptori. Mihi contrà uidetur.

XXXVII. EXCEPTIO: *Niſi conditio contractus initio poſſeßionis nondum extiterit. Hæc exceptio approbatur l. 2. §. ſi ſub condit. ff pro emptore, his uerbis:* Si ſub conditione emptio facta ſit, pendente conditione emptor non uſucapit. Idemque eſt, etſi putet conditionem extitiſſe, quæ non extitit. Similis enim eſt ei, qui putat ſe emiſſe. *Concordat l. 8. §. quòd ſi pendente. ff. de peri. & com. rei uenditæ. his uerbis:* Si pendente conditione res tradita ſit, emptor non poterit eam uſucapere pro emptore.

XXXVIII. EXCEPTIO: *Niſi cum res ſic empta eſſet, ut niſi pecunia intra diem certum ſoluta eſſet, inempta fieret, pecunia ſoluta non ſit. Hæc exceptio approbatur l. 2. §. Sabinus. ff. pro emptore, his uerbis:* Sabinus ait: Si ſic res empta ſit, ut niſi pecunia intra diem certum ſoluta eſſet, inempta fieret, non uſucapturum niſi prius perſoluta pecunia. *Huius exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi non conditionaliter ſit prolatum, ſed conuentio ſit. quæ replicatio approbatur d. §. Sabinus, his uerbis:* Sed uideamus utrum conditio ſit hæc, an conuentio. Si conuentio, magis reſoluetur quàm implebitur.

XXXIX. EXCEPTIO: *Niſi in diem addictio ſit facta. Hæc exceptio reprobatur l. 2. §. ſi in diem. ff. pro emptore, his uerbis:* Si in diem addictio facta ſit, id eſt, niſi quis meliorem conditionem attulerit, perfectam eſſe emptionem, & fructus emptoris effici, & uſucapionem procedere, Iulianus probat.

XL. EXCEPTIO: *Niſi cum nuptiæ nondum eſſent, res ex cauſa dotis ſit poſſeſſa. Hæc exceptio approbatur, ſimul & diſtinguitur l. 1. §. & primùm. ff. pro dote, his uerbis:* Iulianus inquit: Si ſponſa ſponſo ea mente tradiderit res, ut non ante eius fieri uellet quàm nuptiæ ſecutæ ſint, uſus quoq; capio ceſſabit. Si tamen non uidetur quid actum fuerit, credendum eſſe id agi, Iulianus ait, ut ſtatim res eius fiant: & ſi alienæ ſint, uſucapi poſsint. Quæ ſententia mihi probabilis uidetur. Ante nuptias autem non pro dote uſucapit, ſed pro ſuo. *Hiſce uerbis exceptio propoſita approbatur, ſimul & replicatio aduerſus eam introducitur talis: Niſi res ita data ſit ut ſtatim fiat ſponſi. tunc enim etiam nondum nuptijs exiſtentibus procedit uſucapio. Altera replicatio eſt: Niſi æſtimata res in dotem data ſit. Quæ replicatio reprobatur l. 2. ff. eod. tt. his uerbis:* Si æſtimata res ante nuptias tradita ſit, nec pro emptore, nec pro ſuo ante nuptias uſucapietur.

XLI. EXCEPTIO: *Niſi res cohærens ædificio poſſeſſa ſit, & ædificium poſtea demolitum. Hæc exceptio approbatur l. 23. ff. de uſucap. his uerbis:* Si demolita eſt domus, ex integro res mobiles poſsidendæ ſunt, ut tempore, quod in uſucapione rerum mobilium conſtitutum eſt, uſucapiantur. Et non poteſt rectè uti eo tempore, quo in ædificio fuerunt

runt

runt(nam quemadmudum eas ſolas & ſeparatas ab ædificio non poſſediſti, ſic nec penes te ſingulæ aut ſeparatæ fuerunt, cohærentibus his in ædificio) nec depoſitis ædib. quę hoc quoq; ipſum continent. Neque enim recipi poteſt, ut eadem res, & ut res ſoli & tanquam mobilis ſit poſſeſſa. *Concordat l.24.§.fin.ff.de rei uendicat. ubi Paulus:* Nec enim ſingula cęmenta (*inquit*) uſucapiũtur, etſi domus per temporis ſpacium noſtra fiat.

XLII. EXCEPTIO: *Niſi poſſeßio interrupta ſit, & res medio tempore non poſſeſſa. Hæc exceptio approbatur l.2.C.de præſcript. longi temp. his uerbis:* Longi temporis præſcriptio ijs qui bona fide acceptam poſſeſsionem, & continuatam nec interruptam inquietudine litis tenuerunt, ſolet patrocinari. *Ad hanc exceptionem pertinet locus de Vſurpationibus. Eſt autem Vſurpatio (autore Paulo iuriſconſulto) uſucapionis interruptio: quanquam Oratores uſurpationem frequentem uſum uocant.* a *Eius ſpecies ſunt exceptiones ſequentes. Planè huius exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi poſſeſſor re ex cauſa uenditionis tradita, poſtea uenditione reſoluta, rem receperit. hoc enim caſu ipſius poſſeßio interrupta non eſt, ſed accedit illi tempus quo res fuit apud emptorem. quæ replicatio approbatur per ea quæ propoſita ſunt ſ.except.34.repl.2.exemplo 2. Altera replicatio eſt: Niſi poſſeſſor rem in dotem dederit, poſteaq; rem ex dote receperit. hoc enim caſu quamuis medio tempore res à poſſeſſore poſſeſſa non fuit, tamen accedit ei tempus quo res fuit apud maritum. quæ replicatio approbatur per ea quæ propoſita ſunt ſ.d.repl.2. exemplo ult. Tertia replicatio eſt: Niſi poſſeſſor rem pignori dederit. Hoc enim caſu non interrumpitur eius poſſeßio. quæ replicatio approbatur l.33.§.qui pignori.ff.de uſucap. his uerbis:* Qui pignori rem dat, uſucapit quamdiu res apud creditorem eſt. *Concordat l.16.ff.eod.tit. cuius uerba uide ſ.lib.prox. cap.10.quæſt.6.reg.1.except.2. item concordat l.1.§.per ſeruum corporal.ff.de adq.poſſeſſ. cuius uerba uide j.lib.prox.cap.3.reg.1.except.8. Concordat item l.36.ff.eod.tit. cuius uerba uide j.except.46. Planè propoſitæ replicationis duplicatio prima hæc eſt: Niſi creditor eam rem alij tradiderit. quæ duplicatio approbatur d.§.qui pignori; his uerbis:* Sed ſi creditor eius poſſeſsionem alij tradiderit, interpellabitur uſucapio: & quantum ad uſucapionem attinet, ſimilis eſt ei qui quid depoſuit uel commodauit. quos palàm eſt deſinere uſucapere, ſi commodata uel depoſita res alij tradita fuerit ab eo, qui commodatum uel depoſitum acceperit. Planè ſi creditor nuda conuentione hypothecam contraxerit, uſucapere debitor perſeuerabit. *Plura de duplicatione propoſita uide j.lib. prox.cap.4.cauſa 19. Altera propoſitæ replicationis duplicatio eſt: Niſi poſſeſſor rem domino pignori dederit. quæ duplicatio approbatur d.l.33.§.ſi rem tuam. cuius uerba uide j.except.45. Quarta replicatio eſt: Niſi poſſeſſor rem apud alium depoſuerit. per hanc enim tranſlationem non interrumpitur uſucapio, nec amittitur poſſeßio. quæ replicatio approbatur, ſimul & diſtinguitur l.17.§.fin.ff.depoſiti, his uerbis:* Rei depoſitæ proprietas apud deponentem manet, ſed & poſſeſsio, niſi apud ſequeſtrum depoſita eſt. nam tunc demum ſequeſter poſſidet: id enim agitur ea depoſitione, ut neutrius interim poſſeſsionis tempus procedat. *Huius replicationis duplicatio prima hæc eſt: Niſi res apud ſequeſtrum deponatur. quæ duplicatio approbatur uerbis iam propoſitis hiſce:* Niſi apud ſequeſtrum depoſita eſt, &c. *Cuius triplicatio hæc eſt: Niſi non amittendæ poſſeßionis, ſed cuſtodiæ cauſa res apud ſequeſtrum deponatur. quæ triplicatio approbatur l.39.ff.de adq.poſſeß. his uerbis:* Intereſſe puto qua mente apud ſequeſtrum res deponatur. nam ſi dimittendæ poſſeſsionis cauſa, & hoc apertè fuerit approbatum, ad uſucapionem poſſeſsio eius partibus non procederet: at ſi cuſtodiæ cauſa deponatur, ad uſucapionem eam poſſeſsionem procedere uictori conſtat. *Altera duplicatio hæc eſt: Niſi is apud quem res depoſita eſt, eam alij tradiderit. quæ duplicatio approbatur per ea quæ propoſita ſunt ſ.repl.prox.dupl.1. Quinta replicatio eſt: Niſi poſſeſſor rem alij precariò conceſſerit. per hanc enim conceßionem uſucapio non interrumpitur. quæ replicatio approbatur, ſimul & diſtinguitur l.11.§.ſi is qui precariò ff.de adq.poſſ. his uerbis:* Si is qui precariò conceſſit, acceſsione uti uelit ex perſona eius cui conceſsit, an poſsit, quæritur ? Eſ ò puto, eum qui precariò conceſſerit, quamdiu manet precarium, acceſsione uti non poſſe. Si tamen receperit poſſeſsionem rupto precario, dicendum eſſe accedere poſſeſsionem eius temporis, quo precariò poſsidebatur. *Sexta replicatio eſt: Niſi alius rei ſeruandæ cauſa, aut legatorum, ueutrius ue nomine in poſſeßionem miſſus ſit. per hanc enim mißionem non interrumpitur uſucapio. quæ replicatio approbatur l.2.in prin.ff.pro hærede, his uerbis:* Qui legatorum ſeruandorum cauſà in poſſeſsionem mittitur, non interpellat poſſeſsionem eius qui pro hærede uſucapit. nam cuſtodiæ cauſa eam rem tenet. *Concordat l.22.ff.pro emptore, his uerbis:* Miſſo legatario in poſſeſsionem, res pro emptore uſucapiuntur ſalua prætorij pignoris cauſa. *Huius replicationis duplicatio hæc eſt: Niſi damni infecti nomine aduerſarius in poſſeßionem miſſus ſit. quæ duplicatio approba-*

a l.2.ff. de uſucap.

tur l. 10. §. cum prætor. ff. de adq. poſſeß. his uerbis: Cum prætor idcirco in poſſeſsionem rei ire iuſsit, quòd damni infecti non promitteretur: poſſeſsionem inuitum dominum amittere, Labeo ait. *Hæc de quadrageſima ſecunda exceptione, cuius ſpecies ſunt exceptiones ſequentes. Sed & plura de iis uide ȷ. lib. prox. cap. 4.*

XLIII. EXCEPTIO: *Niſi poſſeſſor nōdū finita uſucapione ab hoſtibus ſit captus. De hac exceptione uide ȷ. d. cap. 4. cauſa 16. itē ȷ̄. cap. 2. except. 6.*

XLIIII. EXCEPTIO: *Niſi poſſeſſor ſeruum manumiſerit. Hæc exceptio approbatur l. 5. ff. pro donato, his uerbis:* Qui pro donato cœperat uſucapere, manumittendo nihil egit: quia nec dominiū nactus fuerat, quæſitū eſt, an uſucapere deſierit? Reſpondi, eū de quo quæritur, amiſiſſe uideri poſſeſsionem, & ideo uſucapionem interruptam.

XLV. EXCEPTIO: *Niſi poſſeſſor rem domino locauerit, uendiderit, pignori dederit. Hæc exceptio approbatur l. 21. ff. de uſucap. his uerbis:* Ei à quo fundum pro hærede diutius poſsidendo capturus eram, locaui eum, an nullius momenti eam locationem exiſtimes? quæro. Quòd ſi nullius momenti exiſtimas, an durare nihilominus uſucapionem eius fundi putes? Item quæro, ſi eidem uendidero eum fundum, quid de ijs cauſis, de quibus ſuprà quæſiui, exiſtimes? Reſpondi: Si is qui pro hærede fundum poſsidebat, domino eum locauit, nullius momenti eſſe locationem, quia dominus rem ſuam conduxit. Sequitur ergo, ut nec poſſeſsionem locator quidem retinuerit: ideoque longi temporis præſcriptio non durabit. In uenditione idem iuris eſt, quod in locatione, ut emptio ſuæ rei conſiſtere non poſsit. *Concordat, quo ad pignoris cauſam, l. 13. §. ſi rem tuam. ff. eod. tit. ubi Iulianus:* Si rem tuam (*inquit*) cum bona fide poſsiderem, pignori tibi dem, ignoranti tuam eſſe, deſino uſucapere: quia non intelligitur quis ſuæ rei pignus contrahere. *Planè ſubijcit Iuriſconſultus ibidem replicationem aduerſus exceptionem propoſitam, hiſce uerbis:* At ſi nuda conuentione pignus contractum fuerit, nihilominus uſucapiam: quia hoc quoq; modo nullum pignus contractum uidetur.

XLVI. EXCEPTIO: *Niſi poſſeſſor rem ab alio precariò rogauerit. Hæc exceptio approbatur l. 6. in prin. ff. pro emptore, his uerbis:* Qui cum pro hærede uel pro emptore uſucaperet, precariò rogauerit, uſucapere non poteſt: quod porrò inter eas res intereſt, cum utrobiq; deſinat ex prima cauſa poſſidere, qui precariò uult habere. *Huius exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi cum rem pignori dediſſet, eandem à creditore precariò rogauerit. Quæ replicatio approbatur l. 36. ff. de adq poſſeß. his uerbis:* Qui pignoris cauſa fundum tradidit creditori, intelligitur poſsidere. Sed et ſi precariò eundem rogauerit, æquè per diutinam poſſeſsionem capiet. Nam cum creditoris poſſeſsio non impediat uſucapionem, longè minus precarij rogatio impedimento eſſe debet: cum plus iuris in poſſeſsionem habeat qui precariò rogauerit, quàm qui omnino non poſsidet. *Planè propoſitæ replicationis duplicatio prima hæc eſt: Niſi cum domino rei eam pignori dediſſet, poſtea ab eo precariò rogauerit. quæ duplicatio approbatur ȷ̄. except. prox. Secunda duplicatio eſt: Niſi ſeruo domini uel hæreditario pignori dederit, & precariò rogauerit. quæ approbatur l. 15. ff. de act. & obligat. his uerbis:* Qui à ſeruo hæreditatem, &c. *Tertia duplicatio eſt: Niſi creditor poſtea domino rei hæres extiterit. Quæ duplicatio approbatur l. 29. ff. de pignorat. act. his uerbis:* Si rem alienam bona fide emeris, & mihi pignori dederis, ac precariò rogaueris, deinde me dominus hæredem inſtituerit, deſinet pignus eſſe, & ſola precarij rogatio ſupererit. Idcirco uſucapio tua interpellabitur.

XLVII. EXCEPTIO: *Niſi res poſſeſſori ſit ſubrepta, uel ui erepta. Hæc exceptio approbatur l. 5. ff. de uſucap. his uerbis:* Naturaliter interrumpitur poſſeſsio, cum quis de poſſeſſione ui deijcitur, uel alicui res mobilis eripitur: quo caſu non aduerſus eum tantum qui eripuit, interrūpitur poſſeſsio, ſed aduerſus omnes: nec eo caſu quicquā intereſt, is qui uſurpauerit, dominus ſit, nec'ne. ac nec illud quidē intereſt, pro ſuo quiſq; poſsideat, an ex lucratiua cauſa. *Hiſce uerbis exceptio propoſita approbatur, ſimul etiam duæ eius replicationes reprobantur. PRIMA: Niſi non dominus poſſeſſori rem eripuerit. Secunda: Niſi ex cauſa lucratiua poſsideat. Tertia replicatio eſt: Niſi ſeruus eius per quem poſsidetur, puta creditoris, eā ſurripuerit. quæ replicatio approbatur l. 33. §. ſi rem. ff. de uſucap. his uerbis:* Si rem pignori datā creditoris ſeruus ſurripuerit, cū eam creditor poſsideret, non interpellabitur uſucapio debitoris: quia ſeruus domini ſui poſſeſſionē non ſubuertit. *Plura de propoſita exceptione uide ȷ. lib. prox. cap. 4. cauſa 9.*

XLVIII. EXCEPTIO: *Niſi ſeruus poſſeſſus fugerit. Hæc exceptio reprobatur l. 8 ff. de diuerſ. & temp. præſcript. his uerbis:* In acceſsione temporis, & id tempus quo in fuga ſit ſeruus, domino eius procedere uerum eſt. *Plura de hac exceptione uide ȷ. lib. prox. cap. 4. cauſa 24.*

XLIX. EXCEPTIO: *Niſi ij per quos poſsidetur, relinquendæ poſſeſsionis gratia diſceſſerint. Hæc exceptio reprobatur l. 1. §. per ſeruum. ff. de adq. poſſeß. his uerbis:* Per ſeruum qui in

in fuga ſit, nihil poſſe nos poſsidere Nerua filius aic: licet reſpondeatur, quam diu ab alio non poſsideatur, à nobis eum poſsideri: ideoque interim etiam uſucapi. Sed utilitatis cauſa receptum eſt ut impleatur uſucapio, quamdiu nemo nactus ſit eius poſſeſsionem. Poſſeſsionem autem per eum adquiri, ſicut per eos quos in prouincia habemus, Caſsij & Iuliani ſententia eſt. *Concordat l. 7. in prin. ff. pro empto re, his uerbis*: Qui fundũ poſsidebat pro emptore, antequã diutinam poſſeſsionẽ impleret, deceſsit: ſerui qui in eadẽ poſſeſsione relicti fuerant, diſceſſerũt relinquendæ eius gratia: quæſitũ eſt an nihilominus hæredi tempus longæ poſſeſsionis procedere poſſet? Reſpondi, etiã diſcedentibus ſeruis, hoc tempus hęredi procedere debere. *Plura de hac exceptione uide ſ. li. prox. c. 4. cauſa 18.*

L. EXCEPTIO: *Niſi res quæ poßidetur, alij miſceatur, uel iungatur. Hæc exceptio reprobatur l. 10. ff. de uſucap. his uerbis*: Rerum miſtura facta, an uſucapionẽ cuiuſq; rei præcedentem interrumpat? quæritur. Tria autem genera ſunt corporum. Vnum, quod continetur uno ſpiritu, & Græcè *ἡνωμένον* uocatur: ut homo, tignum, lapis, & ſimilia. Alterũ, quod ex cõtinentibus, hoc eſt ex pluribus inter ſe cohærentibus conſtat, quod *συνημμένον* uocatur: ut ædificium, nauis, armarium. Tertium, quod ex diſtantibus conſtat: ut corpora plura non ſoluta, ſed uni nomini ſubiecta, ueluti populus, legio, grex. Primũ genus in uſucapione quæſtionem nõ habet, ſecũdum & tertium habent. Labeo in libris Epiſtolarum ait: Si is cui ad tegularum uel columnarum uſucapionem decem dies ſupereſſent, in ędificium eas coniecisset, nihilominus eũ uſucapturũ, ſi ædificiũ poſſediſſet. Quid ergo in ijs quæ non quidem implicantur rebus ſoli, ſed mobilia permanent: ut in annulo & gemma? in quo uerum eſt & aurũ & gemmam poſsideri, & uſucapi, cum utrunq; maneat integrum. De tertio uerò genere corporum uidendũ eſt. Non aũt grex uniuerſus ſic uſucapitur, quomodo ſingulę res: nec ſic, quo modo cohærentes. Quid ergo eſt? Etſi ea natura eius eſt ut in adiectionibus corporum maneat idẽ grex, non tamen uniuerſi gregis ulla eſt uſucapio: ſed ſingulorũ animaliũ, ſicuti poſſeſsio, ita & uſucapio. nec ſi quid emptũ immiſtũ fuerit gregi, augendi eius gratia, idcirco poſſeſsionis cauſa mutabitur: ut ſi reliquus grex dominij mei ſit, hæc quoq; ouis: ſed ſingulæ cauſam ſuam habebunt, ita ut ſi quæ furtiuæ erunt, ſint quidẽ ex grege, nõ tamẽ uſucapiãtur.

LI. EXCEPTIO: *Niſi dominus rẽ à poſſeſſore ante impletam uſucapionẽ petierit. Hæc exceptio iure quodã antiquo reprobatur l. 2. §. fin. ff. pro emptore, his uerbis*: Si rẽ alienã emero, & cũ uſucaperẽ, eandẽ rẽ dominus à me petierit, nõ interpellari uſucapionẽ meã litis cõteſtatione. *Planè iure nouo exceptio propoſita approbatur l. 10. C. de præſcriptione lõgi temporis, his uerbis*: Nec bona fide poſſeſsionẽ adeptis, longi tẽporis præſcriptio poſt morã litis cõteſtatæ cõpleta proficit: cũ poſt motã cõtrouerſiã in præteritũ æſtimetur. *Cõcordat l. 2. C. eod. tit. cuius uerba uide ſ. c. 2. ext. 11 in prin. item cõcordat l. 26. C. de rei uendic. his uerbis*: Moræ litis cauſam poſſeſſoris nõ inſtruũt ad inducendã longæ poſſeſsionis præſcriptionẽ, quæ poſt litẽ conteſtatã in præteritũ æſtimatur. *Concordat itẽ l. 10. C. de adq. poſſeßione, his uerbis*: Nemo ambigit poſſeſsionis duplicẽ eſſe rationẽ, aliã quę iure conſiſtit, aliã quę corpore: utranq; aũt ita demũ eſſe legitimam, cũ omniũ aduerſariorũ ſilentio & taciturnitate firmatur. Interpellatione uerò & cõtrouerſia progreſſa, nõ poſſe eum intelligi poſſeſſorẽ, qui licet corpore teneat, tamen ex interpoſita cõteſtatione & cauſa in iudiciũ deducta, ſuper iure poſſeſsionis uacillet ac dubitet. *Planè huius exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi alius non dominus litẽ poſſeſſori de re mouerit. quæ replicatio approbatur l. 2. ff. pro donato. cuius uerba uide ſ. ea. prox. pro donato, except. penult. Plura de exceptione propoſita uide in Comment. liberationum cap. 26. except. 9.*

LII. EXCEPTIO: *Niſi dominus poſſeſſori in loco quem uſucapit, ædificanti nouũ opus nunciauit. Hæc exceptio reprobatur l. 11. ff. pro emptore, his uerbis*: Alienã aream bona fide emit, & ante impletam diutinam poſſeſsionem ædificare cœpit, & denũciante domino ſoli intra tempora diutinæ poſſeſsionis perſeuerauit: quæro utrum interpellata ſit, an cœpta durauerit? Reſpondi, ſecundum ea quæ proponerẽtur nõ eſſe interpellatam.

LIII. EXCEPTIO: *Niſi poſt completã uſucapionẽ inſtrumentũ cõtractus amiſerit poſſeſſor. Hæc exceptio reprobatur l. 7. C. de præſcript. lon. temp. his uerbis*: Longi temporis poſſeſsione munitis inſtrumentorum amiſsio nihil iuris aufert: nec diuturnitate poſſeſsionis paratam ſecuritatem maleficium alterius turbare poteſt.

LIIII. EXCEPTIO: *Niſi poſt cõpletam uſucapionem, poſſeßionẽ rei amiſerit poſſeſſor. Hæc exceptio reprobatur l. 8. in prin. C. de præſcrip. 30 uel 40 annor. his uerbis*: Si quis emptionis, uel donationis, uel alterius cuiuſcũq; contractus titulo rem aliquam bona fide per decem uel 20 annos poſſederit, & longi temporis exceptionem contra dominos eius uel creditores, hypothecã eius prætẽ-

dentes ſibi adquiſierit, poſteaq; fortuito caſu poſſeſsionem eius rei perdiderit, poſſe eum etiam actionem ad uindicandam eandem rem habere, ſancimus: hoc enim & ueteres leges, ſi quis eas rectè inſpexerit, ſanciebant. *Planè propoſita exceptio admittitur primum, ſi prior dominus, cuius res eſt uſucapta, quiq; in integrum reſtitutionem petere potuit, poſſeßionem rei ſit nactus. tunc enim ei, aduerſus eum qui uſucepit, uidetur competere exceptio: quoniam actio ei datur non temporalis, ſed perpetua. Quæ diſtinctio approbatur l. 31. ff. ex quibus cauſis maiores, &c. his uerbis:* Si is cuius rem uſuceperit, reipub. cauſa abſens, poſſeſsionem ſuæ rei ab illo uſucaptæ nactus ſit, etſi poſtea amiſerit, non temporalem, ſed perpetuam habet actionem. *Secundò admittitur exceptio propoſita, ſi malæ fidei poſſeſſor 30 uel 40 annorum exceptione tutus poſſeßionem rei amiſerit. Quæ diſtinctio approbatur d. l. 8. §. quod ſi quis. C. de præſcript. 30 uel 40 ann. his uerbis:* Quòd ſi quis eam rem deſierit poſsidere, cuius dominus, uel is qui ſuppoſitam eam habebat, exceptione 30 uel 40 annorũ expulſus eſt, prædictum auxilium non indiſtinctè, ſed cum moderata diuiſione ei præſtare cenſemus, ut ſi quidem bona fide ab initio eã rem tenuerit, ſimili poſsit uti præſidio: ſin uerò mala fide eam adeptus eſt, indignus eo uideatur. *Hiſce uerbis exceptio propoſita in caſu propoſito approbatur. Planè eius duæ replicationes in d. l. 8. proponuntur, quarum prima hæc eſt: Niſi alius per uim poſſeßionem ſit nactus. Quæ replicatio approbatur ibidem, his uerbis:* Sed hæc ſuper illis dementatoribus cenſemus, qui ſine uiolentia eandem rem nacti ſunt. nam ſi quis uiolenter eã abſtulerit, omnimodo licebit priori poſſeſſori ſine ulla diſtinctione eã uendicare. *Altera replicatio eſt: Niſi ob id quòd abſens in iudicio minimè reſponderit, poſſeßionem per ſententiam iudicis amiſerit. Quæ replicatio approbatur d. l. 8. §. penult. his uerbis:* Sed etſi quis non per uim, ſed per ſententiam iudicis eam obtinuerit, ea tantum occaſione quòd abſens prior poſſeſſor ad litem uocatus minimè reſponderit, licebit ei & inſtar cæterorum qui rei dominium habent, intra annum ſe offerenti, cautionemq; ſuſcipiendæ litis danti, eandem rem recipere, ſuperq; ea cognitionalia ſubire certamina.

LV. EXCEPTIO: *Niſi antea ex alia cauſa poſſederit, ex qua non ſolet procedere uſucapio. De hac exceptione uide ſ. lib. prox. cap. 2. in fine.*

DE SPECIALIBVS EXCEptionibus aduerſus ſingulas uſucapionis cauſas. Cap. VI.

HActenus exceptiones aduerſus Vſucapionem generaliores ſunt propoſitæ. Plures huiuſmodi exceptiones licet uidere ſ. lib. prox. in poſſeßionis actionib. Nam quæcunq; exceptiones aduerſus poſſeßionem obijci poſſunt, eædem etiam obſtant uſucapioni. Sed & omnes amittendæ poſſeßionis cauſæ in d. lib. prox. c. 4. enumeratæ & propoſitæ, hic quoq; exceptionum loco poſſunt collocari. Nunc ſpeciales exceptiones aduerſus ſingulas uſucapionis cauſas uideamus.

Pro emptore.

Regulariter ergo, ſi quis rem à non domino emit, uel ſi emptio propter aliquam aliam exceptionem nõ ſubſiſtit, emptor eam rem diutina poſſeßione pro emptore uſucapit. Hæc regula, præter hactenus enumeratas exceptiones, recipit & alias, quæ ſequuntur.

I. EXCEPTIO: *Niſi à pupillo emerit. Hæc exceptio approbatur l. 9. C. de uſucap. pro empt. his uerbis:* Eum qui à pupillo ſine tutoris authoritate diſtrahente cõparauit, nullum temporis longi ſpacium defendit. *Concordat l. 27. ff. de contrah. empt. cuius uerba uide paulo inferius repl. 3. Huius exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi emptor pupillum putet eſſe puberem. Quæ replicatio approbatur l. 2. §. ſi à pupillo. ff. pro emptore, his uerbis:* Si à pupillo emero ſine tutoris autoritate, quem puberem eſſe putem, dicemus uſucapionem ſequi, ut hic plus ſit in re quàm in exiſtimatione. *Secunda replicatio eſt: Niſi emptor putet pupillis licere res ſuas ſine tutoris authoritate alienare. Hæc replicatio reprobatur d. §. ſi à pupillo, his uerbis:* Quòd ſi ſcias pupillum eſſe, putes tamen pupillis licere res ſuas ſine tutoris autoritate adminiſtrare, non capies uſu: quia iuris error nulli prodeſt. *Tertia replicatio eſt: Niſi tutore authore emerit à pupillo. Quæ replicatio conſtat ex iam propoſitis legibus. Planè huius replicationis duplicatio hæc eſt: Niſi falſo tutore autore ſciens emerit. Quæ duplicatio approbatur l. 27. ff. de contrah. empt. his uerbis:* Qui ſine tutoris authoritate à pupillo emit, uel falſo tutore auctore, quem ſcit tutorem non eſſe, non uidetur bona fide emere, ut & Sabinus ſcripſit. *Quarta replicatio eſt: Niſi pupillus ex contractu emptionis locupletior ſit factus. Quæ replicatio approbatur l. 9. in fine. C. de uſucap. pro emptore, his uerbis:* Sed ſi locupletior emptoris pecunia factus, poſt pubertatem occaſionem iuris ad iniquum trahat compendium, doli mali ſubmouebitur exceptione.

II. EXCEPTIO: *Niſi à furioſo emerit. Hæc exceptio reprobatur l. 13. §. 1. ff. de uſucap. his uerbis:* Eũ qui à furioſo bona fide emit, uſucapere poſſe reſponſum eſt. *Concordat l. 8. in princip. ff. de public. in rem act. cuius uerba uide ſ. lib. proxim. cap. 11. quæſt. 4. except. 8. Concordat item l. 2. §. ſi à furioſo. ff. pro emptore, ubi Paulus:* Si à furioſo, quem putem ſanæ mentis, emero, conſtitutum eſt capere utilitatis cauſa me poſſe, quamuis nulla eſſet

emptio

emptio:& ideo nec de euictione actio naſcitur mihi, nec Publiciana competit, nec acceſsio poſſeſsionis. *Ait Iuriſcōſultus*: Quem ſanæ mentis putem. *Ergo ſi emptor ſciat eſſe furioſum, non procedit ei uſucapio.*

III. EXCEPTIO: *Niſi à ſeruo emerit, domino ignorante. Et hæc exceptio reprobatur l. 34. ff. de uſucap. his uerbis:* Si ſeruus inſciente domino rem peculiarem uendidiſſet, emptorem uſucapere poſſe.

IIII. EXCEPTIO: *Niſi ab eo emerit, quem ſciebat pecuniam ſtatim conſumpturum. Hæc exceptio reprobatur l. 8. ff. pro emptore, his uerbis:* Si quis, cum ſciret uenditorem pecuniam ſtatim conſumpturum, ſeruos ab eo emiſſet, pleriq; reſponderunt, eum nihilominus bonæ fidei emptorem eſſe: idq; uerius eſt. Quomodo enim mala fide emiſſe uidetur, qui à domino emit? niſi fortè & is qui à luxurioſo, & protinus ſcorto daturo pecuniam, ſeruos emerit, non uſucapiet.

V. EXCEPTIO: *Niſi ab eo emit, quem prætor alienare uetuit. Hæc exceptio approbatur l. 12. ff. de uſucap. his uerbis:* Si ab eo emas, quem prætor uetuit alienare, idq; tu ſcias, uſucapere nō potes. *Vnde Iulianus:* Qui ſciens rem emit ab eo, quem Prætor ut ſuſpectum hęredem diminuere uetuit, uſu non capiet. a

a l. 7. §. qui ſciens. ff. pro emptore.

VI. EXCEPTIO: *Niſi ab eo qui pro tutore negocia gerit, rem pupilli emerit. Hæc exceptio approbatur l. 4. §. ſi quis non. ibi: nam etſi. ff. de doli mali except. his uerbis:* Si is qui pro tutore negocia gerebat, rem uendiderit, & uſucapta ſit, exceptionem non nocere pupillo rem ſuam perſequenti, etiamſi ei cautum ſit: quia huic rerum pupilli adminiſtratio conceſſa non fuerit.

VII. EXCEPTIO: *Niſi rem pignori obligatam emerit à debitore. Hæc exceptio approbatur l. 6. C. de uſucap. pro emptore, his uerbis:* Cum ſit probatum rem pignori fuiſſe obligatam, & poſtea à debitore diſtractam, palàm eſt non potuiſſe eam quaſi furtiuam uſucapi.

VIII. EXCEPTIO: *Niſi ab eo emit, qui ſciuit rem alienam eſſe. De hac except. uide ſuprà cap. 2. except. 12. Hactenus igitur exceptiones ſumptæ ex perſona uenditoris ſunt propoſitæ: ſequuntur nunc reliquæ.*

IX. EXCEPTIO: *Niſi tutor ex pupilli auctione rem quam eius putabat eſſe, emerit. Hæc exceptio reprobatur l. 2. §. tutor. ff. pro emptore, his uerbis:* Tutor ex pupilli auctione rem, quam eius putabat eſſe, emit. Seruius ait, poſſe eum uſucapere. In cuius opinionem decurſum eſt, eo quòd deterior cauſa pupilli non fit. Si pluris habeat emptorem, & minoris emerit, tutelæ iudicio tenebitur, ac ſi alij minoris addixiſſet, idque à Diuo Traiano conſtitutum dicitur.

X. EXCEPTIO: *Niſi procurator uel negociorum geſtor ex auctione domini rem emerit. Et hæc exceptio reprobatur d. l. 2. §. procuratorem. ff. pro emptore, his uerbis:* Procuratorem quoq; qui ex auctione, quam mandato domini fecit, emerit, pleriq; putant utilitatis cauſa pro emptore uſucapturum. Idemq; poteſt dici, etſi negocia domini gerens ignorantis emerit propter eandem utilitatem.

XI. EXCEPTIO: *Niſi rem à defuncto alienari prohibitam emerit. hæc exceptio approbatur l. 2. C. de uſucap. pro emptore, his uerbis:* Si contra defuncti uoluntatem ſeruos, quos propter perfectę artis peritiam hęredibus ſuis defunctus ſeruari teſtamento præcepit, tutores uendiderunt, uſucapi non potuerunt.

XII. EXCEPTIO: *Niſi donationis cauſa uenditio ſit facta. Hæc exceptio approbatur l. 6. ff. pro donato, his uerbis:* Donationis cauſa facta uenditione, non pro emptore, ſed pro donato res tradita uſucapietur.

XIII. EXCEPTIO: *Niſi dominus denunciauerit emptori, ne emeret. Hæc exceptio approbatur l. 17. C. de rei uendicat. his uerbis:* Si fundum ueſtrum, uobis per denunciationem admonentibus uolentem ad emptionem accedere, quòd diſtrahentis non fuerit, non rectè is contra quem preces funditis, comparauit, uel alio modo mala fide contraxit: tam fundum ueſtrum conſtiturum probantibus, quàm fructus quos eum mala fide percepiſſe fuerit probatum, aditus Præſes prouinciæ reſtitui iubebit. a

XIIII. EXCEPTIO: *Niſi dolo ſit facta uenditio. Hæc exceptio approbatur l. 6. C. de præſcript. longi temp. his uerbis:* Si fraude & dolo (licet inter maiores uigintiquinq; annis) facta uenditio eſt, hanc confirmare nō potuit conſequens tempus: cum longi temporis præſcriptio in malæ fidei contractibus locum non habeat.

XV. EXCEPTIO: *Niſi procurator rem domini minoris uendiderit. Hæc exceptio reprobatur l. 7. §. procurat. ff. pro emptore, his uerbis:* Procurator tuus ſi fundū, quē 100. aureis uendere poterat, addixerit 50. aureis, in hoc ſolùm ut damno te afficeret, ignorante emptore: dubitari non oportet, quin emptor longo tempore capiat. Nam & cum ſciens quis alienum eſſe fundum uendiderit ignoranti, non interpellatur longa poſſeſsio. *Planè admittititur exceptio propoſita, ſi emptor cum procuratore colluſit. quæ diſtinctio approbatur in d. §. procurator, his uerbis:* Quòd ſi emptor cū procuratore colluſerit, & eum præmio corruperit, quo uilius emeret, non intelligitur bonæ fidei emptor, nec longo

longo tempore capiet:etſi aduerſus petentem dominum uti cœperit exceptione rei uoluntate eius uenditæ, replicationem doli utilem futuram eſſe.

XVI. EXCEPTIO: *Niſi cum quis mandatu ſerui rem emiſſet, eam ei manumiſſo tradidit. Hæc exceptio approbatur l.7.§.ſeruus.ff. pro emptore, his uerbis:* Seruus meus Titio mandauit, ut fundum ei emeret: eiq; manumiſſo, Titius fundi poſſeſsionem tradidit: quæſitum eſt, an longa poſſeſsione caperet? Reſpondi: Si ſeruus meus mandauerit Titio ut fundum ei emeret, & manumiſſo ei Titius fundum tradiderit, cum & peculium ei conceſſum eſſe putaret, uel etiam cùm ignoraret peculium ei conceſſum non eſſe, nihilo magis ſeruum diutina poſſeſsione capere: quia aut ſcit ſeruus peculium ſibi conceſſum non eſſe, aut ſcire debet: & per hoc ſimilis eſt ei qui ſe creditorem ſimulat eſſe. Quod ſi ſcierit Titius peculium manumiſſo conceſſum non eſſe, donare potius quàm indebitum fundum ſoluere intelligendus eſt.

XVII. EXCEPTIO: *Niſi cum quis alij rem eius mandatu emiſſet, eam ſibi traditam retinuerit. Hæc exceptio reprobatur l.13.§.fin.ff.de uſucap. cuius uerba uide ſ.cap.4.except.26. exemplo 7.*

XVIII. EXCEPTIO: *Niſi cum alia res empta eſſet, alia tradita ſit. Hæc exceptio approbatur l.2.§.cum Stichum.ff.pro emptore, his uerbis:* Cum Stichum emiſſem, Dama mihi per ignorantiam pro eo traditus eſt. Priſcus ait, uſu me eum non capturũ: quia id quod emptum non ſit, pro emptore uſucapi nõ poteſt. *Huius exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi cum minus emptum eſſet, plus ſit traditum. hoc enim caſu id quod excedit, nihilo minus poteſt uſucapi. quæ replicatio approbatur d.§.cum Stichum, in fine. his uerbis:* Sed ſi fundus emptus ſit, & ampliores fines poſſeſsi ſint, totũ longo tempore capi: quoniam uniuerſitas eius poſsideatur, non ſingulæ partes. *De ratione huius replicationis dictum eſt ȷ.lib prox.cap.1.in tertio loco adq.poſſeß.reg.2.*

XIX. EXCEPTIO: *Niſi emptor propria authoritate rem emptam occupauerit. Hæc exceptio approbatur l.5.ff.de adq.poſſeſſ. his uerbis:* Si ex ſtipulatione tibi Stichum debeam, & non tradam eum, tu autem nactus fueris poſſeſsionem, prædo es. Aequè ſi uendidero rem tibi, nec tradidero, & ſine uoluntate mea nactus ſis poſſeſsionem, non pro emptore poſsides, ſed prædo es. *Concordat l.7.C.de adq.poſſeß. cuius uerba uide ſ. cap. 4.except.27. Concordat item l.9. C.eod. tt. his uerbis:* Nec ex uera uenditione poſſeſsionem quam non fuerat emptor adeptus, improbè retinere poteſt: ac multò minus is qui adſeueratione falſa, uelut emptor, cum ſine obligatione pignoris pecuniã mutuò dediſſet, fundum irrumpens alienum, retinendi iuſtam cauſam habet. *Huius exceptionis replicatio prima hæc eſſe uidetur: Niſi uenditor mandauerit emptorem in poſſeßionem inducendum. Quæ tamen replicatio reprobatur l.33.in princip.ff. eod.tt. his uerbis:* Fundi uenditor, etiamſi mandauerit alicui ut emptorem in uacuã poſſeſsionem induceret, priuſquam id fieret, non rectè emptor per ſe in poſſeſsionem ueniet. *Secunda replicatio eſt: Niſi emptor diu ſciente uenditore in poſſeßione fuerit. Quæ replicatio approbatur l.2 C.de adq.poſſeß. his uerbis:* Minus inſtructus eſt qui te ſolicitũ reddidit, quaſi in uacuam poſſeſsionem eius quod per procuratorem emiſti, nõ ſis inductus: cum ipſe proponas te diu in poſſeſsione fuiſſe, omniaq; ut dominũ geſsiſſe. licet enim inſtrumento nõ ſit comprehenſum, quòd tibi tradita ſit poſſeſsio: ipſa tamen rei ueritate id conſecutus es, ſi ſciente uenditore in poſſeſsione fuiſti.

XX. EXCEPTIO: *Niſi emptio facta non ſit. De hac exceptione dictum eſt ſuprà capite 4.except.28.*

Pro hærede.

Pro hærede uſucapit is, qui putãs ſe hæredem, rem poßidet. Cuius regulæ except. ſequuntur.

I. EXCEPTIO: *Niſi ſuus hæres ſuperſit. Hæc exceptio approbatur l.2.C. de uſucap. pro hærede, his uerbis:* Nihil pro hærede poſſe uſucapi, ſuis hæredibus exiſtentibus obtinuit.

II. EXCEPTIO: *Niſi is qui teſtamenti factionem non habet, pro hærede poßideat. Hæc exceptio approbatur l.ult.ff.pro hærede. his uerbis:* Conſtat, eum qui teſtamenti factionem habet, pro hærede uſucapere poſſe. *Concordat l.7.ff. pro legato. cuius uerba uide ȷ. pro legato except.1.*

III. EXCEPTIO: *Niſi is qui à muliere nõ rectè eſt adoptatus, ex ea cauſa pro hærede poßideat. Hæc exceptio approbatur l.8.C.de lõgi temp. praeſcript. his uerbis:* Si is contra quem ſupplicas, matris tuæ quondam mancipia quaſi filius ex cauſa tantum adoptionis defendit, affectio deſtinatæ & illicitæ adoptionis ad horum dominium ei quærendum ſola non ſufficit. Quapropter mancipia petere non prohiberis, nullam timens temporis præſcriptionem: ſi hoc tantum initio præcedente is contra quem ſupplicas, horum poſſeſsionem adeptus eſt.

IIII. EXCEPTIO: *Niſi res ex hæreditate defuncti non ſit. Hæc exceptio reprobatur quidẽ l.3.ff.pro hærede, his uerbis:* Pleriq; putauerũt, ſi hęres ſim, & putem rem aliquã ex hæreditate eſſe quæ non ſit, poſſe me uſucapere. *Concordat l.4 §.penult.ff.pro ſuo. cuius uerba uide ȷ.pro donato, except.1. Approbatur autem l.4. C.de uſucap.*

uſucap. pro hærede, his uerbis: Vſucapio nõ præcedente uero titulo, procedere nõ poteſt, neq; prodeſſe, neq; tenenti, neq; hæredi eius poteſt: nec obtentu uelut ex hęreditate, quod alienum fuit, domini intentio ullo temporis longi ſpacio abſumitur. *Concordat l. 4. C. de præſcript. longi temp. his uerbis:* Diutina poſſeſsio tantum iure ſucceſsionis ſine iuſto titulo obtenta, prodeſſe ad præſcriptionem hac ſola ratione non poteſt.

V. EXCEPTIO: *Niſi defunctus uſucapere non potuerit. Hæc exceptio approbatur l. 11. ibi: tamen uſu. ff. de diuerſ. & temp. præſcript. his uerbis:* Quamuis precarium hæredem ignorantem non teneat, nec interdicto recté conueniatur: tamen uſucapere non poterit, quod defunctus non potuit. *Concordat l. 1. C. de uſucap. pro hærede, his uerbis:* Cum uſucapio pro hærede locum non habeat: intelligis neq; matrem tuam cui hæres extitiſti, neq; te uſu mancipia ex ea cauſa capere poſſe.

VI. EXCEPTIO: *Niſi teſtator adhuc uiuat. Hæc exceptio approbatur l. 1. ff. pro hærede, his uerbis:* Pro hærede ex uiui bonis nihil uſucapi poteſt, etiamſi poſſeſſor mortui rem fuiſſe exiſtimauerit. *Concordat l. 3. C. de uſucap pro hærede, ubi Imp. Dioclet.* Opinione falſa mortis pro hærede, poſſeſsio rerum abſentis procedere non poteſt.

VII. EXCEPTIO: *Niſi poſſeſſor hæres non ſit. Hæc exceptio approbatur l. 29. ff. de uſucap. his uerbis:* Cum ſolus hæres eſſem, exiſtimarem autem te quoq; pro parte hæredem eſſe, res hæreditarias pro parte tibi tradidi, propius eſt ut uſu eas capere non poſſis: quia nec pro hærede uſucapi poteſt, quod ab hærede poſſeſſum eſt, neq; aliam ullam hæres habet cauſam poſsidendi: ita tamen hoc uerum eſt, ſi non ex tranſactione id factum fuerit. Idem dicemus, ſi tu quoque exiſtimes te hæredem eſſe. nam hic quoque poſſeſsio ueri hæredis obſtabit tibi.

Pro donato.

Pro donato is uſucapit, cui res donationis cauſa tradita eſt. [a] *Vnde Imp. Alexander:* Siue fuerit dominus, qui tibi loca, de quibus ſupplicaſti, donauit: ſiue à non domino bona fide donata ſuſcepiſti, eaq; uſucepiſti, auferri tibi, quod iure quæſitum eſt, non poteſt.

a l. 1. in prin. ff. pro donato.

[b] *Propoſitæ regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi pater filio, quem in poteſtate habet, donet. Hæc exceptio approbatur l. 1. §. 1. ff. pro donato, his uerbis:* Si pater filio, quem in poteſtate habet, donet, deinde decedat: filius pro donato non capiet uſu, quoniam nulla donatio fuit. *An Iuriſconſultus:* Pro donato non capiet uſu. *Nunquid autem pro hærede uſucapiet? Non. nam filium donatam rem à patre pro hærede negauit uſucapere Seruius, ſcilicet quia exiſtimabat naturalem poſſeſsionem penes eum fuiſſe uiuo patre. Cui conſequens eſt (Paulus ait) ut filius à patre hæres inſtitutus, res hæreditarias à patre ſibi donatas pro parte cohæredum uſu capere non poſsit.* [c] *Planè exceptio propoſita replicationem admittit hanc: Niſi hæres donationem factam ratam habeat. Quæ replicatio approbatur l. 4. ff. pro donato, his uerbis:* Si pater filiæ donauerit, quæ in poteſtate eius erat, & eam exhæredauerit: ſi id hæres eius ratum habeat, exinde ea uſucapiet donationem, qua ex die hæres ratam donationem habuit. *Concordat l. 4. §. ſi pater. ff. pro ſuo. his uerbis:* Si pater cũ filijs bona quæ habebat partitus ſit, & ex ea cauſa poſt mortem patris ea teneant: quòd inter eos conuenerit ut ea diuiſio rata eſſet, uſucapio his procedet prò ſuo in his rebus, quæ alienæ in bonis patris inueniuntur.

b l. 1. C. de uſucap. pro donato.

c l. 1. §. fin. ff. pro hærede.

II. EXCEPTIO: *Niſi uir uxori, uel uxor uiro donauerit. Hæc exceptio approbatur l. 1. §. ſi inter. ff. pro donato, his uerbis:* Si inter uirum & uxorem donatio facta ſit, ceſſat uſucapio. *Huius exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi ante contractum matrimonium res ſit donata. Secunda replicatio eſt: Niſi poſtea ſolutum ſit matrimonium. Quæ duæ replicationes approbantur l. 25. ff. de donat. inter uirum & uxor. his uerbis:* Si inter extraneos facta ſit donatio, & antequam per legitimum tempus dominium fuerit adquiſitum, coierint: uel econtrà ſi inter uirum & uxorem facta ſit donatio, & ante impletum tempus ſupradictum, ſolutum ſit matrimonium, nihilo minus procedere temporis ſuffragium conſtat: quia altero modo ſine uitio tradita eſt poſſeſsio, altero quòd fuerit uitium, amotum ſit. *Planè ſecunda replicatio admittit duplicationem hanc: Niſi diuortio ſolutum ſit matrimonium. Quæ duplicatio approbatur l. 1. §. fin. ff prò donato, his uerbis:* Si uir rem uxori donauerit, & diuortium interceſſerit, uſucapionem quoq; ceſſare, Caſsius reſpondit: quoniam non poſsit cauſam poſſeſsionis ſibijpſi mutare. *Tertia replicatio eſt: Niſi facto diuortio, maritus donationem ratam habuerit. Quæ replicatio approbatur d. §. fin. his uerbis:* Aliàs ait poſt diuortiũ ita uſu capturam, ſi eam maritus conceſſerit, quaſi nunc donaſſe intelligatur. *Quarta replicatio eſt: Niſi aliena res ſit donata, & donans non ſit pauperior factus. Quæ replicatio approbatur l. 3. ff. pro donato, his uerbis:* Si uir uxori, uel uxor uiro donauerit, ſi aliena res donata fuerit. uerũ eſt qđ Trebatius putabat, ſi pauperior is q donaſſet, nõ fieret, uſucapioné poſsidẽti procedere. *Cõcordat l. 26. ff. de donat. inter uir. & uxor. cuius hæc ſunt uerba:* Sed etſi conſtantẽ

matri-

matrimonio res aliena uxori à marito donata fuerit, dicendum eſt confeſtim ad uſucapionem eius uxorem admitti: quia etſi non mortis cauſa donaretur ei, non impediretur uſucapio. nam ius conſtitutum ad eas donationes pertinet, ex quibus & locupletior mulier, & pauperior maritus in ſuis rebus fit. Itaq; licet mortis cauſa donatio interueniat, quaſi inter extraneas perſonas fieri intelligenda eſt in ea re: quæ quia aliena eſt, uſucapi poteſt. *Quinta replicatio eſt: Niſi alius rem uiri uxori eius donauerit. Quæ replicatio approbatur l.45.ff.de donat.inter uir.& uxor. his uerbis:* Si extraneus rem uiri ignorans, eius eſſe ignoranti uxori, ac nec uiro quidem ſciente eam ſuam eſſe, donauerit, mulier rectè eam uſucapit. *Huius replicationis duplicatio prima hæc eſſe uidetur: Niſi is qui in poteſtate uiri eſt, uxori eius donauerit. Quæ tamen duplicatio reprobatur d.l.45. his uerbis:* Idemq; iuris erit, ſi is qui in poteſtate uiri erat, credens ſe patremfamiliâs eſſe, uxori patris donauerit. *Altera duplicatio eſt: Niſi uir ſciens rem ſuam eſſe, eam uendicare nolit, & mulier idem ſciat. Quæ duplicatio approbatur d.l.45. his uerbis:* Sed ſi uir ſciuerit ſuam rem eſſe priuſquam uſucapiatur, uendicareq; eam poterit, nec uolet, & hoc mulier nouerit, interrũpetur poſſeſsio: quia tranſit in cauſam ab eo factæ donationis ipſius mulieris ſcientia. *Planè corrigit Iuriſconſultus ibidem ſeipſum, his uerbis:* Propius autem eſt ut nullum adquiſitioni dominij eius afferat impedimentum. non enim omnimodo uxores ex bonis uirorum, ſed ex cauſa donationis ab ipſis factæ, adquirere prohibitæ ſunt. *Per hæc uerba poſteriora, propoſita altera duplicatio reprobatur.*

III. EXCEPTIO: *Niſi ſubditus magiſtratui contra legem repetundarum donauerit. Hæc exceptio approbatur l.8.ff.ad l.Iul. repetund. his uerbis:* Quod contra legem repetundarũ proconſuli uel prætori donatum eſt, non poterit uſucapi. Eadem lex uenditiones, itẽ locationes eius rei cauſa pluris, minorisue factas irritas facit, impeditq; uſucapionem, priuſquam in poteſtatem eius à quo profecta res ſit, hæredisue eius ueniat.

IIII. EXCEPTIO: *Niſi ſeruus ita donatus ſit, ut poſt quinquennium manumittatur. Hæc exceptio reprobatur l.18.§. idem Ariſto. ff.de donationib. his uerbis:* Ariſto ait, ſi donationis cauſa in hoc tradatur ſeruus, ut poſt quinquennium manumittatur, ſit autẽ alienus, poſſe dubitari an uſucapiatur: quia aliquid donationis interuenit: & hoc genus quæſtionis in mortis cauſa donationibus uerſari, Pomponius ait. Et magis putat, ſi ità donetur, ut poſt quinquennium manumittatur, poſſe dici uſucapionem ſequi.

V. EXCEPTIO: *Niſi donator donationem reuocare conſtituerit. Hæc exceptio reprobatur l.2.ff.pro donato, his uerbis:* Si is qui alienam rem donauit, reuocare conſtituerit donationem, etiamſi iudicium ediderit, remq; cœperit uendicare, curret uſucapio.

VI. EXCEPTIO: *Niſi donatum non ſit. De hac exceptione uide 8.cap.4.except.28.*

Pro derelicto.

Pro derelicto res uſucapitur, quæ à non domino pro derelicto habita eſt. Cuius regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi poſſeſſor ignoret à quo pro derelicto habita res ſit. Hæc exceptio reprobatur l.4.ff. pro derelicto, his uerbis: Id quod pro derelicto habitum eſt, & haberi putamus, uſucapere poſſumus, etiamſi ignoremus à quo derelictum ſit.

II. EXCEPTIO: *Niſi merces ſint ex naue iactæ, aut ex naufragio expulſæ. Hæc exceptio approbatur l.7.ff.pro derelicto, his uerbis:* Si quis merces ex naue iactas inueniſſet, nũ ideo uſucapere non poſsit, quia non uiderentur derelictæ, quæritur. Sed uerius eſt, eum pro derelicto uſucapere non poſſe. *Concordat l.21.§.1.ff.de adq poſſeſſ. Vbi Iabolenus:* Quod ex naufragio expulſum eſt (*inquit*) uſucapi non poteſt: quoniam non eſt in derelicto, ſed in deperdito. Idem iuris eſſe exiſtimo in ijs rebus quæ iactæ ſunt: quoniam non poteſt uideri id pro derelicto habitum, quod ſalutis cauſa interim dimiſſum eſt.

III. EXCEPTIO: *Niſi res pro derelicto habita non ſit. Hæc exceptio approbatur l.6.ff. pro derelicto, his uerbis:* Nemo poteſt pro derelicto uſucapere, qui falſo exiſtimauerit rem pro derelicto habitam eſſe.

Pro legaro.

Pro legato uſucapit is, qui rem ex cauſa legati poſſidet.[a] *Cuius regulæ exceptiones ſequuntur.*

a l. 2. in princ. ff. pro legato.

I. EXCEPTIO: *Niſi cum eo teſtamenti factio non ſit. Hæc exceptio approbatur.l.7.ff.pro legato, his uerbis:* Nemo poteſt legatorum nomine uſucapere, niſi is cum quo teſtamenti factio eſt: quia ea poſſeſsio ex iure teſtamenti proficiſcitur.

II. EXCEPTIO: *Niſi legatum non ſit. Hæc exceptio approbatur l.2.cum lege ſequente. ff. pro legato, his uerbis:* Si poſsideam alienam rem, quam putabam mihi legatam, cum non eſſet, pro legaro non uſucapiam: non magis quam ſi quis emptum exiſtimet, quod non emerit. *De hac exceptione uide plura ſuprà cap.4. cauſa 28.*

III. EXCEPTIO: *Niſi alij quàm cui legatum eſt, res tradita ſit. Hæc exceptio reprobatur l.4.§.fin ff.pro legato. cuius uerba uide paulo ſ. except.prox.*

IIII. EXCEPTIO: *Niſi legatum adem-*

ptum

ptum ſit. *Hæc exceptio reprobatur l.4. ff. pro legato, his uerbis:* Pro legato uſucapi poteſt, ſi res aliena legata ſit: aut teſtatoris quidē ſit, ſed adempta codicillis ignoratur. in horum enim perſona ſubeſt iuſta cauſa quæ ſufficit ad uſucapionē. Idem poteſt dici, et ſi in nomine erit dubitatio: ueluti ſi Titio legatum ſit, cum ſint duo Titij, ut alter eorum de ſe cogitatum exiſtimauerit. *Concordat l.9. ff. eod. tit. cuius uerba uide ʒ. except. prox.*

V. EXCEPTIO: *Niſi non rectè, uel iure legatum ſit. Hæc exceptio reprobatur l.9. ff. pro legato, his uerbis:* Pro legato uſucapit, cui rectè legatum relictum eſt. Sed etſi non iure legatum relinquatur, uel legatum ademptum eſt, pro legato uſucapi poſt magnas uarietates obtinuit.

VI. EXCEPTIO: *Niſi re aliena legata, dominus rei legatæ adhuc uiuat. Hæc exceptio reprobatur l.5. cum l. ſequente. ff. pro legato, his uerbis:* Ea res quę legati nomine tradita eſt, quamuis dominus eius uiuat, legatorum tamen nomine uſucapietur, ſi is cui tradita eſt, mortui eſſe exiſtimauerit.

VII. EXCEPTIO: *Niſi legatarius non traditam poſſeßionem rei legatæ ſit ingreſſus. Hæc exceptio reprobatur l.8. ff. pro legato, his uerbis:* Si nō traditam poſſeſsionem ingrediatur ſine uitio legatarius, legatæ rei uſucapio competit.

Pro dote.

Pro dote uſucapit is, qui rem in dotem accepit. Quæ regula approbatur l.1. in prin. ff. pro dote, his uerbis: Titulus eſt uſucapionis, & quidē iuſtiſsimus, qui appellatus pro dote, ut qui in dotem rem accipit, uſucapere poſsit ſpacio ſolenni, quo ſolent qui pro emptore uſucapiunt. *Concordat d.l.1. §. ſi tamen. ibi: & ſi alienæ. cuius uerba uide ʒ. cap.5. except. 40. Concordat item l. unica. C. eod. tit. his uerbis:* Res mobiles in dotem datæ, quamuis alienæ, ſi ſine uitio tamen ſuerint bona fide acceptæ, pro dote uſucapiuntur. *Huius regulæ exemplum proponitur l.1. ff. eod. tit. hiſce uerbis:* Duæ filiæ inteſtato patri hæredes extiterunt, & mancipia communia ſingulę in dotem dederunt, & poſt aliquot annos à morte patris familiæ erciſcūdæ iudiciū inter eas dictatū eſt: quæſitum eſt, cum mariti bona ſide mancipia in dotem accepta ut dotalia multis annis poſſederint, an ea uſucepiſſe uideantur, ſi ij qui accipiebant, dantis credidiſſent eſſe? Reſpondi, nihil proponi cur non uſucepiſſent. *Exceptiones propoſitæ regulæ ſpeciales hæ ſunt.*

I. EXCEPTIO: *Niſi res uniuerſæ in dotem ſint acceptæ. hæc exceptio reprobatur l.1. in prin. ff. pro dote, his uerbis:* Et nihil refert ſingulæ res, an pariter uniuerſæ in dotē dentur.

II. EXCEPTIO: *Niſi nuptiæ nondum ſint ſecutæ. Hæc exceptio approbatur l.1. §. & prin. ff. pro dote: de qua re uide ʒ. cap.5. except. 40.*

III. EXCEPTIO: *Niſi matrimonium ceſſet, uel ſecutum non ſit, aut ſit illegitimum. Hæc exceptio approbatur l.1. §. penult. & ult. ff. pro dote, his uerbis:* Conſtante matrimonio, pro dote uſucapio inter eos locum habet, inter quos eſt matrimonium contractum. Cæterum ſi ceſſet matrimonium, Caſsius ait, ceſſare uſucapionem, quia dos nulla ſit. Idem ſcribit, etſi putauit maritus eſſe ſibi matrimonium, cum non eſſet, uſucapere eum non poſſe: quia nulla dos ſit. quæ ſententia habet rationem.

Pro ſoluto.

Pro ſoluto uſucapit, qui rem debiti cauſa recipit.[a] *Huius regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi debitum non ſit. De hac exceptione uide ſuprà cap 4. except. 28. repl. 3.*

[a] l.2. in prin. ff. pro ſoluto.

II. EXCEPTIO: *Niſi aliud quàm quod debetur ſit ſolutum. Hæc exceptio reprobatur l.2. §. ſin. ff pro ſoluto, his uerbis:* Et non tantum quod debetur, ſed & quodlibet pro debito ſolutum, hoc titulo uſucapi poteſt.

Pro ſuo.

Pro ſuo poſſeßio talis eſt (inquit Vlpianus [b]) ut cum dominium nobis adquiri putamus, & ex ea cauſa poßideamus ex qua adquiritur. Huius regulæ exēpla ſequuntur, quorum primum eſt: Si ex cauſa emptionis quis poßideat. Nam ex cauſa emptionis, & pro emptore & pro ſuo poßideo, inquit Vlpianus. [c] *Secundum exemplum eſt, ſi quis ex cauſa donation.*[s] *poßideat. Tertium, ſi quis ex cauſa legati poßideat. nam in re donata uel legata (idem Vlpianus ait) uel pro donato, uel pro legato, uel etiam pro ſuo poßideo.* [d] *Quartum exemplum eſt in ijs rebus, quæ nobis iure naturali uel gentium acquiruntur. Nam eſt ſpecies poſſeßionis (inquit Vlpianus) quæ uocatur Pro ſuo: hoc enim modo poßidemus omnia quæ mari, terra, cœloq́; capimus, aut quæ alluuione fluminum noſtra fiunt: item quæ ex rebus alieno nomine poſſeßis nata poßidemus. ueluti partum hereditariæ, aut emptæ ancillæ pro noſtro poßidemus. ſimiliter fructus rei emptæ aut donatæ, aut quæ in hereditate inuenta eſt.* [e] *Quintum exemplum eſt, ſi poſſeſſor litis æſtimationem obtulit. hic enim pro emptore incipit poßidere,* [f] *& per conſequens pro ſuo. Sextum exemplum eſt l.33. §. ſi mihi. ff. de uſucap. cuius hæc ſunt uerba:* Si mihi Titius, à quo fundum petere uolebam, poſſeſsionem ceſſerit, uſucapionis cauſam iuſtam habebo. Sed & is à quo ex ſtipulatu fundum petere uolebam, cedendo mihi poſſeſsionem, ſi ſoluendi cauſa id fecerit, eo ipſo efficiet ut fundum longo tempore capiam. *Septimum exemplum eſt in cauſa tranſactionis. Nam ex cauſa tranſactionis (inquit Imp. Philippus) habentes iuſtam cauſam poſſeßionis, uſucapere poſ-*

[b] l.1. in prin. ff. pro ſuo.
[c] d. l. 1. §. 1.
[d] d. l. 1. §. ult. in fi.
[e] l. 2. ff. pro ſuo.
[f] l. 1 & l. 2. ff pro empto. & l. 15. ff. qui bus ex cauſis in poſſ. eatur.

a l. 8. C. de uſucap. pro emptore.

re poſſunt. a Cui concordat l. 19. ibi: ita tamen. ff. de uſucap. cuius uerba uide ſ. pro hærede, in fine.

Octauum exemplum eſt, Si cui res in communi diuidundo iudicio ſit adiudicata. Nam ſi per errorē (Marcellus ait) de alienis fundis quaſi de communib. iudicio communi diuidundo accepio ex adiudicatione poßidere cœperim, longo tempore uſucapere poſſum. b Nonum exemplum eſt, Si quis authore prætore poßidet. Nam iuſtè poßidet (inquit Paulus) qui authore prætore poßidet. c Et Vlpianus: Qui authore iudice comparauit (inquit) bonæ fidei poſſeſſor eſt. d Species autem inducendi in poſſeßionem alicuius rei, eſt prohibere ingredienti uim fieri. Statim enim cedere aduerſarium, & uacuam relinquere poſſeßionem, iubet Prætor: quod multo plus eſt quàm reſtituere. e Sed & ex alijs cauſis poſſeßio pro ſuo locum habet, & uſucapio conceſſa eſt. f Planè ſi puerum non pro derelicto habitum, ſed ab hoſtibus uulneratam quis ſumptibus ſuis liberum exiſtimans, curauerit, longi temporis præſcriptione, quo minus dominus eius offerens erogata rectè uindicet, defendi non poteſt. g

b l. 17. ff. de uſucap.
c l. 11. ff. de adq. poſ.
d l. 179. ff. de reg. iur.
e l. 52. 4. fin. ff de adquir. poſſeſ.
f l. 4. in prin. ff. pro ſuo
g l. ult. C. in quib. cauſis ceſſ. longi tēp. præſcript.

Replicatio generalia.

¶ Hactenus exceptiones quæ aduerſus uſucapionem competunt, tam generales quàm ſpeciales ſunt propoſitæ & deſcriptæ. Supereſt tamen una replicatio generalis, quæ omnibus ſupradictis exceptionibus uidetur obſtare, quæ talis eſt: Niſi poſſeſſor bona fide poſſederit. Hoc enim caſu, quamuis lex uſucapionem regulariter inhibeat, ea tamen procedere uidetur. At tamen replicatio hæc reprobatur l. 24. in princip. ff. de uſucap. his uerbis: Vbi lex inhibet uſucapionem, bona fides poſsidenti nihil prodeſt. Vnde Imp. Gordianus: Violenter poſſeſsione amiſſa, priuſquam in domini poteſtatem perueniat, uſucapio emptori, etſi bona fide mercatus eſt, non competit. h Et imperator Philippus: Sciens ſeruum alienum contra domini uoluntatem uenundans, furtum committit (inquit) quod rei uitium priuſquam ad dominum eius reuertatur poſſeſsio, non permittit uſucapionē fieri, licet bona fide poſsideatur. i Cui concordat Inſtit. de uſucap. §. quod autem dictum. cuius uerba uide ſ. cap. 3. except. 21. in prin. Concordat uē Inſt. eod. tt. §. ſed aliquando. cuius uerba uide d. cap. 3. except. 15. Sed & alia replicatio generalis hæc eſt: Niſi uitium rei ſit purgatum. De qua uide ſ. cap. 3. except. 14.

h l. 5. in fine C. de uſucap. pro empt.
i l. 7. C. eod. tt.

DIGESTORVM LIBER VICESIMVSTERTIVS.

DE POSSESSIONE, EIVSQVE cauſis & actionibus.

Hactenus de rerum dominio, eiusq́ cauſis & actionibus primo rerum iure actum eſt: nunc de altero iure quod in rebus habemus, hoc eſt, de poſſeßione, eiusq́ cauſis & actionibus nobis erit agendum: primùm quidem de definitione ac diuiſionibus poſſeſsionis, deinde de adquirenda poſſeſsione, tertiò de poſſeſsione amittenda: poſtremò de interdictis, eorumq́ actionibus, quæ tam pro àdquirenda quàm retinenda & recuperanda poſſeſsione competunt.

DE DEFINITIONE AC diuiſionibus poſſeſsionis. Cap. I.

Quod igitur ad primum attinet, definitur Poſſeßio l. 1. in prin. ff. de adquir. poſſeſſ. hiſce uerbis: Poſſeſsio appellata eſt à pedibus, & (ut Labeo ait) pedū quaſi poſitio, quia naturaliter tenetur ab eo qui ei inſiſtit: quam Græci κατοχὴν dicunt, id eſt detentionem. Poſſidere igitur dicitur is, qui rem aliquam ſiue mobilem, ſiue ſoli detinet, colit, utitur ea, fructus ex ea percipit, pecus ſuum paſcit, ligna cædit, plantat, ſerit, fodit, penſiones ex ea percipit, &c. Nam hi ſunt actus poſſeſſorij, quibus probatis, ipſa poſſeſsio probata intelligitur: quo iure utimur. Vnde Vlpianus: Poſſeſsio (inquit) uſus eſt. a Et Venuleius: Eum qui ædificare prohibetur (ait) poſsidere quoque prohiberi, manifeſtum eſt. b Planè uidentur iam dictæ definitioni plures leges repugnare. Nam qui uſumfructum alicuius rei habet, eam rem detinet quidem, colit, fructus ex ea percipit, &c. attamen eā non poſsidet. Nam permiſceri cauſas poſſeſsionis & uſusfructus non oportet (Venuleius ait) quemadmodū nec poſſeſsio & proprietas permiſceri debēt: neq; impediri poſſeſsio, ſi alius fruatur: neq; alterius uſusfructus amputari, ſi alter poſsideat. c Vt is apud quē res aliqua depoſita eſt, eam rē detinet quidē, ſed non poſsidet.

a l. 115. 4. poſſeſſio. ff. de uerb. ſignif.
b l. 52. 4. ff. de adq. poſſ. & l. 3. 4. hot interdictū. ff. uti poſſidetis.
c l. 10. in prin. ff. de adquir. poſſ.

a l. 17. §. fin. ff. depoſit.

ſidet. Nam poſſeßio apud deponentem manet. a Ex hiſce atq; huiuſmodi alijs exemplis uidetur ſequi, aliud eſſe detentionem, aliud poſſeßionem. Hoc loco non eſt ignorandum, duob. modis nos poßidere, naturaliter & ciuiliter. Naturaliter, quando ipſam rem detinemus corpore, eamq́; in noſtra poteſtate ac cuſtodia habemus, colimus, &c. Ciuiliter autem poßidere dicimur, quando rem aliquam noſtro nomine, & tanquam domini eius apprehendimus. hoc enim caſu quamuis res poſtea ab alio detineatur, ſi tamen animum poßidendi retinemus, ius nos eam poßidere fingit, quamuis non corpore eam detineamus. Vnde Imper. Conſtantinus: Nemo ambigit (inquit) poſſeſsionis duplicem eſſe rationem: aliã quę iure conſiſtit, aliam quæ corpore. b Sic debitor qui rem ſuam creditori pignori dedit, itẽ is qui rem ſuam apud alium depoſuit, eam adhuc poßidere dicitur. de qua re copioſius infrà de amittẽda poſſeſſione. Omnis igitur qui rem aliquam corporaliter detinet, eamq́; in ſua cuſtodia atq; cultura habet, eã aut ſuo nomine detinet, aut alieno. Si alieno, poßidere nõ dicitur is qui detinet, ſed is cuius nomine detinet. c ut eſt depoſitarius, procurator, colonus, ſeruus, &c. Sin autem ſuo nomine detinet, tunc aut eo animo detinet quaſi illius rei dominus ſit. & poßidere dicitur tã naturaliter quàm ciuiliter, non obſtante eo utrũ iuſtè an iniuſtè detineat. d aut non eo animo detinet tanquã rei dominus ſit, ſed propter aliud quoddam ius quod ei ea in re cõpetit: ut creditor pignus, uſufructuarius rem in qua uſumfructũ habet, conductor rem conductam, &c. Quib. e ſib. naturaliter quidẽ poßidere dicitur is qui detinet, ciuiliter uerò is à quo detinet. Vnde Vlpian. Naturaliter (inquit) uidetur poſsidere is qui uſumfructũ habet. Item: Fructuarius (idẽ inquit) & colonus & inquilinus ſunt in prædio, & tamen non poſsident. f Scilicet ciuiliter. Sic etiã creditor pignus dicitur poſſidere, g & debitor qui pignus dedit. h Sic & is qui precariò rogauit, poßidere dicitur, i & is qui precario conceßit: alter tamen naturaliter, alter ciuiliter. Nam Pomponius: Eum qui precariò rogauerit (ait) ut ſibi poſsidere liceat, náciſci poſſeſsionem non eſt dubium: an is quoq; poſsideat qui rogatus ſit, dubitatũ eſt. Placet autem, penes utrunq; eſſe eum hominem, qui precariò datus eſſet penes eũ qui rogaſſet, quia poſsideat corpore: penes dominum, quia non diſceſſerit animo à poſſeſsione. k Huic concordat Sabini ſententia, qui ſcribit, eũ qui precariò dederit, & poßidere ipſum, & eam qui precariò acceperit. m Ex hiſce colligi poteſt, uocabulum poſſeßionis nunc facti eſſe, nunc iuris. Primum innuit Papinianus, dum dicit: Poſſeſſiò plurimum facti habet. n Scilicet quo ad naturalem illam & corporalem detentionem. Alterum Paulus, dum dicit: Poſſeſsio non tantùm corporis, ſed etiam iuris eſt. o Scilicet ciuilis illa poſſeßio. Porrò quod Vlpianus ait, aliud eſſe poſidere, longè aliud in poſſeſsione eſſe. p hoc quorſum pertineat ignoro, niſi per alterum ciuilem, per alterũ naturalem poſſeſsionem uelit intelligi: uel ſaltem, eam poſſeßionem, qua quis non ſuo, ſed alieno poſsidet nomine. Sanè inter proprietatem & poſſeſsionem differentia eſt haud obſcura. a Fieri enim poteſt ut alter poſſeſſor ſit, dominus non ſit: alter dominus quidem ſit, poſſeſſor uerò non ſit: fieri etiam poteſt, ut et poſſeſſor idem & dominus ſit. b Verbum tamẽ poſſeſſionis interdũ proprietatem ſignificat, ſicut in eo qui poſſeßiones ſuas legaſſet, reſponſum eſt. c Et ipſum rerum dominiũ ex naturali poſſeßione cœpiſſe, Nerua filius ait: eiusq́; rei ueſtigium remanere in ijs quæ terra, mari, cœloq́; capiuntur. nam hæc protinus eorum fiunt, qui primi poſſeſsionẽ eorum apprehenderint. d Hæc de poſſeßionis definitione dicta ſufficiãt.

b l. 10. in prin. C de adquir. poſſ.
c l. 18. in prin. ff de adq. poſ.
d l. 2. §. ſeparatã ff. pro emptore.
e l. 12. in prin. & l. 43. in prin. ff. de adquir poſſ.
f l. 6. §. ii qui. ff de precario. l. 10. §. fin. ff. de adquir rer. do. l. 5. §. Iulianus ibi: quam uis nec his. ff. ad exhibendũ. et l. 1 §. per cõ. ff de adq. poſſeſſ.
g l. 35 §. fin. ff. de pignor. actio. & l. 16. ff de uſucap.
h l. 36 ff de adq poſſ & l 16 ff. de uſucap. & l. 15. §. eum, qui ff. de precario.
i l. 2 §. fin. l. 4. §. meminiſſe. l. 16. §. ii qui. ff. de precario.
k l. 15. §. eum qui ff de precario.
m l. 5 §. ex contrario ibi Sabinus. ff. de adq. poſſeſs.
n l. 19. in fin. ff. quibus ex cauſis maior. & l. 1. §. furioſus in fine, ff. de adq. poſſ.
o l. 49 §. 1. ff. de adq. poſſeß.
p l. 10. §. 1 d. in Pompon. ff. de adq. poſſeſſ.

a l. 12. §. nihil l. 17. §. differentia l. 52 in prin. ff. de adquir. poſſ.
b l. 1. §. huius autem. ff. uti poſſidetis.
c l. 78. ff. de uerb. ſignif.

Patet autẽ ex prædictis, Prima poſſeßionis diuiſio: quòd alia naturalis dicatur, alia ciuilis. Secunda diuiſio habetur l. 3. §. genera. ff. de adq. poſſ. hiſce uerbis: Genera poſſeſsionũ tot ſunt, quot & cauſæ adquirendi eius quod noſtrum nõ ſit: ueluti pro emptore, pro donato, pro legato, pro dote, pro hærede, pro noxæ dedito, pro ſuo: ſicut in ijs quæ terra, mari cœloq́; uel ex hoſtibus capimus, uel quæ ipſi, ut in rerum natura eſſent, fecimus. Et in ſumma, magis unum genus eſt poſsidendi. ſpecies autem infinitæ ſunt. Hæc poſſeſſionis diuiſio propriè eius eſt ſpeciei, cuius ſuprà mẽtio facta eſt: quando ſcilicet quis rem aliquam detinet eo animo, quaſi illius rei dominus. Ait Iuriſconſultus: Veluti pro emptore, pro donato, &c. De ſingulis hiſce ſpeciebus dictum ẽ. lib. prox. cap. ult. Item de poſſeſsione pro hærede, in Comment. de Petitione hæreditatis, & de Interdicto quorum bonorũ. Tertia poſſeßionis diuiſio habetur in d. §. genera. in fine, hiſce uerbis: Vel etiam poteſt diuidi poſſeſſionis genus in duas ſpecies, ut poſsideatur bona fide, aut non bona fide. De qua rẽ plura uide ẽ. lib. prox. cap. 2. except. 11.

d l. 1. in prin. ibi: Dominiumq́. ff. de adquir. poſſeſſ.

DE ADQVIRENDA poſſeßione. Cap. II.

IN hac parte proponentur primùm cauſæ ex quibus poſſeßio adquiritur, cum ſuis exceptionibus: deinde perſonæ, quib. & per quas adquiritur: poſtremò, quid & quantum adquiratur, poßideatur'ue, explicabitur.

Cauſa ergo adquirendæ poſſeßionis prima hæc eſt: Si rem aliquã apprehendamus. Quæ cauſa approbatur l. 115. §. poſſeßio. ff. de uerb. ſignif. hiſce uerbis: Quidquid apprehendimus, cuius proprietas ad nos non pertinet, aut nec poteſt pertinere, hoc poſſeſsionem appellamus. Ait Iuriſconſultus: Cuius proprietas ad nos nõ pertinet. Hæc uerba non ſunt intelligenda, quaſi poſſeßio rei ſuæ nulla ſit: ſed quòd magis proprietas ſit dicenda quemadmodum uſusfructus ad proprietatem reuerſus, non amplius uſusfructus dicitur, ſed plenum dominium: quoniam nemini res ſua ſeruit. e

e l. 33. §. fin. ff. de ſeruit. rust. prad. et l. 100 §. nullam omnium. ff. communia prædior.

Secunda cauſa eſt: Si in re præſenti conſentiant. Hæc cauſa approbatur l.1.§.ſi iuſſerim. ibi: non enim. ff. de adq. poſſeſſ. hiſce uerbis: Non enim corpore & actu neceſſe eſt apprehendere poſſeſſionem, ſed etiam oculis & affectu: & argumento eſſe eas res, quæ propter magnitudinem ponderis moueri non poſſunt, ut columnas. nam pro traditis haberi eas, ſi in re præſenti conſenſerint. *Tertia cauſa eſt: Si claues receptaculi tradantur, ea quoq; quæ in eo ſunt tradita intelliguntur. Quæ cauſa approbatur d.§.ſi iuſſerim. in fine. hiſce uerbis:* Et uina tradita uidentur, cũ claues cellæ uinariæ emptori traditæ fuerint. *Concordat l.9.§. item ſi quis merces. ff. de adq. rer. dom. his uerbis:* Si quis merces in horreo repoſitas uendiderit, ſimulatq; claues horrei emptori tradiderit, transfert proprietatem merciũ ad emptorem. *Concordat item iiſdem uerbis Inſt. de rerum diuiſ. §. interdum. in fine. item concordat l. 74. ff. de contrah. empt. his uerbis:* Clauibus traditis, ita mercium in horreis reconditarum poſſeſſio tradita uidetur, ſi claues apud horrea traditæ ſunt: quo facto confeſtim emptor dominium & poſſeſſionem adipiſcitur, etſi non aperuerit horrea. Quòd ſi uenditoris merces non fuerint, confeſtim inchoabitur uſucapio. *Quarta cauſa: Si inſtrumenta tradita ſunt, poſſeſſio quoq; ipſius rei translata cenſetur. Hæc cauſa approbatur l.1. C. de donationib. hiſce uerbis:* Emptionum mancipiorũ inſtrumentis donatis & traditis, & ipſorũ mancipiorum donationem & traditionẽ factam intelligis: & ideo potes aduerſus donatorem in rem actionem exercere.

Quinta cauſa proponitur l.18. §. ſi uenditorem ff. de adq. poſſeſſ. hiſce uerbis: Si uicinum mihi fundum mercatum uenditor ex mea turre demonſtret, uacuamq́; poſſeſsionem ſe tradere dicat, non minus poſsidere cœpi, quàm ſi pedem finibus intuliſſem. *Sexta cauſa proponitur l.51. ff. de adq. poſſeſſ. hiſce uerbis:* Quarundam rerum animo poſſeſsionem nos adipiſci, ait Labeo: ueluti ſi aceruum lignorum emero, & cum uenditor tollere me iuſſerit, ſimul atq; cuſtodiam poſuiſſem, traditus mihi uidetur. Idem iuris eſſe in uino uendito, cum uniuerſæ amphoræ uini ſimul eſſent. Sed uideamus (inquit) ne hæc ipſa corporalis traditio ſit: quia nihil intereſt utrum mihi, an & cuilibet cui iuſſerim, cuſtodia tradatur. In eo puto hanc quæſtionem conſiſtere, an, etiamſi corpore aceruus aut amphoræ apprehenſæ non fuerint, nihilominus traditæ mihi uideantur? Nihil uideo intereſſe, utrum ego ipſe aceruũ, an mandato meo alius cuſtodiat: utrobiq; enim animi quodam genere poſſeſsio erit æſtimanda. *Septima cauſa eſt: Si eum qui mihi tradere uolebat, iuſſerim alij tradere. Hæc cauſa approbatur in iam dictis uerbis legis 51. Cui concordat l.1.§. ſi iuſſerim. ff. eod. tit. ubi Paulus:* Si iuſſerim (*inquit*) uenditorem procuratori meo rem tradere, cum ea res in præſentia ſit, uideri mihi traditã Priſcus ait. Idemq́; eſſe, ſi nũmos debitorẽ iuſſerim alij dare. *Octaua cauſa proponitur l.18. §. ſi uenditorem. ff. de adq. poſſ. hiſce uerbis:* Si uenditorem, quod emerim, deponere in domo mea iuſſerim: poſsidere me certum eſt, quanquam id nemo attigerit. *Concordat l.79. ff. de ſolutionib. cuius uerba uide in Comment. liberation. cap. 25. cauſa 28. Nona cauſa proponitur & reprobatur l.23. §. fin. ff. de adq. poſſeſſ. hiſce uerbis:* Quæro, ſi uinxero liberum hominem, ita ut eum poſsideã, an omnia quæ is poſsidebat, ego poſſideam per illum? Reſpond. Si uinxeris liberum hominem. eum à te poſsideri non puto: quod cum ita ſe habeat. multo minus à te per illum res eius poſsidebuntur. neq; enim rerum natura recipit, ut per eũ aliquid poſsidere poſsim, quem ciuiliter in mea poteſtate non habeo. *Decima cauſa eſt, aditio hæreditatis. quæ tamen cauſa reprobatur l.23. in prin. ff. de adq. poſſeſſ. hiſce uerbis:* Cum hæredes inſtituti ſumus, adita hæreditate omnia quidem iura ad nos tranſeunt: poſſeſsio autẽ niſi naturaliter cõprehenſa ſit, ad nos non pertinet. *Concordat l.30. §. quod per. ff. eod. tit. ubi Paulus:* Quod per colonum poſsideo (*inquit*) hæres meus, niſi ipſe nactus ſit poſſeſsionem, non poterit poſsidere. retinere enim animo poſſeſsionẽ poſſumus, adipiſci nõ poſſumus. Sed quod pro emptore poſsideo, per colonum etiã uſucapiet hæres meus. *Vndecima cauſa: Si is qui poſsidet rem, ab aliquo conduxerit, uel precariò rogauerit, poſſeſsio ab eo ad locatorem trãſfertur. Quæ cauſa approbatur l.76. ff. de rei uẽdicat. hiſce uerbis:* Quædam mulier fundum non marito donauit per epiſtolam, & eundem fundũ ab eo conduxit: poſſe defendi in rem ei competere actionem, quaſi per ipſam adquiſierit poſſeſsionem ueluti per colonam. Proponebatur quòd etiam in eo agro qui donabatur, fuiſſet cum epiſtola emitteretur: quæ res ſufficiebat ad traditam poſſeſsionem, licet conductio non interueniſſet. *Concordat l.21. in prin. & §. fin. ff. de adq. poſſeſſ. ubi Iabolenus:* Qui alienam rem (*inquit*) precariò rogauit, ſi eandem rem à domino conduxerit, poſſeſsio ad dominũ reuertitur. *Concordat item l. 37. ff. d. tit. de adq. poſſ. his uerbis:* Re pignoris nomine data, & poſſeſsione tradita, deinde à creditore conducta: conuenit ut is qui hypothecam dedit, pro colono in agro, in ædib. pro inquilino ſit, & per eos creditor poſsidere uideatur. *Duodecima*

decima cauſa: Si prætor prohibeat ingredienti uim fieri. Quæ cauſa approbatur l.52.§.fin.ff.de adq.poſſeß. his uerbis: Species inducendi in poſſeſsionem alicuiua rei, eſt prohibere ingrediẽti uim fieri. ſtatim enim cedere aduerſariũ, & uacuam relinquere poſſeſsionẽ iubet: quod mulro plus eſt quàm reſtiruere. *Hactenus cauſæ adquirendæ poſſeßionis ſunt enumeratæ, ſequuntur nunc earum exceptiones generales.*

Exceptiones aduerſus prædictas cauſas generales.

I. EXCEPTIO: *Niſi non corpore & actu rem apprehendat. Hæc exceptio approbatur l.3. in prim.ff.de adq.poſſeſſ.hiſce uerbis:* Adipiſcimur poſſeſsionem corpore & animo: neq; per ſe animo, aut per ſe corpore. *Concordat d. l.3. §. Neratius. cuius hæc ſunt uerba:* Neratius & Proculus ſolo animo non poſſe noa adquirere poſſeſsionem aiunr, ſi non antecedat naturalis poſſeſsio. *Concordat item d.l.3. §.in amittenda.ibi: igitur amitti. cuius uerba uide ʒ. cap.4.cauſa 2.except.3.Concordat item l.8.ff.eod.tit. cuius uerba uide d.except.3. Concordat item l. 23. in prin.ff.eod.tit.cuius uerba uide paulo ſuperius cauſa 10.item concordat l.30.§.quod per colonũ.ff. eod. tit. cuius uerba uide d.cauſa 10.Concordat deniq; Inſt.de interdictis.§.poßidere. in fine, his uerbis:* Nulla dubiratio eſt, quin animo ſolo adipiſci poſſeſsionem nemo poſsit. *Planè exceptio hæc recipit quaſdam replicationes, de quibus uidi ſuprà cauſam ſecundam cum ſequentibus, capite eodem.*

II. EXCEPTIO: *Niſi non animo poßidendi rem apprehendat. Hæc exceptio approbatur l.3.in prin.ff.de adq.poſſeß cuius uerba uide paulo ſuperius except.prox.Concordat l.8.ff.eodem.tit. cuius (ut dixi) uerba uide ʒ.cap.4.cauſa 2. except. 3. Concordat item l.195.in fine.ff.de reg. iuris. cuius uerba uide ʒ.d.cap.4.cauſa 1. Huius exceptionis exempla ſunt, ſi is qui apprehendit, ignoret ſe apprehendere. item ſi furioſus ſit, &c. diſtinguitur autem in infante & pupillo. de quib. paulo inferius.*

III. EXCEPTIO: *Niſi ignoret quis, ſibi adquiri poſſeßionem. Hæc exceptio approbatur l.3. §.Neratius.ibi: is enim.ff.de adq.poſſ.hiſce uerbis:* Is qui neſcir, non poſsidet theſaurum, quamuis fundum poſsideat. *Huius exceptionis ratio patet ex ſuperiori proxima exceptione. Replicatio autem eius eſt hæc: Niſi per alium, puta ſeruũ uel procuratorem, poſſeßionem adquirat. tunc enim etiã ignoranti adquiritur. de quo ʒ.cap.prox.reg.1.*

IIII. EXCEPTIO: *Niſi affectionem & intellectum poßidendi non habeat, ut furioſus. Hæc exceptio approbatur l.1.§ furioſus.ff.de adq.poſſeſſ. hiſce uerbis:* Furioſus & pupillus ſine tutoris autoritate nõ poſſunr incipere poſsidere: quia affectionem tenendi non habent, licet maximè rem ſuo corpore contingant: ſicut ſi quis dormienti aliquid in manu ponat. *Concordat d.l.1.§.ceterùm. cuius uerba uide ʒ.cap.prox.reg.1.except. 2. Concordat item l.18. §.ſi furioſo.ff.eod.tit.cuius uerba uide ʒ. cap. 4. cauſa 1. except.4.Huius exceptionis replicationes uide ſ.lib. prox.cap.2.except.2.*

V. EXCEPTIO: *Niſi filiusfamiliâs uel ſeruus apprehendat. Hæc exceptio approbatur ſ. lib. prox.cap.2.except.3.Concordat l. 38. §. hi qui ſunt. & §.hæc quoq; ff.de uerb. obligat. cuius uerba uide in Comment.de uerb.obligat.cap.12.de ſtipul. habere licere, except.4. Planè filiusfam. uel ſeruus apprehendens, naturalem adipiſcitur poſſeßionem, non ciuilem: quod replicationis loco notandum. quæ replicatio approbatur d.§.hi qui ſunt. & d. §.hæc quoq; Altera replicatio eſt, quòd quamuis filiusf. uel ſeruus ciuilem poſſeſsionem ſibi non adquirat, adquirit tamen eam patri uel domino ſuo. de qua re ʒ.cap.prox.reg. 1. Reliqua huius loci uide ſ.d.except.3.*

VI. EXCEPTIO: *Niſi infans apprehendat poſſeſsionem. Hæc exceptio approbatur, diſtinguitur ſimul & mutatur per ea quæ dicta ſunt ſ.lib. prox.cap.2.except.2.*

VII. EXCEPTIO: *Niſi error in tradendo & apprehendendo interueniat Hæc exceptio approbatur l.34.in prin.ff.de adq.poſſeſſ hiſce uerbis:* Si me in uacuam poſſeſsionem fundi Cornelìani miſeris, & ego cum putarem me in fundum Sempron. miſſum, in Cornelianum iero, non adquiram poſſeſsionem, niſi fortè in nomine tanrum errauerimus, & in corpore conſenſerimus. *Et paulo pòſt:* Sed non puto erranrem adquirere. *Ait iuriſconſultus:* Niſi fortè in nomine tantum errauerimus, & in corpore cõſenſerimus. *Ex hiſce uerbis elicitur prima aduerſus exceptionem propoſitam replicatio, hæc ſcilicet: Niſi in nomine tantum ſit erratum. Secunda replicatio hæc eſt: Niſi errantis procuratori, non erranti tradita ſit poſſeſsio. Quæ replicatio approbatur d.l.34. §. ſed ſi non mihi, hiſce uerbis:* Sed ſi non mihi, ſed procurarori meo poſſeſsionem tradas, uidendum eſt, ſi ego errem, procurarot meus non erret, an mihi poſſeſsio adquitatur? Et cum placeat, ignoranti mihi adquiri, poterit & erranti. *Tertia replicatio eſt: Niſi cum procurator, cui traditur, erret, dominus eius non erret. Hæc replicatio approbatur d. §. ſed ſi non mihi. in fine, hiſce uerbis:* Sed ſi procurarot meus erret, ego non errem, magis eſt ut adquiram poſſeſsionem.

VIII. EXCEPTIO: *Niſi mala fide apprehendatur poſſeſsio. Hæc exceptio reprobatur l.2.§.ſeparata.ff.pro emptore, hiſce uerbis:* Verè dicitur quis emiſſe, etſi mala fide: quemadmodum qui ſciens alienam rem emir, pro emprore poſsidet, licet uſu nou capiat. *Concordat l.3.§.ex contrario.ff.de adq. poſſeſs. ubi Paulus:* In ſumma poſſeſsionis nõ multũ intereſt (*inquit*) iuſtè quis an iniuſtè poſsideat.

IX. EXCEPTIO: Niſi alterius nomine apprehenderit. Hæc exceptio approbatur l. 18. in prin. ff. de adquir. poſſeß. hiſce uerbis: Non idem eſt poſsidere, & alieno nomine poſsidere. nam is poſsidet, cuius nomine poſsidetur. Procurator alienæ poſſeſsionis præſtat miniſterium.

X. EXCEPTIO: Niſi ita nactus ſit poſſeßionem, ut eam retinere non poßit. Hæc exceptio approbatur l. 22. ff. de adquirenda poſſeß. hiſce uerbis: Non uidetur poſſeſsionem adeptus is, qui ita nactus eſt, ut eam retinere non poſsit. Huius exceptionis exemplum proponitur l. 17. in prin. ff. eod. tit. his uerbis: Si quis ui de poſſeſsione deiectus ſit, perinde haberi debet ac ſi poſsideret: cum interdicto de ui recuperandæ poſſeſsionis facultatem habeat. Vnde ſi dominus rei furtiuæ, uel ui poſſeſſæ, poſſeſſorem ui deiecerit, Caßius ait non uideri in poteſtatem domini rediſſe, quòd interdicto Vnde ui reſtituturus ſit poſſeßionem. [a]

a l. 4. §. ſi dominus. ff. de uſucapion.

XI. EXCEPTIO: Niſi iure familiaritatis fundum amici ſit ingreſſus. Hæc exceptio approbatur l. 41. ff. de adquirenda poſſeß. hiſce uerbis: Qui iure familiaritatis amici fundum ingreditur, non uidetur poſsidere: quia non eo animo ingreſſus eſt, ut poſsideat, licet corpore in fundo ſit.

XII. EXCEPTIO. Niſi cum res ſub conditione tradita eſſet, conditio defecerit, uel nondum extiterit. Hæc exceptio approbatur l. 38. §. 1. ff. de adquir. poſſeß. hiſce uerbis: Si quis poſſeſsionem fundi ita tradiderit, ut ita demum cedere eam dicat, ſi ipſius fundus eſſet, non uidetur poſſeſsio tradita, ſi fundus alienus ſit: hoc amplius exiſtimãdum eſt, poſſeſsionem ſub conditione tradi poſſe, ſicut res ſub conditione traduntur, neque aliter accipientis fiunt, quàm ſi conditio extiterit.

XIII. EXCEPTIO: Niſi iure pignoris rem apprehendat. Hæc exceptio reprobatur l. 35. §. fin. ff. de pignor. act. hiſce uerbis: Pignus manente proprietate debitoris, ſolam poſſeſsionem transferre ad creditorem. Concordat l. 16. ff. de uſucap. cuius uerba uide ſ. lib. 21. cap. 10. quæſt. 6. reg. 1. except. 2.

XIIII. EXCEPTIO: Niſi rei ſeruandæ cauſa, uel quia damni infecti nomine non cauebatur, uel uentris nomine in poſſeſsionem miſſus ſit. Hæc exceptio approbatur l. 3. §. fin. ff. de adquirenda poſſeſs. hiſce uerbis: Quod Quintus Mutius inter genera poſſeſsionum poſuit, ſi quando iuſſu magiſtratus rei ſeruandæ cauſa, uel quia damni infecti non caueatur, poſsidemus, ineptiſsimum eſt. Nam qui creditorem rei ſeruandæ cauſa, uel quia damni infecti non caueatur, mittit in poſſeſsionem, uel uentris nomine, non poſſeſsionem, ſed cuſtodiam rerum, & obſeruationem concedit. Et ideo cum damni infecti, non cauente uicino, in poſſeſsionem miſsi ſumus, ſi id longo tempore fiat, etiam poſsidere nobis, & per longam poſſeſsionem capere, prætor cauſa cognita permittit. Concordat l. 10. §. idem Pompon. ff. eod. tit. cuius uerba uide paulo inferius eod. cap. in fine. Concordat item l. 12. ff. quib. ex cauſis in poſſeß. eatur, his uerbis: Cum legati uel fideicommiſsi ſeruandi cauſa, uel quia damni infecti nobis non caueatur, bona poſsidere prætor permittit, uel uentris nomine in poſſeſsionem nos mittit: non poſsidemus, ſed magis cuſtodiam rerum & obſeruationem nobis concedit. Concordat item l. 9. in fine. ff. de rei uendicat. cuius uerba uide ſ. lib. 21. cap. 6. quæſt. 3. reg. 1. except. 1. Planè iam dicta de ciuili poſſeſsione intelligenda ſunt, qua rem eo animo poſsidemus, quaſi domini illius ſimus, ut poſſeſsio nobis proficiat ad uſucapionem. Naturaliter autem omnes iam enumerati poſſident: quia nomine ſuo, non alieno poſsident. quemadmodum creditor poſsidet pignus, & ob id tanquam alius quilibet poſſeſſor, rei uendicatione tenetur. [b] Quod autem dicit Iuriſconſultus, Prætorem, ſi duretur, non euſeri poſsidere nobis permittere: ita intelligendum eſt, ut naturali poſſeſsioni & ciuilis adijciatur, quo uſucapio rei nobis procedat, & iure dominij poſsideamus. [c]

b l. 9. in fin. ff. de rei uendicat. l. 5. §. Iulian. ff. ad exhibendum.
c l. 15. §. poſtea ff. de dãno infecto.

XV. EXCEPTIO: Niſi ex cauſa precarij poſſeßionem apprehendat. Hæc exceptio reprobatur l. 4. §. 1. ff. de precario, hiſce uerbis: Meminiſſe autem nos oportet, eum qui precario habet, etiam poſsidere. Concordat l. 2. §. fin. ff. eod. tit. cuius uerba uide ſ. lib. prox. cap. 15. quæſt. 1. Concordat item l. 15 §. eum qui. ff. eod. tit. In qua lege Pomponius ait: Eum qui precario rogauerit ut ſibi poſsidere liceat, nanciſci poſſeſsionem, non eſt dubium. Concordat item l. 1. §. ex contrario. ibi: Sabinus tamen. ff. de adq. poſſeſs. cuius uerba uide ſ. cap. prox. Cõcordat item l. 21. in prin. ff. eod. tit. cuius uerba uide ſ. except. 25.

XVI. EXCEPTIO: Niſi uſusfructus nomine, uel ex cauſa conductionis rem apprehenderit. Hæc exceptio approbatur l. 6. §. is qui ff. de precario, hiſce uerbis: Fructuarius & colonus & inquilinus ſunt in prædio, & tamẽ non poſſident. Concordat l. 10. §. fin. ff de adq. rer. dom. ubi Caius Iuriſc. Vſuſructuarius (inquit) uſucapere ſeruum non poteſt, primùm quidem, quia non poſsidet, ſed habet ius utendi fruendi. Concordat item l. 5. §. Iulian. ibi: ſed & cũ. ff. ad exhibendum. cuius uerba uide ſ. lib. 21. cap. 10. quæſt. 6. reg. 1. except. 3. Concordat item l. 1. §. per cũ. ff. de adq. poſſeß. cuius uerba uide ſ. lib. 21. ca. 2. reg. 5. except. 9. Concordat item l. 52. in prin. ff. eod. tit. cuius uerba uide ſ. ca. prox. in pr. Cõcordat itẽ l. 1. C. cõmunia de uſuc. cuius uerba uide ſ. lib. prox. ca. 4. exc. 16.

Pla: ẽ

Planè hæc de ciuili poſſeßione intelligenda ſunt, non de naturali. nam uſuſructuarius naturaliter poßidet. Quæ replicatio approbatur l.12.in prin. ff. de adqu. poſſeß. hiſce uerbis: Naturaliter uiderur poſsidere is, qui uſumfructum habet. *Concordat l.49.in prin.ff.eod.tt.cuius uerba uide ſ.lib. 21. cap. 2.reg.5.except.9.Quid autem ſit naturaliter, quid ciuiliter poſsidere, dictum eſt ſuprà cap.1.*

XVII. EXCEPTIO: *Niſi ex donatione uiri uel uxoris apprehendat. Hæc exceptio reprobatur l.1.§.ſi uir uxori.ff.de adquir.poſſeſſ.hiſce uerbis:* Si uir uxori cedat poſſeſsionem cauſa donationis, pleriq; putant poſsidere eam: quoniam res facti infirmari iure ciuili non poteſt. Et quid attinet dicere, non poſsidere mulierem, cum maritus, ubi noluerit poſsidere, protiuus amiſerit poſſeſsionem? *Concordat l.16.ff. eodem tt. his uerbis:* Quod uxor uiro, uel uir uxori donauerit, pro poſſeſſore poſsidetur. *Concordat item l.1.§.fin.ff.pro donato, his uerbis:* Poſsidere uxorẽ rẽ à uiro donatã Iulianus putat.

XVIII. EXCEPTIO: *Niſi à pupillo acceperit. Hæc exceptio approbatur l.11.ff de adquirendo rerum dominio, hiſce uerbis:* Pupillus alienare nullam rem poteſt, niſi præſente tutore authore: & ne quidem poſſeſsionem, quæ eſt naturalis, ut Sabino uiſum eſt. quę ſententia uera eſt.

XIX. EXCEPTIO: *Niſi municipes apprehendant. Hæc exceptio approbatur l.1.§.fin.ff.de adq poſſeſſ. his uerbis:* Municipes per ſe nihil poſsidere poſſunt, quia uniuerſi conſentire non poſſunt. Forum autem, & baſilicã, hiſque ſimilia municipes non poſsident, ſed promiſcuè his utuntur. *Ait Iuriſconſultus:* Per ſe. *Quid autem per alios? per alios poſsidere poſſunt: quod notandum loco replicationis. Quæ replicatio approbatur d.§.fin.hiſce uerbis:* Sed Nerua filius ait, per ſeruũ quæ peculiariter adquiſierit, & poſsidere & uſucapere poſſe: licet quidam cõtrà putant, quoniam ipſos ſeruos non poſsideant. *Planè exceptio propoſita reprobatur alio iure, quod habetur l.1.ff.eod.titulo.hiſce uerbis:* Sed hoc iure utimur, ut & poſsidere & uſucapere municipes poſſint: idq; eis & per ſeruum, & per liberam perſonam adquiratur. *Concordat l.7.§.item municipes. ibi: nam & poſsidere. ff. ad exhibendum. cuius uerba uide ſ.lib.21.c.10.queſt.6. reg.1. exc.9.*

XX. EXCEPTIO: *Niſi res ſit ſacra, religioſa, uel liber homo. Hæc exceptio approbatur l.30. §.1.ff.de adq.poſſeſſ.hiſce uerbis:* Locum religioſum aut ſacrum non poſſumus poſsidere, etſi contemnamus religionẽ, & pro priuato eum teneamus, ſicut hominem liberũ. *Et hæc exceptio, quemadmodum & aliæ pleraq; hactenus enumeratæ, de ciuili, non naturali poſſeſsione eſt intelligenda.* a

a l. 4. ff. de uſurp. & uſuc. / *l. 4. ff. de* [illegible] *inferendo.*

XXI. EXCEPTIO: *Niſi res ſit incorporalis. Hæc exceptio approbatur l.4.§.ſi uiam.ff.de uſucap. hiſce uerbis:* Non poſsideri intelligitur ius incorporale. *Concordat l.3. in prin.ff. de adq.poſſeſſ.his uerbis:* Poſsideri poſſunt quæ ſunt corporalia. *Concordat item l.43.§.incorporales.ff.de adq.rer.dom. ubi Caius:* Incorporales res (inquit) traditionem & uſucapionem nõ recipere, manifeſtum eſt.

XXII. EXCEPTIO: *Niſi pars aliqua apprehendatur. Hæc exceptio reprobatur l.26. in prin.ff.de adq poſſeſſ.his uerbis:* Locus certus ex fundo & poſsideri, & per longã poſſeſsionem uſucapi poteſt.

XXIII. EXCEPTIO: *Niſi partem incertam apprehendat. Hæc exceptio approbatur d.l.26.in fine, hiſce uerbis:* Incerta pars nec tradi nec uſucapi poteſt. ueluti ſi ita tibi tradã: Quidquid mei iuris in eo fundo eſt. Nam qui ignorat, nec tradere nec accipere id quod incertũ eſt poteſt. *Concordat l.3.§.2. ff. eod.tt.ubi Paulus:* Incertam partem rei nemo poteſt poſsidere. ueluti ſi hac mente ſis, ut quidquid Tirius poſsidet, tu quoq; uelis poſsidere. *Concordat item l.32.§.fin ff. de uſucap. his uerbis:* Incertã partẽ poſsidere nemo poteſt. Ideo ſi plures ſint in fundo qui ignorant quotã quiſq; partẽ poſsideat, neminẽ eorũ mera ſubtilitate poſsidere Labeo ſcribit. *Huius exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi certa pars pro indiuiſo poſsideatur. hoc enim caſu ualet poſſeſsio. quæ replicatio approbatur l.26.in prin. ff. de adq.poſſeſſ. his uerbis:* Sed & poſsideri & p longam poſſeſsionẽ capi poteſt certa pars pro indiuiſo, quæ introducitur uel ex emptione, uel ex donatione, uel qualibet alia ex cauſa.

XXIIII. EXCEPTIO: *Niſi nõ omnes rei uel fundi partes apprehẽdat. Hæc exceptio reprobatur l.3.in prin.ff.de adq.poſſ.hiſce uerbis.* Quod diximus & corpore & animo adquirere nos debere poſſeſsionẽ, nõ utiq; ita accipiendũ eſt, ut qui fundũ poſsidere uelit, omnes glebas eius circũambulet: ſed ſufficit quãlibet partẽ eius fundi introire, dũ mente & cogitatione hac ſit, ut totũ fundum uſq; ad terminum uelit poſsidere.

XXV. EXCEPTIO: *Niſi ab eo qui poſſeſsionẽ non habet, acceperit. Hæc exceptio ipſo iure ſubſiſtit: quoniam nemo plus iuris ad alium transferre poteſt, quàm ipſe habet. Recipit tamẽ exceptionẽ, quæ approbatur l.21.in prin.ff.de adq. poſſeſſ. hiſce uerbis:* Interdũ eius rei poſſeſsionem, cuius ipſi non habemus, alijs tradere poſſumus. ueluti cum is qui pro hærede rem poſsidebat, antequam dominus fieret, precario ab hærede eam rogauerit.

¶ *Hæc de exceptionib. cõtra adqrẽdæ poſſeſsionis cauſas. Sed et plures licet colligere ex ijs quæ dicẽtur i*

de amittenda poſſeßione. Priuſquam autem ad reliquas perueniamus, duæ adhuc regulæ de cauſis adquirendæ poſſeßionis reſtant proponendæ. Quarũ prima hæc eſt: Ex plurib. cauſis eiuſdem rei poſſeßio nobis poteſt competere. *Quæ regula approbatur l. 3. §. ex pluribus. ff. de adq. poſſeſſ. hiſce uerbis:* Ex pluribus cauſis poſsidere eandem rem poſſumus, ut quidam putant: & eum qui uſuceperit & pro emptore, & pro ſuo poſsidere. Sic enim, etſi ei qui pro emptore poſsidebat, hæres ſim, eandem rem & pro emptore & pro hęrede poſsideo. Nec enim ſicut dominiũ non poteſt niſi ex una cauſa contingere, ita & poſsidere ex una duntaxat cauſa poſſumus. *Concordant ea quæ propoſita ſunt ĩ. lib. prox. cap. 6. Pro ſuo. Planè duæ cauſæ, ex quarum altera poßidetur, altera detinetur, non concurrunt in idem: ſed ultima præualet, niſi ſit inualida: ſerus. ſi ex utraq; poßidetur, uel neutra. Hanc exceptionem approbat l. 10. ff. de adq. poſſeſſ. hiſce uerbis:* Si quis antè conduxit, poſtea precario rogauit, uidebitur receſsiſſe à conductione. Quod ſi antè rogauit, poſtea conduxit, conduxiſſe uidebitur. Potius enim hoc procedere uidebitur, quod nouiſsimè factũ eſt: & hoc Pomponius ait. Idem Pomponius belliſsimè tentat dicere: Nunquid qui conduxit quidem prædium, precario autem rogauit, non ut poſsideret, ſed ut in poſſeſsione eſſet (eſt autem longè diuerſum: aliud eſt enim poſsidere, longè aliud in poſſeſsione eſſe: denique rei ſeruandæ cauſa, legatorum, damni infecti non poſſident, ſed ſunt in poſſeſsione cuſtodiæ cauſa) quod ſi factum eſt, utrunq; procedit. Si quis conduxerit & rogauerit precario uti poſsideret, ſi quidem nummo uno conduxit, nulla dubitatio eſt quin ei precarium ſolum teneat: quia conductio nulla eſt, quæ eſt in nũmo uno. Si uerò precio, tunc diſtinguendum eſt quid prius factũ ſit. *Hæc de prima regula. Altera regula hæc eſt: Quòd nemo ſibi ipſi cauſam poſſeßionis poſsit mutare. Quæ regula approbatur l. 3. §. illud quoque. ff. de adq. poſſeß. his uerbis:* Illud quoq; à ueteribus receptum eſt, neminem ſibijpſi cauſam poſſeſsionis mutare poſſe. *Vnde filium donatam rem à patre pro hærede negauit uſucapere Seruius, ſcilicet quia exiſtimabat naturalem poſſeßionem penes eum fuiſſe uiuo patre. Cui conſequens eſt ut filius à patre hæres inſtitutus, res hæreditarias à patre ſibi donatas pro parte cohæredum uſucapere non poßit. l. 2. §. finali. ff. pro hærede. Huius regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi prior poſſeßio naturalis ſit. Quæ tamen exceptio reprobatur l. 2. §. quod uulgò. ff. pro hærede, his uerbis:* Quod uulgò reſpondetur, cauſam poſſeſsionis neminem ſibi mutare poſſe, ſic accipiendum eſt, ut poſſeſsio non ſolum ciuilis, ſed etiam naturalis intelligatur: & propterea reſpõſum eſt, nec colonum, nec eum apud quem res eſt depoſita, aut cui commodata eſt lucrifaciendi cauſa, pro hærede uſucapere poſſe. *Secunda exceptio eſt: Niſi ſuperueniens cauſa iuſta ſit, & uera, ſeu putatiua. Quæ exceptio approbatur, ſimul & declaratur l. 33. §. quod uulgò. ff. de uſucap. his uerbis:* Quod uulgò reſpondetur, ipſum ſibi cauſam poſſeſsionis mutare neminem poſſe, toties uerũ eſt, quoties quis ſciret ſe bona fide ab initio nõ poſsidere, & lucrifaciendi cauſa inciperet poſsidere: idq; per hoc quoq; probari poſſe, ſi quis emerit fundũ ſciens ab eo cuius non erat, poſsidebit pro poſſeſſore: ſed ſi eundem à domino emerit, incipiet pro emptore poſſidere, nec uidebitur ſibijpſi cauſam poſſeſsionis mutaſſe. Idemq; iuris erit, etiamſi à non domino emerit, cum exiſtimaret eum dominum eſſe. Idem hic ſi à domino hæres inſtitutus fuerit, uel bonorum poſſeſsionem acceperit, incipiet fundum pro hærede poſsidere. Hoc amplius, ſi iuſtam cauſam habuerit exiſtimandi ſe hęredem, uel bonorum poſſeſſorem domino extitiſſe, fundum pro hærede poſsidebit, nec cauſam poſſeſsionis ſibi mutare uidebitur. Cum ergo hæc recipiantur in eius perſona qui poſſeſsionem habet, quanto magis in colono recipienda ſunt, qui nec uiuo nec mortuo domino ullam poſſeſsionem habet? Et certè ſi colonus mortuo domino emerit fundum ab eo qui ſe exiſtimabat hæredem eius, uel bonorum poſſeſsorem eſſe, incipiet pro emptore poſſidere. *Præter iam propoſita exempla dictæ exceptionis ſecundæ, & alia proponuntur l. 3. §. illud quoq;. ibi: ſed ſi is. ff. de adquir. poſſeſſ. his uerbis:* Si is qui apud me depoſuit uel commodauit, eam rem mihi uendiderit uel donauerit: non uideor cauſam poſſeſsionis mihi mutare, qui ne poſsideam quidem. *Concordat item l. 6. §. Iulianus. ff. de precario, his uerbis:* Iulianus ait, eum qui ui alterum deiecit, & ab eodem precario rogauit, deſinere ui poſsidere, & incipere precario: neq; exiſtimare ſibi ipſum cauſam poſſeſsionis mutare, cum uoluntate eius quem deiecit, cœperit precario poſsidere. Nam ſi ab eodem emiſſet, incipere etiam pro emptore poſſe dominium capere. *Concordat item l. 2. §. fin. ff. pro emptore. cuius uerba uide ĩ. lib. 21. cap. 4. cauſa 1. except. 1. repl. 13. Hæc de ſecunda exceptione. Tertia exceptio eſt: Niſi amiſſa prima poſſeßione, ex alia cauſa poſſeßionem receperit. quæ exceptio approbatur l. 19. §. quod ſcriptum. ff. de adquir. poſſeſſ. his uerbis:* Quod ſcriptum eſt apud ueteres, neminẽ ſibi cauſam poſſeſsionis poſſe mutare,

credibile

credibile eſt de eo cogitatum, qui & animo & corpore poſſeſsioni incũbens, hoc ſolũ ſtatuit ut alia ex cauſa id poſsideret: non autem ſi quis dimiſſa poſſeſsione prima eiuſdem rei, denuò ex alia cauſa poſſeſſionem nanciſci uelit. *Quarta exceptio eſt: Niſi poſtea alieno nomine poſsidere incipiat. Quæ exceptio approbatur l.18. in prin. ff. de adq. poſſeſſ. his uerbis:* Quod meo nomine poſsideo, poſſum & alieno nomine poſsidere. nec enim muto mihi cauſam poſſeſsionis, ſed deſino poſsidere, & alium poſſeſſorem miniſterio meo facio. *Hactenus de cauſis adquirendæ poſſeſsionis: nunc ad reliquos adquirendæ poſſeſsionis locos tranſeundum.*

QVIBVS, ET PER QVOS ADquiratur poſſeſsio: item quid & quantum adquiratur. Cap. III.

VT autem ſcire poſsimus, quibus & per quos adquiratur poſſeſsio: notandæ ſunt regulæ ſequentes cum ſuis exceptionibus. PRIMA REGVLA. *De ſeruo & filiofamiliâs: Quam ſeruus uel filiusfam poſſeſsionem apprehenderit, eam domino uel patri adquirit. Hæc regula approbatur l.1. §. item adquirimus. ff. de adq. poſſeſſ. biſce uerbis:* Adquirimus poſſeſsionem per ſeruum aut filium, qui in noſtra poteſtate eſt. Et quidẽ earum rerum, quas peculiariter tenent etiam ignorantes: ſicut Sabino & Caſsio & Iuliano placuit. quia noſtra uolũtate intelliguntur poſsidere, quòd eis peculiũ habere permiſerimus. *Concordat l.24. ibi: ſed iuſtam. ff. eod. tit. cuius uerba uide ꝫ. except. prox. dupl.2. Concordat item l.10. §. non ſolum. ff. de adq. rer. dom. ubi Caius Iuriſconſultus:* Non ſolum proprietas (*inquit*) per eos quos in poteſtate habemus, adquiritur nobis, ſed etiam poſſeſsio. Cuiuſcunq; enim rei poſſeſsionẽ adepti fuerint, id nos poſsidere uidemur. Vnde etiá per eorũ longam poſſeſsionem dominiũ nobis adquiritur. *Concordat item iiſdem propè uerbis Inſt. per quas perſonas cuiq; adquiritur. §. non ſolum. Ait Iuriſconſultus:* Et quidem earum rerũ, quas peculiariter tenent, etiam ignorãtes, &c. *Per hæc uerba replicatio introducitur aduerſus tertiam exceptionem, ſ̄. cap. prox. propoſitam. Concordat l.34. §. fin. ff. de adq. poſſeſſ. cuius uerba uide ꝫ. except.5. Concordat item l.7. §. fin. ff. pro emptore. cuius uerba uide ſ̄. lib.21. cap.2. reg.6. in prin. Ratio autem huius replicationis proponitur l.44. §. quæſitum. ff. eod. tit. biſce uerbis:* Quæſitum eſt, cur ex peculiari cauſa per ſeruum ignorantibus poſſeſsio quæreretur? Dixi, utilitatis cauſa iure ſingulari receptum, ne cogerentur domini per momẽta ſpecies & cauſas peculiorum inquirere. *Alia ratio redditur l.3. §. ſaltus. in fine. ff. de adq. poſſeſſ. biſce uerbis:* Nec mouere nos debet, quod quaſdã res etiam ignorantes poſsideamus: id eſt, quas ſerui peculiariter comparauerint. nã uidemur eas eorundem & animo & corpore poſsidere. *Iam dictæ replicationis duplicatio prima hæc eſt: Niſi non ex cauſa peculiari adquiratur poſſeſsio. Quæ duplicatio cùm ex prædictis conſtat, tum approbatur etiam d. §. quæſitum. in fine, biſce uerbis:* Nec tamen eò pertinere ſpeciẽ iſtã, ut animo ſolo uideatur adquiri poſſeſsio. Nam ſi nõ ex cauſa peculiari quæratur aliquid, ſcientiam quidem domini eſſe neceſſariam, ſed corpore ſerui quæri poſſeſsionem. *Secunda duplicatio hæc eſt: Niſi ex iniuſta cauſa ſeruus poſſeſſionem apprehendat. Hæc duplicatio approbatur l.24. ff. de adq. poſſeſſ. biſce uerbis:* Quod ſeruus tuus ignorante te ui poſsidet, id tu nõ poſſides: quoniam is qui in tua poteſtate eſt, ignoranti tibi non corporalem poſſeſsionem, ſed iuſtam poteſt adquirere, &c. *Et paulo inferius ſequitur:* Quod uerò ex maleficijs apprehenderit, id ad domini poſſeſſionem ideo non pertinet, quia nec peculij cauſa apprehenderit. *Hæc loco primæ exceptionis aduerſus regulam propoſitam ſint dicta. Secunda exceptio eſt: Niſi furioſus ſeruus poſſeſsionem apprehendat. Hæc exceptio approbatur l.1. §. cæterùm. ff. de adq. poſſeſſ. biſce uerbis:* Ille per quem uolumus poſsidere, talis eſſe debet, ut habeat intellectum poſsidendi. Et ideo, ſi furioſum ſeruum miſeris ut poſsideas, nequaquam uideris apprehendiſſe poſſeſsionem. *Tertia exceptio eſt: Niſi impubes ſeruus poſſeſsionem apprehendat. Hæc exceptio reprobatur d. §. cæterùm, biſce uerbis:* Quòd ſi impuberem miſeris ad poſsidendum, incipies poſſidere, ſiquidem & pupillus, maximè tutore autore, ſibi adquirit poſſeſsionem. *Concordat d. l.1. §. pupillus, his uerbis:* Pupillus per ſeruum ſuum ſiue puberem ſiue impuberem adquirit poſſeſsionem, ſi tutore authore iuſſerit eum ire in poſſeſsionem.

Quarta exceptio eſt: Niſi ancilla poſſeſsionem apprehendat. Et hæc exceptio reprobatur d. §. cæterùm. in fine, biſce uerbis: Nam & per ancillam quin poſsis nanciſci poſſeſsionem, non dubitatur. *Quinta exceptio eſt: Niſi ſeruus non domino, ſed alij adquirere uelit. Hæc exceptio approbatur l.1. §. hæc quæ de. ff. de adq. poſſeſſ. biſce uerbis:* Hæc quæ de ſeruis diximus, ita ſe habent, ſi & ipſi uelint nobis adquirere poſſeſsionem. Nam ſi ſeruum tuum poſsidere iubeas, & is eo animo intret in poſſeſsionẽ ut nolit tibi, ſed potius Titio adquirere, non eſt tibi adquiſita poſſeſsio. *Concordat l.34. §. fin. ff. eod. tit. his uerbis:* Seruus meus ignoranti mihi poſſeſsionẽ adqrit: nã & ſeruus alienus

nus

nus (ut Celſus ſcribit) ſiue à me ſiue à nemine poſsideatur, poteſt mihi adqnirere poſſeſsionem, ſi nomine meo adipiſcatur eam: quod & ipſum admittendum eſt. *Sexta exceptio eſt: Niſi ſeruus in libertate moretur. Quæ exceptio approbatur l. 11. §. ſeruus. ff. de uſucap. biſce uerbis:* Seruus licet in libertate moretur, nihil poſsidet, nec per eum alius. *Huius exceptionis replicatio eſt: Niſi nomine domini apprehendat poſſeſsionem. Quæ replicatio approbatur d. §. ſeruus, biſce uerbis:* Atqui ſi nomine alterius, dum in libertate moratur, nactus fuerit poſſeſsionem: adquiret ei, cuius nomine nactus fuerit. *Septima exceptio eſt: Niſi ſeruus fugitiuus ſit qui apprehendit. Hæc exceptio reprobatur l. 50. §. fin. ff. de adq. poſſeſs. biſce uerbis:* Per ſeruum in fuga agentem, ſi neq; ab alio poſsideatur, neq; ſe liberum eſſe credat, poſſeſsio nobis adquiritur. *Concordat l. 1. §. per ſeruum. in fine. ff. eod. tit. cuius uerba uide ī. cap. 4. cauſa 18. except. 4. Octaua exceptio eſt: Niſi ſeruus alij pignori datus ſit. Quæ exceptio approbatur l. 1. §. per ſeruum. ff. de adq. poſſeſs. his uerbis:* Per ſeruum corporaliter pignori datū non adquirere nos poſſeſsionem, Iulianus ait: ad unam enim cauſam tantum uideri eū à debitore poſsideri, ad uſucapionem. *Nona exceptio eſt in filiofamiliâs, hæc ſcilicet: Niſi pater ignoret filium in ſua eſſe poteſtate. Hæc exceptio reprobatur l. 4. ff. de adq. poſſeſs. biſce uerbis:* Quidquid filius peculiari nomine apprehenderit, id ſtatim pater eius poſsidet, quamuis ignoret in ſua poteſtate filium eſſe. *Decima exceptio eſt: Niſi filius qui apprehendit, ab alio tanquam ſeruus poſsideatur. Et hæc exceptio reprobatur d. l. 4. in fin. biſce uerbis:* Amplius etiam ſi filius ab alio tanquam ſeruus poſsideatur, idem probandū erit. *Hæc de prima regula, cum ſuis exceptionibus. Alias etiā regulæ huius exceptiones uide ſ. lib. 21. cap. 2.*

II. Regula eſt de ſeruo hæreditario, per quem hæredi futuro adquiritur poſſeſsio. Quæ regula approbatur l. 1. §. item adquirimus. in fine. ff. de adqu. poſſeſs. biſce uerbis: Et hæres, ſi hæreditarius ſeruus emat, adquirit poſſeſsionem, & uſocapit. *Plura de hac regula, eiuſq; exceptionibus uide ſ. lib. 21. cap. 2. reg. 8.*

III. Regula habetur l. 42. in prin. ff. eod. tit. his uerbis: Communis ſeruus etiamſi ab uno ex dominis omnium nomine poſsideatur, ab omnibus poſsideri intelligitur.

IIII. Regula de ſeruo alieno proponitur l. 34. §. fin. ff. de adq. poſſeſs. cuius uerba uide ſ. reg. 2. except. 5. Alias regulas huc pertinentes, uide in d. cap. 2.

Planè huius etiam loci uidentur eſſe hæ quæſtiones, utrum poſſeſsio pignoris, creditoris an debitoris ſit: item utrum res precariò conceſſa, ab eo qui conceſsit, an ab eo cui conceſſa eſt, poſsideatur, &c. Huius tamen generis quæſtiones ac regulæ, propoſita ſunt in præcedentibus capitibus.

¶ Nunc ad tertiū adquirendæ poſſeſsionis locum nobis tranſeundū, quid ſcilicet & quantū poſsideamus? Cuius loci regula prima hæc eſt: Quòd plures eandem rem in ſolidū poſsidere non poſſunt. Quæ regula approbatur l. 3. §. ex cōtrario. ff. de adq. poſſeſſ. biſce uerbis: Plures eandem rem in ſolidum poſsidere non poſſunt. Contra naturam quippe eſt, ut cum aliquid ego teneam, tu quoq; id tenere uidearis. *Et paulo pòſt:* Non magis eadem poſſeſsio apud duos eſſe poteſt, quàm ut tu ſtare uidearis in eodem loco, in quo ego ſto: uel in quo ego ſedeo, tu ſedere uidearis. *Concordat l. 19. in prin. ff. de precario. ubi Iulian.* Duo (*inquit*) in ſolidum precariò habere non magis poſſunt, quàm duo in ſolidum ui poſsidere, aut clàm. Nā neq; iuſtè neq; iniuſtè poſſeſsiones duæ cōcurrere poſſunt. *Quod igitur ad naturalem poſſeſsionem attinet, regula propoſita ſubſiſtit. Sed & nec ciuiliter duo eandem rem in ſolidum poſsidere poſſunt: alioquin ſequeretur, ſi plures eandem rem in ſolidum bona fide poſsiderent, quia ab aliquo acceperint, omnes eam rem uſucapturos, & dominos fore in ſolidū. quod eſt contra l. 5. §. fin. ff. commodati. ubi Vlpianus:* Duorū (*inquit*) in ſolidum dominiū uel poſſeſsionem eſſe nō poſſe: nec quenquā partis corporis dominū eſſe, ſed totius corporis pro indiuiſo pro parte dominiū habere. *Planè poteſt alter naturaliter, alter ciuiliter eandem rem in ſolidum poſsidere, propoſita regula non obſtante: ut fructuarius & proprietarius: is qui precariò conceſsit, & is cui conceſsit, &c. de qua re dictū ſ. cap. 1. Quod hic primæ exceptionis loco notandū. Secunda exceptio eſt: Niſi alter iuſtè, alter iniuſtè poſsideat. Hæc exceptio approbatur l. 3. in prin. ff. uti poſsidetis, ubi Paulus:* Si duo (*inquit*) poſsideant in ſolidū, uideamus quid ſit dicendū: quod qualiter procedat, tractemus. Si quis proponeret poſſeſsionem iuſtam & iniuſtā, ego poſsideo ex iuſta cauſa, tu ui aut clàm: ſi à me poſsides, ſuperior ſum in interdicto: ſi uerò nō à me, neuter noſtrûm uincetur. nā & tu poſsides, & ego. *Tertia propoſitæ regulæ exceptio eſt, in uſu publicarū rerū. nam uſum publicarū rerū duo uel plures in ſolidū habere poſſunt. quæ exceptio approbatur l. 5. §. fin. ff. commodati, his uerbis:* Celſus ait, duorū quidē in ſolidum dominiū uel poſſeſsionē eſſe nō poſſe, nec quenquā partis corporis dominum eſſe, ſed totius corporis pro indiuiſo pro parte dominium habere: uſum autē balinei quidē, uel porticus, uel cāpi, uniuſcuiuſq; in ſolidum eſſe (neq; enim minus me uti quod & alius uteretur) uerùm in uehiculo commodato uel locato pro parte quidem effectu me uſum habere: quia non omnia loca uehiculi teneam.

II. Regula. Qui uniuerſum poſsidet, non ob id ſingulas

gulas eius partes uidetur poßidere. quæ regula appro batur l. 30. in prin. ff. de adq. poß. hiſce uerbis: Qui uniuerſas ædes poſsidet, ſingulas res quæ in ædificio ſunt, nō uidetur poſsidere. Idē debet dici & de naue, & de armario. *Concordat l. 23. in prin. ff. de uſucap. his uerbis:* Eũ qui ædes mercatus eſt, non puto aliud quàm ipſas ædes poſsidere. nam ſi ſingulas res poſsidere intelligeretur, ipſas ædes non poſsideret. Separatis enim corporibus, ex quibus ædes conſtant, uniuerſitas ædium intelligi non poterit. Accedit eo, quòd ſi quis ſingulas res poſsidere dixerit: neceſſe erit ut dicat in poſſeſsione ſuperficiei tempori de mobilibus ſtatuto locũ eſſe, & ſolum ſe capturũ ampliore tēpore: quod abſurdum & minimè iure ciuili conueniens eſt, ut una res diuerſis tēporibus capiatur: utputa cũ ędes ex duabus rebus conſtent, ex ſolo & ſuperficie: & uniuerſitas earum poſſeſsione tēporis immobiliũ rerum dominium mutet. *Concordat item l. 2. §. cum Stichum. ff. pro emptore, ubi Paulus:* Vniuerſitas fundi (*ait*) poſsidetur, non ſingulę partes. Vnde ſi quis ex alienis cęmētis in ſolo ſuo ędificauerit, domũ quidem uendicare poterit, cęmenta aũt reſoluta nequaquã; etiamſi poſt tempus uſucapionis diſſolutũ ſit ædificiũ: nec enim ſingula cęmenta uſu capiuntur, etſi domus per temporis ſpaciũ noſtra fiat.[a] *Item Venuleius:* Per ſe ſolæ tegulę (*inquit*) nō poſsidentur, ſed cũ uniuerſitate ædificij: nec ad rē pertinet, affixæ ſint, an tantum appoſitæ.[b] *Vnde ſi alius pecuniam ſuam in fundo meo condiderit, non aliàs poßideo, quàm ſi ipſius pecuniæ poſſeſsionē ſupra terram adeptus fuerim.*[c] *Idem dicendũ in theſauro in fundo noſtro poſito.*[d] *Item piſces qui in ſtagno ſunt, aut feræ quæ in ſyluis circumſeptis euagantur, à nobis non poßidentur: quoniã relictæ ſunt in libertate naturali. alioqain ſi quis ſyluam emerit, uideretur omnes feras poßidere: quod falſum eſt.*[e] *Feras tamen beſtias quas in uiuarijs incluſerimus, & piſces quos in piſcinam coniecerimus, aues item quas incluſas habemus, poßidemus: ſed & eas quæ manſuetæ factæ, cuſtodiæ noſtræ ſubiectæ ſunt. columbas item quæ ab ædificijs noſtris euolant, item apes quæ ex aluets noſtris euolant, & ſecundum conſuetudinem redeunt, poßidemus.*[f]

a l. 23. §. fin. ff. de rei uendicat. & l. 7. §. illud recte ff. de adq. rer. dom.
b l. 2. ff. quod ui aut clam.
c l. 44. §. & nihil interest. ff. de adq. poſſeſſ.
d l. 3. §. Neratius. in fin. ff. eod. tit.
e l. 3. item feras. ff. eod. tit.
f ibidem.

III. *Regula. Si quis liberum hominem uinxerit, non tamen ea quæ liber homo habet, poßidere uidetur. Quæ regula approbatur l. 23. §. fin. ff. de adq. poſſeſſ. de qua ſ. cap. prox. cauſa 9.*

IIII. *Regula habetur l. 18. §. fin. ff. eod. tit. hiſce uerbis:* Si dum in alia parte fundi ſum, cum magna ui ingreſſus eſt exercitus, eam tantummodo partē quam intrauerit, obtinet.

Hactenus de adquirenda poſſeßione: nunc de poſſeßione amittenda.

DE AMITTENDA POSſeſsione. Cap. IIII.

Poſſeſsionē (inquit Paulus Iuriſconſ.) amittimus multis modis.[a] *Eiuſmodi modi, ſeu cauſæ amittendæ poſſeſsionis, hoc loco ordine ſunt proponendæ.*

a l. 30. §. 1. & 4. item quod mobile. ff. de adq. poſſeſſ.

I. *Cauſa amittendæ poſſeſsionis eſt: Si poſſeſſor poſſeſsionem corpore relinquat. Hæc regula approbatur l. 44. §. fin. ff. de adq. poſſeſſ. his uerbis:* Eius quidem quod corpore noſtro teneremus, poſſeſsio amittitur uel animo, uel etiã corpore. ſi modò eo animo inde digreſsi fuerimus, ne poſsideremus. *Huius regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi non animo amittendæ poſſeſsionis eam relinquat. Hæc exceptio approbatur l. 153. in fine. ff. de reg. iuris, hiſce uerbis:* Vt nulla poſſeſsio adquiri niſi animo & corpore poteſt, ita nulla amittitur niſi in qua utrunq; in contrarium actum eſt. *Concordat Inſt. de interdictis. §. poſsidere autẽ. ibi: quin etiam. cuius hæc ſunt uerba:* Quin etiã animo quoq; ſolo retineri poſſeſsionē placet: id eſt, ut quãuis neque ipſe ſit in poſſeſsione, neq; eius nomine alius: tamē ſi nō relinquendæ poſſeſsionis animo, ſed poſtea reuerſurus inde diſceſſerit, retinere poſſeſsionē uideatur. *Concordat item l. 3. §. ſaltus. ff. de adq. poſſeſſ. his uerbis:* Saltus hybernos æſtiuoſq; animo poſsidemus, quamuis certis temporibus eos relinquamus. Cæterũ animo noſtro tũ etiã corpore alieno poſsidemus (ſicut diximus) per colonũ & ſeruum: nec mouere nos debet quòd quædã etiã ignorãtes poſsideamus; id eſt, quæ ſerui peculiariter parauerũt: nã uidemur ea eorundē & animo & corpore poſsidere. *Concordat item l. 8. ff. eod. tit. his uerbis:* Quemadmodũ nulla poſſeſsio adquiri, niſi animo & corpore poteſt: ita nulla amittitur, niſi in qua utrunq; in contrariũ actum eſt. *Concordat item l. 44. §. fin. cum lege ſequente. ff. eod. tit. his uerbis:* Illa quoq; amittendæ poſſeſsionis ſeparatio eſt. nã ſaltus hybernos & æſtiuos, quorum poſſeſsio retinetur animo, licet neq; ſeruũ neq; colonũ ibi habeamus. *Concordat item l. 1. §. quod uulgò. ff. de ui & ui armata, his uerbis:* Quod uulgò dicitur, ęſtiuorum hybernorũq; ſaltuum nos poſſeſsionem animo retinere, id exempli cauſa didici dicere Proculũ. nam ex omnibus prædijs ex quibus non hac mente recedimus, ut omiſiſſe poſſeſsionē uelimus idem eſt. *Concordat deniq; l. 4. C de adq. poſſeß. ubi Imp. Diocl.* Licet poſſeſsio (*inquit*) nudo animo adqri nō poſsit, tamē ſolo animo retineri poteſt. Si ergo prædiorũ deſertã poſſeſsionē nō derelinquēdi affectione, trãſacto tempore nō coluiſti, ſed metus neceſsitate culturã eorũ diſtuliſti, præiudiciũ tibi ex trãſmiſsi tēporis iniuria generari non poteſt:

Huius

Huius exceptionis replicatio eſt hæc: Niſi alius poſſeſsionem corpore relictam ſit ingreſſus. Hæc replicatio reprobatur l.3.§. in amittenda. in fine. ff. de adq. poſſeſſ. hiſce uerbis: Sed etſi animo ſolo poſsideas, licet alius in fundo ſit, adhuc tamen poſsides. *Concordat l. 18. §. fin. ff. eod. tt. his uerbis:* Si dum in alia parte fundi ſum, alius quis clàm animo poſſeſſoris intrauerit: nõ deſiiſſe illico poſsidere exiſtimãdus ſum, facilè expulſurus finibus ſimulatq; ſciero. Rurſus ſi cum magna ui ingreſſus eſt exercitus, eam tantummodo partem quam intrauerit, obtinet. *Concordat item l.25. §. quod autem ff. eod. tt. cuius uerba uide paulo inferius diſtin. prox. Concordat item l.46. ff. eod. tt. cuius uerba uide ȷ. eod. cap. in fine. Concordat item l.6. §. fin. ff. eod. tt. his uerbis:* Qui ad nundinas profectus neminem reliquit, & dum ille à nundinis redit, aliquis occupauit poſſeſsionem, uideri eum clàm poſsidere, Labeo ſcribit. Retinet ergo poſſeſsionem is, qui ad nundinas abiit. *Subiicit Iuriſc.* Verùm ſi reuertentem dominum non admiſerit, ui magis intelligitur poſsidere, non clàm. *Ex hiſce uerbis prima reprobatæ replicationis diſtinctio colligi poteſt, hæc ſ. Niſi is qui fundum ingreſſus eſt, reuertentem dominum non admiſerit. tunc enim propoſitæ replicationi locus eſſe, & dominus tam naturalem quàm ciuilem poſſeſsionem amiſiſſe uidetur. Concordat l.25 §. fin. ff. eod. tt. ubi ſecunda etiã diſtinctio reprobatæ replicationis notanda eſt, hæc ſcilicet: Niſi abſens ſuſpicetur repelli ſe poſſe ab eo qui poſſeſsionem eſt ingreſſus. uerba d. §. fin. hæc ſunt:* Quod ſolo animo poſsidemus, quæritur, utrum ne eò uſq; poſsideamus, donec alius corpore ingreſſus ſit, ut potior ſit illius corporalis poſſeſsio: an uerò (quod quaſi magis probatur) eò uſq; poſsideamus, donec reuertentes nos aliquis repellat: aut nos ita animo deſinamus poſsidere, quòd ſuſpicemur repelli nos poſſe ab eo qui ingreſſus ſit in poſſeſsionem? Et id uidetur utilius eſſe. *Hæc de prima exceptione aduerſus cauſam propoſitam. Secunda exceptio eſt: Niſi pupillus corpore poſſeſsionem relinquat. Hæc exceptio reprobatur l. 29. ff. de adq. poſſeſ. hiſce uerbis:* Poſſeſsionem pupillum ſine tutoris authoritate amittere poſſe conſtat, non ut animo, ſed ut corpore deſinat poſsidere. quod enim facti eſt, poteſt amittere. *Hiſce uidetur repugnare l. 11. ff. de adq. rer. dom. cuius uerba uide ȷ. lib. 22. cap. 4. cauſa 1. except. 3. Tertia exceptio eſt: Niſi alius nomine eius ſit in poſſeſsione: ut ſeruus, colonus, inquilinus, procurator, depoſitarius, &c. Hæc exceptio approbatur Inſt. de interdictis. §. poſsidere, hiſce uerbis:* Poſsidere uidetur quiſq; non ſolum ſi ipſe poſsideat, ſed & ſi eius nomine aliquis in poſſeſsione ſit, licet is eius iuri ſubiectus non ſit: qualis eſt colonus & inquilinus. Per eos quoque apud quos depoſuerit quis, aut quibus commodauerit, ipſe poſsidere uidetur. Et hoc eſt quod dicitur, retinere poſſeſsionem poſſe aliquem per quemlibet, qui eius nomine ſit in poſſeſsione. *Concordat l.3. §. ſaltus. ff. de adq. poſſeſs. cuius uerba uide ȷ. except. 1. in prin. Concordat item l. 9. ff. eod. tt. his uerbis:* Generaliter quiſquis omnino noſtro nomine nobis uolentibus ſit in poſſeſsione, ueluti procurator, hoſpes, amicus, nos poſsidere uidemur. *Concordat item l.25. §. 1. ff. eod. tt. cuius uerba uide ȷ. cauſa 20. Huius exemplum proponitur l. 42. in prin. ff. de adq. poſſeſs. his uerbis:* Communis ſeruus, etiamſi ab uno ex dominis omnium nomine poſsideatur, ab omnibus poſsideri intelligitur. *Aliud exemplum proponitur l. 57. ff. eod. tt. cuius uerba uide ȷ. cap. 2. cauſa 11. Huius exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi is per quem poſsidet, pupillus ſit. Hæc replicatio reprobatur l 32. in prin. ff. de adq. poſs. hiſce uerbis:* Quamuis pupillus ſine tutoris authoritate non obligetur, poſſeſsionem tamen per eum retinemus. *Secunda replicatio eſt: Niſi is per quem poſsidet, poſſeſsionem reliquerit. De hac replicatione cum aliis ſimilibus uide paulo inferius cauſam 18. cum ſequentibus. Quarta exceptio eſt: Niſi is cui poſſeſsionem tradit, eam non adquirat. Hæc exceptio approbatur l.54. in prin. ff. de adq. poſſeſs. his uerbis:* Si me in uacuam poſſeſsionem fundi Corneliani miſeris, ego cum putarem me in fundum Sempronianum miſſum, in Cornelianum iero, non adquiram poſſeſsionem: niſi fortè in nomine tantum errauerimus, & in corpore conſenſerimus. Quando autem in corpore non conſenſerimus, an à re tamen recedat poſſeſsio (quia animo deponere & mutare poſſeſsionẽ nos poſſe & Celſus & Marcellus ſcribunt) dubitari poteſt: & ſi animo adquiri poſſeſsio poteſt, nunquid etiam adquiſita eſt? Sed non puto errantem adquirere. Ergo nec amittet poſſeſsionem, qui quodammodo ſub conditione receſsit de poſſeſsione. *Concordat l. 44. §. fin. ff. eod. tt. cuius uerba uide ȷ. cauſa 18. in prin item concordat l. 18. in prin. ibi: neque enim ante. ff. de ui & ui armata. cuius uerba uide ȷ. cap. 11. quæſt. 4. cauſa 3. except. 1. Planè propoſitæ exceptioni contradicit l.18. §. ſi furioſo. ff. de adquir. poſſeſs. his uerbis:* Si furioſo, quem ſanæ mentis exiſtimaſti, eo fortè quòd in conſpectu inumbratæ quietis fuerit conſtitutus, rem tradideris, licet ille non erit adeptus poſſeſsionẽ, tu poſsidere deſinis: ſufficit quippe te dimittere poſſeſsionem, etiamſi non transferas. Illud enim ridiculum eſt dicere, quod non aliter uult quis dimittere quàm ſi trãsferat: imò dimittere uult, quia ſe transferre exiſtimat. *Concordat l. 1. §. ſi uir. ff. eod.*

ff.eod.tt.cuius uerba uide ſ.cap.2.except.17. Quinta exceptio eſt: Niſi ita tradidit, ut ei poſtea reſtituatur. Hæc exceptio reprobatur l.17.§.fin.ff.de adq.poſſeſ.his uerbis: Si quis ea mente poſſeſſionem tradiderit, ut poſtea ei reſtituatur, deſinit poſsidere. Planè exceptio hæc locum habet, quando res ſeruo, procuratori uel colono datur, item quando deponitur apud aliquem, &c. nam per huiuſmodi perſonas retinetur poſſeſsio, ut dictũ eſt ſuprà exceptione 3.

II. Cauſa amittendæ poſſeſsionis eſt, ſi ſe nolle poſsidere in animo conſtituat poſſeſſor. Hæc cauſa approbatur l.17.§.fin.ff.de adq.poſſeſs.hiſce uerbis: Poſſeſsio recedit, ut quiſq; conſtituit nolle poſsidere. Concordat l.1.§.ſi uir.in fine.ff.eod.tt.cuius uerba uide ſ.cap.2.except.17. Concordat item l.3.§.in amittenda.ff.eod.tt. cuius uerba uide paulo inferius except.3. Concordat item l.30.§.item quod mobile.ff.eod.tt.his uerbis: Quod mobile eſt, multis modis deſinimus poſſidere, ſi aut nolimus, aut ſeruum (puta) manumittamus. Concordat deniq; l.44.§.fin.ibi: nam eius quidem.ff.eod.tt. cuius uerba uide ſ.cauſa prox.in prin. Huius cauſæ exceptio prima hæc eſt: Niſi pupillus ſit qui conſtituit ſe nolle poſsidere. Hæc exceptio approbatur l.29.ff.eod.titulo, hiſce uerbis. Alia cauſa eſt, ſi fortè animo poſſeſsionem uelit amittere pupillus. hoc enim non poteſt. Ait Iuriſconſultus: Alia cauſa eſt. Verba quò hæc pertinent, uide ſ.cauſa prox.except.2. Secunda exceptio hæc eſt: Niſi furioſus conſtituat ſe nolle poſsidere. Hæc exceptio approbatur l.27.ff.eodem titulo, his uerbis: Si is qui animo poſſeſsionem ſaltus retineret, furere cœpiſſet, non poteſt dum fureret, eius ſaltus poſſeſsionem amittere: quia furioſus non poteſt deſinere animo poſsidere. Tertia exceptio eſt: Niſi corpore poſſeſsionem non relinquat. Hæc exceptio reprobatur l.3.§.in amittenda.ff.de adq.poſſeſs hiſce uerbis: In amittenda poſſeſsione, affectio eius qui poſsidet intuenda eſt. Itaque ſi in fundo ſis, & tamen nolis eum poſsidere, protinus amittes poſſeſsionem. Igitur amitti & animo ſolo poteſt, quamuis adquiri non poteſt. Concordat l.44.§.fin. ibi: nam eius quidem ff.eod.tt. cuius uerba uide ſ.cauſa prox.in prin. Contradicit l.8.ff.ead.tt. ubi Paulus: Quemadmodum nulla poſſeſsio adquiri niſi animo & corpore poteſt: ita nulla amittitur, niſi in qua utrumq; in contrariũ actum eſt. Huic concordat l.195.ff de reg.iuris. cuius uerba uide ſ.cauſa prox.except.1. Ad hanc antinomiam reſpõdeo cum Gloſſa & omnibus Scribentib. in amittenda poſſeſsione, ſi incipiatur à corpore, utrunq; eſſe neceſſarium. de quo ſuprà dictum eſt: ſecus, ſi ab animo, ut in cauſa propoſita.

III. Cauſa. Si quis quod poſsidet, alieno nomine poſsidere incipiat. Hæc cauſa approbatur l.18.in pr.ff.de adq.poſſeſs.hiſce uerbis: Quod meo nomine poſsideo, poſſum & alieno nomine poſsidere: nec enim muto mihi cauſam poſſeſsionis, ſed deſino poſsidere, & aliũ poſſeſſorem miniſterio meo facio: nec idẽ eſt poſsidere, & alieno nomine poſsidere, &c. Huius cauſæ exemplum eſt cauſa ſequens quarta.

IIII. Cauſa. Si rem quam poſsidet, ab alio conducat. Hæc cauſa approbatur l.19.in prin.ff.de adq.poſſeſs.his uerbis: Qui bona fide fundũ alienum emerit, eundemq; à domino conduxerit: quæritur utrum deſinat poſsidere, an non? Reſpondeo: in promptu eſt ut deſierit poſsidere. Concordat l.21.§.fin.ff.eod.tt. ubi Iabolenus: Qui alienam rem (inquit) precariò rogauit, ſi eandem rem à domino conduxerit, poſſeſsio ad dominũ reuertitur. Concordat itẽ l.37.ff.eod.tt. cuius uerba uide ſ.cap.2.cauſa 11. Huius cauſæ exceptio prima hæc eſt: Niſi ignorauit ſe poſsidere, qui conduxit. Hæc exceptio approbatur l.28.ff.de adquir.poſſeſs. cuius uerba uide paulo inferius. Secunda exceptio eſt: Niſi res propria ſit eius qui conduxit. tunc enim conductio rei ſuæ nulla eſt, & ob id nec poſſeſsio amittitur. quæ exceptio approbatur l.23.C.de locato & conducto. cuius uerba uide ſ.lib.21.cap.5.except.4. Planè huius exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi ſciat rem ſuam eſſe. tũc enim traditionis loco eam rem conduxiſſe uidetur, ſi fortè eam uendidit uel donauit alij, & conducendo poſſeſsionem ſimul & dominium rei ad emptorem uel donatarium transfert. de quo dictum ſuprà capite ſecundo, cauſa 11. item ſ.lib.21.cap.1.cauſa 18.except.1.repl.ult. Sed & propoſita replicatio recipit duplicationem hanc: Niſi non proprietatis transferendæ reſpectu conducat, ſed ſolius poſſeſsionis retinendæ: quia fortè alius poſſeſsionem rei auocare poterat, non quidem ex cauſa emptionis, donationis uel alia ſimili: ſed quia uſuſfructus fortè aut uſus ei in re cõpetebat, uel quia ui de fundo erat deiectus. Hiſce enim atq; ſimilibus cauſis etſi poſſeſſor ſciat rem ſuam eſſe, eamq; ab alio conducat, poſſeſsionem tamen non amittit: quia poſſeſsionis reſpectu conducit. Iam dictæ duæ exceptiones cum replicatione & duplicatione ſecundæ exceptionis, approbari uidentur l.28.ff.de adq.poſſeſs.hiſce uerbis: Si aliquam rem poſſideam, & eandem poſtea conducam, an amittam poſſeſsionẽ? Multũ refert in his quid agatur. Refert enim primùm, utrum ſciam me poſsidere, an ignorem: & utrum quaſi non meam rem conducam, an quaſi meam: & ſi ſciens meam, utrum quaſi proprietatis reſpectu, an poſſeſsionis tantum. Nam ſi rem meam tu poſsideas, & ego emam à te poſſeſsionem eius rei, uel ſtipuler, utilis erit & emptio & ſtipulatio, & ſequitur ut & precarium & conductio, ſi ſpecialiter poſſeſsionis ſolius conducẽdæ uel precariò rogandæ animus interueniat.

Ait Iuriſconſultus: Refert enim primùm, utrum ſciam me poſsidere, an ignorem. *Hiſce uerbis prima exceptio ſupradicta approbatur. ibi:* Et utrum quaſi non meam rem, *&c. ſecunda exceptio eſt notanda. ibi:* Et ſi ſciens, &c. *Replicatio ſecundæ exceptionis continetur. ibi:* An poſſeſsionis tantum, *duplicatio notanda eſt. Ait Iuriſconſultus:* Nam ſi rem meam, &c. *Occupatio eſt. Obijci enim potuit, Conductio rei ſuæ non ualet.* a *Ergo nec hoc caſu ualere debet. Reſpondet iuriſconſultus, diſtinguendo ad hunc modum: Niſi poſſeßionem rei ſuæ alij debitam quis conduxerit. hoc enim caſu quemadmodum emptio & ſtipulatio, ita etiam conductio poſſeßionis rei ſuæ ualere debet. Hæc de quarta cauſa.*

a *l. qui rem. §. depoſiti.*

V. *Cauſa. Si poſſeſſor rem domino locauerit. Hæc cauſa approbatur l. 21. ibi: reſpondi. ff. de uſucap. hiſce uerbis:* Reſpondi, ſi is qui pro hærede fundum poſsidebat, domino eum locauit, nullius momenti eſſe locationem: quia dominus rem ſuam conduxit. Sequitur ergo, ut nec poſſeſsionem locator quidem retinuerit. *Huius cauſæ exceptio hæc eſt: Niſi creditor pignus debitori locauerit. Quæ exceptio approbatur l. 17. ff. de pignor. action. hiſce uerbis:* Si pignus mihi traditum locaſſem domino, per locationem retineo poſſeſsionem: quia antequam conduceret debitor, non fuerit eius poſſeſsio: cum & animus mihi retinendi ſit, & conducenti non ſit animus poſſeſsionem adipiſcendi. *Concordat l. 17. ff. de adq poſſeß. cuius uerba uide ſ. cap. 2. cauſa 11. in fine. Concordat item l. 33. §. fin. ff. de uſucap. cuius uerba uide paulo inferius cauſa 9. except. 1. Sed de cauſa propoſita uide plura ſ. lib. prox. cap. 5. except. 45.*

V I. *Cauſa. Si poſſeſſor rem precario dederit, uel commodauerit. Hæc cauſa reprobatur l. 3. §. ex contrario. ff. de adquir. poſſeß. hiſce uerbis:* Sabinus ſcribit, eũ qui precario dederit, & poſsidere ipſum, & eum qui precario acceperit. Idem Trebatius approbat. *Concordat l. 15. §. eum qui. ff de precario. cuius uerba uide ſ. cap. 2. in prin. Concordat item l. 8. ff. commodati. ubi Pomponius:* Rei commodatæ (*inquit*) & poſſeſsionem & proprietatem retinemus.

V I I. *Cauſa Si pignori rem dedit poſſeſſor. Et hæc cauſa reprobatur l. 36. in prin. ff. de adq. poſſeß. his uerbis:* Qui pignoris cauſa fundũ tradidit creditori, intelligitur poſsidere. *Concordat l. 16. ibi: quia qui pignori. ff. de uſucap. cuius uerba uide ſ. lib. 22. cap. 19. quæſt. 6. reg. 1. except. 2.*

VIII. *Cauſa. Si prætor, quod damni infecti nomine non cauebatur, uel ex alia ſimili cauſa alium in poſſeßionem ire iuſſerit. Hæc cauſa reprobatur per ea quæ propoſita ſunt ſ. lib. prox. cap. 5. except. 42. repl. 6.*

I X. *Cauſa. Si res poſſeſſori ſit ſurrepta, uel ui erepta, deq; poſſeßione is deiectus ſit. Hæc cauſa approbatur l. 15 ff. de adq. poſſeſſ. hiſce uerbis:* Rem quæ nobis ſubrepta eſt, perinde intelligimur deſinere poſsidere, atq; eam quæ ui à nobis erepta eſt. *Concordat l. 5. ff. de uſucap. cuius uerba uide ſ. lib. prox. cap. 5. except. 47. Concordat item l. 3. §. quod ſi ſeruum. in fine. ff. de adq. poſſeß. ubi Paulus:* Conſtat (*inquit*) poſsidere nos, donec aut noſtra uoluntate diſceſſerimus, aut ui deiecti fuerimus. *Quanquam alij hoc loco legunt, Diſceſſerint & deiecti fuerint. quæ lectio magis placet. Huius cauſæ exceptio prima hæc eſt: Niſi is qui in poſſeſſoris poteſtate eſt, eam ſurripuerit. Hæc exceptio approbatur d. l. 15. hiſce uerbis:* Sed ſi is qui in poteſtate noſtra eſt, ſurripuerit, quandiu apud ipſum ſit res, tamdiu non amittimus poſſeſsionem: quia per huiuſmodi perſonam adquiritur nobis poſſeſsio. Et hæc eſt ratio quare uideamur fugitiuum poſsidere: quòd is quẽadmodum aliarum rerum poſſeſsionem interuertere non poteſt, ita ne ſuam quidem poteſt. *Concordat l. 40. in prin. ff. eod. tit. ubi Africanus:* Si de eo fundo, quem cum poſsiderem, pignori tibi dedi, ſeruus tuus te deijciat, adhuc te poſsidere ait: quoniã nihilominus per ipſum ſeruum poſſeſsionem retineas. *Concordat item l. 33. §. ſed etſi. ff. de uſucap. ubi Iulianus:* Si debitoris ſeruus (*inquit*) ſurripuerit, quamuis creditor poſsidere deſinat: tamẽ debitoris uſucapio durat, non ſecus ac ſi eam creditor debitori tradidiſſet. Nam quantum ad uſucapionem attinet, ſerui ſubtrahendo res non faciũt deteriorem dominorum conditionem. Facilius obtinebit, ſi precario poſsidente debitore, ſeruus eius ſurripuerit, uel cum ex cõductione poſsideret. nam cõductio idem præſtat, quaſi apud creditorẽ res eſſet. poſsidet enim hoc caſu creditor. Sed ſi utrũq; interceſſerit, & precarij rogatio & conductio, intelligitur creditor poſsidere: & precarij rogatio non in hoc interponitur ut debitor poſſeſsionem habeat, ſed ut ei retinere rem liceat. *Secundæ exceptionis loco notandum, quòd ui de poſſeſsione deiectus perinde habeatur ac ſi poſsideret, ob interdictum unde ui quod habet. quæ exceptio approbatur l. 17. in prin. ff. de adq. poſſeſs. his uerbis:* Si quis ui de poſſeſsione deiectus ſit, perinde haberi debet ac ſi poſsideret: cum interdicto de ui recuperandæ poſſeſsionis facultatem habeat. *Huius exceptionis ratio proponitur l. 15. ff. de reg. iuris, hiſce uerbis:* Qui actionem habet ad rem recuperandam, ipſam rem habere uidetur. *Tertiæ exceptionis loco notandum, quòd non maiorem fundi partem poſſeſſor amiſerit, quàm eam in quam exercitus ſit ingreſſus. quæ exceptio approbatur l. 18. §. fin. ff. de adq. poſſeſs. cuius uerba uide ſ. cauſa 1. except. 2. repl. 2.*

X. Cau-

X. Cauſa. *Si alius clàm animo poßidendi fundum ſit ingreſſus. De hac cauſa uide ſuprà cauſam 1. except. 1. replicat. 2. cap. eod.*

X I. Cauſa. *Si cum nunciatum eſſet poſſeſſori, fundum ab alio occupatum eſſe, ille conterritus timore accedere nolit. Hæc cauſa approbatur l. 3. §. ſi quis nunciet. ff. de adq. poſſeſſ. hiſce uerbis:* Si quis nunciet domum à latronibus occupatam, & dominus timore conterritus, noluerit accedere, amiſiſſe eum poſſeſsionem placet. *Concordat l. 7. ff. eod. tt. ubi Paulus:* Sed ſi nolit in fundum reuerti, quòd uim maiorem uereatur, amiſiſſe poſſeſsionem uidebitur. Et ita Neratius quoque ſcribit. *Huius ratio eſt: Quia qui poßidendi animum habere deſijt, poſſeßionem amittit. de quo ſuprà cauſa 2.*

X I I. Cauſa. *Si peregrè profecturus pecuniam in terram condidit, & reuerſus locum nequeat inuenire. Hæc cauſa reprobatur l. 44. in prin. ff. de adq. poſſeß. hiſce uerbis:* Peregrè profecturus pecuniam in terram cuſtodiæ cauſa condiderat, cum reuerſus locum theſauri memoria non repeteret, an deſijſſet pecuniam poſsidere: uel ſi poſtea recognouiſſet locum, an poſtea confeſtim inciperet poſsidere, quæſitum eſt. Dixi, quoniam cuſtodiæ cauſa pecunia condita proponeretur, ius poſſeſsionis ei qui condidiſſet non uideri peremptum: nec infirmitatem memoriæ damnum afferre poſſeſsioni, quam alius non inuaſit: alioquin reſponſuros, per momenta ſeruorum quos non uidemus, interire poſſeſſionem.

X I I I. Cauſa. *Si pecuniam ſuam in alterius fundo condidit. Et hæc cauſa reprobatur d. l. 44. §. & nihil intereſt, his uerbis:* Et nihil intereſt, pecuniam in meo, an alieno condidiſſem: cum, ſi alius in meo condidiſſet fundo, non aliàs poſsiderem, quàm ſi ipſius rei poſſeſsionem ſupra terram adeptus fuiſſem. Itaque nec alienus locus meam propriam aufert poſſeſsionem, cum ſupra terram, an intra terram poſsideam, nihil interſit.

X I I I I. Cauſa. *Si rem ab alio uendi. dt. Hæc cauſa reprobatur l. 12. in fin. ff. de adq. poſſeß. cuius uerba uide). cap. 8. quæſt. 6. except. 13. Porrò ſunt & plures aliæ cauſæ amittendæ poſſeßionis, quarum aliæ in perſona poſſeſſoris conſiſtunt, aliæ in perſona eius per quem poßidetur, aliæ denique in re poſſeſſa. In perſona poſſeſſoris conſiſtunt eæ quæ ſequuntur.*

X V. Cauſa. *Si poſſeſſor in alterius poteſtatem peruenerit. Hæc cauſa approbatur l. 30. §. item quod. ff. de adq. poſſeß. his uerbis:* Item quod à mari uel flumine occupatum eſt, poſsidere nos deſinimus: aut ſi is qui poſsidet, in alterius poteſtatem peruenit.

X V I. Cauſa. *Si poſſeſſor in poteſtatem hoſtiũ perueniat. Hæc cauſa approbatur lege 23. §. in ijs ff. de adq poſſeß. hiſce uerbis:* In ijs qui in hoſtium poteſtatem peruenerunt, in retinendo iure rerum ſuarum ſingulare ius eſt: corporalem tamen poſſeſsionem amittunt. neque enim poſſunt uideri aliquid poſsidere, cum ipſi ab alio poſsideantur. Sequitur ergo, ut reuerſis his noua poſſeſſione opus ſit, etiamſi nemo medio tempore res eorum poſſederit. *Concordat l. 15. ff de uſucap. cuius uerba uide ͞s. lib. prox. cap. 8. except. 6. repl. 2. dupl. 1. concordat item l. 25. in prin. ff. eod. tt. cuius uerba uide ͞s. lib. prox. cap. 5. except. 34. repl. 2. dupl. 10.*

X V I I. Cauſa. *Si poſſeſſor furioſus ſit factus. Hæc cauſa reprobatur lege trigeſimaprima. §. ſi ui aut. ff. de uſucap. hiſce uerbis:* Si ui aut clàm, aut precariò poſſeſsionem nactus quis, poſteà furere cœperit, & poſſeſsio ex eadem cauſa durat, de hoc quod precario furioſus habet: quemadmodum interdicto quoq; uti poſsidetis furioſi nomine rectè experimur eius poſſeſsionis nomine, quam ante furorem per ſe, uel poſt furorem per alium nactus eſt. *Concordat l. 27. ff. de adquirenda poſſeß. cuius uerba uide ͞s. cauſa 2. except. 2.*

¶ *Sequuntur nunc cauſæ ſumptæ ex perſona eius per quem poßidetur.*

X V I I I. Cauſa. *Si is per quem poßidetur, poſſeßionem relinquat. Hæc cauſa approbatur lege 44. §. fin. ff. de adq. poſſeß. his uerbis:* Papinianus ait, Eius quod ſerui, uel etiã coloni corpore poſsideretur, nõ aliter amitti poſſeſsionem, quàm ſi eam alius ingreſſus fuiſſet, eamq; amitti nobis quoq; ignorantibus. *Hiſce uerbis cauſa propoſita approbatur, ſub hac tamen conditione: Niſi alius poſſeßionem nondum ſit ingreſſus. Quod notandum loco primæ exceptionis. Concordat l. 3. §. quòd ſi ſeruus. ff. eodem tt. cuius uerba uide), except. prox. cõcordat item l. 40. §. ſi fortè. ff. eod. tt. his uerbis:* Si fortè colonus per quẽ dominus poſsideret deceſsiſſet, propter utilitatem receptũ eſt ut per colonũ poſſeſsio retineretur & continuaretur: quõ mortuo, dicendũ non ſtatim eam interpellari, ſed tunc demũ, cum dominus poſſeſſionem adipiſci neglexerit. Aliud exiſtimãdum eſt, ſi ſponte colonus poſſeſsione deceſſerit. Sed hæc ita uera ſunt, ſi nemo extraneus eam rẽ interim poſſederit, ſed ſemper in hereditate coloni manſerit. *Ait Iuriſconſultus:* Eamq; amitti nobis quoq; ignorantibus. *Hiſce uerbis reprobatur ſecunda exceptio, hæc ſcilicet: Niſi dominus ignoret poſſeßionem à ſeruo uel colono relictam, & alium ingreſſum. Tertia exceptio eſt: Niſi non deſerendæ poſſeßionis cauſa is per quẽ poßidetur diſceſſerit. Hæc exceptio approbatur l. 31. ff. de adq. poſſeſs. his uerbis:* Si co-

lonus non deſerendæ poſſeſsionis cauſa exijſſet de fundo, & eò redijſſet: eundem locatorem poſsidere placet. *Quarta exceptio eſt: Niſi cum per ſeruum poßideret dominus, is fugerit. hoc enim caſu nihilominus impletur uſucapio. quæ exceptio cum alijs approbatur l. 1. §. per ſeruum. ff. de adq. poſſeß. his uerbis:* Per ſeruũ qui in fuga ſit, nihil poſſe nos poſsidere Nerua filius ait: licet reſpondeatur, quádiu ab alio non poſsideatur, à nobis eum poſsideri, ideoq; interim etiá uſucapi. Sed utilitatis cauſa receptũ eſt, ut impleatur uſucapio, quamdiu nemo nactus ſit eius poſſeſsionem. Poſſeſsioné autem per eum adquiri, ſicut per eos quos in prouincia habemus, Caſsij & Iuliani ſententia eſt. *Huius exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi ſeruus ab alio poßideatur. quæ replicatio elicitur ex uerbis iã propoſitis hiſce:* Quamdiu nemo nactus ſit, &c. *Hæc quidẽ de iure antiquo: iure uerò nouo cauſa propoſita reprobatur, nẽpe l. 12. C. de adq. poſſeß. his uerbis:* Ex libris Sabinianis quæſtionem in diuinas noſtri numinis aures relatam tollẽtes, definimus, ut ſiue ſeruus, ſiue procurator, uel colonus, uel inquilinus, uel quiſpiá alius, per quem licentia eſt nobis poſsidere, corporaliter nactam poſſeſsionem cuiuſcunque rei, eam dereliquerit, uel alij prodiderit, deſidia fortè uel dolo, ut locus aperiatur alij, eandem poſſeſsionem detinere: nihil penitus domino præiudicij generetur, ne ex aliena malignitate alienum damnum emergat. Sed & ipſe, ſi liberæ conditionis eſt, competentibus actionibus ſubjugetur, omni iactura ab eo reſtituenda domino rei, uel ei circa quem negligẽter uel doloſè uerſatus eſt. *Huius iuris noui exceptio hæc eſt: Niſi poſſeßionem nondum ſit adeptus ſeruus, procurator uel alius. Hæc exceptio approbatur d. l. 12. §. fin. C. de adquirenda poſſeßione, his uerbis:* Sin autem necdum ſub manibus procuratoris, uel coloni, uel inquilini, uel ſerui, poſſeſsio facta eſt, ſed ipſe eam accipere deſidia uel dolo ſuperſedit: tunc & ipſe qui eum tranſmiſit, ex mala ſua electione præiudicium circa poſſeſsionem patiatur, ex memoratarum perſonarum uel machinatione, uel negligentia accedens. hoc etenim tantum ſancimus, ut dominus nullo modo aliquod diſcrimen ſuſtineat ab ijs quos tranſmiſerit, non ut etiam lucrum ſibi per eos aliquod adquirat: cum & antiqua regula iuris, quæ definiuit, deteriorem conditionem per ſeruum domino nullo modo fieri, tunc locum habeat, cum de damno periclitetur, non cum ſibi lucrum per ſeruum adquiri deſiderat: ſalua uidelicet in hoc caſu domino rei, uel ei qui ad eam detinendam præfatas tranſmiſerit perſonas, aduerſus eas omni actione (ſi qua ex legibus ei competit) ſeruata.

XIX. *Cauſa. Si is per quem poßidetur, poſſeſsionem alij tradat. Hæc cauſa approbatur l. 3. §. quod ſi ſeruus. ff. de adquir. poſſeſſ. his uerbis:* Si ſeruus uel colonus, per quos corpore poſsidebam, deceſſerit, uel animo retineo poſſeſsionem. Sed ſi alij tradiderit, amitto poſſeſsionem, &c. *Concordat l. 31. §. qui pignori. ff. de uſucap. cuius uerba uide ſ. lib. prox. cap. 5. except. 42. repl. 3. Planè dominium retineo, licet alij uendiderit. Quæ exceptio approbatur l. 5. C. de adquir. poſſeſſ. de qua & plura uide ſ. lib. 11. cap. 4. cauſa 2. except. 1. Secunda exceptio eſt: Niſi ex cauſa locationis, commodati uel depoſiti alij tradiderint. Hæc exceptio approbatur l. 10. §. fin. ff. de adquir. poſſeſſ. his uerbis:* Si ego tibi commodauero, tu Titio, qui putet tuum eſſe, nihilominus ego id poſsideo. Idem erit, ſi colonus meus fundum locauerit: aut is apud quem depoſueram, apud alium ruſus depoſuerit, & id per quamlibet plurium perſonas factum, obſeruandum ita erit. *Concordat l. 25. §. 1. ibi: aut alij locent. ff. eod. tit. cuius uerba uide ſ. cauſa prox. Tertia exceptio eſt: Niſi ab eo cui tradidit, rurſus conduxerit. Hæc exceptio approbatur l. 32. §. 1. ff. de adquir. poſſeſſ. his uerbis:* Si conductor uendiderit, & eam ab emptore conduxerit, & utrique mercedes præſtiterit, prior locator poſſeſsionem per conductorem rectiſsimè retinet.

XX. *Cauſa. Si is per quem poßidetur, mortuus ſit. Hæc cauſa reprobatur l. 25. §. primo. ff. de adquirenda poſſeß. his uerbis:* Et per colonos, & inquilinos, aut ſeruos noſtros poſsidemus. Sed etſi moriantur, aut furere incipiant, aut alij locent, intelligimur nos per ſos retinere poſſeſsionem. nec inter colonum & ſeruum noſtrum, per quem poſſeſsionem retinemus, quicquam intereſt. *Concordat l. 1. §. quòd ſi ſeruus. ff. eod. tit. cuius uerba uide ſ. cauſa prox. in prin. Concordat item l. 40. §. ſi fortè. ff. eod. tit. cuius uerba uide ſ. cauſa 18. except. 1. Concordat item l. 60. §. hæredem. ff. locati. ubi Iabolenus:* Hæredem coloni (*inquit*) quamuis colonus non eſt, nihilominus domino poſsidere exiſtimo. *Planè cauſa propoſita admittitur, ſi dominus poſſeſsionem mortuo colono adipiſci neglexerit. Quæ diſtinctio approbatur d. l. 40. §. ſi fortè, hiſce uerbis:* Colono mortuo, dicendum eſt, non ſtatim interpellari poſſeſsionem: ſed tũc demum, cum dominus poſſeſsionem adipiſci neglexerit. *Sed & admittitur cauſa propoſita, ſi alius extraneus poſſeſsionem fuerit nactus. quæ diſtinctio approbatur d. §. ſi fortè. in fine, his uerbis:* Sed hæc ita uera eſſe, ſi nemo extraneus

eam

eam tem interim poſſederit, ſed ſemper in hæreditate colooi manſerit.

XXI. *Cauſa. Si is per quem poßidetur, furioſus ſit factus. Hæc cauſa reprobatur l. 25. §. 1. ff. de adq. poſſeß. cuius uerba uide paulo ſuperius, cauſa proxima. Concordat l. 31. §. ſi ſeruus. ff. de uſucap. ubi Paulus:* Si ſeruus meus (*inquit*) uel filius peculiari uel etiam meo nomine quid teoet, ut ego per eum ignorans poſsideam, uel etiam uſucapiam, ſi is furere cœperit, donec in eadam cauſa res fuerit: intelligendum eſt & poſſeſsionem apud me manere, & uſucapionem procedere, ſicut per dormiẽtes quoq; eosidem nobis cootingeret. Idemque & in colono & in inquilino, per quos poſsidemus, dicendum eſt. *Ait Iuriſcõ ſultus:* Donec in eadem cauſa res fuerit. *Per hæc uerba introducitur diſtinctio quædam, qua cauſæ propoſitæ locus eſt. Eſt autem hæc: Niſi alius poſſeßionem apprehenderit. Nam ita uerba iſta Gloſſa interpretatur, & rectè.*

XXII. *Cauſa. Si ſeruus per quem poßidetur, in libertate moretur. Hæc cauſa approbatur l. 31. §. ſeruus. ff. de uſucap. hiſce uerbis:* Seruus licet in libertate moretur, nihil poſsidet, nec per eum alius. *Huius cauſæ ratio hæc eſt: Quia ſeruus qui ſe pro libero gerit, à domino non poßidetur. de quo J. ubi etiam propoſitæ cauſæ exceptiones licebit notare.*

XXIII. *Cauſa. Si commodatarius aut depoſitarius, per quem poßidetur, rem commodatam uel depoſitã furandi animo contrectat, uel non reddit. Hæc cauſa approbatur l. 47. ff. de adq. poſſeß. his uerbis:* Si rem mobilẽ apud te depoſitã aut commodatam tibi, poſsidere, neq; reddere cõſtitueris, confeſtim amiſiſſe me poſſeſsionem uel ignoraotem, reſpõſum eſt. Cuius rei forſitan illa ratio eſt, quòd rerum mobilium neglecta atq; omiſſa cuſtodia, quamuis eas nemo alius inuaſerit, ueteris poſſeſsionis damnum adferre conſueuit: idq; Nerua filius libro de uſucapionib. retulit. *Huius cauſæ exceptio prima hæc eſt: Niſi res loco nõ ſit mota. Quæ exceptio approbatur l. 3. §. ſi rem. ff. eod tt. hiſce uerbis:* Si rem apud te depoſitam furti faciendi cauſa contrectaueris, deſino poſsidere. Sed ſi eã loco non moueris, etiã ſi inficiandi aoimum habeas, plériq; ueterum & Sabinus & Caſsius reſponderũt, rectè poſſeſſorẽ me manere: quia furtũ ſine contrectatione fieri non poteſt, nec animò ſolo furtum committitur. *Secũda exceptio eſt: Niſi iuſta non reddendi cauſa interueniat. Hæc exceptio approbatur l. 20. ff. eod. tt. his uerbis:* Si quis rem qoam utendam dederat, uẽdiderit, emptoriq; tradi iuſſerit, oec ille tradiderit: aliàs uidebitur poſſeſsionẽ domioi iotertiertiſſe, aliàs contrà. Nam ne tunc quidem ſemper dominus amittit poſſeſsionem, cum repoſcenti ei commodatum nõ redditur. Quid enim ſi alia quæpiam fuit iuſta & rationabilis caoſa non reddendi, nõ utiq; ut poſſeſaionẽ eius interuerteret? *Tertia exceptio eſt: Niſi homo commodatus non reddatur. Quæ exceptio approbatur l. 47. §. idẽ ſcribit. ff. eod. tt. hiſce uerbis:* Idẽ Nerua filius ſcribit, aliã cauſam eſſe hominis cõmodati omiſſa cuſtodia. nam poſſeſsionem tamdiu ueterem fieri, quamdiu nemo alius eũm poſſidere cœperit: uidelicet ideo, quia poteſt homo propoſito redeũdi domino poſſeſſiooem ſui cooſeruare, cuius corpore ceteras quoq; res poſſumus poſsidere. Igitur earum quidem rerum quæ ratione uel anima carent, confeſtim amittitur poſſeſsio: hominis autem retinetur, ſi reuertendi animum habeat.

¶ *Hactenus cauſæ amittendæ poſſeßionis, in perſona eius per quem poßidemus conſiſtentes. Sequuntur nunc eæ quæ conſiſtunt in re poſſeſſa: quanquam earum quædam propoſitæ ſunt ſuprà.*

XXIIII. *Cauſa. Si ſeruus poſſeſſus ſugerit. Hæc cauſa reprobatur l. 15. §. ſi ſeruus. ff. de uſuca. his uerbis:* Si ſeruus quem poſsidebam, fugerit, oiſi pro libero ſe gerat, uidebitur à domino poſsideri. Sed hoc tunc intelligendum eſt, cũ ſi is apprehenſus fuerit, non ſit paratus pro ſua libertate litigare. Nã ſi paratus ſit litigare, non uidetur à domino poſsideri, cui ſe aduerſariũ præpatauarit. *Hiſce uerbis cauſa propoſita reprobatur, uerùm ſub duab. hiſce conditionibus, Niſi pro libero ſe gerat: et, Niſi pro libertate ſua litigare paratus ſit ſeruus. Concordat l. 15. in fin. ff. de adq. poſſ. cuius uerba uide ſ. cauſa 9. except. 1. Concordat item l. 13. in prin. ff. eod. tt. cuius uerba uide J. cauſa 31. Præter iam dictas autẽ duas conditiones ſeu diſtinctiones, tertia additur, hæc ſcilicet: Niſi alius ſerui poſſeßionem ſit nactus. quæ diſtinctio additur l. 1. §. per ſeruum. ff. de adq. poſſeß. hiſce uerbis:* Seruus qui in fuga ſit, quãdiu ab alio non poſsidetur, à nobis eum poſsideri reſponſum eſt: ideoq; interim etiam uſucapi. *Cui concordat l. 50. in fin. ff. eod. tt. cuius uerba uide ſ. cap. prox. quæſt. 2. reg. 1. except. 7. Concordat item l. 15. §. de illo. ibi: idem tractat. ff. de uſufructu, & quemad. cuius uerba uide J. lib. prox. cap. 2. cauſa 7.*

XXV. *Cauſa. Si ſeruus poſſeſſus pro libero ſe gerat. Hæc cauſa cùm ex præcedentib. conſtet, iũ approbatur etiam l. 3. §. ſi ſeruus. ff. de adq. poſſeſ. his uerbis:* Si ſeruus, quem poſsidebam, pro libero ſe gerat, ut fecit Spartacus, & iudiciũ liberale pati paratus ſit, non uidebitur à domino poſsideri, cui ſe aduerſarium præparat. *Planè cauſa hæc recipit hanc exceptionẽ: Niſi ex poſſeſſione ſeruitutis in libertatem proclamet. Quæ exceptio approbatur d. §. ſi ſeruus, his uerbis:* Sed hoc ita uerum eſt, ſi diu in libertate mora-

tur. alioquin ſi ex poſſeſsione ſeruitutis in libertatem proclamauerit, & liberale iudicium implorauerit, nihilominus in poſſeſsione mea eſt, & animo eum poſsideo, donec liber fuerit pronunciatus.

XXVI. *Cauſa. Si poſſeſſor ſeruum manumiſit. Hæc cauſa approbatur l. 5. ff. pro donato, his uerbis:* Qui pro donato cœperat uſucapere, manumittendo nihil egit: quia nec dominium nactus fuerat. Quæſitum eſt, an uſucapere deſierit? Reſpondi, eum de quo quæritur, amiſiſſe uideri poſſeſsionem: & ideo uſucapionem interruptam. *Concordat l. 30. §. item quod mob. ff. de adq. poſſeß. cuius uerba uide ſ. cauſa 2. in prin. Planè Vlpianus ait:* Qui abſenti ſeruo ſcribit, ut in libertate moreretur, non eam mentem habet, ut ſtatim uelit ſerui poſſeſsionem dimittere: ſed magis deſtinationem ſuam in id tempus conferre, quo ſeruus certior factus fuerit.[a]

[a] L. 38 in pri. ff. de adq. poſſeſſ.

XXVII. *Cauſa. Si res poſſeſſa in aliam ſpeciem ſit tranſlata, ut lana in ueſtimentum. Hæc cauſa approbatur l. 30 §. itē ſi id quod. ff. de adq. poſſeß. his uerbis:* Item ſi id quod poſsidebamus, in aliam ſpeciem tranſlatum ſit, ueluti ueſtimentum ex lana factum, deſinimus id poſsidere.

XXVIII. *Cauſa. Si locus religioſus ſit factus. Hæc cauſa approbatur l. 30. §. 1. ff. d. tt. his uerbis:* Poſſeſsionē amittimus multis modis: ueluti ſi mortuū in eum locum intulerimus, quem poſsidebamus. *Huius ratio eſt, quia locum religioſum aut ſacrum non poſſumus poßidere, ut dicitur d. §. 1. et dictum eſt ſuprà except. 20. cap. 2.*

XXIX. *Cauſa. Si id quod poßidemus, non amplius ſit ſub noſtra cuſtodia, ſi oberrat uel excidit ut non inueniatur. Hæc cauſa approbatur l. 3. §. Nerua filius. ff. de adq. poſſ. his uerbis:* Nerua filius ait, res mobiles, excepto homine, quatenus ſub cuſtodia noſtra ſint, eatenus poſsideri: id eſt, quatenus, ſi uelimus, earū naturalē poſſeſsionē nanciſci poſſumus. Nā pecus ſimulatq; oberrauerit, aut uas ita exciderit ut non inueniatur, protinus deſiuere à nobis poſsideri, licet à nullo poſsideatur: diſſimiliter atq; ſi ſub cuſtodia mea ſit, nec inueniatur: quia in præſentia eius ſit, ſed tantùm ceſſet interim diligens inquiſitio. *Concordat l. 25. in prin. ff. eod. tt. ubi Pomponius:* Si id quod poſsidemus (*inquit*) ita perdiderimus, ut ignoremus ubi ſit, deſinimus poſsidere. *Concordat item l. 47. in prin. ibi: quod rerum mobilium ff. eod. tt. cuius uerba uide ſ. cauſa 23. Ait Iuriſc.* Res mobiles, excepto homine, &c. *Hoc loco notanda eſt prima exceptio cauſæ propoſitæ. Homo enim licet ſub cuſtodia noſtra amplius non ſit, nihilominus eius poſſeßionem retinemus, quemadmodū dictum eſt de ſeruo fugitiuo ſ. cauſa 24. Cōcordat l. 47. §. idē ſcribit. ff. eod. tt. cuius uerba (ut dixi) uide ſ. cauſa 23. Ait Iuriſconſ.* Licet à nullo poſsideatur. *Hiſce uerbis reprobatur ſecunda exceptio, hæc ſcilicet: Niſi res perdita à nemine poßideatur. Tertia exceptio eſt: Si res quæ ſub cuſtodia noſtra eſt, non inueniatur. Quæ exceptio approbatur in dd. uerbis: Dißimiliter atq; ſi, &c. exemplum autē eius eſt in eo qui peregrè profecturus, pecuniam in terram cuſtodiæ cauſa condiderat, & reuerſus locum in quo condiderat memoria non repetebat: de quo dictū ſuprà, cauſa 12. Quarta exceptio eſt in columbis quæ ab ædificijs noſtris, & apibus quæ ex alueis noſtris euolant, & ſecundum conſuetudinē redeunt. Quæ exceptio approbatur l. 3. §. item feras beſtias. in fine. ff. de adq. poß. de qua re dictum quoq; ſuprà cap. prox. reg. 2.*

XXX. *Cauſa. Si mare uel flumen, locū, quem poßidemus, occupauit. Hæc cauſa approbatur l. 3. §. Labeo. ff. de adq. poſſ. his uerbis:* Labeo & Nerua filius reſponderunt, deſinere me poſsidere eum locum, quem flumē aut mare occupauerit. *Concordat l. 30. §. item quod à mari. ff. eod. tt. his uerbis:* Quod à mari aut flumine occupatum ſit, poſsidere nos deſinimus: aut ſi is qui poſsidet, in alterius poteſtatem peruenerit.

XXXI. *Cauſa. Si lapides naufragio in mare ſint demerſi. Hæc cauſa approbatur l. 13. in prin. ff. de adqu. poſſeß. his uerbis:* Pomponius refert, cum lapides in Tyberim demerſi eſſent naufragio, & poſt tempus extracti, an dominium meum fuerit integrū per id tempus, quo erant merſi? Ego dominium me retinere puto, poſſeſsionem non puto, nec eſſe ſimile fugitiuo. nanq; fugitiuus idcirco à nobis poſsideri uidetur, ne ipſe nos priuet poſſeſsione: at in lapidibus diuerſum eſt. *Hæc de cauſis amittendæ poſſeßionis ſint dicta. Plura de ijs dicta ſunt ſ. lib. prox. cap. 5. except. 42. cum ſequentibus.*

EXCEPTIO *generalis. Planè cauſæ hactenus propoſitæ recipiunt generalem exceptionē hanc: Niſi poſſeſſor ignoret, factum eſſe id per quod amittitur poſſeßio. Hæc exceptio approbatur l. 44. in fine. ff. de adq. poſſeß. his uerbis:* Vt eodem modo uinculum obligationis ſoluitur, quo quæri aſſolet: ita non debet ignorāti tolli poſſeſsio, quæ ſolo animo retinetur. *Huius exemplum proponitur in d. l. 46. his uerbis:* Quamuis ſaltus propoſito poſsidēdi fuerit alius ingreſſus, tamen tam diu priorē poſsidere dictum eſt, quàm diu poſſeſsionē ab alio occupatam ignoraret. *Exceptionis huius replicatio prima hæc eſt: Niſi cum per alium poßideret, is poſſeßionē reliquerit, eamq; alius occupauerit. Quæ replicatio approbatur l. 44. §. fin. ibi: eamq; amitti. ff. eod. tt. de qua re dictum ſ. cauſa 18. in prin. Secunda replicatio eſt: Niſi res ſit mobilis. quæ replicatio approbatur l. 47. in prin. ff. eod. tt. cuius uerba uide ſ. cauſæ 23. in prin.*

DE INTERDICTIS.
Cap. V.

SVpereſt ultimus poſſeſsionis locus, de interdictis ſcilicet, eorumq́; actionibus, quæ tam pro adquirenda quàm retinenda & recuperanda poſſeſsione competunt: de quibus nunc nobis agendum eſt, primùm quidem in genere, poſtea uerò in ſpecie.

I. DEFINITIO INterdictorum.

Definiuntur interdicta Inſtitut. de interdictis, in prin. his uerbis: Sequitur ut diſpiciamus de interdictis ſeu actionibus, quæ pro his exercentur. Erant autem interdicta formæ atq; conceptiones uerborum, quibus prætor aut iubebat aliquid fieri, aut fieri prohibebat: quod tũc maximè fiebat, cum de poſſeſsione, aut quaſi poſſeſsione inter aliquos contendebatur.

II. RATIO NOminis

Proponitur Inſt. d. tt. §. ſunt tamen. cuius uerba uide j. quæſt. 4. diuiſ. 1.

III. GENVS ET PROPRIA interdictorum.

I. *Regula. Interdicta actionis uerba continentur. quæ regula approbatur l. 36. ff. de action. & obligat. his uerbis:* Interdicta quoque actionis uerbo continentur.

II. *Regula. Interdicta perſonalia ſunt, non in rem. quæ regula approbatur l. 1. §. penult ff. de interdictis, hiſce uerbis:* Interdicta omnia, licet in rem uideantur concepta, ui tamẽ ipſa perſonalia ſunt.

III. *Regula. Interdicta in factum actione ſine ſolennitate proponuntur. quæ regula approbatur Inſtitut. de interdictis. §. fin. his uerbis:* De ordine & uetere exitu interdictorum ſuperuacuum eſt hodie dicere. Nam quoties extra ordinẽ ius dicitur (qualia ſunt hodie omnia interdicta) non eſt neceſſe reddi interdictum: ſed perinde iudicatur ſine interdictis. ac ſi utilis actio ex cauſa interdicti reddita fuiſſet. *Concordat l. 3. in fine. C. de interdictis, hiſce uerbis:* Interdicta licet in extraordinarijs iudicijs propriè locum non habent, tamen ad exemplum eorum res agitur. *Concordat item l. 4. C. eod. tt. his uerbis:* Si quis quodlibet interdictum efflagitet, ruptis ueteribus ambagibus inter ipſa cognitionũ auſpicia actionem exprimere, ac ſuas allegationes iubeatur proponere.

IIII. *Regula. Ad priuatas, non ad publicas cauſas interdicta pertinent. quæ regula approbatur l. 14. in fine. ff. de miniſtris, hiſce uerbis:* Ad priuatas cauſas accommodata interdicta ſunt, non ad publicas. *Huius legis reliqua uerba uide j. cap. 8 quæſt. 6. except. 5.*

V. *Regula. Interdicta non infamant. quæ regula approbatur l. 13. ff. de ui & ui armata, his uerbis:* Neque unde ui, neq; aliud interdictũ famoſum eſt.

IIII. DIVISIONES ET SPEcies interdictorum.

I. *Diuiſio ſumpta ex officio interdictorum, proponitur Inſt. de interdictis. §. ſumma, his uerbis:* Sũma diuiſio interdictorũ hæc eſt, quòd aut prohibitoria ſunt, aut reſtitutoria, aut exhibitoria. Prohibitoria ſunt, quibus prætor uetat aliquid fieri: ueluti uim ſine uitio poſsidenti, uel mortuũ inferenti, quo ei ius erat inferendi, uel in ſacro loco ędificari, uel in flumine publico ripaue eius aliquid fieri quo peius nauigetur. Reſtitutoria ſunt, quibus reſtitui aliquid iubet: ueluti bonorum poſſeſſori eorũ, quæ quis pro hærede aut pro poſſeſſore poſsidet ex ea hæreditate: aut cũ iubet ei qui ui de poſſeſsione fundi deiectus ſit, reſtitui poſſeſsionẽ. Exhibitoria ſunt, per quę iubet exhiberi: ueluti eum cuius de libertate agitur: aut libertũ, cui patronus operas indicere uelit: aut parenti liberos, qui in poteſtate eius ſunt. Sũt tamẽ qui putent, ꝓpriè interdicta ea uocari, quę prohibitoria ſunt: quia interdicere ſit denunciare & prohibere: reſtitutoria autem & exhibitoria propriè decreta uocari. Sed tamẽ obtinuit, omnia interdicta appellari: quia inter duos dicuntur. *Concordat l. 1. §. interdictorum. ff. de interdictis, hiſce uerbis:* Interdictorũ tres ſunt ſpecies: exhibitoria, prohibitoria, reſtitutoria. Sunt tamen quædam interdicta & miſta, & quæ prohibitoria ſunt & exhibitoria.

II. *Diuiſio ſumpta ex fine interdictorum, proponitur Inſtit. de interdictis. §. ſequens, his uerbis:* Sequens diuiſio interdictorũ hæc eſt, quòd quędã adipiſcendę poſſeſsionis cauſa cõparata ſunt, quędã retinendæ, quædã recuperandæ. Adipiſcendæ poſſeſsionis cauſa interdictũ accõmodatur bonorũ poſſeſſori, quod appellatur Quorũ bonorũ: eiuſq; uis & poteſtas hæc eſt, ut quod ex ijs bonis quiſq;, quorũ poſſeſsio alicui data eſt, pro hęrede aut pro poſſeſſore poſsideat, id ei cui bonorũ poſſeſsio data eſt, reſtituere debeat. Pro hęrede aũt poſsidere uidetur, qui putat ſe hæredẽ eſſe. Pro poſſeſſore is poſsidet, qui nullo iure rẽ hęreditariã, uel etiã totã hæreditatẽ ſciens ad ſe non pertinere, poſsidet. Ideo aũt adipiſcẽdæ poſſeſsionis uocatur interdictũ: quia ei tantũ utile eſt, qui nunc primũ conatur adipiſci rei poſſeſsionẽ. Itaq; ſi quis adeptus poſſeſsionem, amiſerit eam: hoc interdictum ei inutile eſt. Interdictum quoq;, quod appellatur Saluianum, adipiſcendæ poſſeſsionis cauſa comparatũ eſt: eoq; utitur dominus

fundi de rebus coloni, quas is pto mercedibus fundi pignori futuras pepigiſſet. Retinendæ poſſeſsionis cauſa comparata ſunt Interdicta uti poſsidetis, & utrubi: cum ab utraque parte de proprietate alicuius rei controuerſia ſit, & antè quæratur, uter ex litigatoribus poſsidere, & uter petere debeat. Nanque niſi antè exploratum fuerit, utrius eorum poſſeſsio ſit: non poteſt petitoria actio inſtitui: quia & ciuilis, & naturalis ratio facit, ut alius poſsideat, & alius à poſsidente petat. Et quia longè commodius eſt & potius poſsidere, quàm petere: ideo plerunq; & ferè ſemper ingens exiſtit contentio de ipſa poſſeſsione. Commodum autem poſsidendi in eo eſt, quod etiamſi eius res non ſit qui poſsidet, ſi modò actor non potuerit ſuam eſſe probare, remanet in ſuo loco poſſeſsio. propter quam cauſam cum obſcura ſunt utriuſq; iura, contra petitorem iudicari ſolet. Recuperandæ poſſeſsionis cauſa ſolet interdici, ſi quis ex poſſeſsione fundi uel ædium ui deiectus fuerit. Nam ei proponitur Interdictum unde ui, per quod is qui deiecit, cogitur ei reſtituere poſſeſsioné: licet is ab eo qui ui deiecit, ui uel clàm uel precario poſsideat. Sed ex conſtitutionibus ſacris (ut ſuprà diximus) ſi quis rem per uim occupauerit, ſiquidem in bonis eius eſt: dominio eius priuatur. Si aliena, poſt eius reſtitutionem etiam æſtimationem rei dare uim paſſo compellitur. *Concordat propoſitæ diuiſioni l. 2. §. hæc autem. ff. eod. tit. his uerbis:* Hæc interdicta quæ ad rem familiarem ſpectant, aut adipiſcendæ ſunt poſſeſsionis, aut recuperandæ, aut retinendæ. Adipiſcendæ poſſeſsionis ſunt interdicta, quæ competunt his qui antè non ſunt nacti poſſeſsionem. Sunt autem interdicta adipiſcendæ poſſeſsionis, Quorum bonorum: Saluianum quoque interdictum, quod eſt de pignoribus, ex hoc genere eſt: & quo itinere eſt uenditor uſus, quo minus emptor utatur uim fieri ueto. Recuperandæ poſſeſsionis cauſa proponuntur ſub rubrica unde ui. aliqua enim ſub hoc titulo interdicta ſunt. Retinendæ poſſeſsionis cauſa ſunt interdicta uti poſſidetis. Sunt etiam interdicta (ut diximus) duplicia, tam recuperandæ quàm adipiſcendæ poſſeſsionis.

III. *Diuiſio ſumpta ex materia ſeu obiecto interdictorum, proponitur l. 1. in prin. ff. de interdictis, his uerbis:* Videamus de quibus rebus interdicta competunt. Et ſciendum eſt, interdicta aut de diuinis rebus, aut de humanis competere. De diuinis, ut de locis ſacris, uel de locis religioſis. De rebus hominum interdicta redduntur, aut de his quæ ſunt alicuius, aut de his quæ nullius ſunt. Quæ nullius ſunt, hæ ſunt liberæ perſonæ, de quibus exhibendis & deducendis interdicta competũt. Quæ ſunt alicuius, hæc ſunt aut publica, aut ſingulorum. Publica ſunt de locis publicis, de uijs deq; fluminibus publicis. Quæ autem ſingulorum ſunt, aut ad uniuerſitatem pertinent, ut interdictũ Quorum bonorum: aut ad ſingulas res, ut eſt interdictum Vti poſsidetis, & de itinere actuque. *Concordat l. 2. §. interdicta. ff. eod. tit. his uerbis:* Interdicta competunt uel hominum, uel diuini iuris cauſa, & de religione. Sicut eſt, Ne quid in loco ſacro fiat, uel quod factum eſt reſtituatur: & de mortuo inferendo, uel ſepulchro ædificando. Hominum cauſa competunt, uel ad publicam utilitatem pertinentia, uel ſui iuris tuendi gratia, uel officij tuendi cauſa, uel rei familiaris. Publicæ utilitatis cauſa competit interdictum, ut uia publica uti liceat, & flumine publico: & ne quid fiat in uia publica. Iuris ſui tuendi cauſa. De liberis exhibendis: item de liberto exhibendo. Officij cauſa. De homine libero exhibendo. Reliqua interdicta rei familiaris cauſa dantur.

IIII. *Diuiſio itidẽ ſumpta ex materia ſeu obiecto interdictorum, proponitur l. 1. §. interdictorum. ff. de interdictis, hiſce uerbis:* Interdictorum quædam in præſens, quædam in præteritum referuntur. In præſens, ut uti poſsidetis: in præteritũ, ut de itinere actuq;, & de aqua æſtiua.

V. *Diuiſio eſt, quòd alia interdicta quaſi proprietatis, alia poſſeſsionis cauſam contineant. quæ diuiſio proponitur l. 2. §. quædam. ff. de interdictis, hiſce uerbis:* Quædam interdicta rei perſecutionem continent, ueluti de itinere actuque priuato. nam proprietatis cauſam continet hoc interdictum. Sed & illa interdicta quæ de locis ſacris & de religioſis proponuntur, ueluti proprietatis cauſam continent: item illa quæ ſui iuris tuendi cauſa diximus competere: ut non ſit mirum, ſi quæ interdicta ad rem familiarem pertinentis, proprietatis cauſam, non poſſeſsionis habeant.

VI. *Diuiſio eſt, quòd alia interdicta ſimplicia ſunt, alia duplicia. quæ diuiſio proponitur Inſt. de interdictis. §. tertia, his uerbis:* Tertia diuiſio interdictorum hæc eſt, quòd aut ſimplicia ſunt, aut duplicia. Simplicia ſunt, ueluti in quibus alter actor, alter reus eſt: qualia ſunt omnia reſtitutoria aut exhibitoria. Nam actor is eſt, qui deſiderat aut exhiberi, aut reſtitui. Reus autem is eſt, à quo deſideratur ut reſtituat, aut exhibeat.

hibeat. Prohibitotiorum autem interdictorum alia ſimplicia ſunt, alia duplicia. Simplicia ſunt, ueluti cum Prætor prohibet in loco ſacro, uel io flumine publico ripaúe eios aliquid fieri. Nam actoris eſt, qui deſiderat, oe quid fiat: reus eſt, qui aliquid facere conatur. Duplicia ſont, ueluti uti poſsidetis interdictum, & utrubi. Ideo autem doplicia uocantur, quia par utriuſque litigatoris in his cooditio eſt, nce quiſquam præcipuè reus uel actor intelligitur: ſed unuſquiſq; tam rei qoàm actoris partes ſuſtinet. *Concordat l. 2. in princip. ff. eod. tt. his uerbis:* Interdictorum qoædam duplicia ſunt, quædam ſimplicia. Duplicia dicuntur, ot uti poſsidetis. Simplicia ſunt, ueluti exhibitoria & teſtitutoria, item prohibitotia, de arbotibus cædeodis, & de itinere actuq;. *Aliud genus duplicis interdicti proponitur d. l. 2. §. fin. cuius uerba uide ꝟ. diuiſ. 2.*

V I I. *Diuiſio ſumpta ex tempore quo competunt interdicta, proponitur l. 1. §. fin. ff. de interdictis, his uerbis:* Interdictorum quædam annalia ſuot, quædam perpetua.

V. CAVSAE EX QVIBVS interdicta competunt.

Proponentur ꝟ. in capitibus ſequentibus.

VI. APVD QVEM competant?

Definitur l. 2. C. de interdictis, biſce uerbis: Præſes prouinciæ in eũ qui eiuſdẽ prouinciæ nõ eſt, nec ex interdicto poteſt cognoſcere.

VII. PER QVOS INTERdicta competant?

Per quamcunq; perſonam competunt. de qua re uide ꝟ. cap. 11. quæſt. 7.

VIII. QVID VENIAT IN actiooem interdictorum?

I. Regula. *De fructibus. Fructuum ratio habetur ex eo die quo interdictum editum eſt, non retrò. quæ regula approbatur l. 3. ff. de interdictis, biſce uerbis:* In interdictis exinde ratio habetur fructuum, ex quo edita ſunt, nón retrò. *Huius regulæ exceptio hæc eſt: Niſi interdicto unde ui agatur. quæ exceptio approbatur l. 1. §. ex die quo. ff. de ui et ui armata, his uerbis:* Ex die quo quis deiectus eſt, fructuum ratio habetur: quamuis in cæteris interdictis, ex quo edita ſunt, noo retrò computantur. Idem eſt & in rebus mobilibus, quæ ibi etant. nam & eorum fructus computandi ſunt, ex quo quis ui deiectus eſt.

I I. Regula. *In quantum dominus ſerui nomine teneatur, definitur l. ult. ff. de interdictis, biſce uerbis:* Interdicta noxalia ea ſunt, quæ ob delictũ eorum qoos in poteſtate habemus, dantur: ueluti cum ui deiecerunt, aut ui aut clàm opus feceruot. Sed officio iudicis continetur, ut dominũ ſua impenſa opus reſtituentem abſoluat: patientiam tollendo operi præſtantem, noxę dedere iubeat & abſoluat: ſi non dedat, quantum impenſæ in tollendo operæ erogatum ſit, tanti condemnet. ſi neq; patientiam præſtet, neque ipſe tollat cum poſsit: in tantum condemnet, in quaotũ iudex ęſtimauerit, atq; ſi ipſe feciſſet.

IX. QVAMDIV dantur?

Quædam interdicta annalia ſunt, quædam perpetua. quæ regula approbatur l. 1. §. fin. ff. de interdictis. cuius uerba uide ꝟ. quæſt. 4. diuiſ. 7. Quantũ ad annalia interdicta attinet, eius regulæ exceptio hæc eſt: Niſi de eo quod ad reum peruenit, agatur. quæ exceptio approbatur l. 4. ff. eod. tt. his uerbis: Ex quibus cauſis annua interdicta ſont, ex his de eo quod ad eum peruenit cum quo agitur, poſt aonum iudiciom dandum Sabinus reſpondit. *Hæc de interdictis in genere ſint dicta: nunc de quibuſdam illorum ſpeciebus dicendũ, nam de omnibus interdictis hoc Libro tractare nõ uidetur conſultum, cum plura ſuis locis ſubiecta tractari commodius queant.*

QVORVM LEGATOrum. Cap. VI.

I. *Nomen huius interdicti proponitur l. 1. in prin. ff. quorum legatorum. cuius uerba uide paulo inferius quæſt. 4.*

II. GENVS

Adipiſcendæ poſſeßionis interdictum eſt. quod approbatur d. l. 1. in prin.

III. RATIO HVIVS interdicti

Proponitur d. l. 1. in princip.

IIII. CAVSA HVIVS INTERdicti cum ſuis exceptionibus.

Si legatarius rem ſibi legatam propria authoritate occupauit, competit hæredi ad adipiſcendam eius rei poſſeßionem hoc interdictum. quæ cauſa approbatur d. l. 1. in prin. his uerbis: Hoc interdictum uulgò Quorum legatorum appellatur. Eſt autem & ipſum adipiſcendę poſſeſsionis, & contine thaoc cauſam, ut quod quis legatorum nomine noo ex uoluntáte hæredis occupauit, id reſtituat hæredi. Etenim æquiſsimũ Prætori uiſum eſt, unóquenq; non ſibi ipſum ius dicere occupatis legatis, ſed hæc ab hærede petere. Rediguntur igitur ad hęredẽ per hoc interdictũ ea quę legatorum oomine poſsidentur, ut proinde legatarij poſsint eum conuenire. *Concordat l. unica. C. quorum legatorum, his uerbis:* Hæredi ſcripto ſatis idoneè lege Falcidia, ſi exhauſta legatis ſucceſsio probetur,

pei

pet quartæ retentionem proſpectum eſt. Vnde ſi legatarius uel fideicommiſſarios non conſentiente patre tuo, quem adſeueras teſtatori ſucceſsiſſe, & bonorum poſſeſsionem accepiſſe, relicta ſibi legata uel fideicommiſſa, detinuit: ſecundum ſententiam interdicti quod aduerſus legatarios ſcriptis hæredibus propoſitum eſt, oblata ſatiſdatione, qoam præſtari oportet, in poſſeſsione te conſtitui, ut ita retentione competenti utaris, experiri potes. *Planè cauſæ propoſitæ exceptiones nunc enumerandæ ſunt.*

I. EXCEPTIO: *Niſi reus non pro legato, ſed pro hærede, uel pro poſſeſſore poßideat. Hæc exceptio ipſo iure ſubſiſtit: ut patet ex l. 1. §. quia autem. ff. quorum legatorum. cuius uerba uide J. eod. cap. quæſt. 9. reg. 2.*

II. EXCEPTIO: *Niſi reus ex mortis cauſa donatione poßideat. Hæc exceptio approbatur d. l. 1. §. ſi quis ex, his uerbis:* Si quis ex mortis cauſa donatione poſsideat, utiq; ceſſabit hoc interdictum: quia portio legis Falcidiæ apud eum hæredem ipſo iure remanet, etſi corporaliter res in ſolidum tranſlatæ ſunt.

III. EXCEPTIO: *Niſi ex cauſa præceptionis uel prælegati unus hæredum poßideat. Hæc exceptio approbatur, certo tamen modo d. §. ſi quis ex, his uerbis:* Qui uerò ex cauſa præceptionis poſsidet, utiq; tenetur hoc interdicto: ſed pro ea ſcilicet parte quam iure legati habet, non etiam pro ea quam quaſi hæres habet. Idemq; erit dicendum, etſi alio genere legati uni ex hæredibus legatum ſit. nam & hic dicendum eſt, pro ea parte qua hæres eſt, ceſſare interdictum.

IIII. EXCEPTIO: *Niſi reus legatorum ſeruandorum cauſa in poſſeßionem miſſus ſit. Hæc exceptio reprobatur l. 1. §. quæſitum. ff. quorum legatorum, his uerbis:* Quæſitum eſt, ſi quis legatorum ſeruandorum cauſa miſſus ſit in poſſeſsionem, an hoc interdicto teneatur ad reſtitutionem? mouet illud primum, quod non poſsidet is qui miſſus eſt in poſſeſsionem legatorum cauſa, ſed potius cuſtodit: deinde, quod prætorem habet huius rei authorem. Tutius tamen erit dicendum hoc interdictũ competere: maximè ſi ſatiſdatum ſit iam legatorum nomine, nec recedat. tunc enim etiam poſsidere uidetur.

V. EXCEPTIO: *Niſi non proprietatis, ſed uſuſfructus uel ſeruitutis legatæ nomine reus rẽ occupauit. Hæc exceptio reprobatur d. l. 1. §. quod ait, his uerbis:* Quod ait prætor, Aut dolo deſijt poſsidere: ſic accipere debemus, deſijt habere facultatem reſtituendi. Vnde quæſitum eſt, ſi uſuſfructus uel uſus fuerit alicui relictus, eumq; occupauerit: an hoc interdicto reſtituere ſit compellendus? mouet, quod neq; uſuſfructus neq; uſus poſsidetur, ſed magis tenetur. Poteſt tamen defendi, competere interdictum. Idem dicendũ eſt & in ſeruitute relicta.

VI. EXCEPTIO: *Niſi uoluntate hæredis uel eius ad quem ea res pertinet, reus rem occupauit. Hæc exceptio approbatur, ſimul & diſtinguitur l. 1. §. quod ait prætor. ff. quorum legatorum, his uerbis:* Quod ait prætor, uolũtate eius ad quẽ ea res pertinet: ita erit interpretandum, ut ſi poſt aditam hæreditatem, uel bonorum poſſeſsionem agnitam, uoluntas ſit cõmodata eſt legatario ut poſsideret: interdictũ ceſſet. Quod ſi ante aditam hæreditatem, bonorumúe poſſeſsionẽ agnitam hoc factum eſt: rectius dicetur eam uoluntatem non nocere debere. *Huius exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi ante aditam hæreditatem hæres conſenſerit, non poſtea. quæ replicatio uerbis iam propoſitis approbatur. Secunda replicatio eſt: Niſi uoluntas poſt occupatam demũ poſſeßionem acceßit. Hæc replicatio reprobatur d. l. 1. §. prodeſt, his uerbis:* Prodeſt poſſediſſe, quoties uolontate eius ad quem ea res pertinet, poſsideri cœptum eſt. Sed etſi poſtea uoluntas acceſsit eius ad quem ea res pertinebat, tamẽ prodeſſe poſſeſſori debet. *Tertia replicatio eſt: Niſi uoluntas poſteà ſit mutata. Hæc replicatio reprobatur d. §. prodeſt, his uerbis:* Si quis cœpit quidẽ ex uolõtate eius ad quem ea res pertinet, poſsidere, poſtea uerò uoluntas non perſeuerat, nihil nocet: quia ſemel poſsideri cœpit eius uoluntate. *Quarta replicatio eſt: Niſi in alia re uel parte, quàm cuius poſſeßio petitur, uoluntas interuenerit. Hæc replicatio approbatur d. l. 1. §. ſi duæ res, his uerbis:* Si duæ res legatæ ſint, altera ex uoluntate occupata, altera nõ ex uolũtate, eueniet ut altera auocari poſsit, altera non poſsit. Idemq; erit probandũ & in una re, cuius pars ex uoluntate, altera pars nõ ex oolunt ate occopata eſt: nã pars ſola per interdictũ aufertur. *Quinta replicatio eſt: Niſi alius quàm actor conſenſerit. Hæc replicatio approbatur d. l. 1. §. ſi alter, his uerbis:* Si alter ex hæredibus, ijsúe ad quos ea res pertinet, uoluerit rẽ à legatario poſsideri, alter nõ: ei qui noluerit, interdictũ cõpetere: ei qui uoluit, non competere palàm eſt.

VII. EXCEPTIO: *Niſi actor hæres de reddendo legato non cauerit. Hæc exceptio approbatur l. 1. in fine. ibi: oblata ſatiſdatione. C. quorũ legatorum. cuius uerba uide ʒ. ead. quæſt. in prin. Huius exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi cautum ſit legatario. quæ replicatio approbatur quidẽ ipſo iure, uerùm eius duplicatio prima hæc eſt: Niſi nõ perſeueret cautũ. quæ duplicatio approbatur l. 1. §. penult. ff. quorum legatorum, his uerbis:* Quod ait prætor,

Niſi

niſi ſatiſdatum ſit: accipere debemus ſi perſeueret ſatiſdatum, ſcilicet, ut ſi non perſeueret cautum, mittatur in poſſeſsionem legatorum ſeruandorum cauſa. *Secunda duplicatio eſt: Niſi alij quàm legatario ſit cautum. Hæc duplicatio ipſo quidem iure ſubſiſtit, uerùm eius triplicatio hæc eſt: Niſi procuratori legatarij ſit cautum. quæ triplicatio approbatur d. §. penultim. his uerbis:* Satiſdatum ſic arbitror, ſi ſic ſatiſdatum ſit, ut legatario uel ipſo iure adquiſita ſit idonea cautio, uel per mandati actionem adquiri poſsit: & tunc interdicto locum fore. *Tertia duplicatio eſt: Niſi quarundam, non omnium rerum nomine ſit ſatiſdatum. Hæc duplicatio approbatur, ſimul & diſtinguitur d. l. 1. §. fin. his uerbis:* Si quarundam rerum nomine ſatiſdatum ſit, quarundam non ſit ſatiſdatum: earum rerum nomine ſine impedimento agi poterit, de quibus ſatiſdatum eſt: cæterarum non poterit. *Huius duplicationis triplicatio prima hæc eſt: Niſi earum rerum nomine tantum agatur, de quibus eſt cautum. Quæ triplicatio uerbis tam propoſitis approbatur. Secunda triplicatio eſt: Niſi res de quibus cautum non eſt, poſtea adcreuerint. quæ triplicatio approbatur l. 2. in princip. ff. quorum legatorum, his uerbis:* Diuerſum eſt, ſi poſtea pars legato adcreuerit. nam hoc nomine tenentur fideiuſſores in totum. *Quarta duplicatio eſt: Niſi non ſatiſdatum ſit, ſed tantum repromiſſum, uel alio modo cautum. Hæc duplicatio ipſo quidem iure ſubſiſtit: uerùm eius triplicatio hæc eſt, Niſi legatarius repromiſsione fuit contentus. Quæ triplicatio approbatur d. l. 2. § ſi legatarium, his uerbis:* Si legatarius repromiſsione contentus fuit, dandum eſt interdictum. Idem dicendum eſt, ſi legatarius pignoribus uoluit ſibi caueri. *Hæc de prima replicatione. Secunda propoſitæ exceptionis replicatio eſt: Niſi cautio non ſit petita. quæ replicatio approbatur d. l. 2. §. 1. his uerbis:* Quod ait Prætor, ſi per bonorum poſſeſſorem non ſtat ut ſatiſdetur: ſic accipimus, ſi paratus ſit ſatiſdare. Non ergo offerre debet ſatiſdationem, ſed petenti ſatis moram non facere. *Tertia replicatio eſt: Niſi non per actorem, ſed reum ſteterit, quo minus ei ſit cautum. Hæc replicatio approbatur d. l. 2. §. ſi per, his uerbis:* Si per legatarium factum ſit quo minus ſatiſdetur: licet cautum non ſit, tenetur interdicto. *Huius replicationis duplicatio hæc eſt: Niſi tempore iudicij accepti, legatarius, per quem antea ſtetit, ſatis accipere ſit paratus. Hæc duplicatio approbatur d. §. ſi per legatar. his uerbis:* Sed ſi fortè factum ſit per legatarium quo minus ſatisdetur, eo autem tempore quo editur interdictum, ſatis accipere paratus ſit: non competit interdictum, niſi ſatiſdatum ſit. *Quarta replicatio eſt: Niſi actor poſtea cauere ſit paratus. Hæc replicatio approbatur d. l. 2. §. fin. his uerbis:* Si per bonorum poſſeſſorem ſtetit, quo minus ſatiſdaret, ſed modò paratus eſt cauere: tenet interdictum. Illud enim tempus inſpicitur, quo interdictum editur.

VIII. EXCEPTIO: *Niſi reus conuentus poſsidere deſierit. Hæc exceptio ipſo quidem iure ſubſiſtit: uerùm eius replicatio hæc eſt, Niſi dolo poſsidere deſierit. quæ replicatio approbatur l. 1. §. quod ait prætor ff. quorum legatorum. cuius uerba uide ſ. except. 5.*

V. QVIBVS INTERDIctum competit?

De hærede hæredis, cæteriſq; ſucceſſoribus proponitur l. 1. §. hoc interdictum. ff. quorum legatorum, his uerbis: Hoc interdictum & hæredem hæredis, bonorumque poſſeſſoria habere rectè propter utilitatem dicendum eſt: necnon cæteros quoque ſucceſſores.

VI. ADVERSVS QVOS competit?

De ſucceſſoribus eius qui occupauit, proponitur d. l. 1. § legatorum, his uerbis: Legatorum nomine non tantum ipſum poſsidere dicimus, cui legatū eſt: uerùm hæredem quoque eius, cæteroſq; ſucceſſores. *Huius regulæ exceptio uidetur eſſe talis: Niſi non uniuerſalis, ſed ſingularis ſit ſucceſſor. Hæc exceptio reprobatur d. l. 1. § illud, his uerbis:* Illud tenendum eſt ſiue à te, ſiue ab eo, in cuius locum ſucceſsiſti, poſsideri aliquid cœptū eſt: interdicto huic locum fore. In locum ſucceſsiſſe accipimus, ſiue per uniuerſitatem, ſiue in rem ſit ſucceſſum.

VII. QVID VENIAT IN propoſito interdicto?

I. Regula. *De eo quod intereſt, proponitur l. 2. §. ex hoc interdicto. ff. quorum legatorum, his uerbis:* Ex hoc interdicto qui non reſtituit, in id quod intereſt debet condemnari.

II. Regula. *De fructibus proponitur l. 32. §. 1. ff. de leg. 2. cuius uerba uide J quæſt. 9. reg. 1.*

VIII. EVENTVS.

Legatario nihilominus ſupereſt actio ex teſtamento ad petendū legatum. quæ regula approbatur l. 1. in prin. ibi: rediguntur. ff. quorum legatorum. cuius uerba uide ſ. quæſt. 4. in prin.

IX. ADFINIA REmedia.

I. Regula. *De rei uendicatione proponitur l. 32. §. 1. ff. de leg. 2. his uerbis:* Fundum ante conditionem completam ab hærede non traditum, ſed à legatario detentum, hæres uindicare cum fructibus poterit.

II. Regula. *De petitione hæreditatis proponitur l. 1. § quia autem. ff. quorum legatorum, his uerbis:* Quia nonnunquam incertum eſt,

utrum

utrum quis pro legato, an pro hærede uel pto poſſeſſore poſsideat: belliſsimè Atrianus ſcribit, & hæreditatis petitionem in eum inſtituendam, & hoc interdictũ reddendum: ut ſiue quis pro hærede, uel pto poſſeſſote, ſiue pro legato poſsideat, hoc interdicto teneatur: quemadmodum ſolemus facete quoties incertum eſt, quæ potius actio teneat. nam duas dictamus poteſtati, ex alrera nos uelle conſequi quod nos contingat.

NE VIS FIAT EI QVI in poſſeßionem miſſus erit. Cap. VII.

I. VERBA HVIVS Interdicti

PRoponuntur *l. 1. in prin. ff. ne uis fiat ei qui in poſſeß. miſſus erit, hæc nimirum:* Ait Prætor, Si quis dolo malo fecerit, quo minus quis permiſſu meo, eiusúe cuius iuriſdictio de ea re fuerit, in bonorum poſſeſsione ſit: in eum in factum iudicium, quãti ea res fuit, ob quam in poſſeſsionem miſſus erit, dabo.

II. RATIO HVIVS interdicti

Proponitur d. l. 1. §. 1. his uerbis: Hoc interdictum ſumma ptouidentia Prætor propoſuit. fruſtrà enim in poſſeſsionem mitteret rei ſeruandæ cauſa, niſi miſſos tueretur, & prohibentes uenire in poſſeſsionem coerceret.

III. GENVS HVIVS INterdicti, & actiones ex eo competentis.

I. *Regula. Et prohibitorium & reſtitutorium eſt hoc interdictum. quæ regula approbatur l. 3. §. cum prætor. ff. ne uis fiat ei. cuius uerba uide ☩. quæſt. 9. reg. 2. Concordat l. 1. §. hæc actio. ff. eod. tt. cuius uerba uide ☩. quæſt. prox. cauſa 2.*

II. *Regula. In factum actio eſt. quæ regula approbatur l. 1 in prin. ff. d. tt. cuius uerba uide paulo ſuperius quæſt. 1.*

III. *Regula. Pœnalis actio eſt. quæ regula approbatur d. l. 1. §. hanc actionem. ibi: cum ſit pœnalis. cuius uerba uide ☩. quæſt. 6. reg. 1.*

IIII. CAVSAE HVIVS INterdicti & actionis.

I. *Cauſa. Si quis miſſum prohibuerit in poſſeßionem uenire.*

II. *Cauſa. Si miſſus in poſſeßionem ſit depulſus. Hæ duæ cauſæ approbãtur l. 1. §. hæc actio. ff. ne uis fiat ei, his uerbis:* Hæc actio non tantum eum tenet, qui prohibuit quem uenire in poſſeſsionem: ſed etiam eum à quo quis de poſſeſsione pulſus eſt, cum ueniſſet in poſſeſsionem, nec exigitur ut uim fecerit qui ptohibuit. *Concordat d. l. 1. in prin. cuius uerba uide ☩. eod. cap. in principio.*

III. *Cauſa. Si mitti in poſſeßionem deſiderans, prætoris adeũdi copiam nõ habuit, & interim damnum eſt paſſus. Hæc cauſa approbatur l. 4. §. penult. ff. d. tt. his uerbis:* Sed & ex alia cauſa hoc iudicium propoſuit, ſi eo tempore quo in poſſeſsionem mitti deſiderabat, præroris adeundi poteſtas non fuerit: ſcilicet, ut ſi cum poteſtas prætoris adeundi non eſſet, damnum interim datum eſt, haberet iudicium quo damnum paſſus eſt.

De exceptionibus propoſitarum cauſarum.

I. EXCEPTIO, *ſumpta ex cauſa ex qua in poſſeßionem miſſus eſt is qui prohibitus eſt, reprobatur l. 1. §. eſt autem. ff. ne uis fiat ei, his uerbis:* Eſt autem generale hoc edictũ. pertinet enim ad omnes qui in poſſeſsionem à prætore miſsi ſunt. Conuenit enim prętori, omnes quos in poſſeſsionem miſit, tueri. Sed ſiue rei ſeruandæ cauſa, ſiue legatorũ, aut uentris nomine in poſſeſsionem miſsi fuerint: habeant ex hoc edicto in factum actionem, ſiue dominus, ſiue alter prohibuerit. *Concordat l. 3. §. cum prætor. ff. eod. tt. cuius uerba uide ☩. quæſt. ult. item concordat l. 4. in prin. ff. eod. tt. cuius uerba uide ☩. except. 10.*

II. EXCEPTIO: *Niſi ex falſa uel iniuſta cauſa prohibitus in poſſeßionem ſit miſſus. Hæc exceptio approbatur l. 1. §. hæc uerba. ff. ne uis fiat, his uerbis:* Hæc uerba, Quanti ea res fuit, ob quam in poſſeſsionem miſſus erit: continent utilitatem creditoris, ut quantum intereſt eius poſſeſsionem habere, in tantũ qui prohibuit condemnetur. Proinde ſi ob falſum creditum, uel ob falſam petitionẽ miſſus eſt in poſſeſsionem, uel ſi exceptione ſubmoueri potuit, nihil ei debet prodeſſe hoc edictum: quia propter nullam cauſam in poſſeſsionem miſſus eſt. *Huius exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi mulier uentris nomine in poſſeßionem ſit miſſa. hoc enim caſu quamuis calumniæ cauſa miſſa dicatur, non tamen exceptio propoſita illi propter eum qui in utero eſt obſtat. quæ replicatio uidetur approbari l. 3. §. fin. ff. d. tt. his uerbis:* Si mulier dicatur calumniæ cauſa in poſſeſsionem ueniſſe, eo quòd nõ ſit prægnans, uel non ex eo prægnans, uel ſi de ſtatu mulieris aliquid dicatur: epiſtola diui Hadriani ad exemplum præſumptionis Carboniani edicti uentri prætor pollicetur poſſeſsionem. *Altera replicatio eſt: Niſi legatorum ſeruandorum cauſa prohibitus in poſſeſsionem ſit miſſus. hoc enim caſu quamuis legati conditio pendeat, locus tamen eſt interdicto. quæ replicatio approbatur l. 14. ff quibus ex cauſis in poſſeſſ. eatur. his uerbis:* Si quis creditorem prohibuit ne bona debitoris ingrediatur: datur in eum actio quanti ea res eſt. Sed etſi quis legato

rum

rum ſeruandorum cauſa miſſus in poſſeſſionem, admiſſus non eſt, ſi legati conditio pendeat (licet poſsit deficere) æſtimatur tamé id quod legatum eſt: quia intereſt eius cautum habere. Creditor autem conditionalis in poſſeſsionem non mittitur: quia is mittitur, qui poteſt bona ex edicto uendere.

III. EXCEPTIO: *Niſi prohibitus legatorum ſeruandorum cauſa non in defuncti, ſed hæredis bona ſit miſſus. Hæc exceptio reprobatur l. 1. §. constitutum. ff. ne uis fiat ei, his uerbis:* Conſtitutum eſt ab Antonino, ut etiam in bona hęredis quis admittatur certis modis. Si quis igitur in his bonis non admittatur, dicendum eſt actionem hanc utilem competere. Cæterùm poterit uti & extraordinaria executione.

IIII. EXCEPTIO: *Niſi non ſuo, ſed alieno nomine ſit prohibitus. Hæc exceptio reprobatur l. 2. ff. ne uis fiat ei, his uerbis:* Suo quis an alieno nomine prohibitus ſit, nihil intereſt. Hæc enim uerba, Quanti ea res fuit, referenda ſunt ad perſonam domini.

V. EXCEPTIO: *Niſi non ſuo, ſed alieno nomine reus prohibuit. Hæc exceptio reprobatur d. l. 2. in fine. his uerbis:* Tam is tenetur qui ſuo nomine, quàm qui alieno nomine prohibuit.

VI. EXCEPTIO: *Niſi alius quã dominus prohibuit. Hæc exceptio reprobatur l. 1. §. eſt autem. in fine. ff. ne uis fiat ei. cuius uerba uide ſ. except. 1.*

VII. EXCEPTIO: *Niſi pupillus uel furioſus prohibuit. Hæc exceptio approbatur l. 1. §. hoc edicto. ff. d. tt. his uerbis:* Hoc edicto neq; pupillum, neq; furioſum teneri conſtat: quia affectu carent. *Huius exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi pupillus doli ſit capax. Hæc replicatio approbatur ibidem, his uerbis:* Sed pupillũ eum debemus accipere, qui doli capax nõ eſt. Cęterùm ſi iam doli capax ſit, contrà erit dicendum.

VIII. EXCEPTIO: *Niſi alio modo quã ui miſſus impediatur. Hæc exceptio reprobatur l. 4. §. fin. ff. d. tt. his uerbis:* Item ſubiectum eſt, Si ex alia cauſa qui in poſſeſsionẽ miſſus eſt, prohibitus eſſe dicitur, habere in factum actionem. *Concordat l. 1. §. hæc actio. in fine. ff. d. tt. his uerbis:* Nec exigitur ut uim fecerit, qui prohibuit.

IX. EXCEPTIO: *Niſi ſine dolo malo prohibuit. Hæc exceptio approbatur d. l. 1. §. ſi quis ideo, his uerbis:* Si quis ideo poſſeſsione arcuerit, quia rem ſuam putabat, uel ſibi obnoxiam, uel certè non eſſe debitoris: conſequens eſt ut hoc edicto non teneatur.

X. EXCEPTIO: *Niſi cum prohibitus dãni infecti nomine in poſſeſsionẽ miſſus eſſet, aduerſus de damno infecto caueat. Hæc exceptio approbatur l. 4. in prin. ff. ne uis fiat ei. his uerbis:* Per interdictum etiam ei ſubuenit prætor, qui damni infecti ab eo in poſſeſsionẽ miſſus eſt, ne ei uis fiat. Pœna autem eius qui non promittit, uel ſatis non dat, hęc eſt: ut in poſſeſsionem mittatur aduerſarius. Siue ergo promittat, ſiue per eũ non fiat quo minus promittat: non tenebit interdictũ repulſo per exceptionem eo qui experitur.

XI. EXCEPTIO: *Niſi cum prohibitus damni infecti nomine in poſſeſsionem miſſus eſſet, per aduerſarium nõ ſtet quo minus caueat. Hæc exceptio approbatur uerbis iam propoſitis hiſce:* Siue per eum non fiat quo minus promittat, &c.

XII. EXCEPTIO: *Niſi prohibitus accepit id quod ſua intereſt. Hæc exceptio approbatur l. 51. §. ſi quis. ff. de rei iudicata, his uerbis:* Si quis creditorem miſſum in poſſeſsionẽ rei ſeruandæ cauſa non admiſerit, & uenditor præſtiterit creditori quanti eius intereſfuerit: quęſitũ eſt, an debitor liberetur? & puto eum improbum eſſe, qui uelit iterum conſequi quod accepit.

V. QVIBVS DATVR INTERdictum, eiusúe actio?

De hæredibus ſimilibusq; perſonis proponitur l. 1. §. fin. ibi: ſed hæredi. ff. ne uis fiat ei. cuius uerba uide ſ. proximè.

VI. ADVERSVS QVOS datur?

1. Regula. *De hæredibus cæteriſq; ſucceſſoribus proponitur d. §. fin. his uerbis:* Hanc actionem excepta legatorum miſsione intra annum competere, & non poſtea, ſciendum eſt: cũ ſit pœnalis. Nec in hęredes ſimilesq; perſonas datur, niſi in id quod ad eas peruenit: ſed hæredi ſimilibusq; perſonis dabitur. At cum prohibitus quis eſt legatorum uel fideicommiſſorũ cauſa poſſeſsionem adipiſci, tunc actio & perpetua eſt, & in hæredem datur: quia eſt in poteſtate ſucceſſorũ euitare interdictũ ſatiſdatione oblata. *Ex hiſce uerbis patet, regulariter quidem interdictũ propoſitum in hæredes non competere. cuius etiam regulæ duæ proponuntur exceptiones: quarum prima hæc eſt, Niſi de eo quod ad hæredes peruenit. Altera, Niſi legatorum ſeruandorum cauſa miſſus prohibitus ſit.*

II. Regula. *De eo cuius uoluntate quis prohibitus eſt, proponitur l. 1. §. ſi dominus. ff. ne uis fiat ei, his uerbis:* Si domini uel patris uoluntate prohibitus quis ſit à poſſeſsione: in ipſos dabĩtur actio, quaſi qui per alios hoc fecerint.

III. Regula. *Tutore prohibente in quem detur actio, definitur d. l. 1. § hoc edicto. ibi: ergo etſi, his uerbis:* Si tutor dolo fecit, in pupillum dabimus actionem, ſi modò ſoluendo ſit tutor. Sed & ipſum tutorem poſſe conueniri Iulianus ſcribit.

VII. QVID VENIAT IN propoſita actione?

Quantitas res eſt, ob quam in poſſeßionem misſio facta eſt. quæ regula approbatur l. 1. in prin. ff. ne uis fiat ei. cuius uerba uide ſ. eod. cap. in prin. Declarantur hæc uerba d. l. 1. §. hæc uerba. cuius uerba uide ſ. quæſt. 4. except. 2. Concordat l. 4. §. prætor. ff. eod. tit. his uerbis: Prætor in eum qui neq; cauit, neq; poſsidere paſſus eſt eum qui miſſus eſt, iudicium pollicetur in tantum, quantum præſtare eum oporteret, ſi de ea re cautum fuerat.

VIII. QVAMDIV COMpetit?

Annalis eſt actio. quæ regula approbatur l. 1. §. fin. ff. ne uis fiat. cuius uerba uide ſ. quæſt. 6. reg. 1.

IX. ADFINIA REmedia.

I. *Regula. De extraordinaria executione & manu militari proponitur l. 3. in prin. ff. ne uis fiat, his uerbis:* Si quis miſſus fuerit in poſſeſsionẽ fideicommiſsi ſeruandi cauſa, & nõ admittatur: poteſtate eius inducẽdus eſt in poſſeſsionẽ, qui eum miſit. At ſi quis uolet uti interdicto, conſequens erit dicere interdictum locum habere. Sed melius eſſet dicere extra ordinem ipſos iure ſuæ poteſtatis exequi oportere decretum ſuum, nonnunquam etiam per manum militarem. *Concordat d. l. 3. §. 1. cuius uerba uide ſ. quæſt. 4. except. 2.*

II. *Regula. De in factum actione proponitur d. l. 3. §. cum prætor, his uerbis:* Cum prætor uentrem in poſſeſsionem mittit, hoc interdictum & reſtitutorium & prohibitoriũ eſt. Sed ſi mulier uelit in factum actione uti ad exemplum creditorum magis quàm interdicto: poſſe eam experiri ſciendum eſt.

VTI POSSIDETIS. *Cap. VIII.*

I. *Verba huius interdicti proponuntur l. 1. in prin. ff. uti poßidetis, hiſce uerbis:* Ait prætor, Vti eas ædes, de quibus agitur, nec clàm, nec ui, nec precario alter ab altero poſsidetis: quo minus ita poſsideatis, uim fieri ueto. De cloacis hoc interdictum non dabo: neque pluris quàm quanti ea res erit intra annum quo primùm experiũdi poteſtas fuerit, agere permittam.

II. *Ratio huius interdicti proponitur d. l. 1. §. huius autem, his uerbis:* Huius interdicti proponendi cauſa hæc fuit, quod ſeparata debeat eſſe poſſeſsio à proprietate. fieri etenim poteſt ut alter poſſeſſor ſit, dominus nõ ſit: alter dominus quidem ſit, poſſeſſor uerò non ſit: fieri etiam poteſt ut & poſſeſſor idem & dominus ſit. Quoties ergo inter litigatores eſt proprietaris controuerſia: aut conuenit uter poſſeſſor ſit, uter petitor, aut non conuenit. Si conuenit, abſolutum eſt, & ille poſſeſſoris commodo, quem conuenit poſsidere, ille petitoris onere fungetur. Sed ſi inter ipſos contenditur uter poſsideat, quia alteruter ſe magis poſsidere adfirmat: tunc ſi res ſoli ſit, de cuius poſſeſsione contenditur, ad hoc interdictum remittentur. *Concordat item Inſt. de interdictis. §. retinendæ. ibi: namq; ſi ſi. cuius uerba uide ſ. cap. 5. quæſt. 4. diuiſ. 2. Concordat item l. 35. ff. de adq. poſſeß. his uerbis:* Exitus controuerſiæ poſſeſsionis hic eſt tantum, ut prius pronunciet iudex uter poſsideat. ita enim fiet ut is qui uictus eſt de poſſeſsione, petitoris partibus fungatur, & tunc de dominio quæratur.

III. *Nomẽ proponitur l. 1 §. eſt hoc igitur. ff. uti poſſidetis. cuius uerba uide ſ. quæſt. prox. 1. reg. 1. Cõcordat d. l. 1. §. interdictũ. cuius uerba uide ſ. quæſt. prox.*

IIII. GENVS.

I. *Regula. Prohibitorium eſt interdictum retinendæ poſſeßionis. quæ regula approbatur d. §. eſt hoc igitur, his uerbis:* Eſt hoc interdictum, quod uulgò Vti poſsideris appellatur, retinendæ poſſeſsionis. Nam huius rei cauſa redditor ne uis fiat ei qui poſsidet. Et conſequenter proponitur poſt interdictum Vnde ui. Illud enim reſtituit ui amiſſam poſſeſsionẽ: hoc tuetur, ne amittatur poſſeſſio: deniq; Prætor poſsidenti uim fieri uetat. Et illud quidem interdictũ oppugnat poſſeſſorem, hoc tuetur. Et (ut Pedius ait) omnis de poſſeſsione controuerſia aut ad hoc pertinet, ut quod nõ poſsidemus, nobis reſtituatur, aut ad hoc, ut retinere nobis liceat quod poſsidemus. Reſtituendæ poſſeſsionis ordo aut interdicto expeditur, aut per actionem. Retinendæ itaque poſſeſsionis duplex uia eſt: aut exceptio, aut interdictum. Exceptio datur ex multis cauſis ei qui poſsidet. *Concordat d. l. 1. §. 1. cuius uerba uide ſ. quæſt. 6. except. 1. Cõcordat Inſt. de interdictis. §. retinendæ. cuius uerba uide ſ. cap. 5. quæſt. 4. diuiſ. 2.*

II. *Regula. Duplex eſt interdictum. quæ regula approbatur Inſt. d. tit. §. tertia diuiſio. ibi: duplicia ſunt. cuius uerba uide d. quæſt. 4. diuiſ. 6. Concordat l. 3. §. hoc interdictum. ff. uti poßidetis, hiſce uerbis:* Hoc interdictum duplex eſt, & hi quibus competit & actores & rei ſunt.

V. DIFERENTIA.

I. *Differentia huius interdicti & interdicti Vnde ui proponitur l. 1. §. eſt hoc igitur. ibi: et cõſequenter. ff. uti poßidetis. cuius uerba uide ſ. quæſt. prox. re. 1.*

II. *Differentia huius interdicti & aliarum actionũ proponitur d. l. 1. §. interdictũ, his urbis:* Interdictũ quod eſt Vti poſsideris, poſſeſſorẽ prædij tuetur. actio enim nũquã ultrò poſſeſſori datur, quippe cũ ſufficiet ei quod poſsideat.

VI. CAVSAE HVIVS interdicti.

I. *Cauſa. Si uis fiat poßidenti. Hæc cauſa approbatur l. 1. in prin ff. uti poßidetis. cuius uerba uide ſ. eod. cap. in prin. Concordat l. unica. C. uti poßidetis, biſce uerbis:* Vti poſsidetis fundum de quo agitur, cum ab altero nec ui, nec clàm, nec precario poſsidetis, rector prouincię uim fieri prohibebit: ac ſatiſdationis uel transferendæ poſſeſsionis edicti perpetui forma ſeruata de proprietate cognoſcet. *Declaratur hæc cauſa l. 11. ff. de ui & de ui armata, his uerbis:* Vim facit qui non ſinit poſsidentem eo quod poſsidebat, uti arbitrio ſuo: ſiue in ſerendo, ſiue in ſodiendo, ſiue in arándo, ſiue quid ædificádo, ſiue quid omnino faciéndo, per quod liberam poſſeſsionem aduerſarij non reliquit. *Concordat l. 3. §. itē uideamus. ibi: nam ſi tibi uim fecerit. ff. uti poßidetis. cuius uerba uide ſ. cauſa 3. Huius cauſæ ſpecies, ſunt cauſe proximè ſequentes. Exceptiones autem eius uide ſ.*

II. *Cauſa. Si quis ſuo, qualiter uelit, uti prohibeatur. Hæc cauſa approbatur l. 8. §. ſed & interdictum. ff. ſi ſeruitus uindicetur, his uerbis:* Et interdictum Vti poſsidetis poterit locum habere, ſi quis prohibeatur qualiter uelit ſuo uti. *Concordat l. 11. ff. de ui & ui armata. cuius uerba uide ſ. cauſa prox. Concordat item l. 14. ff. de iniurijs. cuius uerba uide ſ. except. generali ſ.*

III. *Cauſa. Si quis in ſuo ædificare, arare, colere, &c. prohibeatur. Hæc cauſa approbatur l. 3. §. hoc interdictum. ff. uti poßidetis, biſce uerbis:* Hoc interdictū ſufficit ei qui ædificare in ſuo prohibetur. Etenim uideris mihi poſſeſsionie controuerſiam facere, qui prohibes me uti mea poſſeſsione. *Concordat d. l. 3. §. cum inquilinus, his uerbis:* Cum inquilinus dominum ædes reficere uolentem, prohiberet: æquè competere interdictū Vti poſsideris placuit: teſtariq; dominum non ſe prohibere inquilinum ne habitaret, ſed ne poſſideret. *Concordat d. l. 3. §. item uideamus, his uerbis:* Videamus ſi actor uicini tui ex fundo tuo uites in ſuas arbores tranſduxit, quid iuris ſit? Et ait Pomponius, poſſe te ei denunciate uites præcidere (idq; & Labeo ſcribit) aut uti eum debere interdicto Vti poſsideris de eo loco, quo radices continentur uitium. Nam ſi tibi uim ſeterit, quo minus eas uites uel præcidas uel tranſducas: uim tibi facere uidetur, quo minus poſsideas. Etenim qui colere fundum prohibetur, poſsidere prohibetur, ut Pomponius inquit. *Concordat item l. 11. ff. de ui & ui armata. cuius uerba uide ſ. cauſa 1. Concordat item l. 52. §. cum qui. ff. de adq. poſſeß. cuius uerba uide ſ. cap. 1. in prin.*

IIII. *Cauſa. Si inter duos de poſſeßione contrōuerſia ſit, adeò ut ſit metuendum ne ueniant ad arma. Hæc cauſa approbatur Inſt. de interdictis. §. retinendæ. cuius uerba uide ſ. cap. 5. quæſt. 4. diuiſ. 2. Concordat l. 2. §. huius autem. ff. uti poßidetis. cuius uerba uide ſ. hoc capite quæſt. 2. Huius cauſæ ratio elegans proponitur l. 13. §. ſed ſi inter. ff. de uſufructu et quem ad. his uerbis:* Cur ad arma & rixam procedere patiatur Prætor, quos poteſt iuriſdictione ſua compeſcere?

V. *Cauſa. Si quis proiectum ſupra uicini ſolū uel in ædes uicini non iure habere dicatur. Hæc cauſa tractatur, ſed ſatis obſcurè l. 3. §. itē uideamus. ff. uti poßidetis, biſce uerbis:* Videamus ſi proiectum ſupra uicini ſolum non iure habere dicatur: an interdictum Vti poſsidetis ſit utile alteri aduerſus alterum? & eſt apud Caſsium relatum, utriq; eſſe inutile: quia alter ſolū poſsidet, alter cum ædibus ſuperficiē. Labeo quoq; ſcribit: Si ex ædibus meis in ædes tuas proiectum habeo, interdicis mecum ſi eum locū poſsideamus, qui proiecto tegetur: an quo facilius poſsim retinere poſſeſsionē, ius proiectionis interdico tecum, ſicuti nunc poſsidetis eas ædes ex quibus proiectū eſt? Sed ſi ſupra ædes quas poſsideo, cœnaculum ſit, in quo alius quaſi dominus moretur: interdicto Vti poſsidetis me uti poſſe Labeo air, non eum qui in cœnaculo moraretur. Semper enim ſuperficiem ſolo cedere. Planè ſi cœnaculum ex publico aditum habeat, ait Labeo, uideri nō ab eo ædes poſsideri, qui *κρυπτὰς* poſſidet, ſed ab eo cuius ędes ſupra *κρυπτὰς* eſſent. Et uerum eſt hoc in eo qui aditum ex publico habuerit. Cæterùm ſuperficiarij proprio interdicto & actionib. à Prætore utentur. Dominus autē ſoli tam aduerſus alium, quàm aduerſus ſuperficiariū potior erit in interdicto Vti poſsidetis. Sed Prætor ſuperficiariū tuebitur ſecundū legem locationis: & ita Pōponius quoq; probat.

VI. *Cauſa. Si uicinus tectoria in pariete meo habeat, compellitur per interdictum hoc ut tollat. quæ cauſa approbatur d. l. 3. §. ſi uicinus, his uerbis:* Si uicinus meus in parite meo tectoria habeat, & in pariete ſuo: Vti poſsideris interdictum mihi efficax eſt, ut ea tollere compellatur.

De exceptionibus præcedentium cauſarum generalibus.

I. EXCEPTIO: *Niſi non de ſoli, ſed mobili re ſit contentio. Hæc exceptio approbatur l. 1. §. 1. ff. uti poßidetis, biſce uerbis:* Hoc interdictum de ſoli poſſeſſore ſcriptū eſt, quem potiorem Prætor in ſoli poſſeſsione habeat: & eſt prohibitorium ad retinendā poſſeſsionē. *Concordat Inſt. de interdictis. §. ſed interdicto quidem. cuius uerba uide ſ. cap. 10. quæſt. 3.*

II. EXCEPTIO *ſumpta ex rē ſoli, de quā*

IX. EXCEPTIO: *Niſi actor ab eo poßideat, qui ui à reo poßidebat. Hæc exceptio reprobatur l. 3. §. non uideor. ff. uti poſsidetis, his uerbis:* Non uideor ui poſsidere, ſi ab eo quem ſcirem ui in poſſeſsione eſſe, fundum accipiam.

X. EXCEPTIO: *Niſi uterq; poßideat, unus ex iuſtis, alter ex iniuſta cauſa. Hæc exceptio reprobatur l. 3. in prin. ff. uti poßidetis. cuius uerba uide ſ. cap. 1. quæſt. 1. reg. 2. except. 2.*

XI. EXCEPTIO: *Niſi rei ſeruandæ cauſa, uel ob aliam ſimilem cauſam quis in poſſeßionem miſſus ſit. Hæc exceptio approbatur l. 3. §. creditores. ff. uti poßidetis, hiſce uerbis:* Creditores miſſos in poſſeſsionem rei ſeruandæ cauſa, interdicto Vti poſsidetis uti non poſſe, & meritò: quia nõ poſsident. Idemq; & in cæteris omnibus qui cuſtodiæ cauſa miſsi ſunt in poſſeſsionem, dicendum eſt.

XII. EXCEPTIO: *Niſi uſusfructus uel uſus nomine poßideat. Hæc exceptio reprobatur l. 4. ff. uti poßidetis, hiſce uerbis:* In ſummam puto dicendum, & inter fructuarios hoc interdictum reddendum: etſi alter uſumfructũ, alter poſſeſsionẽ ſibi defendat, idem erit probandum. Etſi uſusfructus quis ſibi poſſeſsionem defendat: & ita Pomponius ſcribit. Proinde etſi alter uſum, alter ſibi fructũ tueatur: & his interdictum erit dandum.

XIII. EXCEPTIO: *Niſi is qui hoc interdicto utitur, rem cœperit uindicare. Hæc exceptio reprobatur l. 12. ff. de adq. poſſeß. his uerbis:* Nihil cõmune habet proprietas cũ poſſeſsione. & ideo non denegatur ei interdictum Vti poſsidetis, qui cœpit rem uendicare. Non enim uidetur poſſeſsioni renunciaſſe, qui rem uindicauit.

VII. QVIBVS DETVR hoc interdictum?

De eo qui ædes poſsidet, & eo qui cœnaculum inſii, proponitur l. 3. §. ſed ſi ſuprà. ff. uti poſsidetis. cuius uerba uide ſ. quæſt. prox. cauſa 5.

VIII. QVID VENIAT IN hoc interdictum?

I. *Regula. De eo quanti ea res eſt, proponitur l. 1. in prin. ibi: neq; pluris. ff. uti poſsidetis. cuius uerba uide ſ. eod. cap. in prin. Declaratur hæc regula l. 3. §. fin. ff. eod. tit. his uerbis:* In hoc interdicto condemnationis ſumma refertur ad æſtimationem rei ipſius. Quanti res eſt, ſic accipimus, quanti uniuſcuiſq; intereſt poſſeſsionem retinere. Seruij autem ſententia eſt, exiſtimantis tanti poſſeſsionem æſtimandam, quanti ipſa res eſt. Sed hoc nequaquam opinandum eſt. Longè enim aliud eſt rei precium, aliud poſſeſsionis.

II. *Regula. Interdum competit hoc interdictum, ut aduerſarius opus tollat. quæ regula approbatur d. l. 3. §. ſi uicinus. cuius uerba uide ſ. quæſt. 6. cauſa 6.*

IX. QVAMDIV COMpetit?

Annale eſt. quæ regula approbatur l. 1. in prin. ibi: intra annum. ff. uti poßidetis. cuius uerba uide ſ. eod. cap. in prin.

X. ADFINIA REmedia.

I. *Regula. De exceptione proponitur l. 1. §. eſt hoc igitur. in fine. ff. uti poßidetis. cuius uerba uide ſ. quæſt. 4. reg. 1.*

II. *Regula. De iniuriarum actione proponitur l. 13. §. ſi quis me. ff. de iniurijs. cuius uerba proponentur alibi.*

III. *Regula. De interdicto de ſuperficiebus, proponitur l. 3. §. ſed ſi ſuprà. ibi: cæterũ ſuper. ff. uti poßidetis. cuius uerba uide ſ. quæſt. 6. cauſa 5. De quo interdicto uide ỹ. cap. prox.*

IIII. *Regula. De interdicto Vtrubi dicetur ỹ. cap. 10.*

DE SVPERFICIEBVS. Cap. IX.

I. *Verba huius interdicti proponũtur l. 1. in prin. ff. de ſuperficiebus, his uerbis:* Ait prætor, uti ex lege locationis ſiue conductionis ſuperficie, qua de agitur, nec ui, nec clàm, nec precario alter ab altero fruemini: quo minus ita fruamini, uim fieri ueto. Si qua alia actio de ſuperficie poſtulabitur, cauſa cognita dabo.

II. *Ratio & uſus huius interdicti proponitur d. l. 1. §. 1. his uerbis:* Qui ſuperficiem in alieno ſolo habet, ciuili actione ſubnixus eſt. nã ſi conduxit ſuperficiem, ex conducto: ſi emit, ex empto agere cum domino ſoli poteſt. Etenim ſi ipſe eum prohibeat, quod intereſt agendo conſequetur. Sin autẽ ab alio prohibeatur, præſtare ei actiones ſuas dominus debet, & cedere. Sed longè utilius uiſum eſt (quia incertum erat an locatio exiſteret, & quia melius eſt poſsidere potius, quàm in perſonã experiri) hoc interdictũ proponere, & quaſi in rem actionem polliceri.

III. *Genus & ſimile huius interdicti proponitur d. l. 1. §. proponitur, his uerbis:* Proponitur autem interdictum duplex, exemplo interdicti Vti poſsidetis. Tuetur itaq; prætor eum qui ſuperficiem petit, ueluti Vti poſsidetis interdicto: neq; exigit ab eo quam cauſam poſsidendi habeat. unum tantum requirit, num fortè ui, clàm, precariò ab aduerſario poſsideat. Omnia quoq; quæ in Vti poſsidetis interdicto ſeruantur, hic quoq; ſeruabuntur.

IIII. *Cauſa huius interdicti cum ſuis exceptionibus. Si quis ſuperficie uti prohibeatur, datur hoc interdictum. quæ cauſa approbatur l. 1. in prin. ff. de ſuperficiebus. cuius uerba uide ſ. eod. cap. in prin.*

Declaratur hæc cauſa l.2.ff.eod.tt. his uerbis: Superficiariaa ædes appellamua, quæ in conducto ſolo poſitæ ſunt, quarum proprietaa & ciuili & naturali iure eius eſt, cuius & ſolum. *Concordat l. 74. ff. de rei uendicat. cuius uerba uide ſ.lib.21.cap.6.reg.3. Huius cauſæ exceptio prima ſumpta ex cauſa, ex qua ſuperficiem poßidet, reprobatur l.1 §.proponitur.ibi: neque exigu.ff.de ſuperficiebus. cuius uerba uide ſuprà quæſtiou.prox.*

II. EXCEPTIO: *Niſi ui, clàm uel precario ab aduerſario poßideat. Hæc exceptio approbatur d.§.proponitur.de qua uide plura ſ.cap.prox. quæſt.6.except.8.ſed & alias propoſitæ cauſæ exceptiones uide d.quæſt.6.*

V. ADFINIA REmedia.

I. Regula. *De ciuili actione empti conducti proponitur l.1.§.1.ff. de ſuperficieb. cuius uerba uide ſ. quæſt.2.*

II. Regula. *Actio quoq; in rem ſuperficiario utilis competit. Quæ regula approbatur l. 74. ff. de rei uendicat. cuius uerba uide ſ.lib.21.cap.6.reg.3. Concordat l.1.§.quia autem.ff.de ſuperficiebus. cuius uerba uide paulo inferius quæſt. prox. Huius regulæ exceptio hæc eſt: Niſi ad tempus quis ſuperficiem conduxerit. Hæc exceptio approbatur l.1.in prin. ibi: cauſa cognita.ff. de ſuperficiebus. cuius uerba uide ſ.hoc cap.in prin. Concordat d.l.1.§. quod ait, his uerbis:* Quod ait Prætor, Si qua alia actio de ſuperficie poſtulabitur, cauſa cognita, dabo: ſic intelligendum eſt, ut ſi ad tempua quis ſuperficiem conduxerit, negetur ei in rem actio. *Huius exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi ad nõ modicum tempus ſuperficiem conduxit. Hæc replicatio approbatur d.§. quod ait, his uerbis:* Et ſanè cauſa cognita ei, qui non ad modicum tempua conduxit ſuperficiem, in rem actio competet.

III. Regula. *De actione in rem directo ſi dominus ſoli ſuperficiem petat, proponitur l.1.§.is autem. ff.de ſuperficiebus, his uerbis:* Is in cuiua ſolo ſuperficiea eſt, utiq; nõ indiget utili actione: ſed habet in rem, qualem habet de ſolo.

IIII. Regula. *De exceptione proponitur d.§.is autem, his uerbis:* Planè ſi aduerſus ſuperficiarium uelit uindicare, dicendum eſt exceptione utendum in factum data. nam cui damus actionem, eidem exceptionẽ competere multo magia quis dixerit.

V. Regula. *Si ſoli poſſeſſori ſuperficies euincatur, quæ competat actio, definitur d.l.1. §. ſi ſoli, his uerbis:* Si ſoli poſſeſſori ſuperficies euincatur, æquiſsimum erit ſubueniri ei uel ex ſtipulatu de euictione, uel certè ex empto actione.

VI. Regula. *Si ſuperficies duobus communis ſit, etiam utile communi diuidundo iudicium datur. Hæc regula approbatur d.l.1.§. quia autem.in fine, his uerbis:* Si duobua ſupeificies ſit communia, etiam utile communi diuidundo iudicium dabinus.

VI. DE SVPERFICIE alienanda.

An & quatenus ſuperficiarius ſuperficiem alienare poßit, proponitur l.1.§.penult.& ult.ff.de ſuperficiebus, his uerbis: Quia etiam in rem actio de ſuperficie dabitur, petitori quoq; in ſuperficiem dari, & quaſi uſumfructũ ſiue uſum quendã ineſſe, & conſtitui poſſe per utiles actiones credendum eſt. Sed & tradi poſſe intelligendum eſt, ut & legari & donari poſsit: & ſi duobua ſit communia, etiam utile communi diuidundo iudicium dabimus. Seruitutea quoq; prætorio iure conſtituentur, & ipſæ ad exemplum earũ, quę ipſo iure conſtitutæ ſunt, utilibus actionibus petentur: ſed & interdictum de his utile competet.

VTRVBI. CAP. X.

I. *Verba huius interdicti proponuntur l.unica.in prin.ff.utrubi, his uerbis:* Prætor ait: Vtrubi hic homo, de quo agitur, maiore parte huiuſce anni fuerit: quo minua is eum ducat, uim fieri ueto.

II. *Simile eſt hoc interdictum Vti poßidetis interdicto. quæ regula approbatur d.l.unica.§.hoc interdictum, his uerbis:* Hoc interdictum de poſſeſſione rerum mobilium locum habet. Sed obtinuit uim eius exęquatã fuiſſe Vti poſſidetis interdicto, quod de rebua ſoli competit: ut is & in hoc interdicto uincat, qui nec ui, nec clàm, nec precario, dum ſuper hoc ab aduerſario inquietatur, poſſeſsionem habet. *Concordat Inſt.de interdictis.§.retinendæ. cuius uerba uide ſ. cap.5. quæſt. 4. diuiſ.2. Concordat item Inſt.eod.tt.§.hodie tamen. cuius uerba uide J.quæſt.prox.*

III. *Differentia huius interdicti et Vti poßidetis proponitur Inſt. de interdictis. §. ſed interdicto, his uerbis:* Interdicto quidẽ Vti poſsidetis de fundi uel ædium poſſeſsione contenditur: Vtrubi uerò interdicto de rerum mobilium poſſeſsione. Quorum uis ac poteſtas plurimam inter ſe differentiam apud ueterea habebat. nã Vti poſsidetis interdicto is uincebat, qui interdicti tẽpore poſsidebat, ſi modò nec ui, nec clàm, nec precario nactua fuerat ab aduerſario poſſeſsionem: etiamſi alium ui expulerat, aut clàm arripuerat alienam poſſeſsionem, aut precario rogauerat aliquem ut ſibi poſsidere liceret: Vtrubi uerò interdicto is uincebat, qui maiore parte eius anni nec ui, nec clàm, nec precario ab aduerſario poſsidebat. Hodie tamen aliter obſeruatur. Nam utriuſque interdicti poteſtas (quantum

ad

ad poſſeſsionem pertinet) exæquata eſt, ut ille uincat & in re ſoli & in re mobili, qui poſſeſsionem nec ui nec clam, nec precario ab aduerſario litis conteſtatæ tempore detinet. *Concordat l. unica. §. hoc interdictum ff utrubi. cuius uerba uide ſ. quæſt. prox.*

IIII. CAVSA HVIVS interdicti.

Si inter duos de rei mobilis poſſeſſione controuerſia ſit: is iure quidem antiquo uincebat, qui eam rem maiore parte eius anni poſſederat. quæ cauſa approbatur Inſtit. de interdictis. §. ſed interdicto. cuius uerba uide ſ. quæſt. proxim. Concordat l. unica. in princip. ff. utrubi. cuius uerba uide ſ. quæſt. 1. Mutatur hoc ius, & conſtituitur ut is uincat, qui litis conteſtatæ tempore, uel eum inquietatur, detinet Inſt. d. §. ſed interdicto. ibi: hodie tamen. & d. l. unica. §. hoc interdictum. cuius uerba uide ſ. quæſt. 2. Huius cauſæ exceptio prima hæc eſt: Niſi ui, clàm uel precario alter ab altero poſſideat. Hæc exceptio approbatur. Inſtit. d. §. ſed interdicto, & d. § hoc interdictum. plura de hac exceptione uide ſ. cap. 8. quæſt. 6. except. 8. Sed & plures propoſitæ cauſæ exceptiones uide ſ. d. quæſt. 6. Quæ enim interdicti Vti poſſidetis ſunt iura, eadem quoq; in hoc interdicto ſeruantur, ſecundum ea quæ propoſita ſunt ſ. quæſt. 2.

VNDE VI. Cap. XI.

I. Verba huius interdicti proponuntur l. 1. in prin. ff de ui & de ui armata, his uerbis: Prætor ait: Vnde tu illum ui deieciſti, aut familia tua deiecit: de eo, quodq; ille tunc ibi habuit tantummodo intra annum: poſt annum uerò de eo quod ad eum qui ui deiecit peruenerit, iudicium dabo.

II. GENVS ET RATIO huius interdicti.

Recuperandæ poſſeſſionis interdictum eſt. Hæc regula approbatur d. l. 1. §. 1. his uerbis: Hoc interdictum proponitur ei qui ui deiectus eſt. Etenim fuit æquiſsimum ui deiecto ſubueniri: propter quod ad recuperandã poſſeſsionem hoc interdictum proponitur. *Concordat Inſt. de interdictis. §. recuperandæ. cuius uerba uide ſ. cap. 5. quæſt 4. diuiſ. 2.*

III. PROPRIA HVIVS interdicti.

I. Regula. Mox auditur actor etiam ſine inſcriptione. quæ regula approbatur l. 8. C. unde ui, his uerbis: Momentariæ poſſeſsionis interdictum, quod non ſemper ad uim publicam pertinet uel priuatam, mox audiri, interdum etiam ſine inſcriptione meretur.

II. Regula. Famoſum hoc interdictum nõ eſt. quæ regula approbatur l. 13. ff. de ui & ui armata. cuius uerba uide ſ. cap 5. quæſt. 3. reg. 5.

IIII. CAVSAE EX QVIBVS hoc interdictum competit.

I. Cauſa. Si quis ui ex aliquo loco ſit deiectus, datur illi hoc interdictum. quæ cauſa approbatur l. 1. in prin. ff. de ui & de ui armata. cuius uerba uide ſuprà eod. cap. in prin. Concordat d. l. 1. §. 1. cuius uerba uide ſuprà quæſt. 2. Concordat item Inſt. de interdictis. §. recuperandæ. cuius uerba uide ſuprà cap. 5. quæſt. 4. diuiſ. 2. Concordat item l. 2. C. unde ui, his uerbis: Vi pulſos reſtituẽdos eſſe interdicti exemplo, ſi necdum annus utilis excesſit, certiſsimi iuris eſt: & hæredes teneri in tantum, quantum ad eos peruenit. *Declaratur cauſa propoſita l. 1. §. ui poſſidere. ff. de ui & de ui armata. his uerbis:* Vi poſsidere eum definiendum eſt, qui expulſo uetere poſſeſſore, adquiſitam per uim poſſeſsionem tenet: aut qui in hoc ipſum aptatus & præparatus uenit, ut contra bonos mores, ne auxilio prohiberi poſsit, ingrediens in poſſeſsionem faciat. Sed qui per uim poſſeſsionem ſuam retinuit, Labeo ait, non ui poſsidere.

II. Cauſa. Si quis abſentis poſſeſsionem ſine ui occupauerit. Hæc cauſa approbatur l. ult. C. unde ui, his uerbis: Cum quærebatur inter Illyricianam aduocationem, quid fieri oporteret propter eos qui uacuam poſſeſsionem abſentium ſine iudiciali ſententia detinuerunt: quia ueteres leges nec interdictum unde ui, nec quod ui aut clam, uel aliam quandam actionem ad recipiendam talem poſſeſsionem definiebant, uiolentia in ablatam poſſeſsionem minimè præcedente, nec domino niſi tantummodo in rem actionem exercere permittentes: nos non concedentes aliquem alienas res uel poſſeſsiones per ſuam authoritatem uſurpare, ſancimus talem poſſeſſorem ut prædonem intelligi, & generali iuriſdictione ea teneri, quæ pro reſtituenda poſſeſsione cõtra huiuſmodi perſonas ueterib. declarata ſunt legib. Ridiculũ enim eſt dicere uel audire, quod per ignorantiã alienã rẽ aliquis quaſi propriã occuparit. Omnes aũt ſcire debẽt, quod nõ ſuũ eſt, hoc ad alios modis omnib. pertinere: cũ talis diſpoſitio iamdudũ ueterib. legib. definita eſt, dicẽtibus. Si quis alienã rẽ aduerſus domini uoluntatẽ attigerit, furti actione teneri: his uidelicet, quæ ſuper recipienda poſſeſsione à nobis diſpoſita ſunt, locũ habẽtibus: ſi nõ ex die ex quo poſſeſsio detẽta eſt, triginta annorũ exceſſerint curricula. *Cõcordat l. 6. C. de adq. poſſeſs. his uerbis:* Si nulla iuſta ex cauſa ingreſſum agrum tuum ſiue uineas eum cuius meminiſti, præſes repererit, nec ulla præſcriptione tua interpellatur petitio: reſtituere tibi poſſeſsionem cum omni cauſa non dubitabit. *Concordat item l. 4. §. ſi ta*

ui ma. ff. de uſucap. cuius uerba uide ſ. lib. prox. cap. 3. except. 21. repl. 7. dupl. 2.

III. *Cauſa. Si quis uolentem ingredi poſſeßionem prohibuerit. Hæc cauſa approbatur l. 1. §. ſiue autem. ff. unde ui. his uerbis*: Siue corpore ſiue animo poſsidens quis deiectus eſt, palàm eſt eũ ui deiectum uideri. Idcircoq; ſi quis de agro ſuo uel de domo proceſsiſſet nemine ſeruorum relicto, mox reuertens prohibitus ſit ingredi ad ipſum prædium: uel ſi quis eum in medio itinere detinuerit, & ipſe poſſederit, ui deiectus uidetur. ademiſſe enim ei poſſeſsionem, quam animo retinebat, etſi non corpore. *Concordat l. 3. §. ſi autem cum. ff. eod. tt. his uerbis*: Si cum dominus ueniret in poſſeſsionem, armati eum prohibuerunt, qui inuaſerant poſſeſsionem, uideri eum armis deiectum dicendum eſt. *Concordat item d. l. 3. §. unde ui ibi: aut non admiſit. cuius uerba uide ſ. except. prox. Concordat item l. 6. §. fin. ff. de adq. poſſeſſ. cuius uerba uide ſ. cap. 4. cauſa 1. except. 1. repl. 1. Propoſitæ cauſæ exceptio prima hæc eſt: Niſi non animo poßidentem, ſed ab initio poſſeßionem ingredi uolentem prohibuerit. Hæc exceptio approbatur l. 1. §. eum qui. ff. de ui & de ui armata, his uerbis*: Eum qui neq; animo neque corpore poſsidebat, ingredi autem & incipere poſsidere prohibebatur: uerius eſt non uideri deiectum. deijcitur enim, qui amittit poſſeſsionem, non qui non accipit. *Concordat l. 3. §. unde ui. ff. eod. tt. his uerbis*: Vnde ui interdictum neceſſarium fuiſſe fructuario apparet, ſi prohibeatur uti frui uſu fructu fundi. Vti frui autem prohibuiſſe is uidetur, qui ui deiecit utentem & fruentem, aut non admiſit, cum ex fundo exiſſet non uſusfructus deſerendi cauſa. Cæterùm ſi quis ab initio uolentem incipere uti frui prohibuit: hoc interdictum locum non habet. Quid ergo eſt? Debet fructuarius uſumfructum uindicare. *Huius exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi is qui ab initio uult poßidere, ei qui animo poſſeßionem retinuit ſucceſſerit, eiusúe nomine ingredi uelit. Hæc replicatio approbatur l. 12. ff. eod. tt. his uerbis*: Colonus eum cui locator fundum uendiderat, cum is in poſſeſsionem iſſet, non admiſit: deinde colonus ui ab alio deiectus eſt: quærebatur quis haberet interdictum Vnde ui? Marcellus dixit, nihil intereſſe colonus dominum ingredi uolentem prohibuiſſet: an emptore, cui iuſsiſſet dominus tradi poſſeſsionem, non admiſiſſet. Igitur interdictum Vnde ui colono competiturum, ipſumq; ſimili interdicto locatori obſtrictũ fore, quem deieciſſe tunc uideretur, cum emptori poſſeſsionem non tradidiſſet: niſi fortè propter iuſtam & probabilem cauſam id feciſſet. *Concordat l. 18. ff. eod. tt. his uerbis*: Cum fundum, qui locauerat, uendidiſſet, iuſsit emptorem in uacuam poſſeſsionem ire, quem colonus intrare prohibuit: poſtea emptor ui colonum expulit: de interdictis Vnde ui quęſitum eſt? Placebat colonum interdicto uenditori teneri: quia nihil intereſſet ipſum, an alium ex uoluntate eius miſſum intrare prohibuerit. Neq; enim ante amiſſam poſſeſsionem uideri, quã ſi tradita fuiſſet emptori: quia nemo eo animo eſſet, ut poſſeſsionem omitteret propter emptorem, quã emptor adeptus non fuiſſet. Emptorem quoq; qui poſtea uim adhibuit, & ipſum interdicto colono teneri. non enim ab ipſo, ſed à uenditore per uim fundum eſſe poſſeſſum, cui poſſeſſio per uim eſſet ablata. Quæſitum eſt, an emptori ſuccurri debeat, ſi uoluntate uenditoris colonum poſtea ui expuliſſet? dixit Papinianus, non eſſe iuuandum: quia mandatum illicitum ſuſcepit. *Secunda exceptio eſt: Niſi prohibens iuſtam & probabilem cauſam habuerit. quæ exceptio approbatur d. l. 12. in fine.*

IIII. *Cauſa. Si quis petenti ei cuius nomine poſſidet, poſſeßionem non reſtituit. Hæc cauſa approbatur l. 10. C. unde ui. cuius uerba uide infrà quæſt. 8. reg. 7.*

V. *Cauſa. Si quis per uim coactus poſſeßionem alicui tradiderit. Hæc cauſa reprobatur l. 5. ff. de ui & ui armata, his uerbis*: Si rerum tibi poſſeſsionem ui tradidero, dicit Pomponius, unde ui interdictum ceſſare: quoniam non eſt ui deiectus, qui compulſus eſt in poſſeſsionem inducere.

VI. *Cauſa. Si quis ingreſſus poſſeßionem, poſſeſſorem uel eos per quos poßidet uinxerit, atq; ibi detinuerit, aut illis imperauerit. Hæc cauſa approbatur l. 1. §. idem Viuianus. cum ſequentibus. ff. de ui & de ui armata, his uerbis*: Viuianus refert, ſeruos quoſdam ui expulit, alios detinuit & uinxit, aut etiam eis imperauit: ui te deiectum intelligi. deſijſſe enim te poſsidere, cum ſerui ab alio poſsideantur. Et quod in parte ſeruorum dictum eſt, idem in omnibus dici placuit, ſi fortè nemo depulſus eſſet: ſed poſsideri ab eo cœpiſſent, qui ingreſſus eſſet in poſſeſsionem. Quid dicturi eſſemus (tractat) ſi aliquo poſsidente ego quoque ingreſſus ſim in poſſeſsionem, & non deijciã poſſeſſorem, ſed uinctũ opus facere cogam: quatenus (inquit) res eſſet? Ego uerius puto, eum quoq; deiectum uideri, qui illinc uinctus eſſet.

VII. *Cauſa. Si quis quibuſdam ſuperuenientibus metu perterritus fugerit. Hæc cauſa approbatur l. 1. §. idem Labeo. ff. de ui & ui armata, his uerbis*: Labeo ait, eum qui metu turbę perterritus fugerit, ui uideri deiectum. Sed Pomponius

nius ait, uim ſine corporali ui locum non habere. Ego etiam eum qui fugatus eſt ſuperuenieuribus quibuſdam, ſi illi ui occupauerint poſſeſsionem, uideri ui deiectũ. *Huius cauſæ exceptio hæc eſt: Niſi ij quos fugiens me tuebat, poſſeßionem non occupauerint. Hæc exceptio conſtat ex uerbis iam propoſitis hiſce:* Si illi ui occupauerint poſſeſsionem. *Concordat l. 9. §. ſi quis autem. ff. eod. tt. his uerbis:* Si quis uiſis armatis qui aliò tendebant, metu hoc dererritus profugerit, non uidetur ui deiectus: quis non hoc animo fuerunt qui armati erant, ſed aliò tendebát. Proinde etſi cum armatos audiſſet uenire, metu poſſeſsione deceſſerit: ſiue uerum ſiue falſum audiſſet, dicendum eſt non armis eum eſſe deiectum, niſi poſſeſsio ab his fuerit occupata. *Concordat item l. 9. §. 1. ff. quod metus cauſa, his uerbis:* Pomponius tractat, ſi fundum meum dereliquero, audito quod quis cum armis ueniret: an huic edicto locus ſit? & refert, Labeonem exiſtimare edicto locum non eſſe. Sed & Vnde ui interdictum ceſſare: quoniam non uidear ui deiectus qui deijci non expectaui, ſed profugi. aliter atq; ſi poſteaquam armati ingreſsi ſunt, tunc diſceſsi. huic enim edicto locum fore. *Huius exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi alias ua cuam poſſeßionem, ex qua poſſeſſor conterritus aufugit, intrauerit. Hæc replicatio approbatur l. 4. §. ſi tu ui me. ff. de uſucapionibus. cuius uerba uide ĩ. lib. prox. cap. 3. except. 21. repl. 7. dupl. 2.*

De exceptionibus præcedentium cauſarum generalioribus.

I. EXCEPTIO: *Niſi patronus libertum, uel parens liberos ui deiecerit. Hæc exceptio approbatur, ſimul et diſtinguitur l. 1. §. interdictum. ff. de ui & de ui armata, his uerbis:* Interdictũ hoc (quia atrocitatem facinoris continet in ſe) quæſitum eſt an liberto in patronum, uel liberis aduerſus parentes competat? & uerius eſt nec liberto in patronum, nec in parentes liberis dandum eſſe: meliusq; erit in factum actionem his competere: aliter atq; ſi ui armata uſus ſit aduerſus libertum patronus, uel aduerſus liberos parens: nam & hic interdictum competit. *Concordat l. 2. in fine. ff. de obſequijs à libertis, hiſce uerbis:* Interdictum unde ui aduerſus parentes & patronos liberis & libertis reddendum non eſt. *Concordat item l. 7. ibi: uel interdictũ unde ui. ff. eod. tt. cuius uerba uide ĩ. lib. 16. ca. 1. quæſt. 5. reg. 4. Huius exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi ui armata parens uel patronus ſit uſus. quæ replicatio approbatur uerbis d. l. 1. §. interdictũ ſuprà propoſitis hiſce:* Aliter atq; ſi ui armata uſus ſit aduerſus libertũ patronus, &c. *Declaratur hæc replicatio l. 3. §. armis. ff. de ui & ui armata, his uerbis:* Armis deiectum quomodo accipimus? arma ſunt omnia tela, hoc eſt & fuſtes & lapides, nõ ſolum gladij, haſtæ, & frameæ, id eſt romphææ. Planè etſi unus uel alter fuſtes uel gladium tenuit, armis poſſeſſor deiectus uidetur. Plus dicitur etſi inermes uenerũt, & in ipſa concertatione qui inermes uenerant, eò proceſſerunt ut fuſtes aut lapides ſumerent: uis erit armata. Qui armati uenerunt, etſi non armis uſi ſunt ad deijciendum, ſi deiecerint: armati iis, &c.

II. EXCEPTIO: *Niſi non is qui poßidebat, ſed is per quem poßidebat, ſit deiectus. Hæc exceptio reprobatur l. 1. §. quod ſeruus. ff. de ui & de ui armata. cuius uerba cum concordantibus uide infrà quæſt. prox.*

III. EXCEPTIO: *Niſi non dominus, ſed uſufructuarius uel alius ſit deiectus. Hæc exceptio reprobatur l. 8. ff. de ui & de ui armata, his uerbis:* Fulcinius dicebat ui poſsideri, quoties uel nõ dominus (cum tamen poſsideret) ui deiectus eſt. *Concordat l. 3. §. penult. ff. eod. tt. his uerbis:* Qui uſusfructus nomine qualiter qualiter fuerit quaſi in poſſeſsione, utetur hoc interdicto. Sed etſi quis poſteaquàm prohibitus eſt, capite minutus ſit, uel mortuus: rectè dicitur hæredibus & ſucceſſoribus competere hoc interdictum: non ut in futurum conſtituatur uſusfructus, ſed ut præterita cauſa & damnum præteritum ſarciatur. *Concordat d. l. 3. §. unde ui. cuius uerba uide ĩ. cauſa 3. except. 1. Concordat item d. l. 3. §. item ſi non, his uerbis:* Si non uſusfructus, ſed uſus ſit relictus, competit hoc interdictum. Ex quacunq; enim cauſa conſtitutus eſt uſusfructus uel uſus: hoc interdictum locum habebit. *Planè admitti uidetur exceptio propoſita primùm, ſi deiectus poſtea per capitis deminutionem uel alio modo uſumfructum amiſerit. Verùm diſtinctio hæc reprobatur uerbis d. §. penult. ĩ. propoſitis hiſce:* Sed etſi quis poſteaquam prohibitus eſt, &c. *Secundò admitti uidetur cauſa propoſita, ſi non ex fundi, ſed ædium uſufructu ſit deiectus. Sed & hæc diſtinctio reprobatur d. l. 3. §. pertinet autem, his uerbis:* Pertinet hoc interdictum ad eum qui fundo uti frui prohibitus eſt. Sed pertinebit etiam ad eum qui ædificijs uti frui prohibetur. *Tertiò admittitur exceptio propoſita, ſi quis de uſufructu rerum mobilium deijciatur: quæ diſtinctio approbatur d. l. 3. §. conſequenter. cuius uerba uide ſ. except. 5. Quartò admittitur exceptio propoſita, ſi quis ab initio incipere uelit uti frui, & prohibeatur. quæ diſtinctio approbatur d. l. 3. §. unde ui. ibi: cæterùm ſi quis. cuius uerba uide ſuprà cauſa 3. except. 2.*

IIII. EXCEPTIO *ſumpta ex re de qua quis deiectus eſt, reprobatur l. 1. §. ad ſolã. uſq; ad §. illud. ff. de ui armata, his uerbis:* Ad ſolã atrocẽ uim ptinet hoc interdictũ, & ad eos tãtũ q de ſolo deijciũtur: utputa de fundo, ſiue de ędificio: ad alium

alium autem non pertinet. Etſi quis de area deiectus ſit, ſine dubio interdicto locus eſt. Et generaliter ad omnes hoc pertinet interdictum, qui de re ſolo cohærenti deijciuntur. qualis qualis enim fuerit locus, unde quis ui deiectus eſt, interdicto locus erit. Proinde etſi ſuperficiaria inſula fuerit, qua quis deiectus eſt, apparet interdicto locum fore. *Concordat d.l.1.§.planè ſi quis, his uerbis*: Planè ſi quis de ligneis ædibus deiectus fuerit, nemo ambigit interdicto locum fore. Quia quale quale ſit quod ſolo cohæreat, unde quis deiectus eſt ui, habet locum interdictum. *Planè admittitur exceptio propoſita in caſu, de quo J. except. prox.*

V. EXCEPTIO: *Niſi quis de re mobili deijciatur. Hæc exceptio approbatur d.l.1.§.illud utique, his uerbis*: Illud utiq; in dubium non uenit, interdictum hoc ad res mobiles non pertinere. nam ex cauſa furti, uel ui bonorum raptorum, actio competit: poterit & ad exhibendum agi. *Concordat l.3.§.conſequenter.ff.eod.tt.his uerbis*: Dicemus ad res mobiles hoc interdictum non pertinere, ſi quis uti frui prohibitus ſit re mobili: niſi rei ſoli accedebant res mobiles. Si igitur ibi fuerunt, dicendum eſt etiam ad eas res referri hoc interdictum debere. *Huius exceptionis exemplum eſt J. except. prox. Sed & eius replicatio hæc eſt: Niſi res mobiles rei immobili, ex qua quis deiectus eſt, acceſſerint. quæ replicatio approbatur uerbis iam propoſitis hiſce*: Niſi rei ſoli accedebant res mobiles, &c. *Cui concordat d. l. 1. §.planè ſi quæ res, his uerbis*: Planè ſi quæ res ſunt in fundo, uel in ædibus, unde quis deiectus eſt: earum etiam nomine interdictũ competere non eſt ambigendum.

VI. EXCEPTIO: *Niſi de naui uel uehiculo quis ſit deiectus. Hæc exceptio ſpecies eſt præcedentis, & approbatur l.1.§.ſi quis de naui.ff.de ui & de ui armata, his uerbis*: Si quis de naui ui deiectus eſt, huic interdicto locus non eſt: argumento eius qui de uehiculo detractus eſt, quẽ nemo dixit interdicto hoc uti poſſe.

VII. EXCEPTIO: *Niſi quis ſine dolo malo per errorẽ deiecerit. Hæc exceptio approbatur l. 5.C.unde ui, his uerbis*: Inuaſor locorum pœna teneatur legitima: ſi tamen ui loca eadem inuaſiſſe conſtiterit. Nam ſi per errorem, aut incuria domini loca ab alijs poſſeſſa ſunt, ſine pœna poſſeſsio reſtitui debet. *Hæc exceptio ad euitandam pœnam prodeſt, ſed ad retinendam poſſeſsionem ui occupatam non prodeſt, ut ex iam dictis conſtat.*

VIII. EXCEPTIO: *Niſi quis iure ſuo uſus deijciat. Hæc exceptio approbatur l. 197.§.1.ff. de regulis iuris. cuius uerba uide ſ̄.lib.4.ca.2. quæſt. 1.in fine.except.generali 5.Concordat l.12. in fine. ff. de ui & ui armata. cuius uerba uide ſ̄. cauſa 2. except.1.replicat.1.*

IX. EXCEPTIO: *Niſi rem ſibi debitam quis ui occupauerit. Hæc exceptio reprobatur l. 7.C. unde ui. cuius uerba cum concordantibus uide infrà quæſt.8.reg.8.uide item ſ̄.lib.prox.cap.6.pro emptore.except.19.*

X. EXCEPTIO: *Niſi creditor ex conuentione pignus propria authoritate occupauerit. Hæc exceptio approbatur l.3.C.de pignoribus.cuius uerba uide ſ̄.lib.4.cap.2.quæſt.1.in fine.except.generalis 5.*

XI. EXCEPTIO: *Niſi iuſſu alterius deiecerit. Hæc exceptio reprobatur l.1.§.quoties.ff.de ui & ui armata, his uerbis*: Non excuſatus eſt qui iuſſu alicuius deiecit, nõ magis quàm ſi iuſſu alicuius occidit. *Concordat l.18.§.quæſitum eſt.ff.eod.tt.cuius uerba uide ſ̄.cauſa 2.except.1.repl.1.*

XII. EXCEPTIO: *Niſi uim ui repellendo quis deijciat eum à quo deiectus erat. Hæc exceptio approbatur l.17.ff.de ui & ui armata, his uerbis*: Qui poſſeſsionem ui ereptam, ui in ipſo congreſſu recipit: in priſtinam cauſam reuerti potius, quàm ui poſsidere intelligendus eſt. *Concordat l.1.C.unde ui, his uerbis*: Rectè poſsidenti ad defendendam poſſeſsionem, quam ſine uitio tenebat, inculpatæ tutelæ moderatione illatam, uim propulſare licet. *Huius exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi reus prius actorem ui deiecerit, & poſtea ab eo deiectus, rurſus per uim poſſeſsionem occupauerit. tunc enim interdicto propoſito conuentus, propoſita exceptione non utetur. quæ replicatio approbatur d.l.17.his uerbis*: Si te ui deiecero, illicò tu me, deinde ego te: Vnde ui interdictum tibi utile erit. *Secunda replicatio hæc eſt: Niſi quis poſſeſsionem quam habet per uim retinuit, poſteaq; deijciatur. hoc enim caſu exceptioni locus non eſt. quæ replicatio approbatur l.1. §.ui poſsidere.ff.eod.tt.cuius uerba uide ſ̄.cauſa J.in prin. Huius exemplum eſt: Si emptor fundi, uoluntate uenditoris ingredi fundum uolens, à colono ſit prohibitus, isq; ſtatim colonum ui expulerit. hoc enim caſu emptor à colono conuentus propoſita exceptione, quaſi prior uim paſſus ſit, non utetur. quod exemplum proponitur l.18.ibi: emptorem quoq;.ff. de ui & de ui armata. cuius uerba uide ſ̄.cauſa 2.except.1.repl.1. Concordat l.12.ff.eod.tt.cuius uerba uide d.repl.1. Tertia replicatio eſt: Niſi ex interuallo, non in continenti quis eum à quo deiectus eſt, ui deijciat. quæ replicatio approbatur J.except.prox. Plures propoſitæ exceptionis & leges cõcordantes & replicationes uide ſ̄.lib.4.cap.2.quæſt.1.in fine.except.gener.6.*

XIII. EXCEPTIO: *Niſi deiectus ui, clàm uel precario, uel ab alio poſſederit. Hæc exceptio reprobatur Inſt. de interdictis. §. recuperandæ. in fine. cuius uerba uide ſ̄.cap.5 quæſt.4.diuiſ.2. Concordat l.1.§.qui à me.ff. de ui & ui armata, his uerbis*: Qui à me ui poſsidebat, ſi ab alio ui deijciatur,

ijciatur, habet interdictum. *Concordat item l.14.ff.eod.tt.cuius uerba uide j.quæſt.8.reg.2. Planè admittitur exceptio propoſita, ſi ui deiectus in continenti deijcientem ui repulerit. hoc enim caſu repulſus agens exceptione propoſita repellitur. quæ diſtinctio approbatur l.3.§.eum igitur.ff. de ui & de ui armata. cuius uerba uide d.except.gener.6. repl.1.*

XIIII. EXCEPTIO: *Niſi deiectus per uim compulſus poſſeßionem deijcienti tradiderit. Hæc exceptio approbatur l.5.ff.d.tt.cuius uerba uide ſ.cauſa 5.*

XV. EXCEPTIO: *Niſi deiectus naturaliter ſaltem poſſedit. Hæc exceptio reprobatur l.1.§.deijcitur.ff.de ui & de ui armata, his uerbis:* Deijcitur is qui poſsidet, ſiue naturaliter ſiue ciuiliter poſsideat. Nam & naturalis poſſeſsio ad hoc interdictum pertinet. Denique etſi maritus uxori donauit, eaq; deiecta ſit: poterit interdicto uti, non tamen ſi colonus ſit.

XVI. EXCEPTIO: *Niſi ſolo animo poſſederit deiectus. Et hæc exceptio reprobatur d.l.1.§.ſiue autem. cuius uerba uide ſ.cauſa 3.*

XVII. EXCEPTIO: *Niſi ex uſu cœnaculi ſit deiectus. Et hæc exceptio reprobatur l.27. in fine ff. de donationibus. cuius uerba uide in Comment. donationum cap 2. except.19. Concordat l.1.§. & generaliter. in fine.ff.de ui & de ui armata. cuius uerba uide ſ.quæſt.4.except.4.*

XVIII. EXCEPTIO: *Niſi non ui atroci, ſed leui ſit deiectus. Hæc exceptio approbatur l.1.§.ad ſolam.ff.de ui & ui armata. cuius uerba uide ſ. except.4 Concordat l.3.§.ſed uim.cũ legibus ſequentibus.ff quod metus cauſa. de quibus alibi.*

XIX. EXCEPTIO: *Niſi uis quidem facta ſit, ſed poſſeßio non ablata. Hæc exceptio approbatur d.l.1.§.hoc interdictum, his uerbis:* Hoc interdictum non ad omnem uim pertinet, uerùm ad eos tantum qui de poſſeſsione deijciuntur. *Concordat d.l.1.§. non autem, his uerbis:* Non autem alij quàm ei qui poſsidet interdictũ Vnde ui competere, argumentum præbet, quod apud Viuianum relatum eſt: Si quis me ui deiecerit, meos non deiecerit, non poſſe me interdicto hoc experiri: quia per eos retineo poſſeſsionem, qui ui deiecti non ſunt.

XX. EXCEPTIO: *Niſi cum pignoris iure poſſeßio occupata eſſet, actor debitum non ſoluat. Hæc exceptio approbatur l.4.C. de pignoribus, his uerbis:* Cùm te pecuniam accepiſſe, & agros tuos obligaſſe fateaeis, non habet rationem quod quereris ui te coactum pignori dare. Si igitur recipere uis rem tuã, ſolue creditori pecuniam debitam.

XXI. EXCEPTIO: *Niſi reſcripto principis deijcientis poſſeßio ſit confirmata. Hæc exceptio reprobatur l.3.C.unde ui, his uerbis:* Authoritatẽ nobis reſcripti noſtri ad retinendã poſſeſsionem, quam nos per uiolentiam adeptos profitemini, commodari nimis improbè poſtulatis.

XXII. EXCEPTIO: *Niſi rei uendicatio in iudicium deducta ſit. Hæc exceptio reprobatur l.18.§.fin.ff.de ui & ui armata, his uerbis:* Eum qui fundũ uindicauit ab eo, cũ quo interdicto Vnde ui potuit experiri: pẽdẽte iudicio nihilominꝰ interdicto recte agere placuit.

XXIII. EXCEPTIO: *Niſi ab alio litis æſtimatio ſit percepta. Hæc exceptio approbatur l.1.§.quoties. ibi: & alterius nomine. ff. eod. tt. cuius uerba uide j.quæſt.6.except.4.*

XXIIII. EXCEPTIO: *Niſi actor nõ poſſederit. Hæc exceptio approbatur d.l.1.§.interdictum. cuius uerba uide j.quæſt.prox in prin.*

V. QVIBVS COMPETIT?

Regulariter interdictum propoſitum ei tantũ qui uim paſſus atq; deiectus eſt, nõ alij competit. Quæ regula approbatur l.1.§.interdictũ.ff. de ui & de ui armata, his uerbis: Interdictũ hoc nulli competit, niſi ei qui tunc cũ deijceretur, poſsidebat: nec alius deijci uiſus eſt, quàm qui poſſidet. *Huius regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi deiectus non ſuo, ſed alieno nomine poſſederit. tũc enim non deiecto, ſed ei cuius nomine poſſedit, interdictum competit quæ exceptio approbatur d.l.1.§.quod ſeruus his uerbis:* Quod ſeruus, uel procurator, uel colonus tenet. dominus uidetur poſsidere. Et ideo his deiectis, ipſe deijci de poſſeſsione uidetur, etiãſi ignoret eos deiectos per quos poſsidebat. Et ſi quis igitur alius per quem poſsidebã, deiectus fuerit: mihi competere interdictum nemini dubium eſt. *Concordat d.l.1.§.deijcitur.in fine. cuius uerba uide ſ.quæſt.prox.except.15. Concordat item l.ult.ff.eod.tt.his uerbis:* Si colonus tuus ui deiectus eſt, ages Vnde ui interdicto. Idẽ eſt, ſi inquilinus tuus ui deiectus fuerit. Idem dici poteſt de coloni colono, item inquilini inquilino. *Huius exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi is qui alieno nomine poßidet, domino poſſeſſionem interuerterit, & ſuo nomine cœperit poßidere. hoc enim caſu non domino, ſed deiecto interdictũ competit. quæ replicatio approbatur l.12. & l.18.ff. eod tt. quarum legũ uerba uide ſ.quæſt. prox. cauſa 3.exc.1.repl.1. Secunda replicatio eſt: Niſi dominus ſit abſens. tũc enim deiectus admittitur ad agendũ. Quæ replicatio approbatur l.1.C. ſi per uim uel alio modo abſentis poſſeßio, his uerbis:* Iudices abſentium, qui cuiuslibet rei poſſeſsione priuati ſunt, ſuſcipiant in iure perſonas, & authoritatis ſuæ formidabile miniſterium obijciant, atq; ita tueantur abſentes, ut id ſolidum diligenter inquirant, an eius qui quolibet modo peregrinatur, poſſeſsio ablata ſit, quam propinquus, uel parens, uel proximus, uel amicus, uel colonus, uel libertus ſeu ſeruus quolibet titulo retinebat.

retinebat. Nec eos qui deiecti ſunt abſentium nomine poſsidentes, quia minimè ipſis dictio cauſæ mandata ſit, ab experiundo recludant: nec ſi ſerui ſint, eorum reijciant in iure perſonam, quia huiuſmodi conditionis hominibus cauſas curare fas non ſit. Sed poſt elapſa quoque ſpacia recuperandæ poſſeſsionis, legibus præſtituta litigium eis inferentibus, largiri conuenit: ut eos momentariæ perinde poſſeſſione ſine ulla cunctatione reſtituant, ac ſi reuerſus dominus litigaſſet. Cui tamen quolibet tempore reuerſo, actionem recuperandę poſſeſsionis indulgemus: quia fieri poteſt ut reſtitutio propter ſeruulos infideles, uel negligentes propinquos, uel proximos, uel parentes, uel amicos, uel colonos, uel libertos interea differatur. Abſentibus enim officere non debet tempus emenſum, quod recuperandæ poſſeſsioni legibus præſtitutum eſt. Sed reformato ſtatu qui per iniuriam ſublatus eſt, omnia quę ſupererunt ad diſceptationem litigij, immutilata permaneāt, iudicio ſeruato iuſtis legitimisq́; perſonis: cũ ualde ſufficiat poſſeſsioné tenẽtibus abſentium nomine contra præſentium uiolentiam ſubueniri.

Hæc de prima exceptione. Secunda exceptio eſt: Niſi cum quis fundum uendidiſſet, & emptorem in poſſeßionem ire iußiſſet: emptor à colono non ſit admiſſus. hoc enim caſu non emptori repulſo, ſed uenditori competit interdictum. quæ exceptio approbatur l. 12. & l. 18. ff. de ui & ui armata. cuius utriuſque legis uerba uide ꝫ. *quæſt. proxim. cauſa 3. except. 2. replic. 1. Tertia exceptio eſt: Niſi hæres uel ſucceſſor ſit deiecti. huic enim, quamuis ipſe deiectus non ſit, interdictum competit. quæ exceptio approbatur l. 1. §. hoc interdictum. ff. d. tt. his uerbis:* Hoc interdictum & hæredi & cæteris ſucceſſoribus competit. *Concordat l. 3. §. penult. ff. eod. tt. cuius uerba uide* ꝫ. *quæſt. prox. except. 3. in prin.*

VI. ADVERSVS QVOS competit?

Regulariter aduerſus eum tantum qui ui deiecit datur hoc interdictum. cuius regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi familia alicuius aliquem ui deiecerit. tunc enim dominus tenetur. quæ exceptio approbatur l. 1. in princip. ibi: aut familia tua. ff. de ui & de ui armata. cuius uerba uide ꝫ. *eod. cap. in princip. Concordat d. l. 1. §. ait prætor, his uerbis:* Ait Prætor, Deiecisti, aut familia tua deiecit. Meritò familiæ mentio habita: nam cum Deiecisti uerbum referatur ad perſonam eius qui deiecit, nec pertineat ad eum cuius familia deiecit (nec enim ego uideor deiecisse, ſi familia mea deiecerit) conſequens fuit addere: Aut familia tua deiecit. *Declaratur hæc exceptio d. l. 1. §. familiæ, his uerbis:* Familiæ appellatio ſeruos continet. Sed quæritur, quem numerum ſeruorum contineat, utrum plurium, an uerò duorum, uel trium? Sed uerius eſt in hoc interdicto, etiamſi unus ſeruus ui deiecerit, familiam uideri deieciſſe. Familiæ appellatione & eos quos ſeruorum loco habemus, contineri oportere dicendum eſt. *Huius exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi unus tantum ſeruus deiecerit. Hæc replicatio reprobatur uerbis iam propoſitis hiſce:* Sed uerius eſt in hoc interdicto etiamſi unus ſeruus ui deiecerit, familiam uideri deieciſſe. *Secunda replicatio eſt: Niſi dominus ſeruum noxæ dedat. Hæc replicatio approbatur d. l. 1. §. quod ergo, his uerbis:* Quod additur, Aut familia tua deiecit: meritò ſcriptum eſt, in eum ſcilicet caſum, in quem familia mea ui deiecit. Cæterùm ſi iuſsit, deiecit ipſe. Nec grauari debet dominus qui non iuſsit, ſed ſeruorum ſuorum factum præſtare, etſi non iuſſu eius deiecerunt. Nam non grauabitur dominus hoc nomine. Quippe cum aut peruenerit ad eũ aliquid, & reſtituet: aut non peruenerit, & ipſos ſeruos noxæ dedendo maleficij cauſa indemnis erit. Quod enim noxæ dedere compellitur, in damno non debet computari: cum ſerui in hoc poſsint domini conditionem deteriorem facere. *Huius replicationis duplicatio prima hæc eſt: Niſi iuſſu domini ſeruus deiecit. tunc enim noxæ ſeruum dedendo dominus non liberatur. quæ duplicatio approbatur uerbis iam propoſitis hiſce:* Cæterùm ſi iuſsit, deiecit ipſe. *Concordat l. 3. §. cum procurator. in fine. ff. eod. tt. cuius uerba uide* ꝫ. *except. 4. Secunda duplicatio eſt: Niſi dominus factum ſerui ratum habuit. quæ duplicatio approbatur d. §. cum procurator. in fine. Tertia duplicatio eſt: Niſi aliquid ad dominum peruenerit. de eo enim reſtituendo nihilominus tenebitur. Quæ duplicatio approbatur uerbis d. §. quod ergo ſuprà propoſitis hiſce:* Quippe cum aut peruenit ad eum aliquid, & reſtituet. *Concordat d. l. 1. §. ſi quis tamen, his uerbis:* Si quis tamen neget ſe ſeruum uel familiam defendere, cogendus eſt pati hoc interdictum, ad hoc ſcilicet, ut quod ad eum peruenerit, reſtituat. *Hæc de ſecunda replicatione. Tertia replicatio eſt: Niſi dominus de ſtatu ſuo litiget. Hæc replicatio reprobatur d. l. 1. §. ſi aduerſus, his uerbis:* Si aduerſus eum qui in libertatem ex ſeruitute, uel contrà petitur, poſt inchoatum liberale iudicium utar interdicto, & liber iudicatus fuerit, & apparuerit ignorante eo à ſeruis ſuis ui me deiectum: in poſſeſsionem reſtituat. *Plura de hac re uide* ꝫ. *lib. 19. cap. 10. quæſt. 11. reg. 2.*

II. EXCEPTIO: *Niſi filiuſfamiliâs uel mercenarius alicuius aliquem ui deiecerit. hoc enim*

caſu ipſe pater uel dominus tenetur. Hæc exceptio *approbatur l. 1. §. ſi filiusfamiliâs. ff. de ui & ui armata, his uerbis:* Si filiusfamiliâs uel mercenarius ui deiecerit, utile interdictum competit. *Ait Iuriſconſultus:* Vtile interdictum. *Scilicet aduerſus patrem uel dominum, exemplo familiæ deijcientis. Planè in caſu propoſito filius quoq; conueniri poteſt. quod approbatur l. 16. ff. eod. tt. his uerbis:* In interdicto Vnde ui ſi à filiofamiliâs deiectus es, dicendum eſt ut & eius cauſa quod ad patrem peruenit, ipſe teneatur.

III. EXCEPTIO: *Niſi mandatu alterius quis deiecit. hoc enim caſu uterq; tenetur. quæ exceptio approbatur l. 1. §. deieciſſe. ff. de ui & de ui armata, his uerbis:* Deieciſſe etiam is uidetur, qui mandauit uel iuſsit, ut aliquis deijceretur. Parui enim referre uiſum eſt, ſuis manibus quis deijciat, an uerò per alium. Quare ſi familia mea ex uoluntate mea deiecerit, ego uideor deieciſſe.

IIII. EXCEPTIO: *Niſi procurator alicuius deiecerit. hoc enim caſu uterq; tenetur, tam dominus quàm procurator. Hæc exceptio ſpecies eſt præcedentis, approbaturq; d. l. 1. §. quoties, his uerbis:* Quoties uerus procurator deiecit, cum utrolibet eorum, id eſt, ſiue domino, ſiue procuratore agi poſſe Sabinus ait: & alterius nomine alterum eximi, ſic tamen, ſi ab altero eorum litis æſtimatio fuerit præſtita. non enim excuſatus eſt qui iuſſu alicuius deiecit, non magis quàm ſi iuſſu alicuius occidit. Cum autem falſus eſt procurator, cum ipſo tantum procuratore interdici debere, Sabini ſententia uera eſt. *Concordat l. 3. §. cum procurator. ff. eod. tt. his uerbis:* Cum procurator armatus uenit, & ipſe dominus armis deieciſſe uidetur, ſiue mandauit, ſiue (ut Iulianus ait) ratum habuit. Hoc & in familia dicendum eſt: nam cum familia ſine me armata uenit, ego non uideor ueniſſe, ſed familia: niſi uel iuſsi, uel ratum habui. *Huius exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi falſus procurator fuerit. quæ replicatio approbatur uerbis d. §. quoties, ſuprà propoſitis hiſce:* Cum autem falſus eſt procurator, cum ipſo tantum procuratore interdici debere. *Falſus procurator hic dicitur, qui ſpeciale mandatum non habuit ad deijciendum.*

V. EXCEPTIO: *Niſi quis deiectionem ab alio factam ratam habuerit. Hæc exceptio approbatur l. 1. §. ſed etſi. ff. de ui & ui armata, his uerbis:* Sed etſi cum quis alium deiecit, ratum habuero, ſunt qui putant ſecundum Sabinum & Caſsium, qui ratihabitionem mandato comparant, uideri me deieciſſe, interdictoque iſto teneri: & hoc uerum eſt. Rectius enim dicitur, ratihabitionem in maleficio mandato comparari. *Concordat l. 3. §. cum procurator. in fine. ff. eod. tt. cuius uerba uide ſ. except. prox.*

VI. EXCEPTIO: *Niſi dolo alterius alter deiecerit. hoc enim caſu uterq; tenetur. quæ exceptio approbatur l. 3. §. hoc interdictum. ff. de ui & ui armata, his uerbis:* Hoc interdictum etiam aduerſus eũ proponitur, qui dolo malo fecit quo quis armis deijceretur.

VII. EXCEPTIO: *Niſi is qui deiecit, non poßideat. hoc enim caſu interdictum aduerſus eum qui poßidet uidetur competere. Hæc exceptio reprobatur l. 1. §. ex interdicto. ff. de ui & ui armata, his uerbis:* Ex interdicto Vnde ui etiam is qui non poſsidet, reſtituere cogetur. *Concordat l. 7. ff. eod. tt. his uerbis:* Cum à te ui deiectus ſim, ſi Titius eandem rem ui poſsidere cœperit: non poſſum cum alio quàm tecum experiri interdicto. *Concordat item l. 15. ff. eod. tt. his uerbis:* Si ui me deieceris, uel ui aut clàm feceris: quamuis ſine dolo & culpa amiſeris poſſeſsionem, tamen damnandus es quanti mea interſit: quia in eo ipſo culpa tua præceſſerit, quòd omnimodo ui deieciſti, aut ui aut clàm feciſti.

VIII. EXCEPTIO: *Niſi cum quis alterius nomine ui deieciſſet, aliquid inde ad eum, cuius nomine deiecit, peruenerit. hoc enim ab eo cuius nomine uis facta eſt, uenit reſtituendum. quæ exceptio approbatur l. 4. ff. d. tt. his uerbis:* Si ui me deiecerit quis nomine municipum, in municipes mihi interdictum reddendum Pomponius ſcribit, ſi quid ad eos peruenit.

IX. EXCEPTIO: *Niſi hæres eius qui ui deiecit, conueniatur. hic enim etiam interdicto propoſito tenetur. quæ exceptio approbatur l. 1. §. fin. cum legibus ſequentibus. ff. de ui & de ui armata, his uerbis:* Ex cauſa huius interdicti in hæredem, & bonorum poſſeſſorem, cæterosq; ſucceſſores in factum actio competit, in id quod ad eos peruenit, doloúe malo eorum factum eſt quo minus perueniret. Quod quidem eſt, etſi quis armis deiectus eſt: quia & ex facinoribus defunctorum, de eo quod ad hæredem peruenit, actio datur. Sufficit enim non in lucro uerſari eum hæredem, non etiam ſubire damnum. *Concordat l. 3. §. fin. ff. eod. tt. his uerbis:* Hæres quoq; ſimili modo debebit in factum actionem ſuſcipere in id, quod ad ſe peruenit. *Ait Iuriſconſultus:* Simili modo. *De hoc modo dictum in uerbis ibi: præcedentib. quæ uide ſ. quæſt. 4. except. 3. in prin. Concordat item l. 2. in fine. C. unde ui. cuius uerba uide ſ. d. quæſt. 4. cauſa 1. Huius exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi nihil uel minus ad hæredem peruenerit. Hæc replicatio approbatur uerbis iam propoſitis hiſce:* In id quod ad eos peruenit. *Item hiſce:* Sufficit non in lucro uerſari eum hæredem

dem, non etiam ſubire damnum. *Concordat l. 9. in prin. ff. eod. tt. his uerbis:* Si plures hæredes ſuut, unuſquiſque uon amplius quàm adeum peruenerit, tenetur: qua de cauſa interdum in ſolidum tenebitur is, ad quem totum peruenerit, quamuis ex parte hæres ſit. *Huius replicationis duplicatio hæc eſt: Niſi dolo hæredis factum ſit quo minus ad ſe perueniret. quæ duplicatio approbatur uerbis paulo ſuperius propoſitis hiſce:* Doloúe malo eorum factum eſt, quo minus perueniret. *Altera propoſitæ exceptionis replicatio uidetur eſſe: Niſi ex ui armata agatur. Hæc replicatio reprobatur uerbis ibidem propoſitis hiſce:* Quod quidem eſt & ſi quis armis deiectus eſt, &c.

VII. PER QVOS COMpetit actio huius interdicti?

Per quemcunq; exerceri poteſt. quæ regula approbatur l. 3. in prin. C. qui legitimam perſonam ſtandi in iudicijs habent, his uerbis: Momentariæ poſſeſsionis actio exerceri poteſt per quamcúque perſonam. *Concordat l. 1. ibi: nec eos qui. C. ſi per uim uel alio modo. cuius uerba uide ſ. queſt. 5. except. 1. repl. 2.*

VIII. QVID VENIAT IN actioue propoſita?

I. *Regula. De eo quod intereſt, & damno quod ſenſit ui deiectus, omniq; cauſa proponitur l. 1. §. qui ui deiectus. ff. de ui & de ui armata, his uerbis:* Qui ui deiectus eſt, quidquid damni ſenſerit ob hoc quòd deiectus eſt, recuperare debet: priſtina enim cauſa reſtitui debet, quá habiturus erat, ſi non fuiſſet deiectus. *Concordat d. l. 1. §. non ſolum, his uerbis:* Non ſolum fructuum in hoc iuterdicto ratio habetur, uerùm cæterarum etiam utilitatum habeuda eſt. Nam & Viuianus refert, in hoc iuterdicto omnia quęcunque habiturus uel adſecuturus erat is qui deiectus eſt, ſi ui deiectus nou eſſet, reſtitui, aut eorum litem à iudice æſtimari debere, eumque tantum conſecuturum, quanti ſua intereſſet, ſi ui deiectus non eſſet. *Concordat item l. 6. ff. eod. tt. his uerbis:* In interdicto Vnde ui tauti coudemnatio facienda eſt, quanti interſit poſsidere: & hoc iure nos uti Pomponius ſcribit: id eſt, tanti rem uideri, quanti actotis interſit: quod aliâs minus ſit, aliâs plus. uam ſæpè actoris pluris intereſſe hominem retinere, quàm quanti is eſt: ueluti cum quæſtionis habendæ, aut rei probandæ gratia, aut hæreditatis adeuudæ interſit eius eum poſſideri. *Concordat l. 19. ff. eod. tt. cuius uerba uide ſ. queſt. 9. except. 7. Concordat item l. 4. ibi: rogereq;. C. unde ui. cuius uerba uide ſ. reg 4. Huius regulæ exceptio hæc eſt: Niſi poſt annum agatur. tunc enim non niſi quod ad reum peruenit reſtituendum. quæ exceptio approbatur l. 1. in prin. ff. de ui & de ui armata. cuius uerba uide ſuprà eod. cap. in prin.*

II. *Regula. De rebus mobilibus quæ in fundo fuerunt, proponitur d. l. 1. §. ſi fundus, his uerbis:* Si fundus, à quo ui expulſus ſum, mihi reſtitutus eſſet, cæteræ uerò res quæ ui ablatæ ſunt non reſtituerentur: hic dicendum eſt interdictum uihilominus tenere: quia uerum eſt, me ui eſſe deiectum. Planè ſi quis uelit de poſſeſsione quidrm rei ſoli per hoc interdictum experiri, de rebus uerò mobilibus ad exhibendum actionē poteſt habere hoc in ſuo arbitrio, & ita Iulianus ſcribit. Idem ſcribit, etſi quis ui bonorum raptorum de huiuſmodi rebus uelit experiri. *Concordat l. 3. §. conſequenter. in fine. ff. eod. tt. cuius uerba uide ſ. queſt. 4. exception. 5. Concordat item l. 14. ff. eod. tt. his uerbis:* Si ui armata deiectus es, ſicut ipſum fundum recepiſſes, etiamſi ui, aut precario, aut clàm eum poſsideres: ita res quoque mobiles omnimodo recipies. *Propoſitæ regulæ de rebus mobilibus exceptio prima hæc eſt: Niſi non propriæ res deiecti fuerint, ſed alienæ. Hæc exceptio reprobatur l. 1. §. quod autem. ff. d. tt. his uerbis:* Quod ait Prætor, Quæque ibi habuit: ſic accipimus, ut omnes res contineantur, non ſolum quæ propriæ ipſius fuerunt, uerùm et ſi quæ apud ipſum depoſitæ, uel ei commodatæ, uel pignoratæ, quorumq; uſum uel uſumfructum, uel cuſtodiam habuit, uel ſi quæ ei locatæ ſunt. cum euim prætor dicat, Habuit: omnia hæc habeudi uerbo coutinentur.

Secunda exceptio uidetur: Niſi tempore deiectionis res in ſundo manſerit, poſteáq; perierit. Hæc exceptio reprobatur d. l. 1. §. rectiſsimè, his uerbis: Rectiſsimè prętor addidit, Tunc ibi habuit. Tunc ſic accipimus, cum deijceretur. Et ideo ſi quid poſtea deſijt illic eſſe, dicēdum erit in interdictum uenire. Sic ſit, ut etiamſi homines uel pecora demortua ſint poſt deiectionem, interdicto locus ſit.

Tertia exceptio uidetur: Niſi res ſine culpa eius qui deiecit, perierint. Hæc exceptio reprobatur d. l. 1. §. denique, his uerbis: Iulianus ſcribit, eum qui ui deiecit ex eo prædio, in quo homines fuerāt, propius eſſe ut etiā ſine culpa eius mortuis hominibus æſtimationem eorum per interdictum reſtituere debeat: ſicuti fur hominis etiam mortuo eo tenetur. Huic conſequens eſſe ait, ut uillæ quoque & ædium incendio couſumptarum precium reſtituere cogatur. Vbi enim quis (inquit) deiecit ui, per eum ſtetiſſe uidetur, quo minus reſtitueret. Et idcirco couſtare ait, eum qui ui deiecit, quiúe dolo malo deſierit

poſside-

poſsidere, interdicto teneri. *Cõcordat l. 19. ff. eod. tit. his uerbis:* Meritò Iulianus reſpondit, Si me de fundo ui deieceris, in quo res mouentes fuerint, cũ mihi interdicto unde ui reſtituere debeas non ſolum poſſeſsionem ſoli. ſed & ea quæ ibi fuerunt: quã quam ego morá fecero, quo minus interdicto te conuenirem, ſubtractis tamẽ mortalitate ſeruis, aut pecoribus, alijsúe rebus caſu intercidentibus, tuum onus in eis nihilominus reſtituendis eſſe: quia ex ipſo tempore delicti plus quàm fruſtrator debitor conſtitutus es. *Quarta exceptio eſt: Niſi alias res quis petat quàm in fundo unde deiectus eſt, habuit. Hæc exceptio approbatur l. 1. §. ibi autem. ff. de ui & ui armata, his uerbis:* Ibi ait Prætor, ut ne quis & quæ illic non habuit complectatur. *Huius exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi in alia parte eiuſdem poſſeſsionis ex qua quis deiectus eſt, habuit. tunc enim quamuis non in ea ipſa parte ex qua deiectus eſt, habuerit, nihilominus in hoc iudicium uenit. quæ replicatio approbatur d. §. ibi autem, his uerbis:* Sanè quod ſit prætor Ibi, quomodo accipimus? utrũ in eo loco unde quis ui deiectus eſt, an uerò in omni poſſeſsione? & melius dicetur non ad angulum unum referendum, uel locum in quo fuerit: uerum etiam ad omnem partem poſſeſsionis, qua quis caruit cum deijceretur.

III. *Regula. De iureiurando in litem proponitur l. 9. C. unde ui, his uerbis:* Si quando uis iudicio fuerit patefacta, deinde ſuper rebus abreptis, uel inuaſis, uel damno dato, tempore impetus quæſtio proponatur: ſi non potuerit, qui uim ſuſtinuit, quæ perdidit ſingula comprobare: taxatione à iudice facta, pro perſonarum atq; negocij qualitate ſacramento æſtimationem rerum quas perdidit, manifeſtet: nec ei liceat ultra taxationem à iudice factam iurare: & quod huiuſmodi iureiurando dato fuerit declaratum, iudicem condemnare oportet.

IIII. *Regula. De fructibus proponitur l. 38. §. in Fauiana. ibi: & ideo. ff. de uſuris. cuius uerba uide ſ. lib. 20. cap. 9. quæſt. 5. reg. 7. Concordat l. 1. §. ex die quo. ff. de ui & de ui armata. cuius uerba uide ſ. cap. 5. quæſt. 8. reg. 1. Concordat item l. 4. C. unde ui, his uerbis:* Si de poſſeſsione ui deiectus es, eum & lege Iulia uis priuatæ reum poſtulare, & ad inſtar interdicti Vnde ui conuenire potes, cogoreq; eum cauſam omnem præſtare: in qua fructus etiam, quos uetus poſſeſſor percipere potuit, non tantum quos prædo percepit, uenire non ambigitur.

V. *Regula. Si dominus familiæ ſuæ nomine conuenitur: noxæ dedendo ſeruos, & id quod ad ſe peruenit reſtituendo, liberatur. quæ regula approbatur, ſimul & diſtinguitur l. 2. §. quod ergo. ff. de ui & de ui armata. cuius uerba cum concordantibus uide ſ. quæſt. 6. except. 1. repl. 2.*

VI. *Regula. Si uſufructuarius deiectus ſit, & medio tempore uſuſfructus finitus: quid ueniat, definitur l. 3. §. penult. ff. d. tit. cuius uerba uide ſ. quæſt. 4. except. generali 3. in prin. Sed & definitur l. 9. §. deiectum ff. eod. tit. cuius uerba uide J. lib. prox. cap. 2. cauſa 22. except. 7. Concordat l. 10. ff. eod. tit. cuius uerba uide d. except. 7.*

VII. *Regula. Si is qui alieno nomine poßidet, petenti domino poſſeßionem non reſtituerit: tam ad rem ipſam quàm ad eius æſtimationem tenetur. quæ regula approbatur l. 10. C. unde ui, his uerbis:* Non ab re eſt, quemadmodũ poſſeſsionis alienæ inuaſores tam uetus quàm præſens ſacra conſtitutio cenſuit eſſe puniendos: ñec conductoribus & poſſeſsionis alienæ detentatoribus impunè procedere, ſi locatoribus fortè uel poſſeſsionem rerum ſuarum, quam apud alios precario modo eſſe conceſſerant, recuperare ſecundum leges uolentibus (cum nulla ſibimet cognita legibus allegatio competeret) duxerint reſiſtendum, & non protinus, id eſt, non expectato iudiciorum ordine alienam poſſeſsionem rectè eam recuperantibus cedere patiantur. Eos nanque iubemus pro tanta ſuæ iniquitatis impudentia, ſi cognitionis iudiciariæ euentu fuerint condemnati, rei cuius poſſeſsionem ſponte reſtituere uſque ad definitiuam minimè paſsi ſunt, æſtimationem uictrici parti unà cum ipſa re præbere compelli. *Concordat l. 33. C. de locato & conducto. cuius uerba uide J. cap. 13. quæſt. 7. reg. 4.*

VIII. *Regula. Conſtitutionibus principum is qui aliquem ui deiecit, tam ipſam rem quàm eius æſtimationem reſtituere tenetur. Quæ regula approbatur Inſt. de interdictis. §. ſed ex conſtitutionibus: cuius uerba uide ſ. cap. 5. quæſt. 4. diuiſ. 2. Concordat l. 7. C. unde ui, his uerbis:* Si quis in tantam furoris audaciam peruenerit, ut poſſeſsionem rerum apud fiſcum uel apud quoslibet homines conſtitutarum, ante aduentum iudicialis arbitrij uiolenter inuaſerit: dominus quidem conſtitutus poſſeſsionem quam abſtulit, reſtituat poſſeſſori, & dominium eiuſdem rei amittat. Sin uerò alienam poſſeſsionem inuaſit: non ſolum eam poſsidentibus reddat, uerum etiam æſtimationem earundem rerum reſtituere compellatur. *Concordat item l. 10. C. eod. tit. cuius uerba uide ſ. reg. prox.*

IX. *Regula. Si dominus rem ſuam poſſeſſori ui abſtulerit, præter poſſeßionem & dominium rei amittit. Similiter ſi creditor debitori uim intulerit ut ſoluat, ius crediti amittit. quæ regula cùm ex iis quæ ſ. reg. prox. propoſita ſunt conſtet, tum appro-*

batur etiam per ea quæ habentur in Comment. libera tionum cap. 15. cauſa 36.

IX. QVAMDIV COMPETAT interdictum Vnde ui?

Intra annum tantum competit. quæ regula approbatur, ſimul & diſtinguitur l. 1. in prin. ff. de ui & de ui armata. cuius uerba uide ſ. eod. cap. in prin. Huius regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi agatur de eo tantum quod ad eum qui ui deiecit, peruenit. hoc enim caſu etiam poſt annum interdictum competit. quæ exceptio approbatur d. l. 1. in prin. Concordat l. 3. §. hoc interdictum. in fine. ff. eod. tit. his uerbis: Hoc interdictum etiam poſt annum reddetur in id, quod peruenit ad eum qui prohibuit. *Concordat item l. 7. §. Iulianus. ibi: quia placuit. ff. communi diuidundo. cuius uerba uide alibi. Secunda exceptio eſt: Niſi aduerſus hæredem eius qui ui deiecit, agatur. Hæc exceptio approbatur l. 3. §. 1. ff. de ui & de ui armata, his uerbis:* Hæc actio quæ aduerſus hæredem, cæteroſque ſucceſſores pertinet, perpetuò competit: quia in ea rei perſecutio continetur. *Tertia exceptio eſt: Niſi actor poteſtatem experiundi non habuerit. Hæc exceptio approbatur l. 1. §. annus. ff. d. tit. his uerbis:* Annus in hoc interdicto utilis eſt. *Concordat l. 2. C. unde ui. cuius uerba uide ſ. queſt. 4. cauſa 1. Quarta exceptio eſt: Niſi abſentis poſſeſſio ui uel clàm ſit occupata. hoc enim caſu non niſi triginta annorum præſcriptio obſtat. quæ exceptio approbatur l. ult. in fine. C. unde ui. cuius uerba uide ſ. queſt. 4. cauſa 2. Concordat l. 1. §. ſed poſt elapſa. & §. cui tamen. C. ſi per uim uel alio modo abſentis poſſeſſio. cuius uerba uide ſ. quæſt. 5. except. 1. repl. 2. Quinta exceptio eſt: Niſi deiectus poſtea recuperauit poſſeſſionem. hoc enim caſu annalis præſcriptio illi amplius non obſtat. quæ exceptio approbatur l. 5. C. de exceptionib. & præſcription. his uerbis:* Licet Vnde ui interdictum intra annum locum habet: tamen exceptione ei perpetuò ſuccurri, qui per uim expulſus, pòſt retinuit poſſeſsionem, authoritate iuris manifeſtatur. *Concordat l. 7. §. imò & illud. C. de præſcript. 30. annor. cuius uerba uide in Comment. de liberationib. cap. ult. except. 10.*

X. ADFINIA REmedia.

I. *Regula. De lege Iulia & conſtitutionibus principum proponitur l. 1. §. ne quid. ff. de ui & ui armata, his uerbis:* Ne quid per uim amittatur & legibus Iulijs publicorum & priuatorum proſpicitur, nec non & conſtitutionibus Principum. *Concordat Inſt. de interdictis. §. qui autem, his uerbis:* Qui aliquem de poſſeſsione per uim deiecerit, tenetur lege Iulia de ui priuata, aut de ui publica. Sed de ui priuata, ſi ſine armis uim fecerit. Si autem cum armis eum de poſſeſsione ui expulerit, de ui publica tenetur. Armorum autem appellatione non ſolùm ſcuta, & gladios, & galeas, ſed & fuſtes, & lapides ſignificari intelligimus. *Concordat item Inſt. d. tit. §. ſed ex conſtitutionibus. cuius uerba uide ſ. cap. 5. queſt. 4. diuiſ. 2. Concordat item l. 4. in prin. C. unde ui. cuius uerba uide ſ. queſt. 8. reg. 4. De lege Iulia uis publicæ & priuatæ uide ſ. lib. 4. cap. 1. De conſtitutionibus principum uide ſ. queſt. 8. reg. 7. 8 & 9.*

II. *Regula. De actione proponitur l. 1. §. reſtituendæ. ff. uti poſſidetis, his uerbis:* Reſtituendæ poſſeſsionis ordo aut interdicto expeditur, aut per actionem. *Huius regulæ ſpecies ſunt 3 regulæ ſequentes.*

III. *Regula. De rei uendicatione proponitur l. 3. §. unde ui interdictum. in fine. ff. de ui & ui armata. cuius uerba uide ſuprà queſtione. 4. cauſa 1. except. 1.*

IIII. *Regula. De ad exhibendum actione proponitur l. 1. §. illud utiq;. ff. d. tit. cuius uerba uide ſ. queſt. 4. except. 5. Concordat d. l. 1. §. ſi fundus. cuius uerba uide ſ. queſt. 8. reg. 2.*

V. *Regula. De furti & ui bonorum raptorum actione proponitur in d. §. illud utiq;. item d. §. ſi fundus.*

VI. *Regula. Si parens uel patronus conueniatur, actio in factum datur. quæ regula approbatur l. 1. §. interdictum hoc. ff. de ui & de ui armata. cuius uerba uide ſ. queſt. 4. except. 1. In heredes quoq; eius qui ui deiecit, in factum actio datur d. l. 1. §. fin. cuius uerba uide ſ. queſt. 6. except. 9.*

QVOD VI AVT CLAM. *Cap. XII.*

I. *Verba huius interdicti proponuntur l. 1. in prin. ff. quod ui aut clàm. hæc:* Prætor ait, quod ui aut clàm factum eſt, qua de re agitur, id cum experiundi poteſtas eſt, reſtituas.

II. *Genus & ratio huius interdicti proponitur d. l. 1. §. 1. his uerbis:* Hoc interdictum reſtitutorium eſt: & per hoc occurſum eſt calliditati eorum qui ui aut clàm quędam moliuntur. Iubentur enim reſtituere ea: & parui refert utrum ius faciendi habuit, an non. Siue enim ius habuit, ſiue non, tamen tenetur interdicto, propterea quòd ui aut clàm fecit. tueri enim ius ſuum debuit, nō iniuriam comminiſci.

III. CAVSAE HVIVS INterdicti, cum ſuis exceptionibus.

Prima & principalis ſeu generalis cauſa eſt: Si quid ui uel clàm factum eſt. Quæ cauſa approbatur l. 1. in prin. ff. quod ui aut clàm. cuius uerba uide ſ. queſt.

queſt.1. Concordat d. l. 1. §. 1. cuius uerba uide ſ. *queſt.prox. Concordat item l.11. §. hoc interdictum. ff. eod. tt. cuius uerba uide* J. *except. 8. Declaratur hæc cauſa primùm quidem definitione eius quod ui factum eſt, l. 1. §. quid ſit. ff. d. tt. his uerbis:* Quid ſit ui uel clàm factum uideamus? Vi factum uideri, Quintus Mutius ſcribit, ſi quis contra quàm prohiberetur fecerit: & mihi uidetur plana eſſe Quinti Mutij definitio. *Concordat l.73. §. ui factum. ff. de reg. iuris, biſce uerbis:* Vi factum id uidetur eſſe, qua de re quis cum prohiberetur fecit. *Deinde declaratur cauſa propoſita definitione eius quod clàm factum eſt, d. §. ui factum, his uerbis:* Clàm factum id uidetur eſſe, quod quiſque cum controuerſiam haberet, habiturumúe ſe putaret, fecit. *Concordat l. 3. §. clàm facere. ff. quod ui aut clàm, his uerbis:* Clàm facere uideri Caſsius ſcribit eum, qui celauit aduerſarium, neque ei denunciauit: ſi modò timuit eius controuerſiá, aut debuit timere. Item Ariſto putat eum quoque clàm facere, qui celandi animum habet eum, quem prohibiturum ſe intellexerit: & id exiſtimat, aut exiſtimare debet ſe prohibitum iri. *Exceptiones cauſæ propoſitæ paulo inferius proponentur. prius enim eius ſpecies ſunt enumerandæ.*

II. *Cauſa. Si quis ui uel clàm agrum arauerit, uel foſſam fecerit. Hæc cauſa approbatur l. 9. §. fin. ff. quod ui aut clàm, his uerbis:* Si quis ui aut clàm agrum inarauerit, uel foſſam fecerit: hoc interdicto tenebitur. *Concordat l.22. §. ſi quis ui. ff. eod. tt. his uerbis:* Si quis ui aut clàm arauerit; puto eum teneri hoc interdicto perinde atque ſi foſſam feciſſet. non enim ex qualitate operis huic interdicto locus eſt, ſed ex opere facto, quod cohæret ſolo. *Concordat item l.7. §. penult. ff. eod. tt. cuius uerba uide* J. *except. 9.*

III. *Cauſa. Si aceruum ſtercoris in agrum alienum deiecerit. Hæc cauſa approbatur d. l. 7. §. ſi quis aceruum, his uerbis:* Si quis aceruum ſtercoris circa agrum pinguem diiecerit: cum eo quod ui aut clàm factum eſt, agi poteſt. Et hoc uerum eſt: quia ſolo uitium ſit adhibitum. *Huius cauſæ exceptio hæc eſt: Niſi agri cauſa melior eo ſit facta. quæ exceptio approbatur ibidem, his uerbis:* Planè ſi quid agri colendi cauſa factum ſit: interdictum Quod ui aut clàm locum non habet, ſi melior cauſa facta ſit agri: quamuis prohibitus quis ui uel clàm fecerit.

IIII. *Cauſa. Si arbores uel uineas, arundinem uel ſalictum ſuccidat. Hæc cauſa approbatur l. 7. §. notauimus. ff. quod ui aut clàm. cuius uerba uide* J. *except. 11. Concordat item l.19. ff. eod. tt. cuius uerba uide* J. *queſt. 4. reg. 1. except. 2.*

V. *Cauſa. Si ſyluam cæduam ceciderit. Hæc cauſa approbatur, ſimul & diſtinguitur l. 8. in prin. ff. quod ui aut clàm, his uerbis:* Si immaturam ſyluam cæduam cæciderit quis, interdicto Quod ui aut clàm tenetur. Si maturam ſimiliter cæduam, neq; damno dominus adfectus eſt: nihil præſtabit.

VI. *Cauſa. Si ædificium demolitus eſt, uel tegulas de ædificio ſuſtulit. Hæc cauſa approbatur l. 7. §. fin. cum duabus legibus ſequentibus ff. d. tt. his uerbis:* Si quis ædificium demolitus fuerit, quamuis non uſque ad ſolum: quin interdicto teneatur deſijt dubitari. Proinde etſi tegulas de ædificio ſuſtulerit, magis eſt ut interdicto teneatur. Nam origo huius rei à ſolo proficiſcitur. Cæterùm per ſe regulæ non poſsidentur, ſed cum uniuerſitate ædificij: nec ad rem pertinet adfixæ ſint, an tantum poſitæ. Nam etſi ramos quis de arboribus abſtulerit, adhuc interdictum hoc admittimus. *Huius cauſæ quoad tegulas exceptio hæc eſt: Niſi non de ædificio, ſed ſeorſim tegulas poſitas abſtulerit. Hæc exceptio approbatur ibidem, his uerbis:* Hæc ita, ſi de ædificio tegulas ſuſtulerit. Cæterùm ſi non de ædificio, ſed ſeorſim poſitas: ceſſat hoc interdictum.

VII. *Cauſa. Si ædibus quid adfixum auellit. Hæc cauſa approbatur l. 9. §. ſed ſi quis. ff. quod ui aut clàm, his uerbis:* Si quis aliquid ædibus adfixum euulſerit, ſtatuam fortè uel quid aliud, Quod ui aut clàm interdicto tenebitur. *Huius cauſæ exceptio hæc eſt: Niſi ſera, clauis, ſpecularium uel cancellus ſit ablatus. Hæc exceptio approbatur d. l. 9. §. ſi tamen, his uerbis:* Si tamen ſera, uel clauis, uel ſpecularium, uel concellus ſit ablatus: quod ui aut clàm agi non poterit.

VIII. *Cauſa. Si oſtium euellat uel effringat. Hæc cauſa approbatur l. 11. §. ſi quis de monumento. in fine. ff. quod ui aut clàm. cuius uerba uide* J. *cauſa prox.*

IX. *Cauſa. Si ſtatuam ſuſtulerit. Hæc cauſa approbatur d. §. ſi quis de monum. his uerbis:* Si quis de monumento ſtatuam ſuſtulerit: an ei ad quem ius ſepulchri pertinet, agere permittatur? Et placet & in his interdicto locum eſſe. Et ſanè dicendum eſt, ſi qua ſepulchri ornandi cauſa appoſita ſunt; ſepulchri eſſe uideri. Idem eſt, etſi oſtium euellat uel effringat. *Concordat d. l. 11. §. 1. cuius uerba uide* ſ. *lib. 12. cap. 10. reg. 26.*

X. *Cauſa. Si quis proiectum aut ſtillicidium in ſepulchrum miſerit. Hæc cauſa approbatur l. 21. §. penult. ff. quod ui aut clàm, his uerbis:* Si quis proiectum aut ſtillicidium in ſepulchrum miſerit, etiamſi ipſum monumentum non tangeret: rectè cum eo agi Quòd in ſepulchro ui aut clàm factum ſit: quia ſepulchri ſit non ſolum is locus, qui recipiat humatio-

mationem, ſed omne etiam ſupra id cœlum: eoque etiam nomine ſepulchri uiolati agi poſſe.

X I. *Cauſa. Si ramos de arboribus abſtulit. Hec cauſa approbatur l. 9. in prin. ff. quod ui aut clàm. cuius uerba uide ſ̄. cauſa 6.*

X I I. *Cauſa. Si quis aceruum ſuccenderit uel diſperſerit. Hec cauſa reprobatur l. 9. §. fin. cum lege ſequente. ff. d. tt. bis uerbis:* Si aceruum ſuccenderit uel diſperſerit, ſic ut non ad uſum agri conuertatur, interdicto locus non erit: quia aceruus ſolo non cohæret, ſed à terra ſuſtinetur: ædificia autem ſolo cohærent.

X I I I. *Cauſa. Si ex uineis radices abſtulit. Hec cauſa approbatur l. 11 §. ſi quis in. ff quod ui aut clàm, bis uerbis:* Si quis in uineas meas uenerit, & inde radices abſtulerit: hoc interdicto tenebitur.

X I I I I. *Cauſa. Si uitem ex fundo alieno in ſuum tranſtulerit. Hec cauſa approbatur l. 22. in prin. ff. d. tt. bis uerbis:* Si uitem meam ex fundo meo in fundum tuum deprehenderis, eaq; in fundo tuo coalueri: utile eſt interdictum Quod ui aut clàm intra annũ. Sed ſi annus præterierit, nullam remanere actionem: radices quoque quæ in fundo meo ſint, tuas fieri: quia his acceſſiones ſint.

X V. *Cauſa. Si quis per fundum alienum tulerit ſtercus, iuerit, auem egerit, uel uenatus fuerit. Hec cauſa reprobatur d. l. 22. §. ſi ſtercus, bis uerbis:* Si ſtercus per fundum meum tuleris, cum id te facere uetuiſſem: quanquam nihil damni feceris mihi, nec fundi mei faciem mutaueris: tamen teneri te Quod ui aut clàm, Trebatius ait. Labeo contrà: Ne etiam is qui duntaxat iter per fundum meum fecerit, aut auem egerit, uenatusue fuerit ſine ullo opere, hoc interdicto teneatur.

X V I. *Cauſa. Si in puteum uicini aliquid effuderit, & aquam corruperit. Hec cauſa approbatur l. 11. in prin. ff. quod ui aut clàm, bis uerbis:* Is qui in puteum uicini aliquid effuderat, hoc facto aquam corrupit, ait Labeo, interdicto Quòd ui aut clàm eum teneri. portio enim agri uidetur aqua uiua, quemadmodum ſi quid operis in aqua feciſſet.

De exceptionibus prædictarum cauſarum generalibus.

I. E X C E P T I O: *Niſi non fuerit prohibitus is qui fecit. Hec exceptio ipſe quidem iure approbatur per ea quæ propoſita ſunt ſ̄. cauſa 1. uerùm eius replicatio prima hæc eſt: Niſi fecit quo minus probiberetur. quæ replicatio approbatur l. 20. in prin. ff. quod ui aut clàm, bis uerbis:* Vi facit tam is qui probibitus fecit, quàm is qui quo minus prohibeatur conſecutus eſt: periculum (puta) aduerſario denunciando, aut ianua præcluſa. *Concordat l. 1. §. ſed & Ariſto. ff. eod. tt. bis uerbis:* Ariſto ait eum quoque uim facere, qui cum ſciret ſe prohiberi, per uim molitus eſt ne prohiberi poſſit. *Concordat l. 18. §. non abſurdè. ff. eod. tt. bis uerbis:* Non abſurdè reſponſum eſt, ſi magiſtratum rogaſſes ut aduerſarium tuum adeſſe ad iudicium iuberet, ne opus nouum tibi nunciaret: clàm uideri te opus feciſſe, quod interim feceris. *Secunda replicatio eſt: Niſi probibiturus imbecillitate impeditus non probibuerit. Hæc replicatio reprobatur l. 1. §. penult. ff. quod ui aut clàm, bis uerbis:* Si quis imbecillitate impeditus, uel etiam ne offenderet uel te, uel eum qui te magni faciebat, ideo non uenerit ad prohibendum: non uidebitur aduerſarius uim feciſſe: & ita Labeo ſcribit. *Tertia replicatio uidetur: Niſi probibiturus amicitiæ ergò uel in gratiam alicuius non probibuit. Hæc replicatio reprobatur uerbis iam propoſitis biſce:* Vel etiam ne offenderet uel te uel eum, &c. *Quarta replicatio eſt: Niſi probibiturus à tertio quodam deterritus ſit ne ueniret ad probibendum. Hæc replicatio reprobatur d. l. 1. §. fin. cum lege ſequente, bis uerbis:* Labeo ait, Si te uolentem ad prohibendum uenire deterruerit aliquis (armis fortè) ſine ullo dolo meo, ac propter hoc non ueneris, non uideri me uim feciſſe: ne in aliena poteſtate ſit, conditionem meam nihil delinquentis deteriorem facere. *Quinta replicatio eſt: Niſi clàm fecerit timens alterius controuerſiam. Hæc replicatio conſtat ex uerbis interdicti ſuprà eod. cap. in princ. propoſitis. Concordat l. 3. §. fin. ff. quod ui aut clàm. cuius uerba uide ſuprà cauſa 1. Huius replicationis duplicatio prima hæc eſt: Niſi non dominus, ſed ſeruus qui fecit controuerſiam, timuit. Hæc duplicatio approbatur l. 21. §. 2. ff. d. tt. bis uerbis:* Si iuſſero ſeruum meum opus facere, cum (quantum ad me pertinet) in clandeſtini ſuſpicionem non uenirem, ſeruus autem meus putauerit, ſi rem ſciſſet aduerſarius, prohibiturum eum: an tenear? & non puto: cum mea perſona ſit intuenda. *Secunda duplicatio eſt: Niſi ſciente, & non contradicente aduerſario fecit. hoc enim caſu quamuis metuit controuerſiam, non tamen clàm feciſſe uidetur. Quæ duplicatio approbatur l. 7. §. ait Iulianus. ibi: clamq; facere. ff. quod ui aut clàm, cuius uerba cum alijs huc pertinentibus uide infrà exception. 6. Tertia duplicatio eſt: Niſi maritus aduerſariæ ſciuit. Hæc duplicatio approbatur l. 3. §. ſed & Seruius. ibi: uel denique.*

ff. quod

ff. quod ui aut clam. cuius uerba uide ʒ. dupl. 6. tripl. 6. quadruplic. 2.

Quarta duplicatio eſt: Niſi celandi animum non habuerit is qui fecit. Hæc duplicatio approbatur d. §. ſed & Seruius. *Quinta duplicatio eſt: Niſi aduerſus filiumfamiliâs fecit. Hæc duplicatio approbatur l. 12. §. idem ait. ff. eod. tt. his uerbis:* Labeo ait, aduerſus filiumfamiliâs in re peculiari neminem clam uideri feciſſe: nanque ſi ſcit eum filiumfamiliâs eſſe, non uidetur eius celandi gratia feciſſe, quem certum eſt nullam ſecum actionem habere. *Sexta duplicatio eſt: Niſi is qui fecit, denunciauit ei à quo controuerſiam metuit. Hæc duplicatio ipſo quidem iure ſubſiſtit: uerùm eius triplicatio prima hæc eſt, Niſi perfunctoriè aut obſcurè denunciauit. Hæc triplicatio approbatur l. 5. §. 2. ff. quod ui aut clam, his uerbis:* Si quis ſe denunciauerit opus facturum, non ſemper non uidetur clam feciſſe, ſi poſt denunciationem fecerit. debebit enim (& ita Labeo) & diem & horam denunciatione complecti, & ubi, & quod opus facturus ſit: neque quidem perfunctoriè, aut obſcurè dicere, aut denunciare: neque tam arctare aduerſarium, ut intra diem occurrere ad prohibendum non poſſit. *Secunda triplicatio eſt: Niſi neque diem, neque horam, neque locum, neque genus operis denunciauit. Hæc triplicatio approbatur uerbis iam propoſitis.* *Tertia triplicatio eſt: Niſi eo die denunciauit, quo iam impoßibile eſt aduerſario occurrere ad prohibendum. Quæ triplicatio itidem uerbis iam propoſitis approbatur hiſce:* Neque tam arctare aduerſarium, ut intra diem occurrere ad prohibendum non poſſit. *Concordat d. l. 5. in princip. his uerbis:* Qui aliter fecit quàm denunciauit, uel qui decepto eo fecit, ad quem pertinuit non facere, uel conſulto tunc denunciat aduerſario, cum eum ſcit non poſſe prohibere: uel tam ſerò denunciat, ut ab ire prohibiturus priuſquam fiet non poſſit, eum clam facere Seruius ait; & hæc ita Labeonem probare, Ariſto ait. *Quarta triplicatio eſt: Niſi denunciando aduerſarium decepit. Hæc triplicatio approbatur uerbis iam propoſitis, hiſce:* Vel qui decepto eo fecit, ad quem pertinuit non facere. *Quinta triplicatio eſt: Niſi aliter fecit quàm denunciauit. quæ triplicatio itidem approbatur uerbis iam propoſitis hiſce:* Qui aliter fecit quàm denunciauit, &c. *Sexta triplicatio eſt: Niſi alij quàm poſſeſſori denunciauit. Hæc triplicatio ipſo quidem iure ſubſiſtit: uerùm eius quadruplicatio prima hæc eſt, Niſi emptori re uendita nondum tradita ſit denunciatum. Hæc quadruplicatio approbatur l. 11. §. Ariſto. ff. quod ui aut clam, his uerbis:* Ariſto ſcribit, poſſeſſori non ſemper eſſe denunciandum. nam ſi quis (inquit) fundum mihi uendiderit, & necdum tradiderit: & uicinus cum opus facere uellet, & ſciret me emiſſe, & in fundo morari, mihi denunciauerit: eſſe eum tutum futurum, quod ad ſuſpicionem clàm facti operis pertineret: quod ſenè uerum eſt. *Secunda quadruplicatio eſt: Niſi marito aduerſario denunciauerit. Hæc quadruplicatio approbatur l. 5. §. ſed & Seruius. ff. quod ui aut clam, his uerbis:* Seruius rectè ait, ſufficere fœminæ uiro notum facere opus ſe facturum, uel denique ſciente eo facere: quanquam etiam illud ſufficiat celandi animum non habere. *Tertia quadruplicatio eſt: Niſi poſſeſſor abſens ſit. Hæc quadruplicatio approbatur d. l. 5. §. & ſi fortè non ſit. cuius uerba uide ʒ. duplicat. proxim.* *Quarta quadruplicatio eſt: Niſi cum in publico opus facere uellet, curatori reipublicæ denunciauit. Hæc quadruplicatio approbatur d. l. 5. §. idem ait, his uerbis:* Seruius ait, Si quis in publico municipij uelit facere, ſufficere ei ſi curatori reipublicæ denunciet. *Hæc de ſexta triplicatione.* *Septima triplicatio eſt: Niſi non ſtatim poſt denunciationem fecerit. Hæc triplicatio approbatur l. ultim. §. fin. ff. quod ui aut clam, his uerbis:* Si is qui denunciauerit ſe opus facturum, confeſtim opus fecerit: clam feciſſe non intelligitur. nam ſi poſt tempus, uidebitur clam feciſſe. *Hæc de ſexta duplicatione tam ſuis triplicationibus ſint dicta.* *Septima duplicatio eſt: Niſi non ſit cui denuncietur. Hæc duplicatio approbatur l. 5. §. etſi fortè non ſit. ff. quod ui aut clam, his uerbis:* Si fortè non ſit cui denuncietur, neque dolo malo factum ſit ne ſit: amicis denique eius procuratori, aut ad domum denunciandum eſt. *Hæc de quinta replicatione, eiuſque duplicationibus ſint dicta.* *Sexta replicatio eſt: Niſi eius qui opus fecit, craſſa & ſupina ſit ignorantia, qua ignorauit alium ſibi de opere controuerſiam moturum. hoc enim caſu quamuis non ſit prohibitus, tamen nihilominus tenetur. quæ replicatio approbatur l. 4. ff. quod ui aut clam, his uerbis:* Seruius etiam clam facere eum ait, qui exiſtimare debeat ſibi controuerſiam futuram: quia non opinionem eius, & reſupinam exiſtimationem ſequi oportet: ne melioris conditionis ſint ſtulti quàm periti. *Concordat l. 3. §. fin. ff. eod. tt. cuius uerba uide ʒ. ead. quæſt. cauſa.* *Hactenus de prima exceptione, eiuſq; replicationibus ſit dictum.*

II. EXCEPTIO: *Niſi non ſolenni actu prohibitus ſit is qui fecit. Hæc exceptio approbatur*

l.20.§.1.ff.quod ui aut clam, his uerbis: Prohibitus intelligitur quolibet actu prohibentis, id eſt, uel dicentis ſe prohibere, uel manum opponentis, lapillumuè iactantis prohibendi gratia. *Concordat l.1.§.ſed etſi quis.ff.eod.tt.his uerbis:* Sed etſi quis iactu uel minimi lapilli prohibitus facere perſeuerauit: hunc quoq; uim feciſſe uideri Pedius & Pomponius ſcribunt, eoq; iure utimur. Sed etſi contra teſtationem, denunciationemq́; fecerit: idem eſſe Caſcellius & Trebatius putant: quod uerum eſt.

III. EXCEPTIO, *ſumpta ex perſona eius per quem is qui fecit prohibitus eſt, reprobatur l.3.in prin.ff.quod ui aut clam, his uerbis:* Prohibero non utique per ſemetipſum neceſſe eſt, ſed etſi quis per ſeruum ſuum, uel procuratorem prohibuerit, rectè uidetur prohibuiſſe. Idem etiam, etſi mercenarius meus prohibuerit. Nec quem moueat quod per liberam perſonam actio adquiri non ſolet: nam prohibitio hæc demonſtrat uim te facere. Quid mirum? cum etſi clam me uim feceris, habeam tamen actionem. Ergo magis facto tuo delinquentis, quàm alieno adquiritur mihi actio. *Concordat l.17.ff.eod.tt.his uerbis:* Interdictum Quod ui aut clam per quemuis domino adquiritur, licet per inquilinum. *Concordat item l.13.§.1.ff.eod.tt. his uerbis:* Labeo ſcribit, ſi filio tuo prohibente opus factum eſt; & te habere interdictum, ac ſi te prohibente opus factum eſſet: & filium tuum nihilominus.

IIII. EXCEPTIO: *Niſi non is qui fecit, ſed auctor eius eo ignorãte ſit prohibitus. Hæc exceptio approbatur l.20.§.item ſi prohibiti.ff.quod ui aut clam, his uerbis:* Si prohibiti hæres, uel is qui ab eo emerit ignorans cauſam præcedentem fecerit: dicendum eſſe Pomponius ait, non incidere eum in interdictum.

V. EXCEPTIO: *Niſi prohibitus facere deſtitit, poſteaq; ex interuallo non prohibitus fecerit. Hæc exceptio reprobatur l.1.§.item Labeo.ff.d.tt.his uerbis:* Labeo dicit, ſi quem facientem prohibuero, isq; deſtiterit in præſentiarum, rurſusq; facere cœperit: poſtea uim eum uideri feciſſe, niſi permiſſu meo facere cœperit, uel qua alia iuſta cauſa accedente.

VI. EXCEPTIO: *Niſi prohibens poſtea facere permiſerit. Hæc exceptio approbatur uerbis tam propoſitis hiſce:* Niſi permiſſu meo facere cœperit. *Cui concordat l.3.§.ſed ſi permiſerit.ff.eod. tt. his uerbis:* Sed ſi permiſerit aduerſus eum qui utetur interdicto, exceptio erit neceſſaria. *Concordat item l.7.§.remiſſione.ff.eod.tt.his uerbis:* Remiſsione facta intelligendus nõ erit ui aut clam facere, licere enim debet ædificare ei qui ſatiſdederit, cum poſſeſſor hoc ipſo conſtituatur: clamq́; facere (quamuis prohibeatur) nec ante remiſsionem, nec poſtea exiſtimandus eſt: cum is qui opus nouum nunciat, non poſſit uideri celatus & præoccupatus, antequam controuerſiam faceret. *Concordat item l.20.§.tamdiu.ff.eod.tt.his uerbis:* Tamdiu ui faciet prohibitus, quamdiu res in eodem ſtatu permanebit. nam ſi poſtea conuenerit cum aduerſario, deſinit ui facere. *Huius exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi ab alio quàm prohibente permiſſum ſit. Hæc replicatio ipſo quidem iure ſubſiſtit: uerùm eius duplicatio hæc eſt, Niſi procurator, tutor uel curator domini permiſerit. Hæc duplicatio approbatur d.§.ſed ſi permiſerit, his uerbis:* Non tantum autem ſi ego permiſero, ſed etſi procurator meus, uel tutor qui tutelam adminiſtrat, uel curator pupilli, furioſi, ſiue adoleſcentis: dicendum erit exceptioni locum fore. *Secunda replicatio eſt: Niſi præſes uel curator reipublicæ in publico facere permiſerit. Hæc replicatio approbatur l.1.§.planè ſi præſes.ff.d.tt.his uerbis:* Planè ſi præſes uel curator reipublicæ permiſerit in publico facere, Nerua ſcribit, exceptionem locum non habere: quia etſi ei locorum (inquit) publicorum procuratio data eſt; conceſſio tamen data non eſt. *Huius replicationis duplicatio hæc eſt: Niſi uel lex municipalis, uel princeps, uel is cui princeps conceſſit, præſidi uel curatori conceſſerit permittere. quæ duplicatio approbatur ibidem, his uerbis:* Hoc ita uerum eſt, ſi non lex municipalis curatori Reipub. amplius concedat. Sed etſi à principe, uel ab eo cui Princeps hoc ius concedendi dederit permiſſum ſit, idem erit probandum.

VII. EXCEPTIO: *Niſi non omnibus momentis uim fecerit. Hæc exceptio reprobatur l.1.§.illud ſciendum.ff.quod ui aut clam, his uerbis:* Illud ſciendum eſt, nõ omnibus momentis uim eſſe faciendam, ſed ſemel inter initia facta perſeuerat. *Concordat* T. *except.5.*

VIII. EXCEPTIO: *Niſi & ui & clam fecerit. Hæc exceptio reprobatur l.11.§.hoc interdictum.ff.quod ui aut clam, his uerbis:* Hoc interdictum complectitur quodcunq; aut ui aut clam factum eſt. Sed interdum euenit, ut quid & ui & clam fiat: partim ui & partim clam in eodem opere: utputa cum prohiberem fundamenta poſuiſti, poſtea cum conueniſſem ne reliquum opus fieret, abſente & ignorante me reliquum opus perfeciſti: uel contrà fundamenta clam ieciſti, deinde cætera me prohibente ædificaſti: Hoc iure utimur, ut etſi ui & clam factũ ſit, interdictum hoc ſufficiat.

IX. EXCEPTIO: *Niſi non in priuato, ſed publico, ſacro uel religioſo loco quid ui aut clam factum*

factum ſit. Hæc exceptio reprobatur l. 20. §. fin. ff. quod ui aut clam, his uerbis: Siue in priuato, ſiue in publico opus fiat, ſiue in loco ſacro, ſiue religioſo, interdictum competit. *Concordat l. 7. §. penult. ff. eod. tt. his uerbis:* Si foſſam feceris in ſylua publica, & bos meus in eam ceciderit, agere poſſum hoc interdicto: quia in publico factum eſt.

X. EXCEPTIO: *Niſi in re hæreditatis iacentis, uel in alia quæ dominum non habet, factum ſit. Hæc exceptio reprobatur l. 13. §. quæſitum. ff. quod ui aut clam, his uerbis:* Quæſitum eſt, ſi cum prædium interim nullius eſſet, aliquid ui aut clam factum ſit: an poſtea dominio ad aliquem deuoluto, interdicto locus ſit? Vtputa hæreditas iacebat: poſtea adijt hæreditatem Titius, an ei interdictum competat? & eſt apud Iulianum ſæpiſsimè relatum, hoc interdictum hæredi competere eius quod ante aditam hæreditatem factum ſit: nec referre Labeo ait, quod non ſcierit qui hæredes eſſent. hoc enim poſſe quem cauſari etiam poſt aditam hæreditatem. Ne illud quidem obſtare Labeo ait, quòd nemo eo tempore dominus fuerit. Nam & ſepulchri dominus nemo fuit: & tamen ſi quid in eo fiat, experiri poſſum Quod ui aut clam. Accedit his quòd hæreditas domini locum obtineat: & rectè dicetur hæredi quoq; competere, & cæteris ſucceſſoribus: ſiue antequàm ſucceſſerint, ſiue poſtea ſit aliquid ui aut clam admiſſum.

XI. EXCEPTIO: *Niſi non in re ſoli, ſed mobili factum ſit. Hæc exceptio approbatur l. 1. §. hoc interdictum. ff. quod ui aut clam, his uerbis:* Hoc interdictum ad ea ſola opera pertinet, quæcunque in ſolo ui aut clam fiunt. *Concordat l. 7. §. notauimus. ff. eod. tt. his uerbis:* Notauimus ſuprà, quòd quamuis uerba interdicti latè pateant, tamen ad ea ſola opera pertinere interdictum placere, quæcunq; fiant in ſolo. Eum enim qui fructum tangit, nõ teneri interdicto quod ui aut clam. nullum enim opus in ſolo facit. At qui arbores ſuccidit, utiq; tenebitur. Sed & qui arundinem, & qui ſalictum. Terræ enim & quodammodo ſolo ipſi corrumpendo manus infert. Idem & in uineis ſucciſis. Cæterùm qui fructum aufert, furti debet conueniri. Itaq; ſi quid operis in ſolo fiat, interdictum locum habet In ſolo fieri accipimus, & ſi quid circa arbores fiat, non tamen ſi quid circa fructum arborum. *Concordat l. 20. §. penult. ff. eod. tt. his uerbis:* Quod in naue fit, uel in alia qualibet re uel ampliſsima, mobili tamen: non continetur hoc interdicto. *Huius exceptionis exemplum in aceruo proponitur l. 9. §. fin. cum lege ſequente. ff. eod. tt. cuius uerba uide ſ. ead. quæſt. cauſa 12. Aliud exemplum in fructibus proponitur uerbis d. §. notauimus, paulo ſuperius propoſitis. Huius autem exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi in aqua factum ſit. hoc enim caſu quamuis aqua mobilis res uideatur eſſe, tamen interdicto locus eſt. quæ replicatio approbatur l. 21. in principio. ff. eod. tt. cuius uerba uide ſ. ead. quæſt. cauſa 16. Secunda replicatio eſt: Niſi in tegulis ædificio impoſitis ſit factum. quæ replicatio approbatur, ſimul & diſtinguitur l. 7. §. fin. cum duabus legibus ſequentibus. ff. eod. tt. cuius uerba uide ſ. ead. quæſt. cauſa 6.*

XII. EXCEPTIO: *Niſi quis in re ſua fecerit. Hæc exceptio ipſo quidẽ iure ſubſiſtit. uerùm eius replicatio prima hæc eſt: Niſi officiat alteri. Hæc replicatio approbatur l. 61. ff. de regulis iuris, hiſce uerbis:* Domum ſuam reficere unicuiq; licet, dum non officiat inuito alteri, in quo ius non habet. *Concordat l. 8. §. Ariſto. ibi: in ſua enim. ff. ſi ſeruitus uindicetur, his uerbis:* In ſuo alicui hactenus facere licet, quatenus nihil in alienum immittat. *Concordare uidetur etiam l. 21. §. penult. ff. quod ui aut clam. his uerbis:* In opere nouo tam ſoli quàm cœli menſura facienda eſt. *Huius replicationis exemplum eſt, ſi cauſa uſusfructus, uel ſeruitutis alienæ in ea re fiat deterior. quod exemplum proponitur l. 13. in prin. ff. quod ui aut clam, his uerbis:* Si arbores in fundo, cuius uſusfructus ad Titium pertinet, ab extraneo uel proprietario ſucciſæ fuerint: Titius & lege Aquilia & interdicto Quod ui aut clam cum utroq; eorum rectè experietur. *Concordat l. 5. C. de ſeruitutibus & aqua. cuius uerba uide ĩ. lib. 25. cap. 4. quæſt. 7. reg. 2. Planè propoſitæ replicationis duplicatio hæc eſt: Niſi is qui in ſuo facit, alteri ſeruitutem non debeat. hoc enim caſu ei facere licet, quamuis officiat alteri. quæ duplicatio approbatur, ſimul & diſtinguitur per ea quæ habentur ĩ. lib. 25. cap. 5. ſpecie 1. except. 4. Sed & plura de replicatione propoſita uide ĩ. lib. 26. cap. 24. Secunda replicatio eſt: Niſi pars ſoli in quo f it, alterius ſit. Hæc replicatio approbatur l. 13. §. ſi ex ſocijs. ff. quod ui aut clam, his uerbis:* Si ex ſocijs cõmunis fundi unus arbores ſucciderit: ſocius cum eo hoc interdicto experiri poteſt, cum ei competat cuius intereſt. *Sed & de hac replicatione plura uide ĩ. lib. prox. cap. 13. quæſt. 2.*

XIII. EXCEPTIO: *Niſi parens uel patronus in ſolo filij uel liberti fecerit. Hæc exceptio approbatur l. 7. ibi: uel interdictũ. ff. de obſequijs à libertis. cuius uerba uide ſ. lib. 16. cap. 1. quæſt. 5. reg. 4.*

XIIII. EXCEPTIO: *Niſi nõ prohibitus, ſed prohibiti ſucceſſor ignorans auctorem prohibitũ fecerit. Hæc exceptio approbatur l. 20. §. item ſi prohibiti. ff. quod ui aut clam. cuius uerba uide ſ. exc. 4.*

XV. EXCEPTIO: *Niſi aduerſus filiũfamiliâs fecerit. Hæc exceptio approbatur l. 13. §. idẽ ait. ff. eod. tt. cuius uerba uide ſ. except. 1. repl. 5. dupl. 5.*

XVI. EXCEPTIO: *Niſi actor prius ui aut clam fecerit. Hæc exceptio approbatur l. 7. §. bel-*

lißimè

liſsimè. ff. quod ui aut clam, his uerbis: Belliſsimè apud Iulianum quæritur, an hæc exceptio noceat in hoc interdicto Quod tu non ui aut clam feceris: utputa, utor aduerſus te interdicto Quod ui aut clam feciſti: an poſsis obijcere mihi eandem exceptionem Quod non ui aut clam feciſti? & ait Iulianus, æquiſsimum eſſe hanc exceptionem dari: Nam ſi tu (inquit) ædificaueris ui aut clam, ego idem demolitus fuero ui aut clam, & utaris aduerſus me interdicto, hanc exceptionem profuturam. Quod non aliter procedere debet, niſi ex magna & ſatis neceſſaria cauſa: alioquin hæc omnia officio iudicis celebrari oportet. *Concordat l. 22. §. ſi ad ianuam. ff. eod. tt. his uerbis*: Si ad Ianuam meam tabulas fixeris, & ego eas priuſquam tibi denunciarem refixero, deinde inuicem interdicto Quod ui aut clam egerimus: niſi remittas mihi ut abſoluar, condemnandum te quaſi rem non reſtituas quanti mea interſit, aut certè exceptionem mihi profuturam, Si non ui, nec clam, nec precario feceris. *Huius exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi non ſatis magna & neceſſaria cauſa reo fuerit rurſus ui uel clam facere. quæ replicatio approbatur uerbis paulo ſuperius propoſitis hiſce*: Quod non aliter procedere debet, niſi ex magna & ſatis neceſſaria cauſa, &c.

XVII. EXCEPTIO: *Niſi incendij arcendi cauſa fecit. Hæc exceptio approbatur, ſimul & diſtinguitur l. 7. §. eſt autem & alia. ff. quod ui aut clam, his uerbis*: Eſt & alia exceptio de qua Celſus dubitat, an ſit obijcienda: utputa ſi incendij arcendi cauſa uicini ædes intercidi, & Quod ui aut clam mecum agitur, aut damni iniuria. Gallus enim dubitat an excipi oporteat, quod incendij defendendi cauſa factum ſit. Seruius autem ait, Si id magiſtratus feciſſet, dandam eſſe: priuato non eſſe idem concedendum. Si quid tamen ui aut clam factum eſſet, neque ignis uſque eò perueniſſet, ſimpli litem æſtimandam. Si perueniſſet, abſolui eum oportere. Idem ait eſſe, ſi damni iniuria actum foret: quoniam nullam iniuriam aut damnum dare uideretur æquè perituris ædibus. Quod ſi nullo incendio id feceris, deinde poſtea incendium ortum fuerit, non idem erit dicendum: quia non ex poſt facto, ſed ex præſenti ſtatu damnum factum ſit nec'ne, æſtimari oportere Labeo ait.

XVIII. EXCEPTIO: *Niſi ſeruus iuſſu domini uel eius qui uice domini eſt, fecerit. Hæc exceptio approbatur l. 11. §. ſed an ignoſcitur. ff. quod ui aut clam, his uerbis*: Sed an ignoſcitur ſeruo ad noxam qui obtemperauerit tutori aut curatori? nam ad quædam quæ non habent atrocitatem facinoris uel ſceleris, ignoſcitur ſeruis, ſiue dominis, ſiue his qui uice dominorum ſunt obtemperauerint: quod & in hoc caſu admittendum eſt.

XIX. EXCEPTIO: *Niſi cauſa actoris melior ſit facta. Hæc exceptio approbatur l. 7. §. ſi quis acernum. ff. quod ui aut clam. cuius uerba uide ſ. cauſa 3.*

XX. EXCEPTIO: *Niſi actor nullo damno ſit adfectus. Hæc exceptio approbatur l. 18. in prin. ff. quod ui aut clam. cuius uerba uide ſ. cauſa 5. Concordat l. 22. §. ſi ſtercus. ff. eod. tt. cuius uerba uide ſ. cauſa 15.*

XXI. EXCEPTIO: *Niſi iure factum ſit. Hæc exceptio reprobatur l. 1. §. 2. ff. quod ui aut clam. cuius uerba uide ſ. quæſt. 2. Cõcordat d. l. 1. §. denique, his uerbis*: Quæſitum eſt an hoc interdicto utenti exceptionem poſsit quis obijcere, Si eam non iure meo receperim? & magis eſt ne poſsit: nam aduerſus uim uel quod clam factum eſt, nulla iuſta exceptione ſe tueri poteſt.

XXII. EXCEPTIO: *Niſi prohibitus cauſam defendere & cauere ſit paratus. Hæc exceptio approbatur l. 3. §. ſi quis paratus. ff. quod ui aut clam, his uerbis*: Si quis paratus ſit ſe in iudicio defendere aduerſus eos qui interdicendum putant ne opus fiat: an uideatur uim facere deſinere? & magis eſt ut deſinat, ſi modò ſatis offerat, & defendere paratus ſit ſi quis agat. Et ita Sabinus ſcribit. *Concordat d. l. 3. §. ſed & ſi quis, hiſce uerbis*: Sed & ſi quis damni infecti paratus ſit cauere, cũ propter hoc tantum eſſet prohibitus, uel quia non defendebat, uel damni infecti non promittebat: conſequens eſt dicere, deſinere eum uim facere. *Concordat l. 7. §. remiſsione. ff. eod. tt. cuius uerba uide ſ. ext. 6. in prin.*

XXIII. EXCEPTIO: *Niſi antequam fecit, denunciauerit ſe opus facturum. Hæc exceptio approbatur ſimul & diſtinguitur per ea quæ habentur ſ. except. 1. repl. 5. dupl. 6. Sed & eius replicatio præter eas quæ ibi numeratæ ſunt, & hæc eſt: Niſi denuncianti renunciatum ſit, ne faceret. Hæc replicatio approbatur l. 5. §. ſi quis cũ non. ff. eod. tt. his uerbis*: Si quis cum denunciaſſet opus ſe facturũ, eiq; renunciatum eſſet ne faceret, fecerit: utilius puto probandum ui eum feciſſe.

XXV. EXCEPTIO: *Niſi reus reſtituendi facultatem non habeat. Hæc exceptio ipſo quidem iure ſubſiſtit: uerùm eius replicatio hæc eſt. Niſi dolo uel culpa ſua reus reſtituere nõ poſsit. quæ replicatio approbatur l. 15. §. penul ff. quod ui aut clam, his uerbis*: Eũ qui dolo malo fecit quo minus poſſit reſtituere, perinde habendũ ac ſi poſſet. Culpam quoq; in hoc interdictum uenire erit probandum: quæ tamen arbitrio iudicis æſtimanda erit.

XXVI.

XXVI. EXCEPTIO: *Niſi actor prædiū, in quo ui uel clā factum eſt, uendiderit.* Hæc exceptio reprobatur *l. 11. §. ſi poſteaquā. ff. d. tt. his uerbis:* Si poſteaquá ui aut clam factū eſt uenierit fundus, an uenditor nihilominus experiri poſsit hoc interdicto uideamus? Et extat ſententia exiſtimantiū nihilominus cōpetere ei interdictū, nec finiri uenditione. Sed nec ex empto actione erit quicquá præſtádum emptori ex eo opere, quod ante uenditionē factū eſt. Satis enim eſt quòd utiq; propter hoc opus uiliori prædiú diſtraxerit. Certè etſi nō uiliori prædium uendidit, idē erit probandum. Planè ſi poſt uenditionem fundi opus factū eſt, etſi ipſe uenditor experiatur, quia nondum traditio facta eſt: tamen ex empto actione emptori tenebitur. Omne enim & commodum & incommodum ad emptorem pertinere debet.

XXVII. EXCEPTIO: *Niſi ui uel clàm diruto ædificio, incendium ibi ſit ortum.* Hæc exceptio reprobatur *l. 7. §. eſt autem. in fine. ff. eod. tt. cuius uerba uide ſ. except. 17.*

XXVIII. EXCEPTIO: *Niſi opus ſit reſtitutū, nec tempore ſuſcepti iudicij duret.* Hæc exceptio approbatur *l. 11. §. quod ait. ff. quod ui aut clam, his uerbis:* Quod ait prætor, Quod ui aut clam factum eſt, ad quod tempus referatur uideamus: utrū ad præteritū, an ad pręſens? Quæ ſpecies & apud Iulianum expoſita eſt. Ait enim, in hoc interdicto præſentis tēporis ſignificationē accipi debere. *Huius exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi opere facto damnum aliquod ſit datum. Altera replicatio eſt: Niſi actor ſua impenſa opus reſtituerit. hiſce enim caſibus etiam reſtituto opere interdictum durat. quæ duæ replicationes approbantur d. §. quod ait, his uerbis:* Si tamen (inquit) ex opere damnū datum fuerit, aut dominus, aut is cuius fundo nocitum erit, ſua impenſa id ſuſtulerit: utilius probari ut & damnū ſarciatur, & impendia reſtituantur. *Tertia replicatio eſt: Niſi alius ui aut clā opus reſtituerit.* Hæc replicatio approbatur *l. 22. in prin. ff. eod. tt. his uerbis:* Si opus quod quis iuſſus eſt à iudice, qui ex hoc interdicto ſumptus eſt reſtituere, alius quis ui aut clá ſuſtuliſſet: nihilominus idem ille omnimodo iubetur opus reſtituere. *Concordat l. 22. §. ſi ad ianuam. ff. eod. tt. cuius uerba uide ſ. except. 16.*

XXIX. EXCEPTIO: *Niſi eo nomine actum ſit.* Hæc exceptio approbatur *l. 15. §. fin. ff. quod ui aut clam, his uerbis:* Quia hoc interdictū continet hoc quod intereſt, ſi quis alia actione fuerit conſecutus id quod interfuit, opus non eſſe factum: conſequens erit dicere, ex interdicto nihil eú conſequi oportere. *Concordat l. 7. §. 1. ibi: dominoq; ſuo. ff. eod. tt. cuius uerba uide J. queſt. 5. exc. 3. Concordat item l. 6. in fine. ff. eod. tt. cuius uerba uide J. queſt. 5. exc. 2. repl. 1. Huius exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi cum plures feciſſent non cōmuni, ſed proprio quiſq; conſilio. hoc enim caſu alter conuentus non liberabit alterum. quæ replicatio approbatur l. 15. §. ſi in ſepulchro. ibi: ſi tamen proprio. ff. quod ui aut clam. cuius uerba uide J. queſt. 5. exc. 2. Secunda replicatio eſt: Niſi cum ſerui nomine actum eſſet, tantum noxæ deditio ſit facta: hoc enim caſu nihilominus ſupereſt actio ut opus reſtituatur: uel contrà. quæ replicatio approbatur d. l. 7. §. 1. in fine. Tertia replicatio eſt: Niſi aduerſus poſſeſſorem tantum de patientia præſtanda ſit actum. hoc enim caſu nihilominus aduerſus eum qui fecit, de eo quod intereſt, ſupereſt actio. quæ replicatio approbatur J. queſt. 3. except. 4.*

IIII. QVIBVS PROPOSITVM interdictum, eiusq; actio competit?

I. Regula. *De domino prædij in quo opus factum eſt. Huic ſoli regulariter interdictū Quod ui aut clam cōpetit. Quæ regula approbatur l. 17. ff. de noui operis nunciatione, his uerbis:* Si procurator opus nouum facienté prohibuerit, domino competit Quod ui aut clam interdictum. *Concordat l. 17. ff. quod ui aut clam. cuius uerba uide ſ. queſt. prox. except. 3. Huius regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi filiofamiliás prohibente pater abſens ſit. tunc enim etiam filio competit. quæ exceptio approbatur l. 13. §. 1. ff. quod ui aut clam. cuius uerba uide ſuprà d. except. 3. Concordat l. 19. ff. eod. tt. cuius uerba uide J. except. proxim. Secunda exceptio eſt: Niſi alterius interſit. tunc enim alij quoque quàm domino prædij competit. quæ exceptio approbatur l. 11. §. fin. ff. quod ui aut clam, his uerbis:* Iulianus ſcribit, interdictum hoc non ſolum domino prædij, ſed etiam his quorum intereſt opus factum non eſſe, competere. *Concordat l. 13. §. ſi ex ſocijs. ff. eod. tt. his uerbis:* Si ex ſocijs communis fundi unus arbores ſucciderit: ſocius cum eo hoc interdicto experiri poteſt: cum ei competat cuius intereſt. Vnde apud Seruium amplius relatum eſt, ſi mihi conceſſeris ut ex fundo tuo arbores cædam, deinde alius eas ui aut clam cæciderit, hoc interdictum mihi competere: quia ego ſum, cuius intereſt. Quod facilius erit admittendum, ſi à te emerim, uel ex aliquo contractu hoc conſecutus ſim, ut mihi liceat cædere. *Concordat item l. 16. in princip. ff. eod. tt. his uerbis:* Competit hoc interdictum etiam his qui non poſsident: ſi modò eorum intereſt. *Propoſitæ exceptionis exemplum etiam in colono, cuius intereſt, proponitur l. 11. §. ego ſi poſt. ibi: nam & colonum. ff. quod ui aut clam. cuius uerba uide J. reg. prox. except. 2. replic. 2. Concordat l. 19. ff. eod. tt. his uerbis:* Interdictum Quod ui aut clam competere filiofamiliás colono arboribus ſuccisis, Sabinus ait. *Aliud item exemplum in fructuario cuius intereſt, proponitur l. 16. §. ſi quis.*

ſi quis. ff. quod ui aut clam, his uerbis: Si quis ui aut clam arbores non frugiferas cæciderit, ueluti cypreſſos: domino duntaxat competit interdictum. Sed ſi amœnitas quædam ex huiuſmodi arboribus præſtetur: poteſt dici & fructuarij intereſſe propter uoluptatem & geſtationem, & eſſe huic interdicto locum. *Concordat item l. 13. in prin. ff. eod. tt. cuius uerba uide ſ. quæſt. proxim. except. 12. repl. 1. Planè quamuis alij cuius intereſt interdictum competat: tamen nihilominus domino quoq; pro ſuo intereſſe dandum eſt. quod replicationis loco notandum. quæ replicatio approbatur l. 12. ff. quod ui aut clam, his uerbis:* Quanquam colonus & fructuarius fructuum nomine ad hoc interdictum admittantur: tamen & domino id cõpetit, ſi quid præterea eius interſit.

Tertia propoſitæ regulæ exceptio uidetur: Niſi alterius quàm domini celandi cauſa factum ſit. Hæc exceptio reprobatur l. 5. §. ſi quis dum. ff. d. tt. his uerbis: Si quis dum putat locum tuum eſſe qui eſt meus, celandi tui, non mei cauſa fecerit: mihi interdictum competere Seruius ait. Idem dicitur, etſi ſerui mei uel procuratoris celandi cauſa factum ſit: mihi interdictum competere.

Quarta exceptio uidetur: Niſi dominus prædiũ uendiderit. hoc enim caſu nõ uẽditori, ſed emptori uidetur competere. Hæc exceptio reprobatur ĩ. reg. prox.

II. *Regula. Vendito prædio, in quo ui uel clam factum eſt, uenditori, non emptori competit interdictũ. quæ regula approbatur l. 11 §. ſi poſteaquam. ff. quod ui aut clam. cuius uerba uide ſ. quæſt. prox. except. 24. Huius regulæ exceptio prima uidetur eſſe talis: Niſi dominus ob id minoris prædium uendiderit. quæ tamen exceptio reprobatur d. §. ſi poſteaquam. ibi:* Certè etſi non.

Secunda exceptio eſt: Niſi poſt uenditionem opus factũ ſit. Hæc exceptio reprobatur d. l. 11. § ergo ſi poſt. ibi: nam & ſtatim. cuius uerba uide paulò inferius.

Tertia exceptio eſt: Niſi poſt traditionem fundi uẽditi opus ſit factum. Quæ exceptio approbatur quidẽ ipſo iure: uerùm eius prima replicatio hæc eſſe uidetur: Niſi in diem addictio ſit facta. Sed hæc replicatio reprobatur d. l. 11. §. ſi fundus, his uerbis: Si fundus in diẽ addictus ſit, cui competet interdictum? Et ait Iulianus: Interdictum Quod ui aut clam ei competere, cuius interfuit opus non fieri. Fundo enim in diem addicto, & commodum & incommodum omne ad emptorem pertinet (inquit) antequam uenditio transferatur. Et ideo ſi quid tunc ui aut clam factum eſt, quamuis melior conditio allata fuerit, ipſe utile interdictum habebit. Sed eam actionem, ſicuti fructus medio tempore perceptos, uenditi iudicio præſtare cogendum ait. *Concordat iiſdem propè uerbis l. 4. §. idem Iulianus. ff. de in diem addictione. Altera replicatio uidetur: Niſi ex cauſa precarij traditio ſit facta. quæ tamen replicatio reprobatur d. l. 11. §. ergo ſi poſt, his uerbis:* Si poſt in diem addictionem factam fundus precario traditus ſit, putem emptorem interdictũ Quod ui aut clam habere. Si uerò aut nõdum traditio facta ſit, aut etiam facta ſit precarij rogatio: non puto dubitandum, quin uenditor interdictum habeat. Ei enim competere debet, etſi res ipſius periculo nõ ſit. Nec multum facit quod res emptoris periculo eſt. Nam & ſtatim poſt uenditionem contractam periculum ad emptorem ſpectat: & tamen antequam ulla traditio fiat, nemo dixerit interdictum ei competere. Si tamen precario ſit in poſſeſsione: uideamus ne (quia intereſt ipſius qualiter qualiter poſsideat) iam interdicto uti poſsit? Ergo etſi conduxit, multo magis. Nam & colonum poſſe interdicto experiri, in dubium non uenit. *Tertia replicatio eſt: Niſi fundo in diem addicto poſt meliorem conditionem allatam aliquid ui aut clam factum ſit. quæ replicatio approbatur d. l. 11. §. planè ſi poſtea, his uerbis:* Planè ſi poſtea quàm melior conditio allata eſt, aliquid operis ui aut clam factum ſit, nec Iulianus dubitat interdictum uenditori competere. Nam inter Caſsium & Iulianum de illo quod medio tempore accidit, quæſtio eſt, non de eo opere quod poſtea contigit. *Quarta propoſitæ exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi emptio aliqua conditione exiſtente reſolui poſſit. Hæc replicatio reprobatur exemplis propoſitis d. l. 11. §. penult. his uerbis:* Si ita prędium uenierit, ut ſi diſplicuiſſet inemptum eſſet: facilius admittimus interdictum emptorẽ habere, ſi modò eſt in poſſeſsione. Et ſi reſciſsio emptionis in alterius arbitrium conferatur, idẽ erit probandum. Idemq; etſi ita ueniſſet, ut ſi aliquid eueniſſet, inemptum eſſet prædium. Et ſi fortè commiſſoria uẽierit, idem dicendum eſt.

III. *Regula. Si ſtatua ex loco publico ſit ſublata, ei cuius ſtatua in publico poſita eſt, interdictum competit. quæ regula approbatur l. 11. § 2. ff. quod ui aut clam. cuius uerba uide ſ. lib. 12. cap. 10. reg. 26.*

IIII. *Regula. De heredibus cæteriſq; ſucceſſoribus proponitur l. 13. §. quæſitum. ff. quod ui aut clam. cuius uerba uide ſ. quæſt. prox. except. 10.*

V. ADVERSVS QVOS interdictum competit?

Regulariter quidem aduerſus eum ſolum, qui ui aut clam fecit, datur. uerùm eius regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi iuſſu alterius fecerit. hoc enim caſu & is tenetur, cuius iuſſu factum eſt. quæ exceptio approbatur l. 5 §. hæc uerba. ff. quod ui aut clam, his uerbis: Hæc uerba Quod ui aut clam factũ eſt, ait Mutius, ita eſſe, quod tu aut tuorũ quis fecit, aut tuo iuſſu factum eſt. Labeo autem

ait.

ait, plures perſonas contineri his uerbis. Nam ecce primùm hæredes eorum, quos enumerat Mutius, contineri his uerbis putat. *Concordat d.l.5.§.fin. his uerbis:* Cum interdictũ ſic ſit ſcriptũ, Quod ui aut clàm factũ eſt, nõ ita Quod ui aut clàm feciſti: latius porrigi id quàm ad has perſonas, quas ſuprà enumeranimus, Labeo putat: & hoc iure utimur, ut ſiue ego feciſſem, ſiue fieri iuſsiſſem, interdicto Quod ui aut clàm tenear. *Concordat item l.13.§.ſi colonus.ff. eod.tt. his uerbis:* Si colonus meus opus fecerit, ſi quidem me uolentu uel ratum habẽte: perinde eſt ac ſi procurator meus feciſſet: in quo placet ſiue ex uoluntate mea fecerit, teneri me: ſiue ratũ habuero, quod procurator fecit. *Concordat item d.l.13.§.fin. cuius uerba uide J.except.4.repl.1. Concordat item l.15.§.ſi in ſepulchro.ff.eod.tt.his uerbis:* Si in ſepulchro alieno terra congeſta fuerit iuſſu meo, agendum eſſe Quod ui aut clàm mecum, Labeo ſcribit. Et ſi communi conſilio plurium factum id ſit: licere uel cum uno uel cum ſingulis experiri. Opus enim quod à pluribus pro indiuiſo factũ eſt, ſingulos in ſolidum obligare. Si tamen proprio quis eorum hoc fecerit conſilio, cum omnibus eſſe agendum, ſcilicet in ſolidum. Itaq; alter conuentus, alterum nõ liberabit: quin imò perceptio ab altero. Superiore etenim caſu alterius conuentio alterum liberat. Præterea ſepulchri quoq; uiolati agi poteſt. *Planè propoſitæ exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi quis non ſuo, ſed alterius nomine iuſſerit opus fieri. tunc enim non is qui iußit, ſed is cuius nomine iußit, tenetur. quæ replicatio approbatur l.5.§.ſimiliter.ff.eod. tt. his uerbis:* Quod cuius iuſſu factum erit, ob id non cum eo, ſed cuius nomine iuſſerit, hæc actio eſt. Nam ſi procurator, tutor, curator, duumuir municipij quid eius nomine, cuius negocium procuraret, fieri iuſſerit: ob id agendum erit cum eo, cuius nomine factum quid erit, non cum eo qui ita iuſſerit. Et ſi tibi mandauero, ut opus fieri iuberes, & in ea re mihi parueris: mecum (inquit) non tecum erit actio. *Huius replicationis duplicatio prima hæc eſt: Niſi quis non iubere, ſed facere iuſſus, iußit alium facere. hoc enim caſu omnes tenentur. quæ duplicatio approbatur l.6.ff.eod.tt. his uerbis:* Si ego tibi mandauero opus nouum facere, tu alij: non poteſt uideri mei iuſſu factum. Teneberis ergo tu & ille: & an ego teneat uideamus? Et magis eſt & me qui initium rei præſtiterim, teneri: ſed uno ex his ſatisfaciente, cæteri liberabuntur.

Altera duplicatio eſt: Niſi tutor pupilli, uel curator furioſi nomine iuſſerit: uel is cuius nomine fieri iuſſit, ratum non habuit nec mandauit. Hæc duplicatio approbatur exemplo l.11.§.ſi tutoris.ff.eod.tt. his uerbis: Si tutoris iuſſu aut curatoris factum ſit, cum placeat quod Caſsius probat, ex dolo tutoris & curatoris pupillum uel furioſum non teneri, eueniet ut in ipſum tutorem, curatoremque aut utilis actio competat, aut etiam utile interdictum. Certè ad patientiam tollendi operis utique tenebuntur pupillus & furioſus. *Hæc de prima exceptione, eiusq; replicatione ſint dicta.*

II. EXCEPTIO: *Niſi quis non ſuo, ſed alterius nomine fecerit. Hoc enim caſu tenetur is cuius nomine factum eſt. quæ exceptio approbatur per ea quæ dicta ſunt ſ.except.prox.repl.1.in prin. Concordat l.5.§.ſi quid ſeruus.ff.quod ui aut clàm. cuius uerba uide J.except.prox. repl.1. Eius autem replicatio hæc eſt: Niſi is cuius nomine factum eſt nec mandauerit, nec ratum habuerit. quæ replicatio elicitur ex contrario ſenſu l.13.§.ſi colonus.ff.quod ui aut clàm. cuius uerba uide ſ.except. prox. in prin. Concordat l.11.§.ſi tutoris.ff. eod. tt. cuius uerba uide ſ.except. prox. in fine. Huius tamen replicationis duplicatio hæc eſt: quòd is qui nec mandauit nec ratum habuit, ad patientiam ſaltem præſtandam teneatur. quæ duplicatio approbatur d.§.ſi tutoris. ibi:* Certè ad patientiam, &c.

III. EXCEPTIO: *Niſi ſeruus fecerit. hoc enim caſu dominus ſerui tenetur. quæ exceptio approbatur l.7.§.1.ff.quod ui aut clàm, his uerbis:* Neratius ſcribit, eum cuius ſeruus ui aut clàm fecerit: aut ſua impenſa ex hoc interdicto opus reſtituere debere, aut patientiam reſtituendi præſtare, & ei ſeruum noxæ dedere. Et planè ſi mortuo, alienatoue ſeruo interdicetur: patientiam duntaxat præſtare debere ait, ita ut emptor eo interdicto poſsit conueniri, ut uel impenſam prçſtet, aut noxam det, dominoq; ſua impenſa reſtituente: aut damnato quia non reſtitueret, emptorem liberari. Eadem etſi contrà dominus ſerui uel opus reſtituiſſet, uel in litis æſtimationem damnatus eſſet. Quòd ſi tantum noxæ dediſſet, aduerſus dominum operis utiliter interdici. *Huius exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi dominus ſeruum noxæ dediderit, patientiamq; operis reſtituendi præſtet. Hæc replicatio conſtat ex uerbis iam propoſitis hiſce:* Aut ſua impenſa ex hoc interdicto opus reſtituere debere, aut patientiam reſtituendi præſtare, & ei ſeruum noxæ dedere. *Secunda replicatio eſt: Niſi ſeruus mortuus, aut alienatus ſit, uel manumiſſus. Hæc replicatio approbatur uerbis ſuprà dictis hiſce:* Et planè ſi mortuo, alienatoue ſeruo interdicetur: patientiam duntaxat prçſtare debere ait, &c. *Concordat l.14.ff. eod. tt. his uerbis:* Si ſeruus meus ignorante me opus fecerit, eumque uendidero uel manumiſero: mecum in

o hoc

hoc ſolùm agi poterit.ut patiat opus tolli. Cum emptore autem ſerui, ut aut ooxæ dedat,aut impenſam, quæ in reſtitutione facta fuerit,pręſtet.Sed & cum ipſo manumiſſo rectè agi poterit. *Tertia replicatio eſt: Niſi ſeruus non ſuo, nec domini, ſed alterius nomine aut iuſſu fecerit. hoc enim caſu non dominus, ſed is cuius nomine factum eſt,tenetur.quæ replicatio approbatur l.5.§.ſi quid ſeruus.ff.eod.tt.his uerbis:* Si quid ſeruus meus fecit,non ob id mecum actio eſt,ſi non id meo nomine aut ſuo fecerit. nam ſi tuum ſeruum mercenarium habuero, quidquid ab eo factum fuerit meo nomine: ob id non tecum, ſed mecum, cuius iuſſu aut nomine id opus à ſeruo tuo factum fuit, agendum erit hoc interdicto.

IIII. EXCEPTIO: *Niſi is qui fecit,non poßideat opus. hoc enim caſu etiam poſſeſſor operis conueniēdus. quæ exceptio approbatur l.15. in prin. ff.quod ui aut clàm, his uerbis:* Semper aduerſus poſſeſſorem operis hoc interdictum competit.Idcircoq; ſi quilibet inſcio uel etiam inuito me opus in fundo meo fecerit, interdicto locus erit. *Huius exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi poſſeſſor operis patientiam tollendi operis præſtet. hoc enim modo liberabitur. quæ replicatio approbatur l.7.in prin.ff.eod. tt. his uerbis:* Si alius fecerit me inuito, teoebor ad hoc ut patientiam præſtem. *Concordat l.16.§.fin.ff.eod.tt.his uerbis:* In ſumma qui ui aut clàm fecit,ſi poſsidet.patientiā & impenſam tollendi operis:qui fecit,nec poſſidet,impenſam:qui poſsidet nec fecit, patientiam tantùm debet. *Concordat item l.15. §.1.ff.eod.tt.his uerbis:* Is cui fun dum paſtinādum locaueras,lapides abſtulit,& in uicini prędium proiecit:ait Labeo,te Quod ui aut clàm non teneri, niſi id tuo iuſſu factū ſit. Ego puto conductorē teneri: locatorē autem non aliàs,niſi aut patientiā præſtare poſsit, aut aliquam actionē habeat,quā præſtet. Cæterùm teneri non oportet. *Concordat item l.13.§.fin.ff.eod.tt.his uerbis:* Iulianus ait,Si colonus arborē, de qua cōtrouerſia erat ſucciderit, uel quod aliud opus fecerit:ſi quidē iuſſu domini id factū ſit, ambo tenebuntur:non tantùm ut patientiā præſtent,ſed ut impenſam quoq; ad reſtituendum præbeant.Si autē dominus non iuſſerit,colonus quidē tenebitur ut patientiam & impenſam præſtet:dominus uerò nihil amplius quàm patientiā pręſtare cogēdus erit. *Propoſitæ replicationis duplicatio hæc eſt: Niſi iuſſu poſſeſſoris ſit factum.quæ duplicatio approbatur uerbis iam propoſitis hiſce:* Si quidē iuſſu domini id factū ſit,&c. *De qua re uide s̄.exc.1.*

V. EXCEPTIO: *Niſi alius tanquam procurator, tutor uel curator eius qui fecit uel tenetur conueniatur. Hæc exceptio approbatur l.5.§ hæc uerba.ff.quod ui aut clàm,his uerbis:* Labeo ait,& aduerſus procuratorem,tutorem,curatorem municipij, uel ſyndicum alieno nomine interdici poſſe.

VI. EXCEPTIO: *Niſi alius tanquā hæres eius qui fecit uel tenetur,conueniatur. Hæc exceptio approbatur d.§.hæc uerba. cuius uerba uide s̄. except.1.in prin. Concordat l.15.§. hoc interdictū.ff. eod.tt.his uerbis:* Hoc interdictū in hæredē cæterosq; ſucceſſores datur in id quod ad eos peruenit. *Huius exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi nihil uel minus ad hæredē peruenerit. quæ replicatio conſtat ex uerbis iam propoſitis hiſce:* In id quod ad eos peruenit.

VI. QVID ET QVANTVM VENIAT IN HOC INTERDICTUM?

I. *Regula. De eo quod intereſt. In hoc interdicto uenit reſtituendum id quod actoris intereſt.quæ regula approbatur l.15. §. in hoc interdicto. ff. quod ui aut clàm,his uerbis:* In hoc interdicto tanti lis æſtimatur, quanti actoris intereſt id opus factum non eſſe. Officio autem iudicis ita oportere fieri reſtitutionem, iudicandum eſt,ut in omni cauſa eadem conditio ſit actoris, quæ futura eſſet ſi id opus, de quo actum eſt, neq; ui neq; clàm factum eſſet. Ergo nonnunquam etiam dominij ratio habenda eſt: utputa, ſi propter hoc opus quod factum eſt, ſeruitutes amittantur, aut uſusfructus intereat. Quod non tantum tunc eueniet, cum quis opus ædificauerit, uerum etiam ſi diruiſſe opus proponatur, & deteriorem conditionem feciſſe uel ſeruitutum, uel uſusfructus, uel ipſius proprietatis.Sed quod interſuit aut per iuſiurandum, quod in litem actor iurauerit,aut ſi iurare non poſsit,iudicis officio æſtimandum eſt. *Concordat l.21.§. fin. ff.eod.tt.his uerbis:* Si quis propter opus factum ius aliquod prædij amiſerit,id reſtitui ex hoc interdicto debet. *Concordat item l.38.§.in interdicto.ff.de uſuris & fructibus,his uerbis:* In interdicto quod ui aut clàm,magis eſt ut omnis cauſa & fructus reſtituatur. *Planè propoſitæ regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi hæres eius qui fecit conueniatur. Hic enim non niſi in id quod ad ſe peruenit tenetur.quæ exceptio approbatur l.15.§. hoc interdictum. ff. quod ui aut clàm.cuius uerba uide s̄.quæſt.prox.except 6. Secunda exceptio eſt: Niſi dominus ſerui ſui nomine conueniatur. hic enim patientiam præſtando,& ſeruum noxæ dedendo liberatur. quæ exceptio approbatur per ea quæ propoſita ſunt ſuprà quæſtione proxim. exceptione 3. replic. 1 cum ſequentibus. Tertia exceptio eſt: Niſi poſſeſſor operis, qui non fecit, conueniatur. hic enim ad ſolam patientiam præſtandam tenetur. quæ exceptio approbatur per ea quæ propoſita ſunt s̄.quæſt.prox.except.4.repl.1.*

Quarta

Quarta exceptio eſt: Niſi incendij arcẽdi gratia quis ui aut clam fecerit. hic enim in ſimplum tantum tenetur. quæ exceptio approbatur l.7.§.eſt autẽ.ff. quod ui aut clàm. cuius uerba uide ĩ. quæſt.3. except.17.

II. *Regula. De patientia & impenſa operis tollendi ſimul præſtanda, proponitur l.13.§.fin.ff. quod ui aut clàm. cuius uerba uide ĩ. quæſt. prox. except.4. repl.1. Concordat l.16.§.fin.ff.eod.tt. cuius uerba uide d.repl.1.*

III. *Regula. De fructibus proponitur l.18.§. in interdicto.ff. de uſuris & fructibus. cuius uerba uide paulo ſuperius reg.2.*

VII. QVAMDIV detur?

Annale eſt interdictum. quæ regula approbatur l.15.§. hoc interdictum.ff. quod ui aut clàm, his uerbis: Hoc interdictũ poſt annum non cõpetit. *Concordat l.22. in prin.ff.eod.tt. cuius uerba uide ĩ. quæſt.3. cauſa 14. Huius regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi à tempore operis cœpti, nõ perfecti annus numeretur. quæ exceptio approbatur d.§. hoc interdictum, his uerbis:* Annus autem cedẽte incipit, ex quo id opus perfectum eſt, aut fieri deſijt, licet perfectũ non ſit. Alioquin ſi à principio operis cœpti annũ quis numeret, neceſſe eſſet cum his qui opus tardiſsimè facerent, ſæpius agi: *Secunda exceptio eſt: Niſi actor ignorauit opus factũ eſſe. Hæc exceptio approbatur d.§. hoc interdictũ. uerſ. ſed ſi is ſit, his uerbis:* Sed ſi is ſit locus, in quo opus factũ eſt, qui facilè non adiretur (utputa in ſepulchro quid ui aut clàm factũ eſt, uel in abdito alio loco) ſed etſi ſub terra fiat opus, uel ſub aqua, uel ſub cloaca aliquid factũ ſit: etiam poſt annum cauſa cognita competit interdictum de eo quod factũ eſt. Nã cauſa cognita, annua exceptio remittenda eſt: hoc eſt, ex magna & iuſta cauſa ignorantiæ interueniente. *Tertia exceptio eſt: Niſi actor reipub. cauſa abfuerit. Hæc exceptio approbatur d.l.15.§. ſi quis reipub. his uerbis:* Si quis reipub. cauſa abfuiſſet, deinde reuerſus interdicto qui aut clàm uti uellet: uerius eſt non excludi eum anno, ſed reuerſum, annũ habere. Nã etſi minor annis 25. rei publicę cauſa abeſſe cœperit, deinde maior effectus ſit dũ abeſt reipub. cauſa: futurum eſt ut ex quo redit, annus ei computetur, non ex quo impleuit XXV. annos. Et ita diuus Pius, & deinceps omnes principes reſcripſerunt.

VIII. EVENTVS HVIVS interdicti.

I. *Regula. Vẽditor qui hoc interdicto egit, id quod percepit, emptori reſtituere non tenetur. quæ regula approbatur, ſimul et diſtinguitur l.11.§. ſi poſteaquã. ibi: ſed nec ex.ff. quod ui aut clàm. cuius uerba uide ĩ. quæſt.3. except.24.*

II. *Regula. Emptor qui hoc interdicto egit, reſoluta emptione, id quod percepit, uenditori reſtituerẽ tenetur. quæ regula approbatur d.l.11.§. ſi fundus. in fine. cuius uerba uide ĩ. quæſt. 4. reg. 2. except. 3. repl.2.*

IX. ADFINIA REmedia.

Regulariter ſi quid ui aut clàm factum eſt, interdictum quod ui aut clàm competit. cuius regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi opere nouo nunciato, ante remiſsionem ædificauerit. tunc enim etiam interdicto, quod ex operis noui nunciatione competit, tenetur. quæ exceptio approbatur l.7.§. ait Iulianus. ff. quod ui aut clàm, his uerbis: Ait Iulianus, Qui ante nunciationis remiſsionem contra quam prohibitus fuerit, opus fecerit, duobus interdictis tenebitur: uno, quod ex operis noui nũciatione competit: altero, quod ui aut clàm. *Secunda exceptio eſt: Niſi in re mobili quid ui uel clàm factum ſit. tunc enim furti actio cõpetit. quæ exceptio approbatur exemplo d.l.7.§. notauimus. ibi: cæterùm qui fructum. cuius uerba uide ĩ. quæſt.3. except.11. Concordat l.12.§.1. ibi: municipes. ff.eod.tt. cuius uerba uide ĩ. lib.12. ca.10. reg. 26. Tertia exceptio eſt: Niſi arbores alicuius ui uel clàm ſucciſæ ſint. tunc enim etiam legis Aquiliæ actio eſt: item locati & arborum furtim cæſarum actio. quæ exceptio approbatur l.13. in prin.ff. quod ui aut clàm. cuius uerba uide ĩ. d.quæſt.3. except.12. repl.1. Concordat l.25.§. culpæ.ff. locati & conducti. cuius uerba uide alibi. Quarta exceptio eſt: Niſi ſepulchrũ ſit uiolatum. tunc enim etiam ſepulchri uiolati actio eſt. quæ exceptio approbatur l. 15. §. ſi in ſepulchro. in fine.ff. quod ui aut clàm. cuius uerba uide ĩ. quæſt.3. except.1. Concordat item l.22.§ penult. in fine.ff.eod.tt. cuius uerba uide ĩ. quæſt.3. cauſa 10.*

DE PRECARIO. Cap. XIII.

¶ Deſcriptio precarij.

I. DEFINITIO PREcarij

Proponitur l.1. in prin. ff. de precario, his uerbis: Precarium eſt, quod precibus petenti utendum conceditur tamdiu, quamdiu is qui conceſsit, patitur: quod genus liberalitatis ex iure gentium deſcendit. *Concordat l.2. in fine ff.eod.tt. his uerbis:* Habere precario uidetur, qui poſſeſsionem uel corporis uel iuris adeptus eſt, ex hac ſolummodò cauſa, quòd adhibuit preces, & impetrauit, ut ſibi poſsidere aut uti liceat. *Huius definitionis exceptiones uide ĩ. de interdicto precarij quæſt.3.*

II. SPECIES SEV EXEMpla precarij

Proponuntur l.3.ff.eod.tt. his uerbis: Veloti ſi me precario rogaueris, ut per fundum meum ire uel agere tibi liceat: uel ut in tectũ, uel in aream ædium mearum ſtillicidium

uel rignum in parietẽ immiſſum habeas.

III. QVO IVRE SVBſiſtet?

Iure gentium. quæ regula approbatur l.1.in prin. ff.de precario.cuius uerba uide ſ.queſt.1.in prin.

IIII. SIMILIA.

I. *Simile eſt commodato. quæ regula approbatur l.1.§.fin.ff.de precario,bis uerbis:* Eſt ſimile commodeto.nem & qui commodat tem, ſic cõmodet,ut nou ſeciet rem eccipentie: ſed ut ei uti re commodata permittet.

II. *Donatio magis eſt quàm contractus. Quæ regula approbatur l.14.ff. de precario. cuius uerba uide j.de interdicto,queſt.3.*

V. DIFFERENTIAE.

Differentia à donatione proponitur l.1.§. & diſtat.ff.de precarie,bis uerbis: Precarium diſtae à donetione,eo quòd qui donet,ſic det ne recipiet:qui precariò concedit,ſic det,qua ſi tunc recepturus,cum ſibi libuerit precarium ſoluere.

Differentia à cõmodato proponitur l.2.§.illud ad notat. ff. eod. tt. cuius uerba uide j. de interdicto, queſt.4.except.13.

VI. CVI COMPETAT precarium?

I. *Regula.Precario rogante procuratore,uel ſeruo domino precarium competit.qua regula approbatur l.6.§.1.ff.de precario,bis uerbis:* Si procuretor meus me mendante,uel ſetum hebére precario rogeuit: ego precario propriè habere dicor. *Concordat l.13. ff.eod. tt. cuius uerba uide j.de interd. queſt.6. except. 2. Concordat item l.4.§.tenetur.ff.eod.tt.cuius uerba uide j. de interd. queſt.6.except.1.*

II. *Regula.Precarium hæredi rogantis non competit.quæ regula approbatur l.12.§. fin. ff. de precario,bis uerbis:* Precerio rogetio.& ed hęredẽ eius qui precario conceſsit,tranſit. Ad hæredem eutem eius qui precario rogeuit. non tranſit:quippe ipſi duntexet,non eriẽ hæredi conceſſe poſſeſsio eſt.

III. *Regula. De eo qui precario poßidentẽ adoptauit,proponitur l.16.ff.de precario,bis uerbis:* Si adopteuero eum qui precario rogauerit, ego quoq; precario poſsidebo.

VII. EVENTVS PRECerij.

I *Regula.Is qui rẽ precario habet,poßidet.quæ regula approbatur per ea quæ habẽtur ſ.cap.2.exc.15.*

II. *Regula. Is quoq; qui rem precario conceßit, poßidet.quæ regula approbatur l.15.§.eum qui.ff.de precario.cuius uerba uide ſ.cap.2.in prin.*

III. *Regula.Is qui precario poßidet,interdicto Vti poßidetis uti poteſt.quæ regula approbatur l. 17. ff. d.tt.cuius uerba uide ſ.cap.8.queſt.6.exc.8.repl.4.*

IIII. *Regula.Is qui precario rogauit ut ſibi in fundo morari liceat, cũ ſuis quoq; ibi morari poteſt. quæ regula apprebatur l. 21.ff.de precario, bis uerbis:* Cum precerio quis roget,ut ipſi in eo fundo morari liceet:ſuperuecuum eſt edijci,ipſi ſuiſq;:né per ipſum ſuis quoq; permiſſum uri uidetur.

¶ De interdicto de precerio.

I. VERBA HVIVS INterdicti

Proponuntur l.2.in prin.ff.de precario,hæc ninirum: Ait Prætor, Quod precerio ebillo habee,eut dolo melo feciſti ur deſineres habere,qua de te egitur,id illi reſtituas.

II. GENVS.

Reſtitutoriũ eſt interdictum. quæ regula approbatur d.l.2.§.1.cuius uerba uide j.queſt.prox.

III. RATIO HVIVS INterdicti

Proponitur d.§.1.bis uerbis: Hoc interdictũ reſtitutorium eſt,& neturalem heber in ſe æquiterem.nanq; precarium reuocare uolenti competit. Eſt enim nature ęquũ, tam diu te mea liberelitate uti,quádiu ego uelim,& ut poſsim reuocere,cum mureuero uoluntetem. Itaq; cum quid precario rogatum eſt,non ſolum hoc interdicto uti poſſumus:ſed etiem præſcriptie uerbis ectione,quæ ex bone fide oritur. *Concordat l.14. cum lege ſequente.ff.eod.tt.bis uerbis:* Interdictũ de precerijs meritò introductum eſt, quia nulla eo nomine iure ciuili ectio eſt.magis enim ed donetionem,& beneficij ceuſem, quàm ed uegocij contracti ſpectat precerij conditio. Et habet ſummem æquitatem, ut eetenus quiſq; noſtro utatur, quetenus ei tribuere uelimus.

IIII. CAVSAE HVIVS INterdicti,cum ſuie exceptionibus.

I. *Cauſa.Si is qui precario rogauit,rem non reſtituat.Hæc cauſa approbatur l.2.in prin. ff. de precario. cuius uerba uide ſ. queſt. 1. Concordant ea quæ propoſita ſunt ſ.queſt.prox.*

II. *Cauſa.Si is qui precario rogauit,ſeruitute uſus non ſit,eaq; ideo ſit amiſſa. Hæc cauſa approbatur l. 8. §. ſi ſeruitute. ff. d. tt.cuius uerba uide j.except.13.repl.2.*

De exceptionibus iam dictarum ceuſarum.

I. EXCEPTIO:*Niſi pupillus precario rogauerit. Hæc exceptio reprobatur l. ult. §. fin. ff. de precario,bit uerbis:*Si pupillus ſiue tutoris euthoritate precario rogeuerit,Lebeo eit habere eum preceriam poſſoſsionem, & hoc interdicto teneri.nem quo magie neturaliter poſeidaret, nullum locum eſſe tutorie euthoritari,recteq; dici quod precario hebeet:quie quod poſsidet,ex ee cauſe poſſideat,ex qua rogauerit,nihilq; noui à Prętore conſtituendum:quoniam ſiue hebeet

rem,

rem, officio iudicis teneatur: ſiue non habeat, non teneatur.

II. EXCEPTIO: *Niſi à ſeruo precario rogauerit. Hæc exceptio reprobatur l. 19. §. 1. ff. de precario, his uerbis:* Qui ſeruum meum precario rogat, uidetur à me precario habere, ſi hoc ratum habuero. Et ideo precario interdicto mihi tenebitur. *Concordat l. 15. ff. de action. & obligationib. cuius uerba uide ĩ. lib. prox. cap. 5. except. 46. repl. 1. dupl. 2.*

III. EXCEPTIO: *Niſi is qui non poſſidet precario, conceſſerit poßidenti. Et hæc exceptio reprobatur l. 18. ff. de precario, his uerbis:* Vnuſquiſq; poteſt rem ſuam, quamuis nõ poſſideat, precario dare ei qui poſsidet. *Concordat l. 22. in prin. ff. eod. tt. his uerbis:* Si is qui pro poſſeſſore poſsideret, dominum rogauerit ut ſibi retinere rem liceret, uel is qui alienam rem emiſſet, dominum rogauerit: apparet eos precario poſsidere: nec exiſtimandos mutare ſibi cauſam poſſeſsionis, quibus à domino concedatur precario poſsidere. Nã etſi id quod poſsideas, alium precario rogaueris: uideri te deſinere ex prima cauſa poſsidere, & incipere ex precario habere. *Concordat item l. 6. §. Iulianus. ff. eod. tt. cuius uerba uide ĩ. cap. 2. in fine.*

IIII. EXCEPTIO: *Niſi quis rem ſuam precario rogauerit. Hæc exceptio approbatur l. 4. §. item ſi rem. ff. de precario, his uerbis:* Si rem meã precario rogauero, rogaui quidem precario, ſed non habeo precario: idcirco quia receptum eſt rei ſuæ precarium non eſſe. *Huius exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi debitor rem pignori obligatam, precario rogauerit à creditore. Hæc replicatio approbatur l. 6. §. fin. ff. d. tt. his uerbis:* Quæſitum eſt, ſi quis rem ſuam mihi pignori dederit, & precario rogauerit: an hoc interdictũ locum habeat? Quæſtio in eo eſt, quòd conſiſtere precarium rei ſuæ non poſsit. Mihi uidetur uerius precarium conſiſtere in pignore: cum poſſeſsionis rogetur, non proprietatis. Et eſt hęc ſententia etiam utiliſsima. Quotidie enim precario rogantur creditores ab his qui pignori dederunt, & debet conſiſtere precarium. *Concordat l. 15. ff. de actionib. & obligat. cuius uerba uide ĩ. lib. prox. cap. 5. except. 46. repl. 1. dupl. 2. Huius replicationis duplicatio hæc eſt: Niſi debitum ſit ſolutum. Hæc duplicatio approbatur l. 11. ff. de precario, his uerbis:* Si debitor rẽ pignoratam precario rogauit, ſoluta pecunia precarium ſoluitur: quippe id actum eſt, ut uſq; eo precarium teneret. *Secunda replicatio eſt: Niſi is qui rem domino precario conceßit, per interdictum Vti poßidetis poſſeßionem retinere potuit. hoc enim caſu tenet precarium. Quæ replicatio approbatur l. 7. ff. de precario, his uerbis:* Sed etſi eam rem, cuius poſſeſsionem per interdictum Vti poſsideris retinere poſſem (quamuis futurum eſſet ut tenear de proprietate) precario tibi conceſſerim: teneberis hoc interdicto. *Concordat l. 22. §. & contrà. ff. eod. tt. his uerbis:* Si poſſeſſorem precario rogauerit is, qui rem auocare ei poſſet: apparet teneri eum precario: quoniam aliquid ad eum per hanc precarij rogationem peruenit, id eſt, poſſeſsio quæ aliena ſit. *Tertia replicatio eſt: Niſi emptor rem emptam, donec precium ſoluatur, precario rogauerit. Hæc replicatio approbatur l. 20. ff. eod. tt. his uerbis:* Ea quæ diſtracta ſunt ut precario penes emptorem eſſent, quoad precium uniuerſum perſolueretur: ſi per emptorem ſteterit, quo minus perſolueretur, uenditorem poſſe conſequi.

V. EXCEPTIO: *Niſi res mobilis precario ſit rogata. Hæc exceptio reprobatur l. 4. in prin. ff. de precario, his uerbis:* In rebus etiam mobilibus precarij rogatio conſtitit.

VI. EXCEPTIO: *Niſi habitatio precario ſit conceſſa. Hæc exceptio approbatur l. 15. §. hoſpites. ff. de precario, his uerbis:* Hoſpites & qui gratuitam habitationem accipiunt, non intelliguntur precario habitare. *Contradicit l. 2. C. de precario, his uerbis:* Habitantis precario hæredes ad reſtituendam habitationem teneri, contra eos interdicto propoſito, manifeſtè declaratur.

VII. EXCEPTIO: *Niſi ius aliquod uel res incorporalis precario rogata ſit. Hæc exceptio reprobatur d. l. 15. §. precario, his uerbis:* Precario habere etiam ea quæ in iure conſiſtũt, poſſumus: ut immiſſa uel protecta. *Cõcordat l. 3. ff. eod. tt. cuius uerba uide ã. eod. cap. in prin. queſt. 2.*

VIII. EXCEPTIO: *Niſi quis alicui cõceſſerit in ſuo, hoc eſt concedentis loco ducere maceriam. Hæc exceptio approbatur l. 18. ff. communia prædiorum, his uerbis:* Si precario uicinus in tuo maceriam duxerit, interdicto quod precario agi non poterit, nec maceria poſita donatio ſeruitutis perfecta intelligitur: nec utiliter intendetur ius ſibi eſſe inuito te ædificatum habere, cum ædificium ſoli conditionem ſecutum, inutilem faciat intentionem. Cæterùm ſi in ſuo maceriam precario, qui ſeruitutem tibi debuit, duxerit: neq; libertas uſucapietur, & interdicto Quod precario utiliter cum eo agitur. Quod ſi donationis cauſa permiſeris: hoc interdicto agere non poteris, & ſeruitus donatione tollitur.

IX. EXCEPTIO: *Niſi donationis cauſa conceſſum ſit. Hæc exceptio approbatur uerbis iam propoſitis hiſce:* Quòd ſi donationis, &c.

X. EXCEPTIO: *Niſi inter abſentes per epiſtolam uel nuncium precarium conſtituatur. Hæc*

exceptio reprobatur l. 9. ff. de precario, his uerbis: Precariò poſſeſſio conſtitui poteſt uel inter præſentes, uel inter abſentes: ueluti per epiſtolam uel per nuncium.

XI. EXCEPTIO: *Niſi ad certum tempus precarium rogatum atq; conceſſum ſit. hoc enim caſu ante tempus reuocari poſſe non uidetur. Hæc exceptio reprobatur l. 12. in prin. ff. de precario, his uerbis:* Cum precario aliquid datur, ſi conuenit ut in calendas Iulias precario poſſideat: nunquid exceptione adiuuãdus eſt, ne antè ei poſſeſſio auferatur? Sed nulla uis eſt huius conuentionis, ut rem alienã domino inuito poſſidere liceat.

XII. EXCEPTIO: *Niſi ad certum tempus precario conceſſo, tempus ſit finitum. hoc enim caſu precarium amplius non eſt. cuius exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi dominus non reuocauerit precarium. tunc enim precarium durat. Quæ replicatio approbatur l. 4. §. fin. ff. de precario, his uerbis:* Qui precario ad tempus rogauit, finito tempore, etiamſi ad hoc tempus non rogauit, tamen precario poſſidere uidetur. Intelligitur enim dominus, cum patitur eum qui precario rogauit, poſſidere: rurſus precario concedere. *Huius replicationis duplicatio hæc eſt: Niſi dominus medio tempore furere cœperit, uel mortuus ſit. quæ approbatur l. 6. in prin. ff. eod. tt. his uerbis:* Certè ſi interim dominus furere cœperit, uel deceſſerit: fieri non poſſe Maccellus ait, ut precarium redintegretur. Et hoc uerum eſt. *Secunda replicatio eſt: Niſi in ulterius tempus ſit rogatum. hoc enim caſu durat precarium. quæ replicatio approbatur l. 5 ff. eod. tt. his uerbis:* Si manente adhuc precario, tu in ulterius tẽpus rogaſti, prorogatur precarium. Nam nec mutatur cauſa poſſeſſionis, & non conſtituitur eo modo precariũ, ſed in longius tempus profertur. Si uerò præterita die rogas, propius eſt ut ſoluta iam cauſa precarij non redintegretur, ſed noua conſtituatur.

XIII. EXCEPTIO: *Niſi cum quis precario conceſſiſſet quoad uellet, is mortuus ſit. hoc enim caſu deſinit eſſe precarium. quæ exceptio approbatur l. 4. ff. locati. cuius uerba uide alibi.*

XIIII. EXCEPTIO *ſumpta ex loco quo quis precario poſſideat, reprobatur l. 15. §. fin ff. de precario, his uerbis:* Quo quis loco precariò aut poſſideat, aut cœperit poſſidere, nihil refert qđ ad hoc interdictũ pertinet.

XV. EXCEPTIO: *Niſi is qui precario rogauit, non amplius poſſideat, uel res perierit. quæ exceptio approbatur l. ult. §. fin. ff. de precario. cuius uerba uide ſ. exc. 1. Huius exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi dolo poſſidere deſierit. Hæc replicatio approbatur l. 8. §. cum quoq; ff. d. tt. his uerbis:* Eũ quoque precario teneri uoluit Prætor, qui dolo fecit, ut habere deſineret. *Secunda replicatio uidetur eſſe: Niſi culpa poſſidere deſierit. Hæc replicatio reprobatur d. l. 8. §. illud adnotatur, his uerbis:* Illud adnotatur, quod culpã non præſtat, qui precario rogauit, ſed ſolum dolũ: quanquam is qui commodatũ ſuſceperit, non tantum dolũ, ſed etiam culpã præſtet: nec immeritò dolũ ſolũ præſtat, is qui precario rogauit: cum totũ hoc ex liberalitate deſcendat eius qui precario cõceſſit & ſatis ſit, ſi dolus tãtum præſtetur. Culpã tamen dolo proximã contineri quis meritò dixerit. *Cõcordat d. l. 8. §. ſi ſeruitute. his uerbis:* Si ſeruitute uſus nõ ſit is qui precario rogauit, ac per hoc amiſſa ſit: uideamus an interdicto teneatur? Ego orbitror nõ aliàs quã ſi dolo fecerit. Et generaliter erit dicendũ, in reſtitutionem uenire dolum & culpã latã duntaxat, cætera non uenire. *Planè admittitur replicatio propoſita, primùm ſi lata culpa ſit. quæ diſtinctio approbatur uerbis iã propoſitis hiſce:* Dolum & culpam latã duntaxat. *Cui cõcordat d. §. illud adnotatur. uerbis paulo ſuperius propoſitis hiſce:* Culpã tamen dolo proximã contineri quis meritò dixerit. *Secũdò admittitur replicatio propoſita, ſi poſt interdictũ editũ culpa rei quid acciderit. quæ diſtinctio approbatur d. §. ſi ſeruitute. his uerbis:* Planè poſt interdictũ editum oportebit & dolum, & culpã, & omnem cauſam uenire. nam ubi moram quis facit precario, omnẽ cauſam debebit reſtituere.

XVI. EXCEPTIO: *Niſi de precario reſtituẽdo ſit cautum. Hæc exceptio approbatur l. 15. §. cum quis de. ff. de precario, his uerbis:* Cum quis de re ſibi reſtituenda cautũ habet, precariũ interdictum ei non competit.

V. QVIBVS DATVR HOC interdictum?

Regulariter nõ alij cõpetit, quã ei qui precario cõceſſit. cuius regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi quis alienã rem alij precario conceſſerit. hoc enim caſu domino rei interdictũ uidetur dandũ. Hæc exceptio reprobatur l. 8. in prin. ff. de precario, his uerbis: Quæſitũ eſt, ſi Titius me rogauerit, ut re Sẽpronij utatur, deinde ego Semproniũ rogauero ut cõcederet, & ille dum mihi uult præſtitũ conceſſerit: & Titius à me habet precario, & ego cum eo agã interdicto de precario, Sempronius aũt nõ aget cũ eo: quia hæc uerba, Ab illo precario habes, oſtendunt ei demũ competere interdictũ, à quo quis precario rogauit, non cuius res eſt. An tamen Sempronius mecũ, quaſi à me rogatus interdictũ habeat? Et magis eſt, ne habeat: quia nõ habeo precario, cũ nõ mihi, ſed alij impetraui. Mãdati tamen actionẽ poteſt aduerſus me habere: quia mandãte me dedit tibi. At ſi quis dixerit non mãdatu meo, ſed magis mihi credentẽ hoc feciſſe: dicendũ eſt in factũ dandam actionem

etiam

etiã aduerſus me. *Secunda exceptio eſt: Niſi is qui precario cõceſſit, rẽ alienauerit. hoc enim caſu et cui res alienata eſt, competit interdictũ. quæ exceptio approbatur d. l. 8. §. illud tamen, his uerbis:* Illud tamẽ uideamus qnale ſit, ſi à me precario rogaueris, & ego eam rẽ alienauero: an precariũ duret re ad aliũ tranalata? & magis eſt ut ſi ille nõ reuocet, poſsit interdicere qnaſi ab illo precario babeaa, nõ quaſi à me: & ſi paſſus eſt aliquo tẽpore à ſe precario habere, rectè interdicet, quaſi à ſe precario habeaa. *Tertia exceptio eſt: Niſi hæres ael alius ſucceſſor eius qui precario conceſſit interdicat. Hæc exceptia approbatar d l. 8. §. quod à Titio, his uerbis:* Quod à Titio precario quia rogauit, id etiam ab hærede eius precario habere uidetur. Erira Sabinus & Celſus ſcribit, eoq; iure utimur. Ergo & à cæteris ſucceſſoribus habere quis precario uidetur. Idẽ & Labeo probar, & adijcit, Etiãſi ignoret quis hæredẽ, tamẽ uideri aũ habere precario de hærede. *Concordat l. 12. §. fin. ff. eod. tt. cuius uerba uide s. eod cap. in prin. quæſt. 6. reg. 2.* Quarta *exceptio eſt: Niſi ſeruus precario conceſſerit. hoc enim caſu domino datur interdictum. quæ exceptio approbatur l. 19. §. qui ſeruum. ff. de precario. cuius uerba uide s. quæſt prox. except. 2.*

VI. ADVERSVS QVOS DAtur interdictum?

Regulariter non aduerſus aliũ competit, quã eum qui precario rogauit. cuius tamẽ regulæ exceptio primus hæc eſt: Niſi alius quã qui rogauit, precario habeat. hic enim tenebitur. quæ exceptio approbatur l. 4. §. tenetar. ff de precario, his uerbis: Tenetur hoc interdicto nõ utiq; ille qui precario rogauit, ſed qui precario habet. Eenim fieri poreſt ut quis non rogauerit, ſed habeat precario: urputa ſeruua meus rogauit, mihi adquiſijt precariũ, uel quis aliua qui iuri meo ſubiectua aſt. *Huius exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi quis rem alienã à domino alij precario rogaueru. hoc enim nõ is qui habet, ſed is qui rogauit domino tenetur mandati uel ſimili actione. quæ replicatio approbatur l. 8. in prin. ibi: an tamẽ Sẽpronius. ff. d. tt. cuius uerba uide s. quæſt. prox. except. 1. Secũda exceptio eſt: Niſi ſeruus precario rogauerit, uel filius. hoc enim dominus ael pater tenebuur. quæ exceptiõ approbatur uerbis d. §. tenetur iã propoſitis hiſce,* Vtputa ſeruua meus rogauit. *Cõcordat l. 13. ff. eod tt. his uerbis:* Si ſeruus tuus ruo mãdatu precario rogauerit, uel ratũ habueris, quod ille rogauir ruo nomine: tenebaria quaſi precario habeas. Sad ſi re ignorãre ſuo nomine uel ſeruua uel filiua rogauerit, non uideris tu precario habere: ſed illi erir actio de peculio, uel de in rẽ uerſo. *Huius exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi ignorãte domino uel patre, filius uel ſeraus precario rogauerit. quæ replicatio cõſtat ex uerbis iã propoſitis hiſce:* Sed ſi te ignorãte ſuo nomine, &c. *Tertia exceptio eſt: Niſi hæres eius qui precario rogauit cõueniatur. Hæc exceptio approbatur l. 8. §. fin. ff. de precario, his uerbis:* Hoc interdicto aius hæres qui precario rogauit tenetur, quemadmodum ipſe: nt ſiue habet, ſiue dolo fecir quo minus haberet, uel ad ſe perueniret teneatur. Ex dolo aũt defuncti hactenus, quatenua ad eũ peruenit. *Cõcordat l. 2. C. de precario. cuius uerba uide s. quæſt. 4. exc. 6. Cõtradicit l. 11. ibi: quãuis enim. ff. de diuerſis & tẽp. præſcript. cuius uerba uide s. lib. prox. cap. 2. except. 12. repl. 1. dupl. 1. Planè propoſitæ exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi nihil ad hæredem peruenerit. quæ replicatio approbatur uerbis d. §. fin. paulo ſuperius propoſitis.*

VII. QVID VENIAT IN hoc interdicto?

I. *Regula. De re conceſſa, et eo quod intereſt, proponitur l. 8. §. ex hoc interdicto. ff. de precario, his uerbis:* Ex hoc interdicto reſtitui debet in priſtinam cauſam. Quòd ſi non fuerir factum, condemnatio in rantum fiet, quanti interfuit actoria ei rem reſtirui, & ex eo tẽpore ex quo inrerdictnm editum eſt. Ergo & fructus ex die interdicti editi præſtabuntur. *Concordat d. l. 8. §. ſi ſeruitute. in fine. cuius uerba uide s. quæſt. 4. except. 13. repl. 2 diſtinct. 2. Huius regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi hæres eius qui precario accepit, conueniatur. hic enim non niſi in id quod ad ſe peruenit tenetur. quæ exceptiõ approbatur d. l. 8. §. fin. cuius uerba uide s. quæſt. prox. except. 3. Secunda exceptio eſt: Niſi dominus uel pater eius qui precario accepit, conueniatur. hic enim non niſi de peculio, uel de in rem uerſo tenetur. quæ exceptio approbatur, ſimul & diſtinguitur l. 13. ff. de precario. cuius uerba uide s. quæſt. prox. except. 2.*

II. *Regula. De fructibus proponitur l. 8. §. ex hoc interdicto. ff. d. tt. cuius uerba uide s. reg. prox. in prin.*

III. *Regula. De partu ancillæ precario acceptæ proponitur l. 10. ff. de precario, his uerbis:* Quamuia ancillam quis procario rogauerit, id actum uidetur, nt etiam quod ex ancilla natum eſſet in eadẽ cauſa haberetur.

IIII. *Regala. De re ipſa & eius æſtimatione pœnæ nomine reſtituenda, proponitur l. 33. C. de locato & conducto, his aerbis:* Conductorea alienarum rerum, ſeu alienam cuiuslibet rei poſſeſaionem precario detinentes, ſeu hæredes eorum, ſi non eam dominia recuperare uolentibus reſtituerint, ſed litem uſq; ad definiriuam ſententiam expectauerint: non ſolum rem locatam, ſed etiam æſtimationem eiua uictrici parti ad ſimilitudinem inuaſoria alienæ poſſeſsionia præbere compellantur. *Concordat l. 10. C. unde ui. cuius aerba uide s. cap. 11. quæſt. 8. reg. 7.*

VIII. QVANDO ET QVAMdiu datur?

I. *Regula. Competit etiam ante tempus, ad quod precario conceſſum eſt, finitum. Hæc regula approbatur l.12. in prin. ff. de precario. cuius uerba uide ſ. quæſt. 4. except. 11. Concordant ea quæ propoſita ſunt ſ. eod. cap. in prin. quæſt. 2.*

II. *Regula. Etiam poſt annum datur. Quæ regula approbatur l. 8. §. interdictum. ff. de precario, his uerbis:* Interdictum hoc poſt annum competere Labeo ſcribit, eoq; iure utimur. Cū enim nonnunquā in longum tempus precarium concedatur: abſurdum eſt dicere interdictum locum non habere poſt annū.

IX. ADFINIA remedia.

I. *Regula. De actione præſcriptis uerbis proponitur l.19. §. fin. ff. de precario, his uerbis:* Cum quid precario rogatum eſt, non ſolum interdicto uti poſſumus, ſed & incerti condictione præſcriptis uerbis. *Concordat l. 2. ibi: itaque cum quid. ff. eod. tt. cuius uerba uide ſ. quæſt. 3.*

II. *Regula. De mandati, & in factum actione proponitur l. 8. in prin. ibi: an tamen. ff. de precario. cuius uerba uide ſ. quæſt. 5. except. 1.*

III. *Regula. De actione ex ſtipulatu proponitur l. 15. §. cum quis de re. ff. de precario. cuius uerba uide ſ. quæſt. 4. except. 16.*

IIII. *Regula. De actione de peculio & de in rem uerſo proponitur l. 13. in fine. ff. eod. tt. cuius uerba uide ſ. quæſt. 6. except. 2. Hactenus de interdictis tam in genere quàm in ſpecie ſit dictum: quanquam ſuperſunt plures aliæ interdictorum ſpecies, de quib. tamen infrà ſuis locis tractabitur.*

DIGESTORVM LIBER VICESIMVSQVARTVS.

DE VSVFRVCTV ET ALIIS SERVITVTIBVS perſonalibus cum ſuis actionibus.

Cum hactenus de dominio & poſſeſſione cum ſuis cauſis & actionibus actum ſit: nunc ad reliqua rerum iura procedendum, & primum quidem ad ſeruitutes perſonales, quales ſunt uſusfructus, uſus, & habitatio.

DE VSVFRVCTV CONſtituendo. Cap. I.

Vſusfructus definitur l. 1. ff. de uſufr. & quemad. his uerbis: Vſusfructus eſt ius alienis rebus utendi fruendi, ſalua rerum ſubſtantia. *Concordat iiſdem uerbis Inſt. de uſufructu in prin.*

II. GENVS VSVSfructus.

Nō eſt pars dominij, ſed ſpecies ſeruitutis. quæ regula approbatur l. 25. in prin. ff. de uerb. ſignif. his uerbis: Vſusfructus nō dominij pars, ſed ſeruitus eſt: ut uia & iter. *Planè uſusfructus cū proprietate conſolidatus, plenū dominiū efficit, nec amplius uſusfructus dicitur propriè loquēdo, ſed pars dominij: quod exceptionis loco notādū. quæ exceptio approbatur l. 4. ff. de uſufructu & quemad. his uerbis:* Vſusfructus in multis caſibus pars dominij eſt. *Huius exemplum proponitur l. qui uſumfr. 43. §. ſtipulatus. ff. eod. tt. cuius uerba uide j. cap. 3. except. 2. Aliud exemplum proponitur l. 21. §. ſi fundum. ff. de except. rei iudicatæ. cuius uerba uide in Commēt. liberationum cap. 19. except. 3. repl. 2. Aliud item exemplum proponitur l. 126. §. Titius. ff. de uerb. obligat. cuius uerba uide in Comment. liberat. cap. 6. except. 39.*

III. *Differentia inter fructum & uſumfructum proponitur l. 45. ff. de euictionib. ubi Iulianus:* Quod dicimus (*inquit*) uitulum fructum eſſe uaccæ, non ius, ſed corpus demonſtramus: ſicuti prędiorum frumenta, & uinum fructum rectè dicimus, cum cōſter eadem hæc non rectè uſumfructum appellari. *Planè qui fructum legat, uſumfructum legare uidetur. de qua re uide Comment. de legatis cap. 14. reg. 16. except. 2. quæ autem inter uſum & uſumfructum ſit differentia, j. cap. 8. dicetur.*

IIII. DE CAVSIS AC MOdis quibus uſusfructus conſtituitur.

Nunc de cauſis ac modis quibus uſusfructus conſtituitur, nobis eſt dicendum: deinde de uſufructu amittendo: tertiò, de uſufructu adcreſcendo, & ad quos uſusfructus amiſſus reuertatur: quartò, de actione pro uſufr. competente: quintò, de iure uſufructuarij: ſextò, de cautione uſufructuarij: ſeptimò, de actione proprietarij, & in rem negatoria: poſtremò de uſu, habitatione & operis ſeruorum. Quod igitur ad primum attinet, ſciendum eſt, uſumfructum conſtitui uarijs modis. Nam primùm cōſtituitur per legatum: quem modum approbat Caius Iuriſconſultus l. 3. in prin. ff. de uſufructu & quemad. his uerbis: Omnium prædiorum iure legati poteſt conſti-

conſtitui uſusfructus, ut hæres iubeatur dare alicui uſumfructum. Dare autem intelligitur (*idem inquit*) ſi induxerit in fundū legatarium, eumúe patiatur uti frui. *Concordat Inſt. de uſufructu. §. 1. his uerbis:* Vſusfructus à proprietate ſeparationem recipit, idque plurib. modis accidit:ut ecce, ſi quis uſumfructum alicui legauerit. Nam hæres nudam habet proprietatem, legatarius uerò uſumſructum. Et contrà, ſi fundum legauerit deducto uſufructu: legatarius nudam habet proprietatem, hæres uerò uſumfructum. Item alij uſumfructum, alij deducto eo fundum legare poteſt. *Concordat l. 6. in princip. ff. eod. tit. ubi idem iuriſconſultus ait:* Vſusfructus pluribus modis conſtituitur: ut ecce, ſi legatus fuerit, &c. *Quibus autem modis per legatum uſusfructus conſtitui poſſit, dicetur in Comment. de legatis. Deinde conſtituitur uſusfructus pactionibus & ſtipulationibus. qui modus approbatur d. l. 3. in prin. ff. de uſufructu, his uerbis:* Sine teſtamento autem ſi quis uelit uſumfructum conſtituere, pactionibus & ſtipulationibus id efficere poteſt. *Concordat iiſdem uerbis, Institut. de uſufructu. §. ſine teſtamento. Tertiò, conſtituitur uſusfructus (authore Caio iuriſconſulto) in iudicio familiæ erciſcundæ & communi diuidundo, ſi iudex alij proprietatem adiudicauerit, alij uſumfructum.*[a] Nam officio iudicis in huiuſmodi iudicijs etiam talis adiudicatio fieri poteſt, ut alteri fundum, alteri uſumfructum adiudicet.[b] *Quartò, uſusfructus conſtitui poteſt in rei traditione. qui modus approbatur l. 39. ff. de uſufructu & quemad. his uerbis:* Si quis unas ædes, quas ſolas habet, uel fundum tradiderit, excipere poteſt id quod perſonæ, non prædij eſt: ueluti uſum, & uſumfructum. Sed etſi excipiat ut paſcere ſibi uel inhabitare liceat, ualet exceptio. *Huius cauſæ exceptio hæc eſt: Niſi is qui nudam habet proprietatē eam uendendo uſumfructum excipiat. Hæc exceptio approbatur l. 46. in princip. ff. de euictione, his uerbis:* Fundum, cuius uſusfructus Attij erat, mihi uendidiſti, nec dixiſti uſumſructum Attij eſſe: hunc ego Mæuio detracto uſufructu tradidi. Attio capite minuto non ad me, ſed ad proprietatem uſumſructum redire Africanus ait. neque enim potuiſſe conſtitui uſumfructum eo tempore, quo alienus eſſet. Sed me poſſe te uenditorem de euictione conuenire: quia æquum ſit eandem cauſam meam eſſe, quæ futura eſſet, ſi tunc uſusfructus alienus non fuiſſet. *Quintò, conſtituitur uſusfructus proprietate legata. hoc enim modo uſusfructus apud hæredem manet. qui modus approbatur l. 6. in princip. ff. de uſufruct. & quemadm. his uerbis:* Sed & proprietas deducto uſufructu legari poteſt, ut apud hæredem maneat uſusfructus. *Concordat l. 4. ibi: licet placeat. ff. ſi uſusfruct. petatur. cuius uerba uide J. cap. 3. except. 2. in fine. Concordat item l. 14. C. de uſufructu. cuius uerba uide d. cap. 3. exc. 1. Concordat itē Inſt. de uſufructu. §. 1. cuius uerba uide ſ̄. cauſa 1. Concordat item l. 6. §. fin. ff. de uſufr. & quemad. his uerbis:* Nihil uetat, ſeruo meo hærede inſtituto legari proprietatem deducto uſufructu. *Sextò, adquiritur uſusfructus interdum ex iure adcreſcendi. de qua re dicetur infrà cap 3. Item iure patriæ poteſtatis: ſic parens in bonis liberorum uſumfructum habet. de quo ſ̄. lib. 16. cap. 2. Hæc de cauſis ſeu modis conſtituendi uſusfructus ſint dicta. Planè habent iam enumeratæ cauſæ ſuas exceptiones, quæ partim ſumuntur ex re, cuius uſusfructus conſtituitur, partim ex alijs circumſtantijs. quæ exceptiones nunc ordine ſunt proponendæ. Ex re igitur, cuius uſusfructus conſtituitur, ſumantur exceptiones hæ.*

I. EXCEPTIO: *Niſi rei mobilis uſusfructus ſit conſtitutus. Hæc exceptio reprobatur lege 3. §. conſtituitur. ff. de uſufructu & quemadm. his uerbis:* Conſtituitur uſusſructus non tantum in fundo & ædibus, uerùm & in ſeruis & iumentis cæteriſq; rebus. *Concordat Inſtitution. de uſufructu. §. conſtituitur. cuius uerba uide J. except. prox. Concordat item l. 7. in prin ff. eod. tit. his uerbis:* Aut rei ſoli, aut rei mobilis uſusfructus legatur: rei ſoli, utputa ædium uſufructu legato.

II. EXCEPTIO: *Niſi in iis rebus uſusfructus conſtituatur, quæ uſu conſumuntur. Hæc exceptio approbatur Inſtitution. de uſufructu. §. conſtituitur, his uerbis:* Conſtituitur uſusfructus non tantùm in fundo & ædibus, uerùm etiam in ſeruis & iumentis, & cæteris rebus, exceptis iis quæ ipſo uſu conſumuntur. nam hæ res neque naturali ratione, neque ciuili recipiunt uſumfructum: quo in numero ſunt uinum, oleum, ſrumentum, ueſtimenta quibus proxima eſt pecunia numerata. namque ipſo uſu aſsidua permutatione quodammodo extinguitur. *Huius exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi harum rerum nomine rectè ab uſufructuario caueatur. Quæ replicatio approbatur Inſtitut. d. §. conſtituitur. his uerbis:* Sed utilitatis cauſa Senatus cenſuit, poſſe etiam earum rerum uſumfructum conſtitui, ut tamen eo nomine hæredi utiliter caueatur. Itaque ſi pecuniæ uſusfructus legatus ſit, ita datur legatario, ut eius fiat: & legatarius ſatiſdet hæredi de tanta pecunia reſtituenda, ſi morietur, aut capite minuetur. Cæteræ quoque res ita traduntur legatario, ut eius fiant: ſed æſtimatis his, ſatisdatur, ut ſi moriatur, aut capite minuatur, tanta pecunia reſtituatur,

[a] l. 6. §. conſtituitur. ff. eod. tit.

[b] l. 6. §. officio. ff. cōmuni diuid.

tur, quanti hæ fuerint æſtimatæ. Ergo Senatus non fecit quidem earũ rerum uſumfructum (nec enim poterat) ſed per cautionem quaſi uſumfructum conſtituit. *Concordat l.1.cum l.ſequente. ff. de uſufr. earum rerum quæ uſu conſumun. his uerbis:* Senatus cenſuit, ut omnium rerum quas in cuiuſq; patrimonio eſſe conſtaret, uſusfructus legari poſſit. Quo ſenatuſconſulto inductum uidetur, ut earum rerum quæ uſu tolluntur uel minuuntur, poſsit uſusfructus legari. Sed de pecunia rectè caneri oportet his, à quibus eius pecuniæ uſusfructus legatus erit. Quo ſenatuſconſulto non id effectum eſt ut pecuniæ uſusfructus propriè eſſet. Nec enim naturalis ratio auctoritate Senatus commutari potuit: ſed remedio introducto cœpit quaſi uſusfructus haberi. *Vnde Vlpianus:* Si lanæ alicui legatus ſit uſusfructus (*inquit*) uel odorum, uel aromatum, nullus uideretur uſusfructus in iſtis iure conſtitutus: ſed ad ſenatuſconſultum erit deſcendendum, quod de cautione eorum loquitur.[a] *De hac cautione uide plura ∫.cap.6. memb. 6.*

[a] l.u.ff.d.ti.

Secunda propoſitæ exceptionis replicatio eſt: Niſi numiſmatum, quibus pro gemmis uti ſolent, uſusfructus ſit conſtitutus. Quæ replicatio approbatur l.numiſmatum 15.ff.de uſufr. & quemad. his uerbis: Numiſmatum aureorum uel argenteorum ueterũ, quibus pro gemmis uti ſolent, uſusfructus legari poteſt. *Tertia replicatio eſt: Niſi uaſorum uſusfructus ſit conſtitutus. quæ replicatio approbatur l.12.ff.uſufr.quemad.caueat. his uerbis:* Si uaſorum ipſorum uſusfructus relictus ſit, non erit cautio ſenatuſconſulti neceſſaria, ſed illa ſola boni uiri arbitratu uſurum ſe, & fruiturum. Si igitur tradita ſunt utendi fruendi cauſa, nemo dubitat non fieri eius qui accepit. non enim ideo traduntur, ut dominiũ recedat ab eo qui tradidit, ſed ut utatur fruatur legatarius. Ergo cũ non fiant fructuarij uaſa, uindicari à proprietario poſſunt, cautione non data. Videndum eſt de condictione an poſsit locum habere? & proditũ eſt, neminem rem ſuam, niſi à fure, condicere poſſe.

III. EXCEPTIO: *Niſi earum rerum uſufr. conſtituatur, quarum uſus nullus eſt. Hæc exceptio ipſo quidem iure ſubſiſtit, uerùm habet ſuas replicationes: primam in infante. quæ replicatio approbatur l.15.ff.de uſufr. & quemad. his uerbis:* Si infantis uſusfructus tantummodo legatus ſit, etiamſi nullus interim ſit: ſi tamen infantis ætatem exceſſerit, eſſe incipit. *Concordat l.uetus 68.ibi: quid tamen. ff. eod. tit. cuius uerba uide ∫.cap.5. reg.39. Secunda replicatio eſt in ſtatuis & imaginibus.* Nam ſtatuę & imaginis uſumfructum poſſe relinqui, magis eſt (*inquit Martianus*) quia & ipſæ habent aliquam utilitatem, ſi quo loco opportuno ponantur.[b] *Tertia replicatio eſt in prædijs, ex quibus maius incommodum, propter impenſas, quàm lucrum percipitur. Vnde Martianus:* Licet prædia quædam talia ſint (*inquit*) ut magis in ea impendamus, quàm de illis adquiramus, tamen uſusfructus eorum relinqui poteſt.[c] *Quarta replicatio eſt: Niſi aliquando uſusfructus eius eſſe poſsit. Quæ replicatio approbatur l.1.§.& ideo ſi. ff. quando dies uſufr. leg. cedat, his uerbis:* Si uſusfructus legatus ſit, qui quotidie percipi non poteſt, non erit inutile legatum: ſed dies hi legatum habebunt, quib. frui poteſt. *Huius exemplum eſt uſusfructus alternis diebus legatus, item infantis. de quo ſuprà repl.1.*

[b] l.Statuæ.in prin ff.eo.tit.

[c] d.leg.ſtatuæ.§.fin.

IIII. EXCEPTIO: *Niſi rei alienæ uſusfructus ſit conſtitutus. Hæc exceptio ipſo quidem iure approbatur. Eius tamen replicatio eſt in uſufructu legato. quæ replicatio approbatur l.5. in prin. ff. de uſufr. rerum quæ uſu conſum. his uerbis:* Hoc ſenatuſconſultum non ſolùm ad eum pertinet, qui pecuniæ uſumfructum uel cæterarum rerum quas habuit legauit, uerum etiamſi fuerint alienæ.

V. EXCEPTIO: *Niſi ſeruitus uſusfructus conſtitutus ſit. Hæc exceptio approbatur l.1.ff.de uſufructu legato, his uerbis:* Nec uſus, nec uſusfructus itineris, actus, uiæ, aquæúe ductus legari poteſt: quia ſeruitus ſeruitutis eſſe non poteſt: nec erit utile ex ſenatuſcõſulto, quo cauetur, ut omnium quæ in bonis ſint, uſusfructus legari poſsit: quia id neq; ex bonis, neq; extra bona ſit. Sed incerti actio erit cum hærede, ut legatario quamdiu uixerit, eundi, agendi, ducendi facultatem præſtet: & ut ea ſeruitus conſtituatur ſub hac cautione, ut ſi deceſſerit legatarius, uel capite deminutus ex magna cauſa fuerit, reſtituatur. *Concordat l.33.§.fin.in fine.ff.de ſeruit.ruſt. præd. cuius uerba uide ∫.lib.prox.cap.2.except.16.*

VI. EXCEPTIO: *Niſi ſtatuliberi uſusfructus conſtituatur. Hæc exceptio reprobatur l.20. ff. de uſufr. legato, his uerbis:* Si ſeruum ſub conditione liberum eſſe iubeam, & uſumfructum eius tibi legauero, ualet legatum.

VII. EXCEPTIO: *Niſi omnium bonorum uſusfructus conſtituatur. Hæc exceptio reprobatur l.29.omnium ff.de uſufructu & quemad. &c. his uerbis:* Omnium bonorum uſumfructum poſſe legari (niſi excedat dodrantis æſtimationem) Celſus & Iulianus lib.10. ſcribit: & eſt uerius.

VIII. EXCEPTIO: *Niſi nominum uſusfructus ſit conſtitutum. Et hæc exceptio reprobatur l.3.ff.de uſufr.earum rerum quæ uſu conſum. his uerbis:* Poſtquam omnium rerum uſusfructus legari poterit, an & nominũ? Nerua ne-

ua negauit. Sed eſt uerius, quod Proculus & Caſsius exiſtimant, poſſe legari. Idem tamen Nerua ipſi quoque debitori poſſe uſumfructũ legari ſcribit. & remittẽdas ei uſuras. Ergo cautio & ab hoc exigẽda erit.

IX. EXCEPTIO: *Niſi partis bonorum uſusfructus ſit conſtitutus. Et hæc exceptio reprobatur l. etiam partis. ff. de uſufru. & quemadm &c. his uerbis:* Etiam partis bonorum uſusfructus legari poteſt. Si tamen non ſit ſpecialiter facta partis mentio, dimidia pars bonorum continetur. *Hactenus exceptiones, ſumptæ ex re cuius uſusfructus conſtituitur, propoſitæ ſunt: ſequuntur nunc eæ quæ ſumuntur ex modo, quo conſtituitur & legatur uſusfructus.*

X. EXCEPTIO: *Niſi ex die uel in diem conſtitutus ſit uſusfructus. Hæc exceptio reprobatur l. 1. §. item ſi ex ff. quando dies uſusfr. legati cedit, his uerbis:* Poſſe uſumfructum ex die legari, & in diem, conſtat. *Concordat l. 4. in fine. ff. de uſufruct. & quemad. his uerbis:* Vſusfructus in multis caſibus pars dominij eſt: & extat quod uel præſens, uel ex die dari poteſt.

XI. EXCEPTIO: *Niſi in annos ſingulos conſtitutus ſit. Item: Niſi ita, quoties capite deminutus erit, uel quoties amiſſus erit uſusfructus, do lego. Hæ exceptiones reprobantur l. 3. in prin. ff. quibus modis uſusfructus amittatur. de qua re dicetur J. cap. prox.*

XII. EXCEPTIO: *Niſi conſtitutus ſit uſusfructus alicui, cum morietur. Hæc exceptio approbatur l. 5. ff. de uſu & uſufructu legato, hiſce uerbis:* Vſumfructum cum moriar, inutiliter ſtipulor. Idem eſt in legato: quia & conſtitutus uſusfructus morte intercidere ſolet. *Concordat l. Titio. ff. de uſufr. & quemad. ubi Modeſtinus:* Titio cum morietur (*inquit*) uſusfructus inutiliter legari intelligitur: in id tempus uidelicet collatus, quo à perſona ſua diſcedere incipit.

XIII. EXCEPTIO: *Niſi ſub conditione non faciendi uſusfructus ſit relictus. Hæc exceptio reprobatur l. 77. §. quamuis. ff. de condit. & demonſt. cuius uerba uide in Comment. de legatis cap. 19. de Mutiana caut. except. 4.*

XIIII. EXCEPTIO: *Niſi pro parte uſusfructus cõſtituatur. Hæc exceptio reprobatur l. 5. in prin. ff. de uſufr. & quemad. his uerbis:* Vſusfructus ab initio pro parte indiuiſa uel diuiſa conſtitui, & legitimo tempore ſimiliter amitti, eademq́; ratione per legem Falcidiam minui poteſt. *Concordat l. 19. ff de uſu & habitat. cuius uerba uide J. cap. ult. quæſt. 2. excep. 1. Sequuntur nunc reliquæ exceptiones præter hactenus enumeratas, partim ex re cuius uſusfructus, partim ex modo quo uſusfructus conſtitutus eſt, ſumptas.*

XV. EXCEPTIO: *Niſi nudæ proprietatis dominus uſumfructum conſtituerit. Hæc exceptio reprobatur l. quod noſtrum. ff. de uſufructu et quemad. his uerbis:* Quod noſtrum non eſt, transferimus ad aliũ. ueluti ſi is qui fundum habet, quamuis uſumfructũ non habeat, tamen uſumfructum cedere poteſt. *Concordat l. ſi dominus. ff. eod. tit. ubi Vlpianus:* Si dominus nudæ proprietatis (*inquit*) uſumfructum legauerit, uerum eſt quod Neratius ſcribit, ualere legatũ: & ſi fortè in uita teſtatoris, uel ante aditam hęreditatem proprietati acceſſerit, ad legatarium pertinere. *Plus* admittit Mutianus, etiamſi poſt aditam hæreditatẽ acceſsiſſet uſusfructus, utiliter diem cedere, & ad legatarium pertinere.

XVI. EXCEPTIO: *Niſi is qui uſumfructũ tantum habet, eum alij conſtituerit, uel legauerit. Hæc exceptio approbatur l. 24. §. ſi uſumfructũ ff. de legatis 1. his uerbis:* Si uſumfructũ habeam, eumq́; legauerim, niſi poſtea proprietatem eius nactus ſim, inutile legatum eſt. *Plura de hac re uide J. lib. eod. cap. 5. reg. 49.*

XVII. EXCEPTIO: *Niſi municipibus uſusfructus ſit conſtitutus. Hæc exceptio reprobatur l. an uſusfructus. ff. de uſufr. & quẽad. his uerbis:* An uſusfructus nomine actio municipibus dari debeat, quęſitũ eſt? periculum enim eſſe uidebatur, ne perpetuus fieret: quia neq; morte, neq; facilè capitis deminutione periturus eſt: qua ratione proprietas inutilis eſſet futura, ſemper abſcedente uſufructu: ſed tamen dandam placuit eſſe actionem. *Reliquas huiuſmodi exceptiones uide J. cap. proxim. Nam ex quibus cauſis uſusfructus amittitur, ex iiſdem exceptio aduerſus uſusfructus petitionem datur. Hactenus ergo de cauſis ac modis, quibus uſusfructus conſtituitur, & ex quibus adquiritur, cũ ſuis exceptionibus, ſit dictũ. Quibus aũt, item quid, quantũq; & quando ex ſupradictis cauſis adquiratur uſusfructus, J. ca. 4. membr. 4. dicetur. Nunc ad reliqua pergamus.*

DE VSVFRVCTV AMITtendo. Cap. II.

DE amittendo uſufructu tria maximè quæri ſolent. Primùm, de cauſis, ex quibus amittitur. Deinde, quid & quantũ amittatur. de quibus duobus in hoc capite dicetur. Tertiò, de euẽtu amiſsi uſusfructus: hoc eſt, ad quos reuertatur. de quo dicetur J. cap. prox. Cauſæ aũt ex quibus amittitur uſusfructus, partim in perſona ipſius uſufructuarij conſiſtũt, partim in re, partim in alijs circumſtantijs. Cauſæ in perſona uſufructuarij conſiſtentes hæ ſunt.

I. *Cauſa: Mors uſufructuarij. Quæ cauſa approbatur l. 3. §. fin. ff. quibus mod. uſusfr. amitt. his uerbis:* Morte amitti uſumfructũ, nõ recipit dubitationẽ, cũ ius fruẽdi morte extinguatur, ſicuti ſi quid aliud quod perſonæ cohæret. *Concordat Inſt. de uſufr. §. finitur. ubi Imp.* Finitur autem uſusfructus (*inquit*) morte uſufructuarij. *Concordat item l. 8. ff. de annuis legatis. cuius uerba uide in Comment. de legatis cap. 33. in princip. Concordat item l. 22. ff. de uſufructu legato. cuius*

uerba

uerba uide in d. Comment. de legatis cap. 12. quæſt. 3. reg. 1. except. 3. Concordat item l. 29. ff. eod. tit. cuius uerba uide J. cap. prox. except. 6. Concordat item l. 3. C. de uſufructu. his uerbis: Si patri tuo uſusfructus legatus eſt, defuncto eo nihil ad te pertinet: cum morte eius cui fuerat legatus, uel alio modo adquiſitus ad proprietatem regredi ſoleat. *Concordat item l. 10. C. eod. tit. his uerbis:* Si domina proprietatis uſumfructum uxori tuæ locauit ſub certa annua præſtatione: morte conductricis ei quæ locauit, etiam utendi fruendi cauſa non eſt deneganda. *Concordat item l. 12. in principio. ibi: niſi ipſe cui. C. eod. tit. cuius uerba uide J. cauſa 20. except. 1. repl. 2. Concordat item l. 16. in prin. C. eod. tit. his uerbis:* Corruptionem uſusfructus multiplicem eſſe ueteribus placuit, uel morte uſufructuarij. uel capitis deminutione, uel non utendo, uel alijs quibuſdam non ignoratis modis. Sed de uſufructu quidem hoc indubitatum fuerat: de perſonali autem actione, &c. *Reliqua huius legis uerba uide J. cap. 4. in fine. Huius cauſæ exceptio prima hæc eſt: Niſi pater cum per filiumfamiliâs uſumfructum adquiſiuiſſet, mortuus ſit. tunc enim uſusfructus nihilominus penes filium manet. Hæc exceptio approbatur l. 17. §. fin. C. de uſufructu, his uerbis:* Neq; ſi pater magnam capitis deminutionem uel inediam paſſus fuerit, uel morte ab hac luce fuerit exemptus, uſumfructum perire: ſed apud filium remanere, etiamſi hæres à patre non relinquatur. uſumfructum enim per eum adquiſitum, apud eum remanere, & poſt patris calamitatem oportet: cum plerunque ueriſimile eſt, teſtatorem contemplatione filij potius quàm patris uſumfructum ei reliquiſſe. *Secunda exceptio eſt: Niſi cum uſusfructus ad tempus relictus eſſet, tempus illud mortuo uſufructuario nõdum extiterit. Hæc exceptio approbatur l. 12. in prin. C. de uſufr. cuius uerba proponentur infrà eod. cap. cauſa 20. Concordat l. 35. ff. de uſu & uſufructu legato. cuius uerba uide in Comment. legatorum, cap. 18. reg. 1. except. 2. Tertia exceptio eſt: Niſi quis fundum uel aliam rem legaſſet, ita ut uſusfructus apud hæredem maneret. hoc enim caſu, quoniam hæredis appellatione etiã hæres hæredis intelligitur,[a] uidetur morte hæredis non finiri uſusfructus. quæ tamen exceptio reprobatur l. 14. C. de uſufructu. cuius uerba proponentur J cap. 3. exceptione 1. Quarta exceptio eſt: Niſi uſufructuarius ab alio uſufructuario uſumfructum emerit uel conduxerit. tunc enim morte eius non finitur uſusfructus. quæ exceptio approbatur l. 18. §. fin. C. de iure dotium, his uerbis:* Si ſocrus tua fundum deducto uſufructu uxori tuæ donauit, tibiq; in dotem uxor proprietatem dedit, poſteaq; ſocrus acceptura certum quid annuum filiæ ſuæ uxori tuæ uſumfructum locauit, mortua conductrice uſusfructus extingui minimè potuit. *Concordat l. 8. §. fin. ibi: hæredi autem meo debebitur, ſi tu uiuis. ff. de periculo & com. rei uenditæ. cuius uerba uide paulo infrà except. prox. Quinta exceptio eſt: Niſi uſufructuarius uſumfructum alij locauerit uel uendiderit, qui adhuc ſit in uiuis. Hæc exceptio reprobatur l. 8. §. fin. ff. de periculo & cõmodo rei uenditæ, his uerbis:* Cum uſumfructum mihi uendis, intereſt utrũ ius utendi fruendi, quod ſolum tuum ſit, uendas: an uerò in ipſum corpus, quod tuum ſit, uſumfructum mihi uendas. Nam priore caſu etiãſi ſtatim morieris, nihil mihi hæres tuus debebit: hæredi autem meo debebitur, ſi tu uiuis. poſteriore caſu hæredi meo nihil debebitur, hæres tuus debebit. *Sexta exceptio eſt: Niſi lis de uſufructu à defuncto ſit conteſtata, & niſi per hæredem ſteterit, quo minus res uſusfructus nomine tradita ſit. Hæc exceptio reprobatur l. 5. §. ſi poſt litem. ff. ſi uſusfr. petatur, his uerbis:* Si poſt litem conteſtatam de uſufructu fuerit finitus uſusfructus, an ulterius fructus deberi deſinant: & puto deſinere. nam etſi mortuus fuerit fructuarius, hæredi eius actionem præteritorum duntaxat fructuum dandã. *Concordat l. qui uſumfr. § fin. ff. de uſufr. & quemad. cuius uerba uide J. cap. 4. quæſt. 4. reg. 21.*

11. *Cauſa. Capitis deminutio uſufructuarij. Hæc cauſa approbatur l. 1. in prin. ff. quibus mod. uſusfr. amitt. his uerbis:* Non ſolum uſumfructum amitti capitis deminutione conſtat, ſed etiam actionem de uſufructu: & parui refert, utrum iure ſit conſtitutus uſusfructus, an uerò tuitione prætoris. Proinde traditus quoq; uſusfructus, item in fundo uectigali uel ſuperficiario iure conſtitutus capitis deminutione amittitur. *Concordat l. 16. in prin. C. de uſufructu. cuius uerba uide ſ. cauſa prox. in prin. Huius cauſæ exceptio prima hæc eſt: Niſi minima ſit capitis deminutio. Quæ exceptio approbatur l. 16. §. ſed nec per. C. de uſufr. his uerbis:* Sed nec per omnem capitis deminutionem huiuſmodi detrimentum imminere noſtris patimur ſubiectis (quare enim ſi filiusfamiliâs fuerit is qui uſumfruct. habet, fortè ex caſtrenſi peculio, ubi nec patri uſusfructus adquiritur, ei poſſeſſum per emancipationem eum amittat?) ſed ſecundum quod definitum eſt, tunc eum finiri, cum uſufructuarius uel res pereat: & tantummodo eum cum anima uel rei ſubſtantia expirare, niſi prædictæ exceptionis uigor reclamauerit, excepta uidelicet capitis deminutione, quæ uel libertatem, uel ciuitatem Romanam poſſit adimere. tunc etenim uſusfructus omnimodo ereptus, ad ſuam reuertatur proprietatem. *Concordat Inſt. de uſufructu. §. finitur. cuius uerba uide J. cauſa 22. in prin. Concordat item Inſt. de adq. per adrogat. in prin.*

[a] *l. 65. ff. de uerb. ſign.*

in prin. ibi: uſus etenim. cuius uerba uide ſ. lib. 21. cap. 2. cauſa 22. *Secunda exceptio hæc eſt: Niſi capitis deminutio ante uſumfructum conſtitutum & diem eius cedentem acciderit. quæ exceptio approbatur l. 1. §. ſed ita demum. ff. quib. mod. uſusfr. amitt. his uerbis:* Sed ita demum amittitur capitis deminutione uſusfructus, ſi iam conſtitutus eſt. Cæterùm ſi ante aditam hæreditatem aut ante diem cedentem quis capite minutus eſt, conſtat non amitti. *Huius exemplum ſequitur in d. loco, his uerbis:* Si tibi fundus legatus ex die eſt, & uſumfructum mihi rogatus es reſtituere, uidendum erit ſi capite minutus fuero intra diem legato tuo inſertum, ne fortè ſaluus ſit mihi uſusfructus, quaſi ante diem cedentem capitis deminutio interueniat. quod benignè dici poteſt. *Ait iuriſconſultus:* Ne fortè ſaluus ſit, &c. *Hoc eſt, an fortè ſaluus ſit, &c. ita enim gl. interpretatur: & rectè, ut præcedenti §. conſenuat. Aliud exemplum ſequitur in d. l. 2. §. fin. his uerbis:* Vſqueadeò autẽ capitis deminutio eum demum uſumfructum perimit, qui iam conſtitutus eſt, ut ſi in ſingulos annos, uel menſes, uel dies legatus ſit, is ita demum amittatur, qui iam præceſsit: & ſi fortè in annos ſingulos legatus eſt, illius duntaxat anni uſusfructus amittitur: & ſi in menſes, eius menſis: et ſi in dies, eius diei. *Concordat l. 2. §. ſi non mors. ff. eod. tit. his uerbis:* Si nõ mors, ſed capitis deminutio interceſſerit: quia plura legata ſunt, illius anni tantum (ſi modò ius fruendi habuit) fructua amiſſus erit. Quod & in uno legatario, qui fructũ in annos ſingulos accepit, defendendum eſt: ut commemoratio temporum repetitionis poteſtatem habeat. *Tertia exceptio eſt: Niſi tuitione prætoris uſusfructus ſit cõſtitutus. Hæc exceptio reprobatur l. 1. in prin. ff. d. tit. cuius uerba uide paulo ſuperius in principio huius ſecundæ cauſæ. Quarta exceptio eſt: Niſi repetitus ſit uſusfructus, ita quoties capite minutus erit, uel uſusfructus amiſſus, rurſus ei do lego. Hæc exceptio approbatur l. 3. in prin. ff. quibus mod. uſusfruct. amittat. his uerbis:* Sicut in annos ſingulos uſusfructus legari poteſt, ita & capitis deminutione amiſſus legari poteſt: ut adijciatur, Quoties quis capite minutus erit, do lego: uel ſic, Quoties amiſſus erit: & tunc ſi capitis deminutione amittatur, repetitus uidebitur. *Concordat l. 5. in prin. ff. eod. tit. cuius uerba uide paulo inferius repl. 1. Cõcordat itẽ l. 23. ff. de uſufructu legato. cuius uerba uide paulo inferius repl. 2. Concordat itẽ l. 3. §. ſi uſusfructus. ff. uſufr. quemad. caueat. cuius uerba uide ſ. cap. 7. quæſt. 2. except. 3. Huius exceptionis replicatio prima hæc eſt. Niſi cum eſſet repetitus quoties amiſſus erit, morte uſufructuarij ſit amiſſus. quæ replicatio approbatur d. l. 5. in prin. his uerbis:* Repeti poteſt legatus uſusfructus amiſſus qualicunq; ratione, dummodo non morte, niſi fortè hæredibus eius eum legauerit. *Secunda replicatio eſt: Niſi non in annos ſingulos uſusfructus ſit relegatus. Hæc replicatio approbatur d. l. 23. ff. de uſu & uſufr. his uerbis:* Licet teſtatori repetere legatum uſusfructus, ut etiam poſt capitis deminutionem debeatur: & hoc nuper Imperator noſter ad libellum reſcripſit: tunc tamen eſſe huic conſtitutioni locum, cum in annos ſingulos relegetur. *Quinta exceptio eſt: Niſi quamdiu uiuat, alicui uſusfructus ſit cõſtitutus uel relictus. Hæc exceptio approbatur l. 3. in prin. ibi: unde tractatum. ff. quibus modis uſufr. amitt. his uerbis:* Tractatum eſt, ſi cui quamdiu uiuet, uſusfructus legatus ſit, an uideatur repetitus, quoties amiſſus eſt? quod & Merianus tentat: & puto repetitum uideri. *Sexta exceptio eſt: Niſi ad tempus uſusfructus ſit conſtitutus. Quæ exceptio approbatur d. l. 5. in princip. his uerbis:* Quære etſi uſq; ad diem uel ad tempus ſit legatus, utputa uſq; ad decennium; idem erit dicendum. *Septima exceptio eſt: Niſi uſufructuarius uſumfructum alij reſtituere ſit rogatus. de hac re dicetur ſ. cap. prox. except. 6.*

III. *Cauſa. Si in ciuitate, cuius uſusfructus conſtitutus eſt, aratrum ducatur. Hæc cauſa approbatur l. 21. ff. quibus modis uſufr. amitt. his uerbis:* Si uſusfructus ciuitati legetur, & aratrum in ea inducatur, ciuitas eſſe definit, ut paſſa eſt Carthago. Ideoq; quaſi morte definit habere uſumfructum.

IIII. *Cauſa. Si uſufructuarius non fecerit ea quæ ſunt ſui officij. Hæc cauſa approbatur l. 9. §. fin. ff. de damno infecto, his uerbis:* Celſus ait eum quoq; fructuarium, qui non reficit, à domino uti frui prohibendum. Ergo etſi de damno infecto non cauet, dominusq; compulſus eſt repromittere, prohiberi debet frui. *Concordat l. 10. ibi: ſed niſi. ff. eod. tit. ubi Iulianus ſcribit:* Niſi proprietario repromittenti uſufructuarius caueat, denegandam ei fructus petitionem. *Hactenus cauſæ amittendi uſusfructus in perſona uſufructuarij conſiſtentes ſunt propoſitæ: ſequuntur nunc ea, quæ conſiſtũt in re, cuius eſt uſusfructus.*

V. *Cauſa. Rei mutatio & interitus. Hæc cauſa approbatur l. 2. ff. de uſufr. & quemad. his uerbis:* Eſt uſusfructus, ius in corpore, quo ſublato & ipſum tolli neceſſe eſt. *Concordat l. 30. §. fin. ff. quib. modis uſusfructus amittatur. cuius uerba uide ſ. eod. cap. in fine. reg. 3. Concordat item l. 16. §. ſed hæc nos. C. de uſufructu. cuius uerba uide ſ. cap. 4. in fine. Concordat item Inſt. de uſufructu. §. eo amplius, his uerbis:* Conſtat ſi ædes incendio conſumptæ fuerint, uel terræmotu, uel uitio ſuo corruerint: extingui uſumfructum neceſſe eſſe; & nec areæ quidem uſumfructum deberi. *Concordat item l. 5. §.*

rei mutatione, his uerbis: Rei mutatione interire uſumfructum placet. Veluti uſusfructus mihi ædium legatus eſt: ædes corruerunt, uel exuſtæ ſunt, ſine dubio extinguitur uſusfructus. An & areæ? &c. *Reliqua uerba uide* ℣*. except. 1. repl. 1. Concordat d. l. 5. §. fin. his uerbis:* Si areæ uſusfructus ſit legatus, & in ea ædificium ſit poſitum: rem mutari, & ita uſumfructum extingui conſtat. *Concordat item l. 12. ff. eod. tit. his uerbis:* Si cui balnei uſusfructus legatus ſit, & teſtator habitationem ex hoc fecerit: uel ſi tabernæ, & diætam fecerit, dicendum eſt uſumfructum extinctum. Proinde etſi hiſtrionis reliquerit uſumfructum, & eum ad aliud miniſterium tranſtulerit, extinctum eſſe uſumfructum dicendum erit. *Aliud exemplum proponitur l. 10. §. agri. ff. eod. tit. his uerbis:* Agri uel loci uſufructu legato ſi fuerit inundatus, ut ſtagnum iam ſit, aut palus, procul dubio extinguitur. Sed etſi ſtagni uſusfructus legetur & exaruerit ſic; ut ager ſit factus, mutatione uſusfructus extinguitur. *Concordat l. 21. ff. eod. tit. cuius uerba uide paulo inferius except. 4. Alia exempla proponuntur d. l. 10. §. certè ſyluæ, his uerbis:* Syluæ uſufructu legato; ſi ſylua cæſa, illic ſationes fuerint factæ, ſine dubio uſusfructus extinguitur. Item ſi maſſæ uſusfructus legetur, & ex ea uaſa ſint facta, uel contrà, Caſsius ſcribit interire uſumfructum. quam ſententiam (*Vlpianus inquit*) puto ueram. Proinde & ornamentorum diſſolutum aut transfiguratũ extinguit uſumfructum. *Planè cauſa propoſita ſuas etiam habet exceptiones, quarum prima hæc eſt: Niſi aliquid ex re ſuperſit. quæ exceptio approbatur l. ſi cui. ff. de uſufr. & quemad. his uerbis:* Si cui inſulæ uſusfructus legatus eſt, quamdiu quælibet portio eius inſulæ remanet, totius ſoli uſumfructum retinet. *Huius exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi ædium uſufructu legato area tantum ſuperſit. quæ replicatio approbatur l. 5. §. rei mutatione. ff. quibus modis uſusfructus amittatur. his uerbis:* Certiſsimum eſt exuſtis ædibus nec areæ nec cæmentorum uſumfructum deberi. *Concordat Inſt. de uſufructu. §. eo amplius. cuius uerba uide paulo ſuperius ead. cauſa. Concordat item l. 19. §. ſi ſublatum. in fine. ff. de ſeruitut. urbanor. præd. cuius uerba uide* ℣*. lib. prox. cap. 3. cauſa 2. Planè replicationis huius duplicatio prima hæc eſt: Niſi bonorum uſusfruct. legatus ſit quæ duplicatio approbatur l. quoties. §. uniuerſorum. ff. de uſufr. & quemad. his uerbis:* Vniuerſorum bonorum an ſingularum rerum uſusfructus legetur, hactenus intereſſe puto: quod ſi ædes incenſæ fuerint, uſusfructus ſpecialiter ædium legatus peti non poteſt: bonorum autem uſufructu legato, areæ uſusfructus peti poterit; quoniam qui bonorum ſuorum uſumfructum legat, non ſolum eorum quæ in ſpecie ſunt, ſed & ſubſtantiæ omnis uſumfructũ legare uidetur. In ſubſtantia autem bonorum etiam area eſt. *Secunda duplicatio eſt: Niſi fundi uſufructu legato uilla diruta ſit. quæ duplicatio approbatur l. 8. cum l. ſequente. ff. quibus mod. uſusfr. amitt. his uerbis:* Fundi uſufructu legato ſi uilla diruta ſit, uſusfructus nõ extinguitur (quia uilla fundi acceſsio eſt) non magis quàm ſi arbores exciderint. Sed & ſolo quoq; in quo uilla fuit, uti frui potero. *Secunda replicatio eſt: Niſi gregis uſufructu relicto, eouſq; numerus gregis peruenit, ut grex non intelligatur. quæ replicatio approbatur l. fin. ff. quibus modis uſusfructus amitt. his uerbis:* Cum gregis uſusfructus legatus eſt, & eo uſque numerus gregis peruenit, ut grex non intelligatur, perit uſusfructus. *Idem iuris eſt quadrigæ uſufructu legato.* Nam quadrigæ uſufructu legato (*inquit Vlpianus*) ſi unus ex equis deceſſerit, an extinguatur uſusfructus, quæritur? Ego puto multum intereſſe, equorum an quadrigæ uſusfructus legetur. Nam ſi equorum, ſupererit in reſiduis: ſi quadrigæ, non remanebit, quoniam quadriga eſſe deſijt. *a Planè hoc caſu duplicatio admittitur aduerſus replicationem propoſitam. quæ habetur l. 11. ff. eod. tit. his uerbis:* Niſi alius equus ante diem legati cedentem ſubſtitutus ſit. *Quæ duplicatio, eſt puta in caſu ſimili, in gregis quoq; legato poteſt admitti. Hæc de prima exceptione. Secunda exceptio eſt: Niſi areæ uſufructu legato, uineæ ibi ſint poſitæ, uel contrà. quæ exceptio approbatur l. 10. §. non tamen. ff. quibus modis uſusfr. amittatur, his uerbis:* Non tamen ſi areæ uſusfructus legetur, & ibi uineæ ſint poſitæ, uel contrà, puto uſumfructum extingui. *Tertia exceptio eſt: Niſi acceſſorium tantum perierit, non principale. Hæc exceptio approbatur exemplo l. 8. ff. d. tit. his uerbis:* Fundi uſufructu legato ſi uilla diruta ſit, uſusfructus non extinguitur (quia uilla fundi acceſsio eſt) non magis quàm ſi arbores deciderint. Quid tamen (*inquit Vlpianus*) ſi fundus uillæ acceſsio fuit, uideamus ne etiam fundi uſusfructus extinguatur? & idem dicendum eſt (*inquit*) ut non extinguatur. *l. 10. in prin. ff. d. tit. Quarta exceptio: Niſi res ad priſtinam formam ſit reſtituta. Hæc exceptio approbatur exemplo agri flumine occupati. l. 21. ff. quibus modis uſusfructus amitt. his uerbis:* Si ager, cuius uſusfructus noſter ſit, flumine uel mari inundatus fuerit, amittitur uſusfructus. Cum etiam ipſa proprietas eo caſu amittatur: ac nec piſcando quidem retinere poterimus uſumfructum. Sed quemadmodum ſi eodem impetu receſſerit aqua, quò uenit, reſtituitur proprietas: ita & uſumfructum reſtituendum dicendum.

a l. 10. §. fin. ff. eod. tit.

dum eſt. *Approbatur inſuper alijs exemplo l. qui uſumfructum. in prin. ff. de uſufructu & quemad. his uerbis:* Qui uſumfructum areæ legauerat, inſulam ibi ædificauit, ea uiuo eo decidit uel deuſta eſt. uſumfructum deberi exiſtimauit Africanus. *Concordat l. ſi in area. ff. de uſufructu & quemad. ubi Marcellus:* Si in area, cuius uſusfructus alienus eſſet, quis ædificaſſet, intra tempus quo uſusfructus perijt ſuperficie ſublata, reſtitui uſumfructum ueteres reſponderunt. *Concordat item l. 19. §. ſi ſublatum. ff. de ſeruit. urban. præd. cuius (ut dixi) uerba uide ſ. lib. prox. cap. 3. cauſa 7. Concordat item l. 24. in prin. ff. quibus modis uſusfructus amittat. ubi Iabolenus:* Cum uſumfructum horti haberem (*inquit*) flumen hortum occupauit: deinde ab eo receſsit, ius quoque uſusfructus reſtitutum eſſe, Labeoni uidetur: quia id ſolum perpetuò eiuſdem iuris manſiſſet. *Planè ſubijcitur ibidem replicatio aduerſus exceptionem propoſitam, hiſce uerbis:* Sed id uerum puto, ſi flumen inundatione hortum occupauit. Nam ſi alueo mutato inde manare cœperit, amitti uſumfructum exiſtimo, cum hic locus aluei publicus eſſe cœperit, nec in priſtinum ſtatum reſtitui poſsit. *De hac replicatione uide plura ſ. lib. 21. cap. 1. cauſa 9.* *Secunda replicatio eſt: Niſi per reſtitutionem alia res ſit facta. quæ replicatio approbatur exemplis d. l. qui uſumfruct. in prin. ff. de uſufr. & quemad. his uerbis:* Contrà autem non idem iuris eſſe, ſi inſulæ uſufructu legato, area deinde inſula facta ſit. Idemque eſſe, etſi ſcyphorum uſusfructus legatus ſit: deinde maſſa facta, & iterum ſcyphi. licet enim priſtina qualitas ſcyphorum reſtituta ſit: non tamen illos eſſe, quorum uſusfructus legatus ſit. *Concordat l. 10. in prin. ff. quibus modis uſusfructus amitt. ubi Vlpianus:* Non tantum ſi ædes ad aream redactæ ſint, uſusfructus extinguitur: uerùm etiamſi demolitis ædibus, teſtator alias nouas reſtituerit. *Planè iamdicta replicatio ſuas habet duplicationes, quarum prima hæc eſt: Niſi per partes res ſit refecta. quæ duplicatio approbatur l. 10. §. in naui. ff. quibus modis uſufr. amitt. his uerbis:* In naui quoque uſufructu legato Sabinus ſcribit, ſiquidem per partes refecta ſit; uſumfructum non interire. *Concordat d. l. 10. in princ. ibi: planè ſi per partes, his uerbis:* Planè ſi per partes reficiat, licet omnis noua facta ſit, aliud erit nobis dicendum. *Secunda duplicatio eſt: Niſi eadem materia res ſit refecta. quæ tamen duplicatio reprobatur d. §. in naui. hiſce uerbis:* Sin autem diſſoluta ſit, licet eiſdem tabulis nulla præterea adiecta reſtaurata ſit, uſumfructum extinctum: quam ſententiam (*inquit ibidem Vlpianus*) puto ueriorem. Nam etſi domus diruta fuerit, & eiſdem cæmentis ligniſque fuerit reſtituta, uſusfructus extinguitur. *Quinta exceptio: Niſi res dolo uel culpa proprietarij interierit, uel mutata ſit.* *Hæc exceptio reprobatur l. 9. §. 1. ff. ſi ſeruitus uindicetur, his uerbis:* Quòd ſi iam ædificauerit dominus, is qui iter & actum habet, adhuc poteſt intendere, ius ſibi eſſe. Fructuarius autem non poteſt: quia amiſit uſumfructum. Et ideo de dolo actionem dandam hoc caſu Iulianus ait. *De hac actione quæ ex dicta cauſa competit, cum adfinibus remedijs infrà cap. 4. quæſt. 1. reg. 4. Hæc de quinta amittendi uſusfructus cauſa.*

VI. Cauſa. Si res ab hoſtibus capta ſit, uſusfructus eius extinguitur. quæ cauſa ipſo quidem iure ſubſiſtit: recipit tamen exceptionem hanc, Niſi poſtliminio redierit, uel recepta ſit res. quæ exceptio approbatur l. 26. ff. quibus modis uſusfr. amitt. his uerbis: Si ager ab hoſtibus occupatus, ſeruusue captus liberatus fuerit, iure poſtliminij reſtituetur uſusfructus.

VII. Cauſa. Si ſeruus, in quo uſusfructus alienus eſt, fugerit. Hæc cauſa reprobatur l. 12. §. de illo. ff. de uſufructu & quemadm. his uerbis: De illo Pomponius dubitat, Si fugitiuus, in quo meus eſt uſusfructus, ſtipuletur aliquid ex re mea, uel per traditionem accipiat: an per hoc ipſum quaſi utar, retineam uſumfructum, magiſq; admittit retinere. Nam ſæpe, etiamſi præſentibus ſeruis non utamur, tamen uſumfructum retinemus, utputa ægrotantis ſerui uel infantis, cuius operæ nullæ ſunt, uel defectæ ſenectutis hominis. nam etſi agrum aremus, licet ità ſterilis ſit, ut nullus fructus naſcatur, retinemus tamen uſumfructum. Iulianus tamen libro 35. Digeſt. ſcribit: Etiamſi non ſtipuletur quid ſeruus fugitiuus, retineri tamen uſumfructum. nam qua ratione (inquit) retinetur à proprietario poſſeſsio, etiamſi in fuga ſeruus ſit, pari ratione etiam uſusfructus retinetur. Idem tractat: Quid ſi quis poſſeſsionem eius nactus ſit, an quemadmodum à proprietario poſsideri deſinit, ita etiam uſusfructus amittatur? Et Pomponius quidem ait; poſſe dici amitti uſumfructum: ſed licet amittatur, tamen dicendum eſt quòd intra conſtitutum tempus ex re fructuarij ſtipulatus eſt, fructuario adquiri: per quod colligi poſſe didici, nec quidem ſi poſsideatur, ab alio amitti uſumfructũ, ſi modò mihi aliquid ſtipuletur: paruique referre, an ab hærede poſsideatur, uel ab eo cui hæreditas uendita ſit, uel cui proprietas legata ſit, an à prædone. ſufficere enim ad retinendum uſumfructum eſſe affectum retinere uolentis, & ſeruum nomine fructuarij aliquid facere: quæ ſententia habet rationem.

VIII. *Cauſa: Si ſeruus, in quo quis uſumfru-ctum habet, fuerit manumiſſus. Hæc cauſa approbatur l. 15. ff. quibus modis uſusfructus amitt. his uerbis:* Interdum proprietarius ad libertatem perducet, ſi fortè uſusfructus fuerit tamdiu legatus, quamdiu manumittatur. Nam incipienti proprietario manumittere, extinguitur uſusfructus.

IX. *Cauſa: Si dominus ſeruum, cuius uſusfructus alienus eſt, noxæ dediderit. Hæc cauſa reprobatur l. 17. locum. §. proprietarius. ff. de uſufructu & quemad. his uerbis:* Noxæ deditio non perimit uſumfructum, non magis quàm uſucapio proprietatis, quæ poſt conſtitutum uſumfructum contingit. Debebit planè denegari uſusfructus perſecutio, ſi ei qui noxæ accepit, litis æſtimatio non offeratur à fructuario.

X. *Cauſa: Si res, cuius uſusfructus eſt, ab alio uſucapta ſit, uel alienata. Hæc cauſa reprobatur l. 19. ff. quibus modis uſusfr. amittatur, his uerbis:* Neque uſusfructus, neque iter actus uia dominij mutatione amittitur. *Concordat l. 17. locum. §. proprietarius. ff. de uſufructu & quemadmod. cuius uerba uide ſ. cauſa prox. Concordat item l. 44. §. non mutat. ff. de uſucap. cuius uerba uide ſ. lib. 22. cap. 1. quæſt. 3. effectu 1. ex. 1. Huius cauſæ reprobatæ exceptio hæc eſt: Niſi conſentiente uſufructuario proprietarius rem alienauerit. quæ exceptio approbatur l. 4. §. quæſitum. ff. de except. doli mali, his uerbis:* Quæſitum eſt, ſi cum fundi uſumfructum haberem, eum fundum uolente me uendideris: an uendicanti mihi uſumfructum, exceptio ſit obijcienda? Et hoc iure utimur, ut exceptio doli mali noceat. *Hactenus de cauſis in re conſiſtentibus, ſequuntur nunc reliquæ.*

XI. *Cauſa: Si proprietarius fuerit mortuus. Hæc cauſa reprobatur l. 3. in fin. C. de uſufructu, his uerbis:* Vſufructuario ſuperſtite, licet dominus proprietatis rebus humanis eximatur, ius utendi fruendi non tollitur. *Concordat l. 8. §. fin. in fin. ff. de periculo & commodo rei uenditæ. cuius uerba uide ſ. cauſa 1. except. 5.*

XII. *Cauſa: Si is per quē uſusfructus eſt adquiſitus, mortuus fuerit, uel capite deminutus. Hæc cauſa reprobatur l. 17. C. de uſufructu, his uerbis:* Ex libris Sabinianis quæſtio nobis relata eſt, per quam dubitabatur, ſi uſusfructus per ſeruum adquiſitus, uel per filiumfamilias, capitis deminutione filij magna, uel media, uel morte, uel emancipatione, uel ſerui quacunque alienatione, uel morte, uel manumiſsione poſsit adhuc remanere? Et ideo ſancimus in huiuſmodi caſibus namq; ſi ſeruus uel filiusfamilias in præfatos caſus inciderit, interrumpi patri uel domino uſumfructum, qui per eos adquiſitus eſt, ſed manere intactum.

XIII. *Cauſa: Si is per quem uſusfructus acquiſitus eſt, alienatus uel manumiſſus fuerit. Hæc cauſa ipſo quidem iure antiquo approbatur: eiusq; exceptio prima hæc eſt, Niſi uſusfructus tantum ſerui ſit alienatus. quæ exceptio approbatur l. 5. §. ſi quis uſumfr. ff. quib. mod. uſusfr. amittat. his uerbis:* Si quis uſumfructum ſolum ſerui alienauerit, per quem uſusfructus ei adquiſitus eſt: dubium non eſt quin uſusfructus per eum adquiſitus retineatur. *Secunda exceptio eſt: Niſi pars tantum ſerui ſit alienata. Hæc exceptio approbatur l. 15. C. de uſufructu, his uerbis:* Inter antiquam prudentiam diſſenſio incidit, ſi per ſeruum uſusfructus domino fuerit adquiſitus, & ex quibuſdam caſibus (multi enim caſus rebus incidunt mortalium) pars huius ſerui ad alium perueniat: utrum omnis uſusfructus, qui antea per ſeruum ad aliquem peruenerit, apud eum remaneat: an totus tollatur, uel ex parte deminuatur, ex parte autem apud eum reſideat? Et ſuper huiuſmodi dubitatione tres ſententiæ uertebantur: una, quæ dicebat ex particulari alienatione ſerui totum uſumfructum deminui: alia in tantum uſumfructum deminui, in quantum & ſeruus alienaretur: tertia quæ definiebat partem quidem ſerui alienari poſſe, totum autem uſumfructum apud eum remanere, qui antea ſeruum in ſolidum habebat. Et in nouiſſima ſententia & ſummum authorem iuris ſcientiæ Saluium Iulianum eſſe inuenimus. Nobis autem hæc decidentibus, placuit Salui Iuliani admitti ſententiam, & aliorum qui in eadem fuerunt opinione: quibus humanius uiſum eſt non interemptionem uſusfructus ſtudioſam eſſe, ſed magis retentionem, quatenus etſi pars ſerui alienetur, tamen ne pars uſusfructus depereat, ſed maneat ſecundum ſuam naturam integer atque incorruptus: & quemadmodum ab initio fixus eſt, ita conſeruetur, ex huiuſmodi caſu nullo deterioratus modo. *Tertia exceptio eſt: Niſi ſeruus hæreditarius uſumfructū adquiſierit. hoc enim caſu ſi poſtea adeatur hæreditas, nō quaſi eo alienato uſusfructus interit. quæ exceptio approbatur l. 18. ff. quib. mod. uſusfr. amitt. his uerbis:* Si ſeruo hæreditario ante aditam hæreditatē legatus uſusfructus fuiſſet: magis placet adita hæreditate eum uſumfructū ad te tranſire, nec interire quaſi mutato dominio: quia nec dies antecesſerit, quàm tu hæres extiteris.

Mutatio iuris.

Hæc de iure antiquo. Iure autem nouo cauſa propoſita reprobatur l. ult. in prin. C. de uſufructu. cuius uerba uide ſ. cauſa prox.

XIIII. *Cauſa: Si municipibus uſusfructus relictus ſit, poſt centum annos finitur. quæ cauſa ap-*

ſa approbatur l. 8. ff. de uſu & uſufr. his uerbis: Si uſusfructus municipibua legatus erit, quæritur quouſq; in eo uſufructu tuendi ſint? Nam ſi quis eoa perpetuò tueatur, nulla utilitas erit nudæ proprietatis, ſemper abſcedente uſufructu. Vnde centum annos obſeruandoa eſſe conſtat, qui finis uitæ longiſsimus eſt. *Concordat l. 56. an uſusfructus §. fin. ff. de uſufr. & quemadm. his uerbis:* Dubitatio eſt, quouſq; tuendi eſſent in uſufructu municipes? Et placuit centum annis tuendoa eſſe municipes: quia is finis uitæ longæui hominia eſt.

XV. *Cauſa. Si uſufructuarius proprietatem rei adquiſierit. Hæc cauſa approbatur Inſt. de uſufr. §. item finitur. his uerbis:* Finitur uſusfructus, ſi domino proprietatis ab uſufructuario cedatur (nam cedendo extraneo nihil agitur) uel ex contrario, ſi uſufructuarius proprietatem rei adquiſierit: quæ res conſolidatio appellatur. *Concordat l. 4. ff. uſufructuarius quemadmodum caueat. cuius uerba uide 5. cap. 7. quæſt. 2. except. 6. Concordat item l. 27. ff. quib. mod. uſusfr. amitt. his uerbis:* Si ſeruua, in quo uſusfructus alienua eſt, noxę dedatur à domino proprietatia uſufructuario, liberabitur confuſa ſeruitute proprietatis comparatione. *Huius cauſæ exceptio hæc eſt: Niſi proprietas poſtea à fructuario rurſus receſſerit, uel alienata fuerit. Hæc exceptio approbatur l. 57. dominus. in prin. ff. de uſufructu & quemad. his uerbis:* Dominus fructuario prædium, quod ei per uſumfructum ſeruiebat, legauit: idque prędium aliquandiu poſſeſſum legatarius reſtituere filio, qui cauſam inofficioſi teſtamenti rectè pertulerat, coactua eſt: manſiſſe uſusfr. iua integrum, ex pòſt facto apparuit. *Concordat l. 54. quoties duobus. §. quod ſi Titius. ff. eod. tt. ubi Iulianus:* Quòd ſi Titiua (*inquit*) eo anno, quo frueretur, proprietatem accepiſſet, interim legatum non habebit, ſed ad Meuium alternia annis uſusfructua pertinebit: & ſi Titius proprietatem alienaſſet, habebit eum uſumfructum: quia etſi ſub conditione uſuafruct. mihi legatua fuerit, & interim proprietatem ab hærede accepero, pendente autem conditione eandem alienauero, ad legatum admittar. *Planè exceptio propoſita fallit in caſu, qui habetur l. 17. ff. quib modis uſusfructus amittatur, his uerbis:* Si tibi uſusfructus fundi purè, proprietaa autem ſub conditione Titio legata ſit, & pendente conditione dominium proprietatis adquiſieria, deinde conditio extiterit, pleno iure fundum Titiua habebit. Neque intereſt, quod detracto uſufructu proprietaa legata ſit. Tu enim, dum proprietatem acquiſieris, ius omne legati uſuafructus amiſiſti. *Hoc quidem durum eſt, ſed ita lex ſcripta eſt.*

XVI. *Cauſa. Si uſufructuarius domino proprietatis uſumfructum ceſſerit. Hæc cauſa approbatur Inſtitut. de uſufructu. §. item finitur. cuius uerba uide ſuprà cauſa proxima in principio.*

XVII. *Cauſa. Si legatum uſusfructus rurſus ſit ademptum. Hæc cauſa ſine dubio ipſo iure ſubſiſtit: quia quemadmodum omne legatum ademptum perit, ut ſuo loco demonſtrabitur: ita & legatum uſusfructus. Vnde Scæuola:* Quæſitum eſt (*inquit*) cum teſtator in teſtamento ita cauerit: A' te peto uxor ut ex uſufructu, quæ tibi præſtari uolo in annum uiceſimum quintum, contenta ſis annuis quadringentia: quod amplius fuerit, rationibua hæredis hæredumùe meorum inferatur: an receſſum uideatur à ſuperiore capite (legato ſcilicet uſuafructus) ideoque uxor non amplius habeat ex uſufructu, quàm annuoa quadringentoa? reſpondi, ſatis id quod quæreretur, apertè uerba, quæ proponerentur declarare. [a] *Sanè quemadmodum nihil intereſt, fructus an uſusfructus legetur: ita quoque uſufructu legato ſi fructus adimatur, totus uſusfructus uidetur ademptus: niſi de fructu ſine uſu adimendo teſtator ſenſit. tunc enim uſus remanet.* [b] *Contrà tamen uſufructu legato ſi uſus adimatur, nulla eſt ademptio.* [c]

XVIII. *Cauſa. Si uſufructuarius uſumfructum locauerit alij. uel uendiderit, &c. Hæc cauſa reprobatur l. 12. §. uſufructuarius. ff. de uſufructu & quemadmod. his uerbis:* Vſufructuarius uel ipſe frui ea re, uel locare uel uendere, uel alij fruendam concedere poteſt. nam & qui locat, utitur: & qui uendit, utitur. Sed etſi alij precario concedat uel donet, puto eum uti, atque ideo retinere uſumfructum: & hoc Caſsius & Pegaſus reſpond. & Pompon. libro 5. ad Sabinum probat. Non ſolùm autem ſi ego locauero, retineo uſumfructum: ſed etiamſi alius negocium meum gerens, locauerit uſumfructum, Iulianua lib. 46. ſcribit, retinere me uſumfructum. *Concordat l. 67. cui uſusfructus. ff. de uſufr. & quemadmod. Vbi Iulianus:* Cui uſuafructus legatus eſt (*inquit*) etiam inuito hærede eam extraneo uendere poteſt. *Planè ſi is cui uſufructuarius uſumfructum locauit, eum alij uendidit, uſusfructus amittitur. quæ diſtinctio approbatur l. 39. in princ. ff. quibus modis uſusfructus amittatur, his uerbis:* Pomponius quærit, ſi fundum à me proprietarius conduxerit, eumque fundum uendiderit Seio, non deducto uſufructu: an uſumfructum per emptorem retineam? & ait, Licet proprietarius mihi penſionem ſoluerit, tamē uſumfructum amitti: quia non meo nomine, ſed ſuo fruitus eſt emptor. Teneri planè mihi ex locato proprietarium, quāti mea inter

a l. 31. 4. idem quæſijt. ff. de uſu & uſufructu.

b l. 14. 4. uſufr. cum ſequent. h. ff. de uſu & habit.

c d. l. 14. 4. ſed ſi uſufr.

inrerfuerit, id factum non eſſe: quanquam ſi à me conductum uſumfructum cuiuis alij locanerit, retiuetur uſusfructus. Sed ſi ptoprietarius eum locaſſet ſuo nomine, dicendum amitti. nō enim meo nomine fruitur colonus. Sed ſi emptum à me nſumfructum proprietarius uēdidiſſet, an amitterem oſumfructum, quærendum eſt? Et puto amitti: quoniam & hic non ut à me empto fruitur fundi emptor. *Hactenus eerba legis. Si ergo is cui quis uſumfructum locauit, eum alij alienauit, uſusfruct. amittitur. qeæ cauſa amittendi uſumfructum in propoſito textu approbatur. eiuſq; ratio eſt: Quia eoe utendo eſusfructus amittitur, ut paulo inferius dicetur. Sed eſeſructu ab eo cui locatus erat, alienato uſufructuarius nō utitur. Ergo, etc. Huius cauſæ duæ proponuntur exceptiones in lege propoſita. Prima exceptio talis eſt: Niſi is qui eſumfructum conduxit, eum non uendidit, ſed locauit. quæ exceptio approbatur ibi:* Quanquā ſi à me, &c. *Ceius tamen exceptionis replicatio proponitur hæc, ſcilicet: Niſi conductor uſumfructū ſuo, nō locatoris nomine locaſſet. quæ replicatio habeter ibi:* Sed ſi proprietarius, &c. *Altera exceptio hæc eſt: Niſi uſufructuarius uſumfructū eō locauerit, ſed uendiderit. tūc enim eideb atur, quāuis emptor eū alij uēdidiſſet, eoe tamē amitti uſumfructū. quæ tamen exceptio reprobatur ibi:* Sed ſi emptum à me, &c. *Plura ad cauſam propoſitā pertinētia uide J. ca. 5. reg 10.*

XIX. *Cauſa. Si is per quem eiutur, uſufructuarius uſumfructum alienauerit. de hac cauſu dictum eſt ſeprà in cauſa proxima.*

XX. *Cauſa. Si tempus ad quod uſufr. conſtitutus eſt, finitum ſit: uel ſeb qua uſufr. ademptus eſt, extiterit. Hæc cauſa approbatur l. 12. C. de uſufructu, his uerbis:* Si talis fuerit incerta conditio, donec in furore filius, uel alius quiſquam remanſerit, uel in alijs ſimilibus caſib. quorum euentus in incetto ſit: ſiquidem reſipuerit filius uel alius pto quo hoe dictum eſt, uel condirio extiterit, uſumfructum finiri ſancimus. *Concordat l. 5. C. d. tt. his eerbis:* Si pater uſumfructum prædiorum in tempus ueſtræ pubertatis matri ueſtræ reliquit: finito uſufructu poſtquam uos adoleuiſtis, poſterioris temporis fructus perceptos ab ea repetere poteſtis, quos nulla ratione ſciens de alieno percepit. *Huius cauſe exceptio hæc eſt: Niſi per mortem eius, in cuius perſoeam collata conditio eſt, extiterit. Hæc exceptio approbatur d. l. 12. his uerbis:* Si autem adhuc is in furore conſtitutus deceſſetir, tunc quaſi in uſufructuarij uitā eo relicto, manere uſumfructū apud eū. Cum enim poſsibile erat uſq; ad omne uitæ tempus uſufructuarij, non ad ſuam mentem uenire furentē, uel cōditionē impleri, humaniſsimū eſt ad uitam eorum uſumfructū extendi. Quemadmodū etenim ſi deceſſerit uſufructuarius ante completam conditionem uel furorē finitum, extinguitur uſusfructus: ita humanum eſt extendi ad uſufructuarij uitā, etſi antè deceſſerit furioſus, uel alia conditio defecerit. *Concordat l. 12. §. duas. ff. de uſu & uſufructu legato, his uerbis:* Duas filias & filium mente captum hæredes ſcripſit, filiæ portionis mente capto datæ uſumfructum legauit in hæc uerba: Hoc amplius Publia Clementiana percipiet ſibi uſumfructum quartæ partis hæreditatis meæ, ex qua Iuliū Iuſtum filium meū hæredē inſtitui, peto q; à te Publia Clementiana, uti fratrem tuum Iulium Iuſtū alas, tuearis, defendas pro eo (pro quo tibi uſumfructū eius portionis reliqui) donec mentis cōpos fiat, & conualeſcat: quæſitū eſt, cū filius in eodē furore in diē ſuæ mortis perſeuerās deceſſerit, an uſusfructus intercideri t? reſpōdit Scæuola uerbis quæ proponerentur, perſeuerare legatū: niſi manifeſtiſsimè probetur aliud teſtatorem ſenſiſſe. *Huius exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi certū tempus cōditioni ſit inſertum. tunc enim uſq; ad tempus illud uſusfructus debetur, noe ad uitam eſq; uſufructuarij, nec ante id tempus deberi definit. quæ replicatio approbatur d. l. 12. in prin. his uerbis:* Ambiguitatē antiquitatis decidentes, ſancimus: ſiue uxori ſuæ, ſiue alij cuicunq; uſumfructū reliquerit ſub certo tempore, in quod uel filius eius, uel quiſq; alius peruenerit, ſtare uſumfructū in annos, in quos teſtator ſtatuit, ſiue perſona, de cuius ætate compoſitū eſt, ad eā peruenerit, ſiue nō. neq; enim ad uitā hominis proſpexit, ſed ad certa curricula. niſi ipſe cui uſusfructus legatus ſit, ab hac luce fuerit ſubtractus. tūc enim in poſteritatē uſusfructus trāſmitti nō eſt poſsibilis, cum morte uſumfructū penitus extingui iuris indubitati ſit. *Hiſce uerbis replicatio propoſita approbatur, eorūq; caſus talis eſt: Titius Seio eſumfructē reliquit, donec Sēpronius filius ad decē annos peruenerit. Conſtituitur ergo, ut quamuis Sempronius, antequam ad decem annos peruenerit, mortuus ſit, nihilominus Seio eſumfructum deberi: noe quidē uſq; ad finem uitæ ſeæ, ſed eſq; ad id tempus, quo Sempronius, ſi uixiſſet, ætatis decem annorum fuiſſet.*

XXI. *Cauſa. Si uſufructuaries eſumfrectum intra legitimum tempus non petierit. de hac cauſa uide J. de actione uſesfr. quamdiu detur.*

XXII. *Cauſa. De nō utēdo. Finitur inſuper eſusfructus, ſi uſufructuarius re noe fuerit uſus. Hæc cauſa approbatur Ieſtit. de uſufr. §. finitur. his uerbis:* Finitur aūt uſusfructus morte uſufructuarij, & duabus capitis deminutionib. maxima & media, & non utendo per modū & tempus, &c. *Cōcordat l. 1. ff. ſi uſusfr. petatur. cuius uerba uide paelo inferius exc. 4. Cōcordat item l. 16. C. de uſufructu: ubi etiam tempus definitur, intra quod*

non utendo amittatur uſuſfructus. Verba legis hæc ſunt: Vſumfructum quem ſibi aliquis acquiſiuit, hûc habeat dum uiuit, intactum: niſi talis exceptio oſufructuario opponatur, quæ etiamſi dominium uendicaret, poſſet enm præſentem uel abſentem excludere. Concordat l.13.in prin. C. de ſeruitutibus. cuius hæc ſunt uerba: Sicut uſumfructum qui non utendo per biennium in ſoli rebus, per annale ſpacium in mobilibus uel ſe mouentibus deminuebatur, non paſsi ſumus huiuſmodi ſuſtinere compendioſum interitum, ſed ei decennij uel uiginti annorum dedimus ſpacium, &c. Si ergo uſufructuarius re per decem annos inter præſentes, uel uiginti annis inter abſentes non fuerit uſus, uſumfructum eius amittit: ut ex iam dictis conſtat. Huius cauſæ exceptio prima hæc eſt: Niſi alius nomine uſufructuarij utatur. quæ exceptio approbatur l.38.non utitur. ff. de uſufr. & quemad. his uerbis: Non utitur uſufructuarius, ſi nec ipſe utatur, nec nomine eius alius, puta qui emit, uel qoi conduxit, uel cui donatus eſt, uel qui negocium eius gerit. Ex his colligi poteſt, quòd ſi uſufructuarius per alium re utatur, non amittat uſumfructum, quamuis ipſe per ſe non utatur. Vnde Pomponius: Si mulieri uſus domus legatus ſit, & illa trans mare profecta ſit, & cõſtituto tempore ad amittendum uſum abfuerit, maritus uerò domo uſus fuerit, retinet nihilominus uſum: quemadmodũ ſi familiam ſuam in domo reliquiſſet, eaq; peregrinaretur. Et hoc magis dicendum eſt (idem Pomp. ait.) ſi uxorem in domo reliquerit maritus, cum ipſi marito uſus domus legatus eſt.[a] Et Vlpianus ait: Quid ſi non locauero, ſed abſente & ignorante me negociũ meum gerens quis utatur & fruatur, nihilominus retineo uſumfructum. quod & Pomponius probat per hoc quod negociorum geſtorum actionẽ acquiſiui.[b] Hæc de prima exceptione. Secunda aduerſus cauſam propoſitam exceptio hæc eſt: Niſi uſufructuarius uſumfructum alienauerit. quæ exceptio ſpecies eſt exceptionis præcedentis, & conſtat ex d.l. non utitur: ſitq; de hac re dictum etiam ſ. cauſa 18. Huius exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi is cui uſuſfructus alienatus eſt, eum rurſus alij uendiderit uel alienauerit. de qua re uide ſ. in d.cauſa 18. Altera replicatio eſt: Niſi is cui uſuſfructus alienatus eſt, non utatur. quæ replicatio approbatur d.l. non utitur, in fin. cuius uerba uide paulo inferius. Vnde Martianus: Quòd ſi donauero (inquit) non aliàs retineo uſumfructum, niſi ille (donatarius puta) utatur.[c] Huius replicationis duplicatio hæc eſt: Niſi uendito uſufructu emptor non utatur. quæ duplicatio approbatur d.l. non utitur. in fine, his uerbis: Planè illud intereſt, quòd ſi uendidero uſumfr. etiamſi emptor non utatur, uideor uſumfr. retinere. Ratio huius duplicationis ſequitur ibid. l. ſequente, his uerbis: Quia qui precio fruitur, non minus habere intelligitur, quàm qui principali re utitur, & fruitur. Tertia exceptio eſt: Niſi uſuſfructus alternis annis legatus ſit. Hæc exceptio approbatur l.28. ff. quibus mod. uſuſfr. amitt. his uerbis: Si uſuſfructus alternis annis legetur, nõ poſſe non utendo eum amitti, quia plura ſunt legata. Planè hoc caſu, duplicato tempore amitti uſumfructum non ineptè dici poteſt, exemplo ſeruitutum ruſticorum prædiorum, ut infrà in Comment. de ſeruit. cap. 3. cauſa 10. except. 6. dicetur. Quarta exceptio eſt: Niſi quis uſumfructum ex cauſa fideicommiſsi à legatario fructuario acceperit. Hæc exceptio reprobatur l. 3. ff. ſi uſuſfructus petatur, his uerbis: Qui uſumfructum traditum ſibi ex cauſa fideicommiſsi deſijt in uſu habere tanto tempore, quanto ſi legitimè eius factus eſſet, amiſſurus eum fuerit, actionem ad reſtituendũ eum habere non debet. eſt enim abſurdũ, plus iuris habere eos qui poſſeſsionem duntaxat uſus fructus, non etiam dominiũ adepti ſunt. Quinta exceptio eſt: Niſi uſus tantum ſit, putans ſe uſum tantum habere. Hæc exceptio reprobatur l.20. ff. quib. modis uſuſfr. amitt. his uerbis: Is qui uſumfructum habet, ſi tantum utatur, quia exiſtimat ſe uſum tantum habere, an uſumfructum retineat? Et ſiquidem ſciens ſe uſumfructum habere, tantum uti uelit, nihilominus & frui uidetur. Si uerò ignoret, puto eum amittere uſumfructum. non enim ex eo quod habet utitur, ſed ex eo quod putauit ſe habere. Sexta exceptio eſt: Niſi pro parte uſus ſit, pro parte non. tunc enim quemadmodum ſeruitus realis, uſuſfructus totus retineri uidetur. Hæc exceptio reprobatur l.25. ff. d. tit. his uerbis: Placet uel certæ partis uel pro indiuiſo uſumfructum non utendo amitti. Concordat l.5. in prin. ff. de uſufr. & quemad. cuius uerba uide ſ. cap. prox. exc. 13. Septima exceptio eſt: Niſi proprietarius aut fructuarius ui deiectus, uti non potuit. Hæc exceptio reprobatur l. 10. ff. de ui & ui armata. his uerbis: Si de fundo proprietariũ prædo expulerit, atq; ob id fructuarius conſtituto tempore non uſus perdiderit ius ſuũ, nemo dubitat quin tunc dominus, ſiue experiatur cum fructuario aduerſus prædonem, ſiue non experiatur, retinere debeat reuerſum ad ſe uſumfructũ: & quod uſufructuarius perdidit, id ad damnũ eius pertineat, cuius facto perijt. Planè ſi proprietarius uſufructuariũ ui deiecit, & ob id uſuſfructus non utendo ſit amiſſus, proprietarius ad reſtituendum uſumfructũ tenetur. Quæ diſtinctio approbatur l. 9. §. deiectum. ff. eod. tit. his uerbis: Deiectum ab uſufructu in eandem cauſam prætor reſtituere debet: id eſt, in qua futurus eſſet, ſi deiectus non eſſet. Itaque ſi tempore uſuſfructus finitus

a l. 12. ff. quibus mod. uſusfr. amitt.

b l. 12. §. uſufructuarius. circa fin. ff. de uſufr. et quem.

c l. quod ſi do. ff. eod. tit.

fuerit, poſtquam deiectus eſt à domino, nihilominus cogendus erit reſtituere, id eſt, uſumfructum iterum conſtituere.

De exceptionibus generalioribus aduerſus cauſas amittendi uſusfructus.

Hactenus cauſæ amittendi uſusfructus cum ſuis exceptionibus ſunt propoſitæ. Sunt autem quædam exceptiones generaliores, quæ ferè unicuiq; prædictarum cauſarum poſſunt opponi. quarum prima hæc eſt: Niſi ita legatus ſit uſusfructus, ut poſt mortem legatarij alij reſtituatur. *De hac re dicetur infrà cap. prox. except. 6. Secunda exceptio eſt:* Niſi dolo uel culpa proprietarij acciderit id quo uſusfructus amitti ſolet. *Hæc exceptio reprobatur l. 9. §. 1. ff. ſi ſeruitus uendicetur. de quo ſ. cauſa 5. in fine. Datur tamen aduerſus proprietarium eo nomine actio ad intereſſe. de qua dicetur infrà ſuo loco. Sed & plures huiuſmodi exceptiones uide ſ. eod. cap. cauſa 2. item j. cap. proxim. Nunc quid & quantum per prædictas cauſas amittatur, dicendum: cuius loci regula prima hæc eſt:* Pro parte uſusfructus amitti poteſt, quemadmodum & conſtitui. *Hæc regula approbatur l. 14. ff. quibus modis uſusfructus amittatur, his uerbis:* Excepta capitis deminutione uel morte, reliquæ cauſæ uel pro parte interitum uſusfructus recipiunt. *Concordat l. 5. in princip. ff. de uſufr. & quemadm. cuius uerba uide ſ. cap. 1 except. 13. Concordat item l. 25. ff. quibus mod. uſusfr. amit. cuius uerba uide ſ. cauſa 22. except. 6.*

II. Regula: *Si in annos, menſes uel dies ſingulos uſusfruct. legatus eſt, uel alternis annis relictus, capitis deminutio eum tantum uſumfructum perimit, qui iam conſtitutus eſt, uel cuius dies ceſſit. de qua re dictum ſ. cauſa 2. except. 2. Idem dicendum eſt, ſi non utendo uſusfr. amittatur. l. 28 ff. quibus modis uſusfr. amitt. cuius uerba uide ſ. cauſa 22. except. 3.*

III. Regula: *De eo quod ex re cuius uſusfructus fuit, ſupereſt. Id etiam amittitur re perempta. Quod approbatur exemplo areæ, ædibus exuſtis. ſ. cauſa 1. except. 1. repl. 1. cui concordat l. 10. ff quibus modis uſusfruct. amittatur, ubi Caius Iuriſconſultus:* Caeo & corium mortui pecoris (inquit) in fructu non eſt: quia mortuo eo uſusfructus extinguitur. *Planè uilla exuſta, fundi uſusfructus nihilominus debetur, ut oſtenſum eſt ſ. d. cauſa 5. exceptione tertia.*

IIII. Regula: *De fructibus qui ſuperſunt uſufructuario mortuo, uide j. cap. 5. reg. 1.*

AD QVOS VSVFRVCTVS amiſſus reuertatur, & de uſufructu adcreſcendo.

Cap. III.

Sit capitis huius thema ſeu regula principalis hæc: Vſusfructus amiſſus & extinctus, ad proprietatem reuertitur. quæ regula approbatur Inſtit. de uſufructu. §. fin. his uerbis: Cum autem finitus fuerit totus uſusfructus, reuertitur ſcilicet ad proprietatem, & ex eo tempore nudæ proprietatis dominus incipirple nam in re habere poteſtatem. *Concordat Inſtit. eod. tit. §. ne tamen. his uerbis:* Ne in uniuerſum inutiles eſſent proprietates, ſemper abſcedente uſufructu: placuit certis modis extingui uſumfructum, & ad proprietatem reuerti. *Concordat iiſdem uerbis l. 3. §. ne tamen. ff. de uſufr. & quemad. Huius regulæ exceptio prima hæc eſt:* Niſi quis fundum legauerit, ita ut uſusfructus apud hæredem maneret. *hoc enim caſu quoniam hæredis appellatione etiam hæres hæredis intelligitur,* [a] *uidetur morte hæredis non finiri uſusfructus, nec ad proprietatem reuerti. quæ tamen exceptio reprobatur l. 14. C. de uſufructu, his uerbis:* Antiquitas dubitat, ſi quis fuodum, uel aliam rem cuidam teſtamento relinqueret, quatenus uſusfructus apud hæredem maneret, ſi huiuſmodi conſtaret legatū, & quidem inutile legatum eſſe exiſtimabant: quia uſusfructus nonquam ad ſuam rediret proprietatem, ſed ſemper apud hæredem remaneret: & forſitan hoc exiſtimabant, quia & ſecundns hæros, & deinceps ſocceſſores unius eſſe videanror: nec poſſit uſusfructus ſecundum ueterem diſtinctionem ſolitis modis extingui. alij autem huioſmodi legatum non eſſe reſpuendum exiſtimauerunt. Tales altercationes decidentes, cenſemus & huiuſmodi legatum firmum eſſe, & talem uſumfructum unà cum hærede finiri, & illo moriente uel alijs legitimis modis eum amittere expirare. quare enim iſte uſusfructus ſibi tale uindicet priuilegiū, ut generali interemptione uſusfructus ipſe ſolus excipiatur? quod ex nulla induci rationabili ſententia manifeſtiſsimum eſt: & propter hoc & uſumfructum finiri, & ad proprietatem ſuam redire, & utile eſſe legatum ſancientes huiuſmodi. pauciſsimis uerbis totam eorum ambiguitatem deleuimus. [a] l. 65. ff. de verb. ſign.

II. EXCEPTIO: *Niſi proprietate deducto uſufructu legata, is à quo legata eſt, antequam ſecum ageretur, uel dies legati ceſſerit, mortuus ſit. Et hæc exceptio reprobatur l. 36. qui uſumfructum. §. ſtipulatus. ff. de uſufructu & quemad. &c. his uerbis:* Stipulatus ſum à Titio fundum Cornelianom detracto uſufructu, Titius deceſsit: quæſitum eſt, quid mihi hæredem eius præſtare oporteat? Reſpond. referre qua mente uſusfructus exceptus ſit. nam ſiquidem hoc actum eſt, ut in cuiuslibet perſona uſusfructus conſtitueretur, ſolam proprietatem hæredem debiturum. ſin autem id actum ſit, ut promiſſori duntaxat uſusfructus reciperetur, plenam proprietatem hæredem eius debiturum. Hoc ita ſe habere, manifeſtius in cauſa legatorum

appsret: etenim ſi hæres, à quo detracto uſufructu proprietas legata ſit, priuſquam ex teſtamento ageretur deceſſerit, minus dobitaodum eſt, quin eius hæres plenam proprietatem ſit debiturus. Idemque & ſi ſub conditione ſimili legatus ſit, & peodente conditione hæres deceſſerit. *Hiſce uerbis exceptio propoſita reprobatur, ſub hac tamen conditione: Niſi proprietate promiſſa id actum ſit, ut & promiſſori & eius haredi uſufructus excipereturtunc enim promiſſore mortuo, uſuſfructus non ad proprietatem, ſed ad hæredem defuncti pertinet. Concordat l. 26. in prin. ff. de uſu & uſufructu legato, his uerbis:* Sempronius Attalua ab hærede ſuo fundum in Italia Caio poſt decenniūm deducto uſufructu dari iuſsit: quæro cum medio hoc decennij ſpacio hæres uita fonctus ſit, an poſt tempua deceooij plenus fundus ad legatarium pertineat? Mouet eoim me quòd dies legati huiua ſiue fideicommiſsi ceſſerit, ac per hoc ad hęredem legatarij pertioere potuerit. Et ideo quaſi circa debitum iam legatum mortuo hęrede uſoafructua extinctus ſit, nec ad hæredē hæredis portinere poſſit? Paulus reſpoodit: Dios quidem fideicommiſsi oel logati ſtatim cedit, cum poſt certum tempus hæres dare rogatur ſiue iubetur: ſed uſusfructus noudum eſt hæredia, niſi cum dominiom deducto uſufructu præſtitit. Et ideo capiris deminutione uel morte perire non poteſt, quod oondom haboit. Idem euenit, ſi proprietas deducto uſufructu ſub conditione legata ſit, & pendente conditione, hæres deceſſerit, tunc enim ab hærede hæredis iocipit uſusfructus, qui & in perſona eius finietur. Sed his caſibus do ſententia teſtatoris quærendom eſt, qui utique de eo uſufructu detrahendo ſenſit, qui coniunctus eſſet hæredis perſonæ: quo extiocto ſolidam proprietatem ad legatarium uoluit pertinere: oec plus tranſmitti ad ſucceſſorem ſuum, qui nondum habere cœpit uſum fructom, qoàm ſi iam habere cœpiſſet. *Quod dictum de eo, à quo proprietas deducto uſufructu legata eſt, idem intelli debet, ſi Titio uſufructu, Mæuio proprietate legata, Titius uiuo teſtatore decedat. nam hoc caſu nihil apud ſcriptum heredem relinquetur. quod approbatur l. ſi Titio. 31. in prin. ff. de uſufructu & quemad. his uerbis:* Si Titio fructus, Mæuio proprietas legata ſit, & uiuo teſtatore decedat Titios: nihil apud ſcriptum hæredem relinquetur. Et id Neratiua qooq; reſpoodit. *Sed etſi alij proprietate, alij ſub conditione uſufr. legato conditio nondum extiterit, uſusfructus interim non apud hæredem, ſed eum cui proprietas legata eſt permanebit. quod approbatur l. 4. ff. ſi uſufruct. petatur, his uerbis:* Fundos detracto uſufructu legatus eſt Titio, & eiuſdem fundi uſusfructus Sempronio ſub condiriono: Dixit Iulianus interim cum proprietate uſumfructum eſſe, licet placeat cum detracto uſufructu fundus legatur, apud hæredem uſumfructum eſſe: quia cum paterfamiliâs detracto uſufructu fundum legat, & alij uſumfructum ſub conditione, non hoc agit ut apud hæredē uſusfructus remaneat.

III. EXCEPTIO: *Niſi heres à quo uſus fructus fundi ſub conditione legatus erat, fundum deducto uſufructu uendiderit, poſteaq; conditio legati defecerit. Hæc exceptio approbatur l. 14. ſub conditione. ff. de uſufr. & quemadm. his uerbis:* Sub conditiooe uſusfructus fundi à te hæredo, Titio legatus eſt, tu fuodum mihi ueodidiſti, & tradidiſti, detracto uſufructu: quæro, ſi oon extiterit conditio, aut extiterit, & interierit uſus fructus, ad quem pertioeat? Reſpondi: Iotelligo te de uſufructu quærere, qui legatus eſt. Itaque ſi conditio eius legari extiterit, dubium non eſt quin ad legatarium uſusfructus pertineat: & ſi aliquo caſu ab eo amiſſus fuerit, ad proprietatem fundi reuertitur. Quòd ſi conditio non extiterit, uſusfructus ad hæredem pertinebit, ita ut in eius perſooa omnia eadem obſeruentur, quæ ad amittendum uſumfructum pertinent, & ſeruari ſolent. *Huius exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi legati cauſa uſusfructus in uenditione ſit exceptus. quæ replicatio approbatur d. l. ſub cond. §. fin. his uerbis:* Cæterùm in eiuſmodi ueoditione ſpectandum id erit, quod inter ementem oendentemq; conuenerit, ut ſi apparuerit legati cauſa eum fructum exceptum eſſe, etiamſi conditio non extiterit, reſtitui à ueoditore emptori debeat.

IIII. EXCEPTIO: *Niſi cum uſufructuarius uſumfructum ad certum tempus locaſſet, is nondum finito locationis tempore fuerit mortuus, uel capite deminutus. Tunc enim reliqui tempore uſusfructus uidetur ad hæredem uſufructuarij pertinere. Hæc exceptio reprobatur exemplo ſerui fructuarij. l. 26. ſi operas ff. de uſufructu & quemad. &c. his uerbis:* Si operas ſuas locauerit ſeruus fructuarius, & imperfecto tēpore locationis uſusfructus interierit, quod ſupereſt ad proprietariū pertioebit. Sed etſi ab initio certam ſummā propter operas ſuas certas ſtipulatus fuerit, capite demiuuto eo, idem diceodum eſt.

V. EXCEPTIO: *Niſi pater uſufructuarius per filium uſumfructum adquiſierit. Tunc enim mortuo patre, uſuſfructus ad filium pertinet. quæ exceptio approbatur l. 7. §. fin. C. de uſufructu. cuius uerba uide ſ. cap. prox. cauſa 1. except. 2.*

VI. EXCEPTIO: *Niſi ita legatus ſit uſusfructus,*

fructus, ut alij reſtituatur. Hæc exceptio approbatur l. 4. ff. quibus modis uſusfructus amittatur, his uerbis: Si legatum uſumfructum legatarius alij reſtituere rogatus eſt. id agere prætor debet, ut ex fideicommiſſarij perſone magis quàm ex legatarij pereat uſusfructus. *Concordat l. 29. §. fin. ff. eod. tt. his uerbis:* Pomponius quærit, Si legatum mihi uſumfructum rogatus ſim tibi reſtituere, an pro te frui uidear, nec amittatur uſusfructus? Et ait, dubitare ſe de hac quæſtione. Sed eſt uerius quod Marcellus notat, nihil hanc rem fideicommiſſario nocere. ſuo enim nomine utilem actionem eum habiturum. *Concordat item l. 29. ff. de uſufructu legato, his uerbis:* Si quis uſumfructum legatum ſibi alij reſtituere rogatus ſit, eumq; in fundum induxerit fruendi cauſa: licet iure ciuili morte & capitis deminutione ex perſone legatarij pereat uſusfructus, qui huic ipſo iure adquiſitus eſt: tamen prætor ex iuriſdictione ſua id agere debet, ut idem ſeruetur quod futurum eſſet, ſi ei cui ex fideicommiſſo reſtitutus eſſet, legati iure adquiſitus fuiſſet. *Concordat item l. 32. §. filios. ff. eod. tt. his uerbis:* Filios ex Seio, & filiam ex alio marito hæredes inſtituit æquis portionibus, & matri ita legauerat: Aeliæ Dorcadi matri meæ dari uolo quoad uiuet uſumfructum bonorũ meorum, ita ut poſt obitum eius ad liberos meos, aut ad eum qui ex his uiuet, pertineat: filij poſt aditam hæreditatem deceſſerunt: quæſitum eſt, mortua matre ſuperſtite filia teſtatricis uſusfructus utrum ad ſolam filiam, an uerò proportione hæreditatis pertineret? Scæuola reſpondit, ad eos redire apud quos proprietas eſſet. Claudius non credidit ipſum uſumfructum in uicem portionum hæreditariarũ poſt mortem auiæ iotar ipſos datum, eò magis quod æquis partibus hæredes ſcripti erant.

De uſufructu adcreſcendo. VII. EXCEPTIO: *Niſi duobus uel pluribus uſusfructus relictus ſit. Tunc enim eo deficiente in unius perſona, adcreſcit cæteris, nec ad proprietarium reuertitur. quæ exceptio approbatur Inſtitut. de legatis. §. ſi eadem, his uerbis:* Si eadem res duobus legata ſit, ſiue coniunctim ſiue diſiunctim, ſi ambo perueniant ad legatum, ſcinditur inter eos legatum: ſi alter defeciet, quia aut ſpreuerit legatum, aut uiuo teſtatore deceſſerit, uel alio quoquo modo defecerit, totum ad collegatarium pertinet. *Concordat l. 1. in prin. ff. de uſufructu adcreſcendo. cuius uerba uide J. repl. 1. diſtinct. 1. Concordat item d. l. 1. §. fin. cuius uerba uide J. replic. 1. in prin. Concordat itẽ l. 3. in prin. ff. eod. tt. ubi Celſus:* Toties (*inquit*) ius adcreſcendi eſt, quoties in duobus qui in ſolidũ habuerũt, concurſo diuiſus eſt. *Ait Iuriſconſultus:* In ſolidum habuerunt. *Scilicet ſibi relictum. In ſolidum enim haberi non poteſt, quia diuidua ſeruitus eſt: & ita interpretatur gl. Planè exceptio propoſita plures recipit replicationes, quarum prima hæc eſt: Niſi non coniunctim, ſed diſiunctim ac ſeparatim pluribus uſusfructus ſit relictus. Hæc replicatio reprobatur Inſtit. de legatis. §. ſi eadem res. cuius uerba uide paulo ſ. Coniunctim autem relinquitur, ueluti ſi quis dicat: Titio & Seio uſumfruct. fundi do lego. diſiunctim ita: Titio uſumfructum fundi do lego, Seio uſumfruct. fundi do lego: ſed etſi expreſſerit eiuſdem fundi uſumfructum do lego, æquè diſiunctim legatum intelligitur.*[a] *Vnde Vlpianus:* Interdum tamen (*inquit*) etſi non ſint coniuncti, uſusfructus legatus alteri adcreſcit: utputa ſi mihi fundi uſumfructum ſeparatim totius, & tibi ſimiliter fuit relictus. Nam ut Celſus ſcribit, Concurſu partes habemus. Quod & in proprietate contingeret. nam altero repudiante, alter totum fundum haberet. Sed in uſufructu hoc plus eſt: quia & conſtitutus, & poſtea amiſſus, nihilominus ius adcreſcendi admittit. Omnes enim auctores apud Plautium de hoc conſenſerunt, ut & Celſus & Iulianus eleganter aiunt: Vſusfructus quotidie conſtituitur & legatur, non ut proprietas eo ſolo tempore quo uendicetur. Cum primum itaq; nõ inuenit alterum qui ſibi concurret, ſolus utetur in totum: nec refert, coniunctim an ſeparatim relinquatur.[b] *Planè admittitur replicatio propoſita, primùm ſi ſeparatim ſingulis ſingularum partium uſusfructus relinquatur. quæ diſtinctio approbatur l. 1. in prin. ff. de uſufructu adcreſcendo, his uerbis:* Quoties uſusfructus legatus eſt, ita inter fructuarios eſt ius adcreſcendi, ſi coniunctim uſusfructus ſit relictus: cæterùm ſi ſeparatim unicuiq; partis rei uſusfructus ſit relictus, ſine dubio ius adcreſcendi ceſſat. *Secundò admittitur replicatio propoſita, ſi duobus coniunctim, & alteri ſeparatim ſit relictus uſusfructus. Tertiò admittitur, ſi ſeruo communi duorum, & ſeparatim Titio uſusfructus ſit relictus. quæ duæ diſtinctiones approbantur d. l. 1. §. idem ait. his uerbis:* Idem Iulianus ait, Etſi cõmuni ſeruo, & ſeparatim Titio uſusfructus legatus ſit, amiſſum ab altero ex ſocijs uſumfructum non ad Titium, ſed ad ſolũ ſocium pertinere debere, quaſi ſolum coniunctum: quæ ſententia uera eſt. nam quãdiu uel unus utitur, poteſt dici uſumfructum in ſuo ſtatu eſſe. Idem eſt, etſi duobus coniunctim & alteri ſeparatim uſusfructus eſſet relictus. *Secunda replicatio eſt: Niſi duobus alternis annis uſusfructus ſit relictus. Hæc replicatio approbatur l. 2. in princip. ff. quibus modis uſufr. amitt. his uerbis:* Si duobus ſeparatim alternis annis uſusfructus relinquatur,

[a] Inſt. d. §. ſi eadem res.

[b] l. 1. §. interdum. ff. de uſuf. adcreſcendo.

continuis

cõtinuis annis proprietas nuda eſt. Quòd ſi ex duobus illis alter decedat, per uices temporum plena proprietas erit. neq; enim adcreſcere alteri quicquam poteſt: quoniam per propria quiſq; tempora nõ concurrente altero fructus integros habuerit. *Tertia replicatio eſt: Niſi ſingulis à ſingulis hæredibus eiuſdem rei fructus legatus ſit. Hæc replicatio approbatur l. penult. & ult. ff. de uſufructu adcreſcendo, his uerbis:* Cùm ſingulis ab hæredibus ſingulis eiuſdem rei uſusfructus legatur, fructuarij ſeparati uidentur non minus quàm ſi æquis portionibus duobus eiuſdem rei fructus legatus fuiſſet: unde ſit ut inter eos ius adcreſcendi nõ ſit, cum alius ab alio hærede uſumfructum uendicat. *Quarta replicatio eſt: Niſi alteri purè, alteri ſub conditione uſusfructus ſit legatus. Hæc replicatio reprobatur l. 7. §. ſi mihi ff. eod. tit. his uerbis:* Si mihi uſusfructus fundi purè, & tibi ſub conditione legatus ſit, poteſt dici totius fundi uſumfructum interim ad me pertinere, & ſi capite minutus fuero, totum amittere: ſed etſi extiterit conditio, totum uſumfructum ad te pertinere, ſi fortè capite minutus ſum: cæterùm cum in meo ſtatu maneo, communicandum uſumfructũ. *Quinta replicatio eſt: Niſi ex diuerſis teſtamentis uſusfructus relictus ſit. Hæc replicatio approbatur l. 16. ff. quibus modis uſusfructus amittatur, his uerbis:* Si ſub conditione mihi legatus ſit uſusfructus, medioq; tempore ſit penes hæredẽ, poteſt hæres uſumfructum alij legare: quæ res facit ut ſi conditio extiterit mei legati, uſusfructus ab hærede relictus finiatur: quòd ſi ego uſumfructum amiſero, non reuertetur ad legatarium, cui ab hærede purè legatus fuerat: quia ex diuerſis teſtamentis ius coniunctionis non contingit. *Sexta replicatio eſt: Niſi ſeruo plurium communi ſit relictus uſusfructus. Hæc replicatio reprobatur l. 1. §. deniq; ff. de uſufr. adcreſcendo, his uerbis:* Apud Iulianum lib. 35. Digeſt. quæritur, ſi cõmuni ſeruo uſusfructus ſit relictus, & utriquẽ domino adquiſitus, an altero repudiante uel amittente uſumfructum alter totum habeat? & putat ad alterum pertinere. Et licet dominis uſusfructus non æquis partibus, ſed pro dominicis adquiratur: tamen perſona ipſius non dominorum inſpecta ad alterum ex dominis pertinere, non proprietari accedere. *Septima replicatio eſt: Niſi duobus hæredibus inſtitutis ab ijs alicui proprietas deducto uſufructu legata ſit. Hæc replicatio approbatur l. 2. cum l. ſequente. ff. de uſufruct. adcreſcendo, his uerbis:* Si duobus hæredibus inſtitutis, deducto uſufructu proprietas legetur, ius adcreſcendi hæredes non habere. nam uideri uſumfructum conſtitutum, non per concurſum diuiſum: ideoque amiſſa pars uſusfructus ad legatarium, eundemq; proprietarium redit. Idem Neratius putat lib. 5 reſpõd. ceſſare ius adcreſcendi. *Idem uerius eſt, ſi cui proprietas deducto uſufructu legata ſit, & mihi pars uſusfructus. Nam inter me & hæredem ius adcreſcendi non eſt: ſed quiſquis ſuam partem amiſerit, ea ad proprietatem reuertetur. l. 6. §. 1. ff. eodem titulo.*

Octaua replicatio eſt: Niſi duo domini proprietatem tradiderint deducto uſufructu. Hæc replicatio ſimilis eſt præcedenti, & approbatur l. 3. §. unde Celſus. ff. de uſufructu adcreſcendo, his uerbis: Celſus ſcribit: Si duo domini fundi deducto uſufructu proprietatem tradiderunt, uter eorum amiſerit uſumfructum, ad proprietatem redire: ſed non ad totum, ſed cuiuſque uſumfructum ei parti accedere, quam ipſe tradiderit. ad eam enim partem redire debet, à qua ab initio diuiſus eſt. *Nona replicatio eſt: Niſi alter ex legatarijs etiam proprietatem rei habeat. Hæc replicatio reprobatur l. 3. §. non ſolum. ff. de uſufructu adcreſcendo, his uerbis:* Non ſolum ſi duobus uſusfructus legetur, eſt ius adcreſcendi: uerùm etſi alteri uſusfructus, alteri fundus legatus eſt, nam amittente uſumfructum altero, cui erat legatus, magis iure adcreſcendi ad alterum pertinet, quàm redeat ad proprietatem: nec nouum. nam etſi duobus uſusfructus legetur, & apud alterum ſit conſolidatus, ius adcreſcendi non perit: nec ei, apud quem conſolidatus eſt, nec ab eo: & ipſe quibus modis amitteret ante conſolidationem, iiſdem & nunc amittit. Et ita Neratio & Ariſtoni uidetur, & Pomponius probat. *Concordat l. 4. cum duabus legibus ſequentibus. ff. eod. tit. his uerbis:* Si tibi proprietas fundi legata fuerit, mihi autem & Mæuio & tibi eiuſdem fundi uſusfructus: habebimus ego & Mæuius trientes in uſufructu, & triens unus proprietati miſcebitur. Siue autem ego ſiue Mæuius capite minuti fuerimus, triens inter te & alterutrum noſtrũm diuidetur: ita ut ſemiſſem in uſufructu habeat is qui ex nobis capite minutus non fuerit, ad te autem proprietas cum parte dimidia uſusfructus pertineat. Etſi tradideris alicui proprietatem, deducto uſufructu, nihilominus putat Iulianus adcreſcere: nec uideri nouum tibi adquiri uſumfructum. Idem, etſi apud unum ex tribus fructuarijs conſolidatus ſit uſusfructus. *Planè admitti uidetur replicatio propoſita, ſi is qui uſumfructum cum proprietate habet, eam retento uſufructu alienauerit. uerùm diſtinctio hæc reprobatur uerbis iam dictis, hiſce:* Etſi tradideris alicui proprietatem deducto

uſufructu;

ũſufructu, nihilominus putat Iulianus adcreſcere: nec uideri nouum tibi adquiri uſumfructum. Idem erſi apud unum ex tribus fructuarijs conſolidatus ſit uſusfructus. *Decima replicatio eſt: Niſi ex repetitione legati uſusfructus alter uſumfructum habeat. Hæc replicatio reprobatur, ſimul & declaratur l. 8. §. hæc autem ff. quibus modis uſusfructus amitt. his uerbis:* Repetitio, quæ fit poſt amiſſum capitis deminutione uſumfructum, quæritur, an & ius accreſcendi ſecum ſaluum habeat: utputa, Titio & Meuio uſusfructus legatus eſt: & ſi Titius capite minutus eſſet, eidem uſumfructum legauit: quæſitum eſt, ſi Titius ex repetitione uſumfructum haberet, an inter eos ius adcreſcendi ſaluum eſſet? Et Papinianus lib. 5. Quæſtionum ſcribit, ſaluum eſſe, perinde ac ſi alius eſſet Titio in uſufructu ſubſtitutus. eos enim tametſi non uerbis, re tamen coniunctos uideri. Planè idem Papinianus quærit, ſi Titio & Meuio uſusfructus legatus eſt, in repetitione autem uſusfructus non totum, ſed partem Titio relegaſſet, an uiderentur cõiuncti? Et ait: Siquidem Titius amiſerit, totum ſocio adcreſcere: quòd ſi Meuius amiſiſſet, non totum Titio adcreſcere, ſed partem ad eum, partẽ ad proprietatẽ redire. quę ſentẽtia (inquit Vlpianus) habet rationem. Neq; enim poteſt dici eo momento, quo quis amittit uſumfructũ, & reſumit, etiam ipſi quicquam ex uſufructu adcreſcere. placet enim nobis, ei qui amittit uſumfructum, ex eo quod amittit nihil adcreſcere. *Vndecima replicatio eſt: Niſi ita legatum ſit, Matri cum liberis uſumfructum do lego uel contrà liberis cum matre. Hæc replicatio reprobatur l. 8. ff. de uſufructu adcreſcendo, his uerbis:* Si mulieri cum liberis ſuis uſusfructus legetur, amiſſis liberis, ea uſumfructum habet: ſed & matre mortua liberi eius nihilominus uſumfructum habent iure adcreſcendi. nã & Iulianus ait: Idem intelligendum in eo qui ſolos liberos hæredes ſcripſit, licet nõ ut legatarios eos nominauerit: ſed ut oſtẽderet, magis ſe uelle matrem ita frui, ut liberos ſecum habeat fruentes. Sed & Pompon. quærit: Quid ſi mixti fuerint liberi, & extranei hæredes: & ait, filios legatarios eſſe intelligendos: & econtrariò, Si uoluerit eos liberos ſimul cum matre frui, debere dici matrem legatariam eſſe intelligendam, & per omnia ſimilem eſſe & in hoc caſu iuris euentum. *Duodecima replicatio eſt: Niſi in alimenta uſusfructus ſit relictus. Hæc replicatio approbatur l. 57. dominus. §. fin. ff. de uſufructu & quemadmodum, &c. his uerbis:* Per fideicommiſſum fructu prædiorum ob alimenta libertis relicto, partium emolumentum ex perſona uita decedentium, ad dominum proprietatis recurrit. *Decimatertia replicatio eſt: Niſi alter ſuam partem uſusfructus amiſerit. Hæc replicatio reprobatur l. 10. ff. de uſufructu adcreſcendo, his uerbis:* Interdum pars uſusfructus etiam non habenti partem ſuam, ſed amittẽti adcreſcit. Nam ſi uſusfructus duobus fuerit legatus, & alter lite conteſtata amiſerit uſumfructum, mox & collegatarius, qui litem conteſtatus non erat, uſumfructum amiſerit: partem dimidiam duntaxat quam amiſit, qui litem conteſtatus eſt aduerſus eum qui liti ſe obtulit, à poſſeſſore conſequitur. Pars enim collegatarij ipſi adcreſcit, non domino proprietatis. Vſusfructus enim perſonæ adcreſcit, etſi fuerit amiſſus. *Concordat l. ſi Titio. 33. §. uſumfr. ff. de uſufr. & quemad. cuius uerba uide in Comment. liberationum cap. 19. except. 3. replicat. 1. in fine.*

VIII. EXCEPTIO: *Niſi uſusfructus nõdum quidem ſit extinctus, ſed ſub conditione legatus, conditioq; nondum extiterit. Hæc exceptio reprobatur l. 4. ff. ſi uſusfr. petatur. cuius uerba uide ſ. eod. cap. except. 2. in fin. Alias huiuſmodi exceptiones uide ſ. cap. prox. item in Comment. de legatis cap. 27. quantum. reg. 25. exc. 17.*

DE ACTIONE, QVAE PRO uſufructu datur tam perſonali quàm in rem confeſſoria.

Cap. IIII.

PRopoſitis cauſis ac modis, quibus uſusfructus conſtituitur, & ex quibus adcreſcit: conſequens eſt dicere de actione, qua uſumfructum conſtitutum, & eum qui adcreuit, poſſimus in iudicio perſequi: quam nunc tractabimus ordine circumſtantiarum ſeruato.

I. Cauſæ huius actionis, item quæ actio competat.

I. *Regula: Si quis uſumfructum uendicaturus eſt, in rem actio eſt. quæ actio approbatur Inſtit. de actionibus. §. æquè ſi agat quis, his uerbis:* Si agat quis, ius ſibi eſſe fundo fortè uel ædibus utendi fruendi, uel per fundum uicini eundi, agendi, uel ex fundo uicini aquam ducendi, in rem actio eſt. *Huius regulæ exceptio hæc eſt: Niſi partis fundi uſusfructus ſit conſtitutus. quæ tamen exceptio reprobatur l. 5. §. ſi partis. ff. ſi uſusfructus petatur, his uerbis:* Si partis fundi uſusfructus conſtituatur, poteſt de eo in rem agi, ſiue uendicet quis uſumfructum, ſiue alij neget.

II. *Regula: Etiam condictio triticaria competit. quæ regula adprobatur leg. 1. §. quare fundum. ff. de condictione triticaria, his uerbis:* Fundum quoq; per hanc actionem petimus, etſi uectigalis ſit, ſiue ius ſtipulatus quis ſit, ueluti uſumfructum, &c.

III. *Regula: Si uſufructuarius qui in poſſeßione fundi eſt, uti frui prohibeatur uel expellatur, etiam unde ui interdictum habet. quæ regul. approbatur l. 3. §. unde ui interdictum. ff. de ui & ui armata, his uerbis:* Vnde ut interdictum neceſſariũ fuiſſe fructuario apparet, ſi prohibeatur uti frui. *Planè regula hæc in d. loco declaratur, his uerbis:* Vti frui prohibuiſſe is uidetur, qui ui deiecit utentem & fruentem, aut non admiſit eum, cum ex fundo exiſſet non uſusfructus deſerendi. *Sed &c. diſtinguitur ibidem, his uerbis:* Cæterùm ſi quis ab initio uolentem incipere uti frui prohibuit, hoc interdictum locum non habet. Quid ergo eſt? Debet uſufructuarius uſumfructum uendicare. *Hæc eſt prima exceptio aduerſus regulam propoſitam. Secunda exceptio eſt: Niſi quis ædibus uti frui prohibeatur. quæ tamen exceptio reprobatur in d. l. 3. §. pertinet, his uerbis:* Pertinet autem hoc interdictũ ad eum, qui fundo frui prohibitus eſt: ſed pertinebit etiam ad eum, qui ædificijs uti frui prohibetur. *Tertia exceptio eſt: Niſi re mobili uti prohibeatur. Hæc exceptio approbatur d. §. pertinet, his uerbis:* Conſequenter autem dicemus, ad res mobiles hoc interdictum non pertinere, ſi quis uti frui prohibitus ſit re mobili, niſi rei ſoli cedebant res mobiles. Si igitur ibi fuerint, dicendum eſt, etiam ad eas res referri hoc interdictum debere. *Hiſce uerbis exceptio propoſita approbatur, ſimul etiam replicatio aduerſus eam introducitur talis: Niſi res mobiles rei ſoli accedant. Quarta exceptio eſt: Niſi uſus tantum ſit relictus. Hæc exceptio reprobatur d. l. 3. §. item ſi non, his uerbis:* Item ſi non uſusfructus, ſed uſus ſit relictus, competit hoc interdictum. *Quinta exceptio eſt: Niſi inter uiuos uſusfructus ſit conſtitutus. Et hæc exceptio reprobatur d. §. item ſi non, his uerbis:* Ex quacunq; cauſa conſtitutus eſt uſusfructus uel uſus, hoc interdictum locum habebit. *Sexta exceptio eſt: Niſi poſt uim factam uſusfructus ſit extinctus uel amiſſus. Hæc exceptio reprobatur, certo tamen modo d. l. 3. §. qui uſumfructum, his uerbis:* Qui uſusfructus nomine qualitercunq; fuerit, quaſi in poſſeſsione, utetur hoc interdicto. Sed ſi quis poſteaquã prohibitus eſt, capite deminutus ſit uel mortuus, rectè dicitur hæredibus & ſucceſſoribus competere hoc interdictum: non ut in futurum conſtituatur uſusfructus, ſed ut præterita cauſa & damnum præteritum ſarciatur. *Concordat l. 10. in fin. ff. eod. tit. cuius uerba uide ſ. cap. 2. cauſa 22. except. 7. item concordat l. cuiuſcunq;. in prin. ff. de uſufructu & quemad. &c. ubi Paulus:* Cuiuſcunq; fundi uſufructuarius (inquit) prohibitus aut deiectus, de reſtitutione omniũ rerum ſimul occupatarum agit. Sed etſi medio tempore alio caſu interciderit uſusfructus, æquè de perceptis antea fructibus utilis actio tribuitur.

IIII. *Regula: Si dolo uel culpa proprietarij uſusfructus extinctus ſit, tenetur uſufructuario uel ex teſtamento, uel de dolo, &c. quæ regula approbatur l. 5. §. fin. cum duabus ll. ſequẽtibus. ff. quibus modis uſusfructus amittatur, his uerbis:* Si areæ uſusfructus ſit legatus, & in ea ædificium ſit poſitum, rem mutari, & uſumfructum extingui conſtat. Planè ſi proprietarius hoc fecerit, ex teſtamento uel de dolo tenebitur. Sed & interdictum Quod ui aut clàm uſufructuario competit, niſi ſublato ædificio uſumfructum areæ mihi ceſſerit, tempore ſcilicet quo uſusfructus perijt tranſacto. *Concordat l. 9. §. 1. ff. ſi ſeruitus uendicetur. cuius uerba uide ſuprà cap. 2. cauſa 9. in fine. Planè ſi cum uſufructuarius proprietario uſumfructum locaſſet, is eum uendiderit, atq; ita uſusfructus non utendo ſit amiſſus, proprietarius ex locato tenetur uſufructuario quanti eius id intereſt, id factum non eſſe. quod remedium approbatur l. 29. in prin. ibi: teneri planè. ff. quib. mod. uſusfr. amitt. cuius uerba uide ſ. cap. 2. cauſa 18. Sed etſi proprietatis dominus uulnerauerit ſeruum uel occiderit, in quo uſusfructus meus eſt, danda eſt mihi ad exemplum legis Aquiliæ actio in eum pro portione uſusfructus, ut etiam ea pars anni in æſtimationem ueniat, quo nondum uſusfructus meus fuit. a. Vnde Vlpianus:* Si ſeruum uſurarium proprietarius occidit, legis Aquiliæ actioni, & ad exhibendum ſubiacebit, ſi poſsidens proprietarius occidit: ideoque ceſſat de dolo actio. [b] *Et Paulus in eandem ſententiam:* Si dominus proprietatis (inquit) inſulam cuius uſusfructus legatus erat, incenderit, non eſt de dolo actio: quoniam aliæ ex hoc oriuntur actiones. [c]

a l. 12. ff. ad l. Aquiliam.

b l. 7. §. ſi ſeruum. ff. de dolo malo.

c l. 18. §. ſi dominus. ff. de dolo.

V. *Regula: Si uſusfruct. legatus eſt, ex teſtamento actio eſt. quæ reg. approbatur l. 1. §. ſed ſi uſusfructus. ff. ſi uſusfr. petatur, his uerbis:* Si uſusfructus legatus ſit, ad quem aditus nõ eſt, niſi per hæreditarium fundum, ex teſtamẽto utiq; agendo fructuarius conſequitur, ut cum aditu ſibi præſtetur uſusfructus. *Concordat l. 5. §. fin. ff. quibus modis uſusfructus amittatur. cuius uerba uide ſ. reg. prox. in prin. Concordat item l. ſi extraneo. 46. §. fin. ff. de uſufructu & quemad. cuius uerba uide ſ. cap. prox. reg. 28. except. 1. Eſt inſuper ex conducto actio, ſi ſcilicet colono uſusfructus fundi ſit legatus. quæ actio approbatur l. quoties. 41. §. ſi colono ff. d. tit. his uerbis:* Si colono tuo uſumfructum fundi legaueris, uſumfructum uendicabit, & cum hærede tuo aget ex conducto: & conſequetur ut neq; mercedes præſtet, & impenſas, quas in culturam fecerat, recipiat.

VI. *Regula: Si inter duos fructuarios de uſufructu controuerſia ſit, quaſi communi diuidundo iudi-*

cium eſt quæ regula approbatur l.ſi uſusfructus. 16. §.fin.cum l.ſequente.ff de uſufructu et quemad.&c. his uerbis: Si inter duos fructuarios ſit controuerſia, Iulienus ſcribit, æquiſsimũ eſſe quaſi communi diuidundo iudicium dari uel ſtipulatione inter ſe eos cauere qualiter fruantur. Cur enim (inquit) ad arma & rixam procedere patiatur prætor, quoe poteſt iurisdictione ſua compeſcere? Quá ſententiam Celſus quoque probat, & ego puto uoram.

VII. *Regula: Si ſeruitutis uſusfructus relictus ſit, incerti actio eſt. quæ regula approbatur l. 2. ff. de uſu & uſufr. cuius uerba uide ſ. cap. 1. except. 5. Sed & plures huiuſmodi regulas uide ſ. de iure uſufructuarij. Sequuntur nunc aduerſus iam propoſitas regulas exceptiones quædam uniuerſales:*

Exceptiones generales aduerſus iam propoſitas regulas.

I. EXCEPTIO: *Niſi uſufructuarius nondũ ſatisdederit. Hæc exceptio approbatur l. ſi cuius. §. fin. cum l. ſequente. ff. de uſufructu & quemadm. &c. his uerbis:* Hoc autam ed omnem uſumfructũ pertinore Iulianus probat: Si uſusfructus legatus ſit, non prius dendam actioné uſufructuario, quàm ſatisdederit ſa boni uiri arbitratu uſurum ſruiturum. *De hac ſatisdatione plura dicentur ſ.*

II. EXCEPTIO: *Niſi poſſeſſor ab alio proprietatis controuerſiam patiatur. Hæc exceptio re-probatur l. cuiuſcunq. § ſi fundus. ff. de uſufructu & quemad. &c. his uerbis:* Si fundus, cuius uſusfructus petitur, è nõ domiuo poſsidearur, actio radditur: & ideo, ſi de fundi proprietate inter duos quæſtio ſit, fructuarius nihilominus in poſſeſsione eſſe debet: ſatiſque ei à poſſeſſore cauendum eſt, quòd nõ ſit prohibiturus frui eum, cui uſusfructus relictus eſt, quãdiu de iure ſuo probetur. Sed ſi ipſi fructuario quæſtio moueatur, interim uſusfructus eius differtur. Sed caueri dabet de reſtiruendo eo quod ex his fructibus percepturus eſt: uel ſi ſatis nou detur, ipſe frui permittitur.

III. EXCEPTIO: *Niſi proprietarius uſufructuarium uti frui patiatur. Hæc exceptio ipſo quidem iure ſubſiſtit. quemadmodũ & exceptio ſolutionis: uerùm admittit replicationẽ hanc, Niſi non ut debet, uti frui patiatur. cuius replicationis exemplũ proponitur l. 14. ff. de uſu & uſufructu legato, his uerbis:* Duos ſeperatim uti frui ſinere damnatus hæres communiter uti frui paſſus eſt. quærebetur an utriq; ex taſtamento teneretur? Dixi teneri, ſi teſtator utruuq; ſolidum habere uoluiſſet. nam ipſius onus eſſe ut ſolidum ſingulis legatum prę̨ſtaret: qua parte igitur alterum uti frui ſineret hæres, ea parte eum non ſinare alterum uti frui: ideoq; per æſtimationem unicuique quod deeſt, replere debere. *Huiuſmodi exempla plura uide infrà in quæſtione, Quid ueniat, &c. Sed & alias exceptiones ad hunc locũ pertinentes uide infrà in quæſtione, Quando & quamdiu detur: item ſuprà in duobus capitibus prioribus. nã quæcunq; ibi uel exceptiones, uel cauſæ amittendi uſusfructus propoſitæ ſunt, ad hunc quoq; locum poſſunt referri.*

II. Quibus hæc actio detur.

I. *Regula: Domino fundi hæc actio non datur. quæ regula approbatur l. 5. in prin. ff. ſi uſusfr. petatur, his uerbis:* Vti frui ius ſibi eſſe is ſolus poteſt intendere, qui habet uſumfructum, dominus autem fundi non poteſt: quia qui habet proprietatem, utendi fruendi ius ſeparatum non habet. nec enim poteſt ei ſuus fundus ſeruire. de ſuo enim, non de alieno iure quanquam agere oportet. Quanquam enim actio negatoriæ domino competat aduerſus fructuarium, magis tamen de ſuo iure agere uidetur, quàm de alieno, cum inuito ſe negat ius eſſe utendi fruendi fructuario, uel ſibi ius eſſe prohibẽdi:

II. *Regula: Etiam poſſeſſori competit hæc actio: quæ regula approbatur l. 6. §. fin. ff. ſi uſusfructus petatur, his uerbis:* Nam & poſſeſſori competunt. *Quod autem ſit officium iudicis, ſi poſſeſſor agat, uide paulo inferius quæſtion. 4. reg. 2. exceptione 2.*

III. *Regula: Hæredibus uſufructuarij hæc actio non datur. quæ regula approbatur l. 38. §. ſi quis ita. ff. de uerborum obligat. his uerbis:* Si quis ita ſtipulatus fuerit, uti frui ſibi licere, ad hæredem ſtipulatio iſta non pertinet. Sed etſi ſibi non addiderit, non puto ſtipulationem de uſufructu ad hæredem tranſire, eoque iure utimur. *Huius regulæ ratio in promptu eſt: Quia uſusfructus morte uſufructuarij finitur. de quo dictum eſt ſuprà. Huius regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi defunctus ita ſtipulatus ſit, ſibi hærediq; ſuo uti frui licere. quæ exceptio approbatur d. l. 38. §. ſed ſi quis, his uerbis:* Sed ſi quis uti frui licere ſibi hærediq; ſuo ſtipulatus ſit, uideamus an hæres ex ſtipulatu agere poſsit? Et puto poſſe, licet diuerſi ſint fructus. *Secunda exceptio hæc eſt: Niſi ob fructus præteritos agatur. quæ exceptio approbatur l. 5. §. ſi poſt litem. ff. ſi uſusfr. petatur: cuius uerba uide ſuprà cap. 2. cauſa 1. exception. ultim. Tertia exceptio eſt: Niſi ob dolum uel culpam ipſius proprietarij ad intereſſe agatur: quæ exceptio approbatur exemplo l. ſi extraneo. 46. § fin. cum l. ſequente. ff. de uſufructu & quemadmod. his uerbis:* Si teſtator iuſſerit ut hæres reficeret inſulam, cuius uſumfructum legauerit, poteſt fructuarius ex teſtamento agere ut hæres reficiat: quod ſi hæres hoc non feciſſet, & ob id fructuarius frui non potuiſſet, hæres etiam fructuarij eo nomine

mine habebit actiooam quanti fructuarij interfuiſſet non ceſſaſſe hæradem, licet uſusfructus morte eius interijſſet. *Plures huiuſmodi exceptiones uide ſ. cap. 2. cauſa 1. de morte uſufructuarij: ſ. eod. cap. quid ueniat. reg. 21.*

IIII. Regula. *Si ſeruo uel filiofamilias uſusfructus conſtitutus ſit, domino uel patri eius actio competit. quæ regula approbatur l. 6. §. fin. ff. de uſufructu, & quemad. his uerbis:* Adquiritur nobis uſusfructus non ſolùm per noſmetipſos, ſed etiam per ſuas perſonas, quas iuri noſtro ſubiectas habemus. *Huius regulæ exceptiones uidentur eſſe tales: Niſi is per quem uſusfructus eſt adquiſitus, alienatus fuerit, mortuus uel capite deminutus. quæ tamen exceptiones reprobātur l. 17. C. de uſufructu. de qua re uide ſuprà cap. 2. cauſa 12. & cauſa 13.*

III. Aduerſus quos hæc actio detur.

I. Regula: *Aduerſus quemuis poſſeſſorem datur actio confeſſoria in rem. quæ regula approbatur l. 5. §. utrum. ff. ſi uſusfructus petatur, his uerbis:* Vtrum aduerſus dominum dũtaxat in rem actio uſufructuario competat, an etiam aduerſus quemuis poſſeſſorem, quæritur? Et Iulianus ſcribit, hanc actionem aduerſus quemuis poſſeſſorem ei competere. *Concordat l. cuiuſcunq;. §. ſi fundus. ff. de uſufructu & quemad. &c. ubi Paulus:* Si fundus cuius uſusfructus petitur, à non domino poſsideatur, actio redditur.

II. Regula: *Qui non poßidet, hac actione non tenetur. Huius regulæ ratio in promptu eſt, quia in rem actio, qualis eſt actio confeſſoria, non datur aduerſus non poßidentē.* [a] *Huius regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi tempore iudicij accepti poſſederit. quæ tamen exceptio reprobatur l. ult. ff. ſi uſusfructus petatur, his uerbis:* Qui de uſufructu iudiciũ accepit, ſi deſierit poſsidere, ſine dolo malo abſoluetur. *Secunda exceptio eſt: Niſi liti ſe ſe obtulit. quæ exceptio approbatur d. leg. ultim. in fine, his uerbis:* Quòd ſi liti ſe obtulit, & quaſi poſſeſſor actionem de uſufructu accepit, damnabitur. *Plura de hac regula cum ſuis exceptionibus, uide ſ. lib. 21. cap. 5. except. 13.*

[a] *l. 27. in pri. & l. ult. ff. de rei uendicat.*

IIII. Quid & quantum ueniat in hanc actionem.

I. Regula: *Vſufructu legato hæres ea etiam, ſine quibus uti legatarius non poteſt, præſtare tenetur, ut aditum, iter & uiam, &c. Hæc regula approbatur l. 1. §. uſusfructus. ff. ſi uſusfructus petatur, his uerbis:* Vſusfructus legatus adminiculis eget, ſine quibus uti frui quis non poteſt. Et ideo ſi uſusfructus legetur, neceſſe eſt tamen ut ſequatur eum aditus, uſq; adeò ut ſi quis uſumfructum loci leget, ita ne hæres cogatur uiam præſtare, inutiliter hoc adiectum uideatur. Idem ſi uſufructu legato iter adēptum ſit, inutilis eſt adēptio: quia ſemper ſequitur uſumfructum. Sed ſi uſusfructus legatus ſit, ad quem aditus non eſt, niſi per hæreditariũ fundum, ex teſtamento utiq; agendo fructuarius conſequitur, ut cum aditu ſibi præſtetur uſusfructus. Vtrum autem aditus tãtum & iter, an uerò & uia debeatur fructuario legato ei uſufructu, Pomponius dubitat: & rectè putat, prout uſusfructus perceptio deſiderat, hoc ei præſtandum. Sed an & alias utilitates & ſeruitutes ei hæres præſtare debeat, puta fluminum & aquarum, an uerò non? Et puto eas ſolas præſtare compellendum, ſine quibus omnino uti non poteſt: ſed ſi cum aliquo incommodo utatur, non eſſe præſtandas. *Concordat l. 9. §. de illo. & §. & non autem. ff. de ſeruit. urbanor. prædior. cuius uerba uide ſ. lib. prox. cap. 5. de ſeruitute alt. non toll. except. 4. repl. 4. Concordat item l. 2. §. rectè. ff. ſi ſeruitus uindicetur, his uerbis:* Rectè Neratius ſcribit, Si medij loci uſusfructus legetur, iter quoq; ſequi per ea ſcilicet loca fundi, per quę qui uſumfructum conceſsit, conſtitueret, quatenus eſt ad fruendũ neceſſarium. Nanq; ſciendũ eſt, iter quod fruēdi gratia fructuario præſtatur, non eſſe ſeruitutem. Neq; enim poteſt ſoli fructuario ſeruitus deberi. Sed ſi fundo debeatur, & ipſe fructuarius ea utetur. *Concordat item l. 15. §. qui duos. ff. de uſufructu legato. ubi Marcellus:* Qui duos fundos habebat (*inquit*) unum legauit, alterius fundi uſumfructũ alij legauit: quæro, ſi fructuarius ad fundum aliunde uiam non habeat, quàm per illum fundum qui legatus eſt, an fructuario ſeruitus debeatur? Reſpōdit: Quemadmodum ſi in hæreditate eſſet fundus, per quem fructuario poſſet præſtari uia, ſecundum uoluntatem defuncti uideretur id exigere ab hærede: ita in hac ſpecie non aliter concedendum eſſe legatario fundum uindicare, niſi prius tranſeũdi ius fructuario præſtetur, ut hæc forma in agris ſeruetur, quæ uiuo teſtatore obtinuarit, ſiue donec uſusfructus permanet, ſiue dum ad proprietatē redierit. *Planè huic poſteriori quodammodo contradicit l. 41. §. fin. ff. de legatis 1. ubi Paulus:* Si duos fundos habens teſtator (*inquit*) alterius mihi uſumfructum, alterum Titio leget, aditum mihi legatarius non debebit: ſed hæres cogetur redimere aditum, & præſtare.

II. Regula: *Omnis cauſa uſufructuario reſtituenda. Hæc regula approbatur l. 5. §. fructuario. ff. ſi uſusfructus petatur, his uerbis:* Fructuario qui uicit, omnis cauſa reſtituenda eſt. Et ideo ſi ſerui fuerit uſusfructus legatus, quicquid ex re fructuarij, uel ex operis ſuis conſecutus eſt, poſſeſſor debebit reſtituere.

III. Regula: *Fructus etiam reſtituendi. Hæc regulæ*

gula approbatur l.5. §. in his. ff. ſi uſuſfructus petatur, his uerbis: In his actionib. quę de uſufructu aguntur, etiam fructus uenire pluſquá manifeſtum eſt. *Huius reg. exceptio prima hæc eſt: Niſi poſt litem conteſtatam uſuſfr. interierit. Hæc exceptio approbatur certo modo d.l.5. §. ſi poſt litẽ. de quo dictum ĩ. cap. 2. cauſa 1. exc. ult.* *Secunda exceptio eſt: Niſi is qui agit poßideat. Hæc exceptio approbatur d.l.5. §. fin. his uerbis:* Sicut fructuario in rẽ confeſſoria agenti fructus præſtandi ſunt, ita & proprietatis domino ſi negatoria actione utatur: ſed in omnib. ita demũ, ſi non ſit poſſeſſor qui agat. nam & poſſeſſori cõpetunt: quod ſi poſsident, nihil fructuum nomine conſequentur. Quod ergo officium iudicis erit, quàm hoc ut ſecurus conſequatur fructuarius fruendi licentiã, & proprietatis dominus nõ inquieretur. *Tertia exceptio eſt: Niſi fructus die uſuſfructus legati cedente ſint pendentes. Hæc exceptio reprobatur l. ſi pendentes. ff. de uſufructu & quemadm. &c. his uerbis:* Si pendentes fructus iam maturos reliquiſſet teſtator, fructuarius eos feret, ſi die legati cedente adhuc pendẽtes deprehendiſſet. nam & extantes fructus ad uſufructuarium pertinent. *Quarta exceptio eſt: Niſi fructus ſint immaturi lecti. Hæc exceptio reprobatur l. penult. ff. de uſu & uſufr. his uerbis:* In fructu id eſſe intelligitur, quod ad uſum hominis inductũ eſt. neq; enim maturitas naturalis hic ſpectanda eſt: ſed id tẽpus, quo magis colono, domino ue eũ fructũ tollere expedit. Itaq; cum olea immatura plus habeat reditus, quàm ſi matura legatur, non poteſt uideri: ſi immatura lecta eſt, in fructu non eſſe. *Concordat l. ſi abſente. §. fin. ff. eod. tit. ubi Paulus:* Syluam cæduam, etiamſi intempeſtiua cæſa ſit, in fructu eſſe cõſtat. Sicut oliua immatura lecta, item fœnũ immaturum cæſum in fructu eſt. *Plura de regula propoſita cum ſuis exceptionibus dicentur aliquãdo in Cõment. de fructib. item ĩ. cap. prox. reg. 2.*

IIII. *Regula: Reus ſumptus quos in rem, cuius uſuſfructus petitur, deducit, uel per exceptionem retinet. Hæc regula ipſo iure ſubſiſtit, eiusq; exemplum proponitur l. Titius. ff. de uſufr. & quemad &c. his uerbis:* Titius Męuio fundum Tuſculanũ reliquit, eiusq; fideicommiſit, ut eiuſdem fundi partis dimidiæ uſumfructum Titiæ præſtaret. Męuius uillam uetuſtate corruptam, neceſſariam colligendis & conſeruandis fructibus ædificauit: quæſitum eſt, an ſumptus partem pro portione uſuſfructus Titia agnoſcere debeat? Reſpondit Scæuola: Si priuſquam uſuſfructus præſtaretur, neceſſariò ædificaſſet, non aliàs cogendum reſtituere, quàm eius ſumptus ratio haberetur. *Concordat l. 32. §. Lucius. ff. de uſu & uſufructu legato, his uerbis:* Lucius Titius teſtamento ſuo Publico Mæuio fundum Tuſculanum reliquit, eiusque fidei commiſit, ut eiuſdem fundi partem dimidiam uſuſfructus Titiæ præſtaret: Publius Mæuius uillam uetuſtate corruptam colligendis & conſeruandis fructibus neceſſariam ædificauit: quæro an ſumptus partem pro portione uſuſfructus Titia agnoſcere debeat? Reſpõdit Scęuola: Si priuſquam uſumfructum præſtaret, neceſſariò ædificauit: non aliàs cogẽdum reſtituere, quàm ſi eius ſumptus ratio habeatur.

Hactenus regulæ generaliores quæſtionis propoſitæ ſunt enumeratæ: ſequuntur nunc aliæ magis ſpeciales, & primùm eæ quæ ſumuntur ex re, cuius uſuſfructus eſt relictus.

V. *Regula: Si bonorum uſuſfructus ſit relictus, omnium rerum tam mobilium quàm immobilium uſuſfructus ad legatarium pertinet. quæ reg. approbatur l. 37. ff. de uſu & uſufr. legato, his uerbis:* Vxori meæ uſumfructũ lego bonorum meorũ, uſq; dum filia mea annos impleat octodecim: quæſitum eſt an prædiorum tam ruſticorum quàm urbanorum & mancipiorum & ſupellectilis, itemq; calendarij uſuſfructus ad uxorem pertineat? Reſpondi ſecundum ea quæ proponerentur, omnia pertinere.

¶ *Item uſuræ quoq; nominum debentur. quæ regula certo modo approbatur l. 24. ff. de uſu & uſufructu legato, his uerbis:* Vxori uſufructu bonorum legato, fœnus quoq; ſortium, quas defunctus collocauit, poſt impletam ex ſenatuſconſulto cautionem prę́ſtabitur. Igitur uſuras nominum in hæreditate relictorum, ante cautionem interpoſitam debitas, uelut ſortes in cautionem deduci neceſſe eſt: non idem ſeruabitur in nominib. ab hærede factis. tunc enim ſortes duntaxat legatario dabuntur: & quod propter moram uſuras quoq; reddi placuit, ſuper his non cauebitur.

¶ *Item bonorum uſufructu legato æs alienum ex bonis deducitur, item actiones computantur. quæ regula approbatur l. ult. ff. eod. tit. his uerbis:* Nonnihil intereſt, utrum bonorum quis, an rerũ tertiæ partis uſumfructũ legauerit. nã ſi bonorum uſuſfructus legabitur, & æs alienum ex bonis deducetur, & quod in actionibus erit, computabitur: at ſi certarum rerum uſuſfructus legatus erit, non idem obſeruabitur.

VI. *Regula: Si certæ partis bonorum uſufruct. ſit relictus, electio hæredis eſt: utrũ rerũ an æſtimationis uſumfructum præſtare uelit, &c. Hæc regula approbatur l. 32. § fin. ff. de uſu & uſufructu legato his uerbis:* Vſumfructum tertiæ partis bonorum ſuorum uni ex hæredibus legauerat: quæſitum eſt, an pecuniæ, quæ ex re-

buá

bus diuiſis ſecundum æſtimationem effecta eſt, tertia præſtanda ſit? reſpondi, hæredis eſſe electionem utrum rerum an æſtimationis uſumfructum præſtare uelit. Item quæſitum eſt, an tributa præterea, quæ uel pro prædijs aut mouentibus deberi & reddi neceſſe eſt, eximenda ſint ex quantitate reliquæ duntaxat pecuniæ, ſi hoc hæres elegerit? reſpondi, reliquæ pecuniæ tertiam præſtandam.

VII. *Regula. Si partis bonorum uſusfructus relictus ſit, non addito quota, dimidia pars intelligitur. quæ regula approbatur l. etiam. ff. de uſufructu & quemad. his uerbis:* Etiam partis bonorum uſusfructus legari poteſt. Si tamen non ſit ſpecialiter facta partis mentio, dimidia pars bonorum continetur.

VIII. *Regula. Si certarum rerum uſusfructus relictus ſit, æs alienum non deducitur. quæ regula approbatur l. ultima ff. de uſu & uſufructu legato. cuius uerba uide paulo ſuprà reg. 5. in fine.*

IX. *Regula. Si rerum uel æſtimationis uſusfructus relictus ſit, quid debeatur, declarat l. ſi alij §. rerum ff. de uſufructu & quemad. his uerbis:* Rerũ an æſtimationis uſusfructus tibi legetur, intereſt. nam ſiquidem uſus fructus rerum legetur, deducto eo quod præterea tibi legatum eſt. ex reliquis bonis uſumfructum feres: ſin autem æſtimationis uſusfructus legatus eſt, id quoque æſtimabitur. quod præterea tibi legatum eſt. Nam ſæpius idem legando non ampliat teſtator legatum: ro autem legata etiam æſtimationem eius legando ampliare legatum poſſumus.

X. *Regula. Si domus uſusfructus legatus ſit, & omnium rerũ quæ in iſta domo ſunt excepto argento, quid ueniat præſtandũ, declarat l. 32. §. uxori. ff. de uſu & uſufructu legato, his uerbis:* Vxori uſumfructum domus, & omnium rerum quæ in his domibus erant, excepto argento legauerat: item uſumfructum fundorum & ſalinarum: quæſitum eſt an lanæ cuiuſque coloris mercis cauſa paratæ, item purpuræ quæ in domibus erant, uſusfructus ei deberetur? Reſpondi excepto argento, & his quæ mercis cauſa comparata ſunt, cæterorum omnium uſumfructum legatariam habere.

XI. *Regula. Si uſusfructus ſalinarum relictus ſit, quid debeatur, declarat d. §. uxori. ibi: idem quæſijt. his uerbis:* Idem quæſijt, cum in ſalinis, quarum uſusfructus legatus eſſet, ſalis inuentus ſit nõ minimus modus: an ad uxorem ex cauſa fideicõmiſſi uſusfructus pertineat? Reſpondi, de his legandis, quæ uenalia ibi eſſent, non ſenſiſſe teſtatorem.

XII. *Regula. Si fundi reditus quoad uixerit, legati ſint, quid ueniat. Hæc regula deſumpta eſt ex re legata; & definitur l. 58. ff. de uſu & uſufructu legato. cuius uerba uide in Comment. de legatis cap. 2. reg. 2. except. 4. ſequuntur nunc eæ regulæ, quæ ſumuntur ex perſona eius cui uſusfructus legatus eſt.*

XIII. *Regula. Si nominum uſusfructus legatus ſit debitori, uſuræ ei remittendæ. Hæc regula approbatur leg. 3. §. fin. ff. de uſufr. earum rerum quæ uſu conſumuntur, his uerbis:* Nerua ipſi quoq; debitori poſſe uſumfructum nominum legari ſcribit, & remittendas ei uſuras.

XIIII. *Regula. Si colono uſusfructus fundi ſit relictus, quid ueniat, declarat l. quoties. §. ſi colono. ff. de uſufructu & quemadmodum, &c. his uerbis:* Si colono tuo uſumfructum fundi legaueris, uſumfructum uendicabit, & cum hærede tuo aget ex conducto: & conſequetur, ut neq; mercedes præſtet: & impenſas, quas in culturam fecerat, recipiat.

XV. *Regula. Si pluribus uſusfructus debeatur, æqualiter ad eos pertinet. quæ regula approbatur l. 50. in prin. de leg. Falcidia, his uerbis:* Si duobus legatus fuerit uſusfructus, ipſo iure ad ſingulos partes pertinent. *Concordat l. ult. ff. de uſufructu & quemad. &c. ubi Caius:* Si Sticho ſeruo tuo & Pamphilo meo legatus fuerit uſusfructus, tale legatum eſt, quale ſi mihi & tibi legatus eſſet: & ideo dubiũ non eſt, quin æqualiter ad nos pertineat. *Concordat item l. 4. in prin ff. de uſufr. adcreſc. cuius uerba uide §. cap. prox. ex. 7. repl. 9. Huius regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi duobus fundus, & alij uſusfructus ſit legatus; uel contrà. quæ exceptio approbatur l. 26. §. fin. ff. de uſu & uſufructu legato, his uerbis:* Si fundus duobus, alij uſusfructus legatus ſit; non trientes in uſumfructum, ſed ſemiſſes conſtituuntur: idemq; ex cõtrario, ſi duo ſunt fructuarij, & alij proprietas legata ſit: etenim inter eos tantum adcreſcẽdi ius eſt. *Concordat l. 10. ff. de uſufructu adcreſcendo, his uerbis:* Si proprietas fundi duobus, uſusfructus uni legatus ſit: non trientes in uſufructu habent, ſed ſemiſſem duo, fructuarius ſemiſſem. Item cõtrà, ſi duo fructuarij, & unus fundi legatarius ſit. *Secunda exceptio eſt: Niſi ita legatum ſit: Titio & hæredibus ſuis uſumfructum do lego. quæ exceptio approbatur l. 9. ff. de uſufructu adcreſcendo. his uerbis:* Si quis Titio & hæredib. ſuis uſumfructum legauerit, dimidiam Titius, dimidiam hæredes habebunt. Quòd ſi ita ſcriptũ ſit, Titio & Meuio cum hæredibus, tres partes fient, & unam habeant hæredes, ſecundã Titius, tertiã Meuius. Nec enim intereſt, ita legetur, illi & illi cum Meuio: an ita, illi & illi & Meuio. *Tertia exceptio eſt: Niſi alteri fundus, alteri fundi uſusfructus ſit relictus. hic enim uidebatur dicendum ad alterum totum uſumfructum pertinere, ad alteram nudam proprietatem. ueruntamen exceptio hæc reprobatur l. 6. ff de uſufru-*

ctu earum rerum quæ uſu conſumuntur, his uerbis: Si tibi decem millia legata fuerint, mihi eorundē decem millium uſusfructus, fient quidē tua tota decē millia, ſed mihi quinque millia numerari debebunt. nam etſi fundus tibi legatus fuiſſet, & mihi eiuſdē fundi uſusfructus, haberes tu quidem totius fundi proprietatem, ſed partem cum uſufructu, partem ſine uſufructu. *Concordat l. idem Neratius. §. non ſolum ff. de uſufructu adcreſcendo. cuius uerba uide ſ cap prox. except. 7. replic. 9.* *Quarta exceptio eſt: Niſi duos ſeparatim uti frui ſinere, damnatus ſit hæres tunc enim utriq; ſolidus uſusfructus debetur. Hæc exceptio approbatur l. 14. ff. de uſufructu legato. cuius uerba uide ſuprà cap. eodem, membr. 1. except. ult.* *Quinta exceptio eſt: Niſi alij uſus, alij fructus legatus ſit. Hæc exceptio approbatur l. ſi alii. ff. de uſufructu & quemad. &c. his uerbis:* Si alij uſus, alij fructus eiuſdem rei legetur, id percipiet fructuarius, quod uſuario ſupererit, nec minus & ipſe fruendi cauſa & uſum habebit. *De eadem exceptione loquitur Pomp. l. 14. §. pen. ff. de uſu & habit. his uerbis:* Si tibi uſus, mihi fructus legetur, cōcurrere nos in uſum, me ſolum fructum habiturum. *Hæc de decimaquinta regula, eiuſq; exceptionib. ſint dicta: de quibus uide plura in Comment. de legatis cap. 17. quantum reg 25. Hactenus ergo regulæ ex perſona legatariorum deſumptæ: quæ nunc ſequuntur, ex uarijs circumſtantijs deſumptæ ſunt.*

XVI. *Regula: Si à pluribus uſusfructus debeatur, ſinguli pro ſua parte tenentur quæ regula approbatur l. 5. § fin. ff. de uſufructu & quemadmodum, his uerbis:* Reo promittendi defuncto in partes hæreditarias uſusfructus obligatio diuiditur. Et ſi ex communi prædio debeatur, uno ex ſocijs defendente, pro parte defendentis fiet reſtitutio. *Vnde & Pomponius* Si mihi & tibi *(inquit)* à Sempronio & Mutio hæredibus uſusfructus legatus ſit, ego in partem Sempronij quadrantem, in partem Mutij alterum quadrantem habeo. Item tu in utriuſq; parte totum quadrantem habes.[a]

a l. ſi mihi. ff. eod. tit.

XVII. *Regula: Si ſocius fundi communis uſumfructum reliquerit, quid ueniat, definit l. 31. ff. de uſufructu legato, his uerbis:* Is qui fundum tecum communem habebat, uſumfructum fundi uxori legauerat: poſt mortem eius tecum hæres arbitrum communi diuidundo petierat: Blæſus ait, Trebatium reſpondiſſe: Si arbiter certis regionibus fundum diuiſiſſet, eius partis quæ tibi obtigiſſet, totius uſumfructum eam habituram. Ego hoc falſum puto. nam cum ante arbitriū communi diuidundo coniunctus pro indiuiſo ex parte dimidia totius fundi uſusfructus mulieris fuiſſet, non potuiſſe arbitrum inter alios iudicando alterius ius mutare: quod & receptum eſt.

XVIII. *Regula: Si actor poſſidet rem, cuius uſumfructū uēdicat, quid ueniat, definitur l. 5. §. fin. ff. ſi uſusfructus petatur. cuius uerba uide ſ. reg. 1.*

XIX. *Regula: Si reus conuentus uſumfructum fecerit deteriorem, in id quod intereſt tenetur. quæ regula approbatur l. 2. ff. ſi uſusfr. petatur, his uerbis:* Si ab hærede ex teſtamento fundi uſusfructus petitus ſit, qui arbores deieciſſet, aut ædificium demolitus eſſet, aut aliquo modo deteriorem uſumfructum feciſſet, aut ſeruitutes imponendo, aut uicinorum prædia liberando, ad iudicis religionem pertinet, ut inſpiciat qualis ante iudicium acceptum fundus fuerit, ut uſufructuario hoc quod intereſt ab eo ſeruetur.

XX. *Regula: Si cum uſusfructus ad certum tempus eſſet relictus, per proprietatem ſteterit, quo minus daret, & aliquid eius temporis præterierit, quid iuris, definitur l. quæſitum. ff. de uſufructu & quemadm. &c. his uerbis:* Quæſitum eſt. cum in annos decem proximos uſumfructū de te dari ſtipulatus eſſem, & per te ſteterit, quo minus dares, & quinquennium tranſierit, quid iuris ſit? Item, ſi Stichi decem annorū proximorum operas de te dari ſtipulatus ſim, & ſimiliter quinquenniū præterierit? Reſpondi, eius temporis uſumfructum & operas rectè peti, quod per te tranſactū eſt, quo minus darentur. *Concordat l. 6. ff de uſufructu legato. ubi Pomponius:* Si uſusfructus mihi in biennium continuum à morte teſtatoris legatus ſit, & per hæredē ſteterit, quo minus eum mihi daret, præterito biennio nihilominus tenetur: quemadmodū teneretur, ſi res legata in rerū natura eſſe deſijſſet, quam quis deberet, moratusq; eſſet in ea danda, ut peti quidē iā uſusfructus qui legatus ſit, nō poſsit: quia alius futurus ſit, quàm qui legatus fuit, ſed æſtimatio eius bina dūtaxat facienda ſit. *Concordat item l. ſi uſusfructus. ff. de uſufructu & quemadmodum, &c. ubi Iulianus:* Si uſusfructus legatus eſt *(inquit)* ſed hæres ſcriptus, ob hoc tardius adierit, ut tardius ad legatū perueniretur, hoc quoque præſtabitur, ut Sabino placuit.

XXI. *Regula: Si dolo uel culpa proprietarij, uel dum in mora ſoluendi eſt uſusfructus, extinctus ſit, quid ueniat, definitur l. qui uſumfructum &c. §. finali. ff. de uſufructu & quemadm. &c. his uerbis:* Vſusfructus ſerui Titio legatus eſt, & cum per hæredem ſtaret quo minus præſtaretur, ſeruus mortuus eſt: aliud dici nō poſſe ait, quàm in id obligatum eſſe hæredē, quanti legatarij interſit moram factam non eſſe, ut ſcilicet ex eo tempore in diem, in quo ſeruus ſit mortuus, uſusfructus æſtimetur. Cui illud quoq; conſequens

eſt.

eſt, ut ſi ipſe Titius moriatur, ſimiliter ex eo tempore, quo mora Titio facta ſit, in diem mortis æſtimatio uſusfructus hæredi eius præſtaretur. *Concordat l.cuiuſcunq. 60. in prin. ibi, ſed etſi. ff. eod. it. cuius uerba uide ſ. eod. cap. queſt. 1. reg. 3. except. 6. Planè ſi lite pendente, uſusfructus tempore amiſſus ſit, tam ad uſumfructum renouandum, quàm ad cauendum de euictione reus tenetur. Nam Pomponius:* Si tempore fortè (*inquit*) uſusfructus amiſſus eſt, alio quidem poſsidente, alio autem liti ſe offerente, nõ ſufficit eum uſumfructum iterum renouare, uerum cauere quoq; eum de euictione uſusfructus oportet. Quid enim ſi ſeruum aut fundum is qui poſsidebat, pignori dedit, isq; ab eo qui pignori acceperit, iure uti phibetur? debebit itaq; habere cautũ.ª

ª l.5. 4. fructuario. ff. ſi uſusfruct. petatur.

X X I I. *Regula: Si hæres à quo uſusfructus legatus eſt, non fecerit ea quæ à teſtatore iuſſus eſt, puta ſi non reſecerit inſulam: definitur l. quod ſi hæres. ff. de uſufructu & quemadmodum, &c. cuius uerba uide ſuprà eodem cap. quibus detur. reg. 1. except. 3. item ſi cum duobus uſusfructus legatus eſſet, ut ſeparatim uterentur, hæres non ſeparatim, ſed communiter eos frui permittat. de qua re uide ſuprà capite eodem, membr. 1. exceptione ultima. Alias huiuſmodi regulas uide ſ. cap. eodem, memb. 1. item infrà de iure uſufructuarij & officijs proprietarij, cap. prox.*

V. Quando & quandiu competat actio de uſufructu: item quando dies legati uſusfructus cedat?

I. *Regula: Non niſi die, ex quo uſusfructus legatus eſt, ueniente actio datur. quæ regula approbatur l.1. §. item ſi ex die. ff. quando dies uſusfructus legati cedit, his uerbis:* Si ex die uſusfructus legetur, dies eius nondum cedit, niſi cùm dies uenerit. Poſſe enim uſumfructum ex die legari, & in diem conſtat. *Concordat d.l.1. §. idemq; etſi ex die. cuius uerba uide ſ. reg. prox. item concordat d.l.1. § fin. ubi Scæuola.* Agentem aute diem uſusfructus nihil facere (*inquit*) quamuis aliàs qui ante diem agit, malè agit.

I I. *Regula: Vſusfructus ante aditam hæreditatem peti non poteſt, nec dies eius cedit. Hæc regula approbatur d.l.1. §. dies autem, his uerbis:* Dies uſusfructus, item uſus non prius cedit, quàm hæreditas adeatur: tunc enim conſtituitur uſusfructus, cum quis iam frui poteſt. *Concordat d.l.2. §. non ſolum. ubi dicitur:* Non ſolum uſusfructus ante aditam hæreditatem dies cedit, ſed nec actio de uſufructu. Idemq; et ſi ex die fuerit legatus uſusfructus. *Concordat item l.18. in fine. ff. quibus mod. uſusfr. amitt. cuius uerba uide ſ. cap. 2. cauſa 11. except. 3.*

I I I. *Regula: Non niſi ſemel dies uſusfructus cedit. Hæc regula approbatur, ſimul & diſtinguitur l. 1. in prin. ff. quando dies uſusfructus leg. cedit, his uerbis:* Quanquam uſusfructus ex fruendo conſiſtat, id eſt, facto aliquo eius qui fruitur & utitur: tamen ſemel cedit dies aliter atq; ſi cui in menſes uel in dies, uel in annos ſingulos quid legetur. tunc enim per dies ſingulos uel menſes, uel annos, dies legati cedit. Vnde quæri poteſt, ſi uſusfructus cui per ſingulos dies legatus ſit, an ſemel cedat? & puto nõ ſemel cedere, ſed per tempora adiecta, ut plura legata ſint. & ita lib. 4. Digeſt. Marcellus probat in eo cui alternis diebus uſusfructus legatus eſt. Et ideo ſi uſusfructus legatus ſit, qui quotidie percipi non poteſt, non erit inutile legatum: ſed dies hi legatum habebunt, quibus frui poteſt. *Vſus iam dictæ exceptionis conſtat ex ijs quæ dicta ſunt ſ. cap. 2 cauſa 2. except. 2.*

I I I I. *Regula: Si duobus alternis annis uſusfructus ſit legatus, utri prius competat, definitur l. quoties. in prin. ff. de uſufructu & quemadmodum, &c. his uerbis:* Quoties duobus uſusfructus legatur, ita ut alternis annis utantur fruantur, ſiquidẽ ita legatus fuerit Titio & Meuio: poteſt dici priua Titio, deinde legatum Meuio datum. Si uerò duo eiuſdem nominis fuerint, & ita ſcriptum fuerit, Titijs uſumfructum alternis annis do lego: niſi conſenſerint uter eorum prior utatur, inuicem ſe impedient. Quòd ſi Titius eo anno quo frueretur, proprietatem accepiſſet, interim legatum non habebit: ſed ad Meuium alternis annis pertinebit: & ſi Titius, &c. *Reliqua uide ſ. cap. 2. cauſa 15. except. 1. Concordat l 2. §. fin. ff. quibus modis uſusfructus amittatur, ubi Vlpianus:* Cum ſingulis uſusfructus alternis annis legatur, ſi conſentiant in eundem annum, impediũtur: quod non id actum uidetur, ut concurrerent. multum enim refert, duobus ſimul alternis annis legetur. (Quod ſanè ultra primum annum procedere non poterit, non magis quàm ſi uni legatum ita fuiſſet) an ſingulis alternis annis. nam ſi concurrere uolent, aut impedient inuicem propter uoluntatem: aut ſi es non refragabitur, ſingulorum annorum fructus uſcabit.

V. *Regula: Actio de uſufructu non niſi decennio inter præſentes, & inter abſentes uiginti annis finitur. quæ regula approbatur l.16. C. de uſufructu, his uerbis:* De perſonali actione, quæ ſuper uſufructu naſcitur, ſiue in ſtipulationem uſusfructus deductus ſit, ſiue ex teſtamento relictus: dubitabatur, morte quidem uſufructuarij, & capitis deminutione eam tolli, omnib. cõcedentibus: nõ utẽdo aũt, ſi per annũ aut bienniũ, forſitan eundẽ uſumfructũ nõ petierit uſufructuarius, an pſonalis actio tollatur altercãtibus. Sed hæc nos decidentes, ſancimus, non ſolum actionem, quę de uſufructu naſcitur, nec uſumfructũ non utendo cadere, niſi talis exceptio

uſufructuario opponatur, quæ etiamſi dominium uendicaret, poſſet eum præſentem uel abſentem excludere. *Hactenus de actione tam perſonali quàm in rem confeſſoria de uſufructu uſufructuario competente.*

DE IVRE VSVFRVctuarij. Cap. V.

PRIMA REGVLA: *Omnes fructus rei & obuentiones ad fructuarium pertinent.* Hæc re*gula approbatur l.7. in prin. ff. de uſufructu & quemadmod. his uerbis:* Vſufructu legato, omnea fructus rei ad fructuarium pertinent. Et aut ſoli aut rei mobilis uſusfructus legatur. Soli (utputa ædium) uſufructu legato, quicunq; rei reditus eſt, ad uſufructuarium pertinet: quęque obuentiones ſunt ex ædificijs, ex areis, & cæteris quæcunque ædium ſunt. *Concordat l. uſufructuarium 62. in prin. ff. eod. tit. ubi Triphoninus:* Fructus (*inquit*) aut iure ciuili aut iure gentium ſuos facit. *Huius regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi fructus nondum perceperit uſufructu extincto.* Hæc exce*ptio approbatur Inſtitut. de rer. diuiſ. §. is uerò ad quem, his uerbis:* Is ad quem uſusfructus fundi pertinet, non aliter fructuum dominus efficitur, quàm ſi ipſe eos perceperit. Et ideo licet maturis fructibus, nondum tamen perceptis, deceſſerit, ad hæredes eius non pertinent, ſed domino proprietatis adquiruntur. Eadem ferè & de colono dicuntur. *Concordat l.25. §. præterea. ff. de uſuris, his uerbis:* Fructus uſufructuarij non fiunt, antequam ab eo percipiantur. *Concordat item l. 8. §. fin. ff. de annuis legatis, his uerbis:* Si fructuarius etiam maturis fructibus, nondum tamen perceptis, deceſſerit: hæredi ſuo in eos fructus actionem non relinquit. *Huius exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi penſiones ſint, quarũ dies tempore finiti uſufructus ceſſit. Hæc replicatio approbatur l.32. §. hæredis. ff. de uſufructu legato, his uerbis:* Hæredis inſtituti fideicommiſit filio ſuo annua decem præſtare, aut ea prædia emere & adſignare, ut uſumfructum haberet redituum efficientia annua decem. Filius fundos ſibi ab hærede ſecundum matris uoluntatem traditos locauit: quæſitum eſt, eo defuncto reliqua colonorum utrum ne ad hæredem filij fructuarij, an uerò ad hæredem Seiæ teſtatricis pertineant? Scæuola reſpondit, nihil proponi cur ad hæredem Seiæ pertineant. *Secunda replicatio eſt: Niſi cum uſufructuarius fundum locaſſet fructibus à colono perceptis, nondum die penſionis cedente uſusfructus ſit finitus. hoc enim caſu nihilominus penſio, cuius dies poſtea cedit ob fructus à colono perceptos, uſufructuario uel eius hæredi debetur. Quæ replicatio approbatur l. defuncta. 58. in prin. ff. de uſufructu & quemad. his uerbis:* Defuncta fructuaria menſe Decembri, iam omnibus fructibus qui in his agris naſcuntur, menſe Octobri per colonos ſublatis: quæſitum eſt, utrum penſio hæredi fructuariæ ſolui deberet, quamuis fructuaria ante calendas Martias, quibus penſiones inferri debeant, deceſſerit: an diuidi debeant inter hæredem fructuariæ, & rempubl. cui proprietas legara eſt? Reſpondit Scæuola, Rempub. quidem cum colono nullam actionem habere: fructuariæ uerò hęredem ſua die ſecundum ea quæ proponerentur, integram penſionem percepturum. *Tertia replicatio eſt: Niſi fructus à ſolo ſint ſeparati. hoc enim caſu quamuis non in horreum recluſerit, nihilominus ad hæredem uſufructuarius tranſmittit. quæ replicatio approbatur l.13. ff. quib. mod. uſusfructus amitt. his uerbis:* Si uſufructuarius meſſem fecit & deceſsit, ſtipulam quæ demeſſa iacet, hæredis eius eſſe Labeo ait: ſpicã quæ terra teneatur, domini fundi eſſe: fructũq; percipi ſpica, aut fœno cæſo, aut uua adempta, aut excuſſa olea: quamuis nondum tritum frumentum, aut oleum factum, uel uindemia coacta ſit. *Huius replicationis duplicatio hæc eſt: Niſi non ipſe uſufructuarius, uel eius nomine alius à ſolo ſeparauerit, ſed alieno nomine ſint ſeparati, uel per ſe deciderint. quæ duplicatio approbatur ibidem, his uerbis:* Sed ut uerum eſt quod de olea excuſſa ſcribit: ita aliter obſeruandum de ea olea, quæ per ſe decidit. *Concordat item d.l.13. §. fin. his uerbis:* Iulianus ait, fructuarij fructus tunc fieri, cum eos perceperit: bonæ fidei autẽ poſſeſſoris mox quàm à ſolo ſeparati ſunt. *Hæc de prima exceptione, eiusq; replicationibus ſint dicta. Secunda exceptio eſt: Niſi poſt finitum uſumfructum perceperit. Hæc exceptio approbatur l.5. C. de uſufructu. cuius uerba uide ſ. cap.2. cauſa 20. in prin. Tertia exceptio eſt: Niſi fructus ab alio ſint ſati. Hæc exceptio reprobatur l.25. §. præterea. ff. de uſuris, his uerbis:* Ad fructuarium pertinent fructus à quolibet ſati. *Concordat l. ſi pendentes. 34. in prin. ff. de uſufructu & quemad. cuius uerba uide ĩ. cap. prox. quæſt. 4. reg. 3. except. 3. Sed & plura de regula propoſita, eiusq; exceptionibus uide ſ. d. reg. 3.*

De uſufructu fundi, regulæ.

I I. *Regula; Qui uſumfructum fundi habet, eius eſt omne id quod in fundo naſcitur, quodq; inde percipi poteſt. quæ regula approbatur l.10. in prin. ff. de uſufructu et quemad. &c. his uerbis:* Si fundi uſusfructus ſit legatus, quicquid in fundo naſcitur, quicquid inde percipi poteſt, ipſius fructus eſt: etſi lapides in eo fundo ſint, eorum quoq; uſusfructus ad eum pertinet: ſed etſi lapidicinas habeat, & lapides cædere uelit, uel cretifodinas habeat, uel arenas, omnibus his uſurum, Sabinus ait, quã

ſi bo-

ſi bonum patremfamiliâs. quam ſententiam puto uetam. *Concordat l. æquiſſimum. 17. §. Proinde &c. ff. eod. tit. cuius uerba uide ∫. reg. 4. Concordat item l. arbores. 59. §. 1. ff. eod. tit. his uerbis:* Quidquid in fundo naſcitur, quidquid inde percipitur, ad fructuarium pertinet: penſiones quoq; iam ante locatorum agrorum, ſi ipſæ quoq; ſpecialiter comprehenſæ ſint. Sed & ad exemplum uenditionis (niſi fuerit ſpecialiter exceptum) poteſt uſufructuarius conductorē repellere. *Concordat d. l. arbores. §. fin. his uerbis:* Cęſæ arundinis uel pali cōpendiū, ſi in eo fundo uectigal eſſe cōſueuit, ad fructuariū pertinet.

III. *Regula: Eius quoq; quod poſtea agro acceſſit, uſusfructus uſufructuario debetur. quæ regula approbatur l. 9. §. ſed ſi metalla. ff. de uſufruct. &c. his uerbis:* Si metalla poſt uſumfructum legatum ſint inuenta, cum totius agri relinquatur uſusfructus, non partium, continentur legato. Huic uicinus tractatus eſt, qui ſolet in eo quod acceſſit, tractari: & placuit alluuionis quoq; uſumfructum ad fructuarium pertinere. *Huius regulæ exceptio hæc eſt: Niſi inſula iuxta fundum in flumine ſit nata. quæ exceptio approbatur d. l. 9. §. ſed ſi inſula, his uerbis:* Sed ſi inſula iuxta fundum in flumine nata ſit, eius uſumfructū ad fructuariū nō pertinere, Pegaſus ſcribit, licet proprietati accedat. eſſe enim ueluti propriū fundum, cuius uſusfructus ad te non pertineat: quæ ſententia non eſt ſine ratione. nam ubi latet incrementum, & uſusfructus augetur: ubi autem apparet ſeparatum, fructuario non accedit.

IIII. *Regula: Fundi uſufructu legato, poteſt uſufructuarius lapidicinas, cretifodinas, &c. inſtituere. quæ regula approbatur l. æquiſſimū. 17. §. inde quæſitum. ff. eod. tit. his uerbis:* Quæſitum eſt, an lapidicinas uel cretifodinas, uel arenifodinas ipſe inſtituere poſſit? & ego puto etiá ipſum inſtituere poſſe, ſi non agri partem neceſſariam huic rei occupaturus eſt. Proinde uenas quoq; lapidicinarum, & huiuſmodi metallorum inquirere poterit. Ergo & auri, & argenti, & ſulfuris, & æris, & ferri & cæterorū fodinas: uel quas paterfamiliâs inſtituit, exercere poterit: uel ipſe inſtituere, ſi nihil agriculturæ nocebit. Et ſi fortè in hoc quod inſtituit, plus redditus ſit, quàm in uineis, uel arbuſtis, uel oliuetis quæ fuerunt, forſitan etiam hæc deijcere poterit: ſiquidem ei permittitur meliorare proprietatem. *Ait iuriſconſultus:* Si nihil agriculturæ nocebit. *Ex hiſce uerbis exceptio aduerſus regulam propoſitam elicitur talis: Niſi agriculturæ noceat. Ait inſuper iuriſconſultus:* Et ſi fortè in hoc quod inſtituit, plus redditus ſit, &c. *Ex hiſce uerbis replicatio elicitur aduerſus iam dictam exceptionē, hæc ſcilicet: Niſi proprietatem meliorem faciat plures redditus acquirendo. tunc enim quamuis agriculturæ noceat, quia tamen commodum maius eſt quàm incommodū, inſtituere permittitur, propoſita exceptione nō obſtante. Planè iam dictæ replicationis duplicatio hæc eſt: Niſi ea quæ inſtituit uſufructuarius redditus augendo, aut cœlum corrumpant, aut magnum apparatū ſunt deſideratura. quæ duplicatio approbatur ibidem, his uerbis:* Si tamen quæ inſtituit uſufructuarius, aut cœlū corrumpant agri, aut magnum apparatū ſint deſideratura (opificum fortè uel figulorū) quæ nō poteſt ſuſtinere proprietarius, nō uidetur boni uiri arbitratu frui.

V. *Regula: Fundi uſufructu legato aucupia, uenationes & piſcationes uſufructuarius exercere poteſt. quæ regula approbatur l. 9. §. aucupiorum. ff. de uſufructu & quemad. &c. his uerbis:* Aucupiorum quoq; & uenationū redditum Caſsius ait, ad uſufructuarium pertinere. Ergo & piſcationum. *Concordat l. uſufructuarium. 62. in prin. ff. eod. tit. his uerbis:* Vſufructuarium uenari in ſaltibus, uel montibus poſſeſsionis rectè dicitur: nec aprum aut ceruum quem ceperit, proprium domini capit: ſed fructus aut iure ciuili aut gentium ſuos facit.

VI. *Regula: De animalibus uiuarijs incluſis regula habetur d. l. uſufructuariū. §. ſi in uiuarijs, his uerbis:* Si in uiuarijs incluſæ feræ, in ea poſſeſsione cuſtodiebantur, quādo uſusfructus cœpit: num exercere eas fructuarius poſſit, occidere non poſſit? aliàs ſi quas ab initio incluſas habuerit opis ſuis, uel pòſt ſibimet ipſi inciderint, delapſæue fuerint, hæ fructuarij iuris ſunt. Commodiſsimè tamen ne per ſingula animalia, facultatis fructuarij, propter diſcretionem difficilem ius incertum ſit: ſufficit eundem numerum per ſingula quoq; genera ferarum, finito uſufructu domino proprietaris aſsignare, qui fuit cœpti uſusfructus tempore.

VII. *Regula: De iure et officijs uſufructuarij circa arbores uſufructu fundi legato. Huius loci prima regula eſt: quòd uſufructuarius arbores cædere nō poſſit. quæ regula approbatur l. æquiſſimū. 17. §. fructuarius. ff. de uſufructu et quemad. etc. his uerbis:* Is cui fundi uſusfruct. legatus eſt, nō debet neq; arbores frugiferas excidere, neq; uillā diruere, nec quicquā facere in perniciē proprietatis. *Huius regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi cauſam proprietatis faciat meliorem augēdo redditus. Hæc exceptio reprobatur d. §. fructuar. his uerbis:* Et ſi fortè uoluptarium fuerit prædium, uiridaria, uel geſtationes, uel deambulationes arboribus infructuoſis opacas atque amœnas habens, non debebit deijcere, ut fortè hortos olitarios faciat, uel aliud quid, quod ad redditum ſpectat. *Huic concordat l. hactenus. 8. §. fin. cum l. ſequente. ff.*

te.ff.eod.tt. cuius uerba uide ſ.reg.17. Contrarium tamen exemplum eſt in d.l. æquiſsimum. §. & ſi fortè. Cuius uerba uide ſ reg.4.except.1. Secunda exceptio eſt: Niſi ſylua cædua ſit. Hæc exceptio approbatur l.9.§.fin.ff.eod.tit.his uerbis: Trebatius ſcribit, ſyluam cæduam & arundinetam poſſe fructuarium cædere, ſicut paterfamiliâs cædebat: & uendere, licet paterfamiliâs non ſolebat uendere, ſed ipſo uti. ad modum enim referendum eſt, non ad qualitatem utendi. *Huius exceptionis replicatio eſt: Niſi intempeſtiuè cædat. quæ tamen replicatio reprobatur l.ſi abſente.55.§.fin.ff.eod. tt. his uerbis:* Syluam cæduam etiamſi intempeſtiuè cæſa ſit, in fructu eſſe conſtat. Sicut oliua immatura lecta: item fœnum immaturum cæſum in fructu eſt. *Tertia exceptio eſt: Niſi pedamenta & ramos in uineam ſumat, uel ad reficiendam uillam. Hæc exceptio approbatur l.10 ff. eod.tt. his uerbis:* Ex ſylua cædua pedamenta & ramos ex arbore uſufructuarium ſumpturũ: ex non cædua in uineam ſumpturũ, dum ne fundum deteriorem faciat. *Concordat l.12.in prin. ibi. materiam tamen. ff.eod.tt. cuius uerba uide paulo infrà regula proxima. Ait Iuriſconſultus:* Dum no fundum deteriorem faciat. *Hiſce uerbis replicatio introducitur aduerſus exceptionem propoſitam, ut ſi uſufructuarius pedamenta & ramos in uineam cedendo, fundum deteriorem faciat, exceptioni locus non ſit. Sed & altera replicatio eſt hæc: Niſi grandes arbores cædat in uineam. quæ replicatio approbatur ibidem leg. ſequente, his uerbis:* Sed ſi grandes arbores eſſent, non poſſe cædere eas.

VIII. *Regula: Arbores demortuæ ad uſufructuarium pertinent. quæ regula approbatur l.agri. 12. in fine. ff. de uſufructu & quemadmodum, his uerbis:* Agri uſufructu legato, in locum demortuarum arborum aliæ ſubſtituendæ ſunt: & priores ad fructuarium pertinent. *Huius regulæ exceptio hæc eſt: Niſi arbores ſint uento deiectæ. hæ enim ad proprietarium pertinent, qui etiam uſufructuario ſi non tollat, actione tenetur. quæ exceptio approbatur l.Proculus.§ fin ff. eodem tt.his uerbis:* Si arbores uento deiectas dominus nõ tollat, per quod incommodior ſit uſusfructus uel iter, ſuis actionibus uſufructuario cum eo experiundum. *Ex his patet, arbores uento deiectas ad proprietarium, non ad uſufructuarium pertinere. Cuius exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi quoad uſum fructuarij & uillæ pertinet. quæ replicatio approbatur l 12 in prin.ff.eod.tt. his uerbis:* Arboribus euulſis, uel ui uentorum deiectis, uſq; ad uſum ſuum & uillæ poſſe uſufructuarium ferre, Labeo ait: nec materia eum pro ligno uſurum, ſi habet unde ligno utatur. quam ſententiam puto ueram: alioquin ſi ager totus ſit hunc caſum paſſus, omnes arbores auferret fructuarius. Materiam tamen ipſum ſuccidere, quantum ad uillę refectionem ſatis ſit, putat poſſe: quemadmodũ calcem, inquit coquere, uel arenam fodere, aliudúe quid ædificio neceſſarium ſumere poteſt. *Secunda replicatio eſt: Niſi ſylua cædua ſit. tunc enim locum non habet, quoniam ex ea & arbores cædere, & fructuarius cæſas uendere poteſt, ut dictum eſt paulo ſuperius.*

IX. *Regula: Vſufructuarius in locum demortuarum arborum alias ſubſtituere debet. Hæc regula approbatur Inſtitut. de rerum diuiſ.§.ſi gregis. in fine, his uerbis:* Fructuarius in uinearum demortuarũ uel arborum locũ alias debet ſubſtituere. rectè enim colere, & quaſi bonus paterfamiliâs uti debet. *Concordat l.7.§. Caſsius. ibi: quemadmodum. ff. de uſufr. & quemad. cuius uerba uide ſ.reg.17. Concordat item l. agri. 12. ff.eod.tt. cuius uerba uide ſ. reg. prox. in prin. Huius regulæ exceptio hæc eſt: Niſi ui tempeſtatis arbores ſint deiectæ. quæ exceptio approbatur l.arbores.59.in prin. ff.eod. tt. his uerbis:* Arbores ui tẽpeſtatis, non culpa fructuarij euulſas, ab eo ſubſtitui non placet.

X. *Regula: Circa ſeminarium ius atq; officium fructuarij quod ſit, definitur l. 9.§. ſeminarios. ff. de uſufructu & quemadmodum, &c. his uerbis:* Seminarios etiam fructus puto ad fructuarium pertinere, ita ut etiam uendere ei, & ſeminare liceat: debet tamen conſerendi agri cauſa ſeminarium paratum ſemper renouare, quaſi inſtrumentum agri, ut finito uſufructu domino reſtituatur.

XI. *Regula: Circa inſtrumentum fundi regula habetur d.l.9.§.inſtrumenti, his uerbis:* Inſtrumenti autem fructum habere debet, ut uendendi tamen facultatem non habeat. Nam et ſi fundi uſusfructus fuerit legatus, & ſit ager unde in fundum, cuius uſusfructus legatus eſt, ſolebat paterfamiliâs uel palo uti, uel ſalice, uel arundine: puto fructuarium hactenus uti poſſe, ne ex eo uendat, niſi fortè ſalicti eius uel ſyluæ palaris, uel arundineti uſusfructus ſit legatus. tunc enim & uendere poteſt. *Concordat l.ſed etſi. 19. §. proprietatis. ff.eod.tt. ubi Vlpianus:* Proprietatis dominus (*inquit*) non debebit impedire fructuarium utantem, ne deteriorem eius conditionem faciat. De quibuſdam planè dubitatur (*idem inquit*) ſi eum uti prohibeat, an iure id faciat, utputa dolijs, ſi fortè fundi uſusfructus ſit legatus? Et putant quidam, etſi defoſſa ſint, uti prohibendum. Idem & in ſerijs, & cupis, & cadis, & amphoris putant. Idem & in ſpecularibus, ſi domus uſusfructus legetur. Sed ego puto (niſi ſit contraria uoluntas) etiam inſtrumentum fundi uel domus contineri.

XII. Regula. Circa villam fundi regula prima: Villam diruere non poteſt uſufructuarius. quæ regula approbatur l. æquiſſimum eſſe. 17. §. fructuarius. ff. de uſufructu & quemadmodū. cuius uerba uide paulo ſuperius reg. 7.

XIII. Regula: Proprietarius villam fundi demoliri non poteſt. quæ regula approbatur l. 12. ff. de uſufructu legato, his uerbis: Hæres in fundo, cuius uſusfructus legatus eſt, uillam poſuit, eam inuito fructuario demoliri non poſſe. Alfenus ait. nihilo magis quàm ſi quam arborem poſuiſſet. & ex fundo euellere uellet. Sed ſi antequam uſufructuarius prohibuerit, demolitus erit, imponè facturum.

XIIII. Regula. Circa ædificia regula prima: Aedificium in fundo fructuarius ponere non poteſt. quæ regula approbatur l. æquiſſimum. 17. §. ſed ne ædificium. ff. de uſufructu & quemad &c. his uerbis: Nō ædificium quidem poſiturū in fundo, niſi quod ad fructum percipiendum neceſſarium ſit. Huius regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi ad percipiendos fructus ſit neceſſarium. quæ exceptio ex iam dictis conſtat. Secunda exceptio eſt: Niſi ædificium à defuncto fuerit inchoatum. quæ exceptio reprobatur l. uſufructuarius. 61. §. ædificium. ff. eod. tit. his uerbis: Aedificium inchoatum fructuarius conſummare non poteſt, etiamſi eo loco aliter uti non poſſit.

XV. Regula eſt: Quòd ædificij inchoati nondum conſummati uſusfructus fructuario nō debeatur. quæ regula approbatur d. §. ædificiū, his uerbis: Sed nec eius quidem uſumfructum eſſe, niſi in conſtituendo uel legando uſumfructum hoc ſpecialiter adiectum ſit, ut utrunq; ei liceat. id eſt, Et conſummare ædificium inchoatum, & conſummato uti frui. Reliqua huius loci uide J. de uſufructu ædium & areæ.

XVI. Regula. Circa onera realia: Vſufructuarius onera fundi realia agnoſcere tenetur. quæ regula approbatur l. ſi pendentes. 34. §. ſi quid cloacarij. ff. de uſufructu & quemadmodū &c. his uerbis: Si quid cloacarij nomine debeatur, uel ſi quid ob formam aquæductus, qui per agrum tranſit, pendatur, ad onus fructuarij pertinebit: ſed etſi quid ad collationem uię, puto hoc quoque fructuarium ſubiturum. Ergo & quod ob tranſitum exercitus, confertur ex fructibus, ſed etſi quid municipio debetur. nam ſolent poſſeſſores certam partem fructuum municipio uiliori precio addicere, ſolent & fiſco functiones præſtare: hæc onera ad fructuarium pertinebunt. Concordat l. 8. §. modica igitur. ff. eod. tit. cuius uerba uide J. reg. 27. in prin. Concordat item l. 28. ff. de uſufructu legato, cuius hæc ſunt uerba: Quæro ſi uſusfructus fundi legatus eſt, & eidem fundo indictiones temporariæ indictæ ſint, quid iuris ſit? Paulus reſpondit: Idem iuris eſſe in his ſpeciebus, quæ poſtea indicuntur, quod in uectigalibus dependendis reſponſum eſt. Ideoq; hoc onus ad fructuarium pertinere. Huius regulæ exceptio hæc eſt: Niſi teſtator onus ad hæredem pertinere uoluerit. quæ exceptio approbatur l. uſufructu. 52. ff. de uſufructu & quemadmodum, &c. his uerbis: Vſufructu relicto ſi tributa eius rei præſtentur, ea uſufructuarium præſtare debere dubium non eſt, niſi ſpecialiter nomine fideicommiſſi teſtatori placuiſſe probetur, hoc quoq; ab hærede dari.

XVII. Regula. Circa ſeruitutes fundi regula prima eſt, quòd uſufructuarius ſeruitutem ſuſtinere cogitur. quæ regula approbatur l. ſi pendentes. 34. §. fin. ff. de uſufructu & quemadmodum, &c. his uerbis: Si qua ſeruitus impoſita eſt fundo, neceſſe habebit fructuarius ſuſtinere: unde etſi per ſtipulationem ſeruitus debebatur, idem puto dicendum.

XVIII. Regula eſt, quòd proprietarius fundo ſeruitutem imponere non poſſit, nec amittere, ſed acquirere poſſit. quæ regula approbatur l. ſed etſi quid inædificauerit. 19. ff. de uſufructu et quēadmodū. etc. his uerbis: Sed nec ſeruitutē imponere fundo poteſt proprietarius, nec amittere ſeruitutem: acquirere planè ſeruitutē eum poſſe etiam inuito fructuario, Iulianus ſcribit. Huius regulæ exceptio hæc eſt: Niſi fructuarius ſeruitutem fundo imponi patiatur. quæ tamen exceptio reprobatur d. l. ſed etſi. §. fin. cum leg. ſequente, his uerbis: Proprietatis autem dominus nè quidem conſentiente fructuario ſeruitutē imponere poteſt, niſi per quam deterior fructuarij conditio non fiat: ueluti ſi talem ſeruitutem uicino conceſſerit, ius ſibi non eſſe altius tollere.

XIX. Regula eſt, quòd fructuarius ſeruitutem fundo adquirere non poſſit, retinere poſſit. quæ regula approbatur d. l. ſed etſi. §. penult. his uerbis: Quibus conſequenter fructuarius quidem adquirere fundo ſeruitutem non poteſt, retinere autem poteſt.

XX. Regula: Si uſufructuarius ſeruitutem non utendo amiſerit, eo nomine tenetur. quæ regula approbatur d. §. penul. his uerbis: Et ſi fortè fuerint non utente fructuario amiſſæ, hoc quoq; nomine tenebitur.

XXI. Regula. Circa culturā regula eſt, quòd uſufructuarius rectè colere debeat. quæ regula approbatur l. 9. in prin. ff. de uſufructu & quemadm. &c. his uerbis: Celſus ſcribit, cogi eum poſſe rectè colere. Concordat l. ſi uſusfructus. 16. §. penult. ff. eod. tit. cuius uerba uide J. cap. 7. in prin.

XXII. Regula: De fundo à proprietario cuſtodiendo, habetur l. 16. § dominus. ff. de uſu & habitat. his uerbis: Dominus proprietatis etiam inuito uſufructuario uel uſuario fundum uel ædes per ſaltuarium uel inſularium cuſtodire poteſt. Intereſt enim eius fines prędij tueri.

tueri. eaq́; omnia dicenda ſunt, quolibet modo conſtitutus uſusfructus uel uſus fuerit. *Hactenus de uſufructu fundi.*

De uſufructu ædium, regulæ.

XXIII. Regula: *De reditibus ædium & miſſione in poſſeſſionem uicinarum ædium, habetur l. 7. §. 1. ff. de uſufructu & quemadmodum, &c. his uerbis:* Soli, utputa, ædium uſufructu legato: quicunq; rei redditus eſt, ad uſufructuarium pertinet: quæq́; obuentiones ſunt ex ædificijs, ex areis & cæteris quæcunq; ædium ſunt. Vnde etiam mitti eum in poſſeſsionem uicinarum ædium cauſa damni infecti placuit, & iure dominij poſſeſſurũ eas ædes, ſi perſeueretur non caueri, nec quicquam amittere finito uſufructu.

XXIIII. Regula: *De locando ædes. Qui uſumfructum ædium habet, eas locare poteſt. quæ regula approbatur l. æquiſſimum. 17. §. item ſi domus. ff. de uſufructu & quemad. &c. his uerbis:* Si domus uſusfructus legatus ſit, locare poteſt: ſed oportebit quaſi domum locare, nec balneum ibi faciendum eſt. *Hiſce uerbis regula propoſita approbatur, ſimul & exceptio aduerſus eam introducitur talis: Niſi ad balneum locauerit domum. cuius exceptionis replicatio hæc eſſe uidetur: Niſi balneum ſit in domo uſibus dominicis uacare ſolitum. quæ tamen replicatio reprobatur d. l. æquiſſimum. §. finali, his uerbis:* Ego quidem, etſi balneum ſit in domo uſibus dominicis ſolitum uacare in intima parte domus, uel inter diętas amœnas: non rectè nec ex boni uiri arbitratu facturum, ſi id locare cœperit, ut publicè lauet: non magis quàm ſi domum ad ſtationem iumentorum locauerit: aut ſi ſtabulum, quod erat domus iumentis & carucis uacans piſtrino locauerit, licet multo minus ex ea re fructum percipiat. *Planè quomodo dominus ædibus uti ſolitus eſt, eo etiam modo ut alius utatur fructuarius locare poteſt. quod approbatur exemplo l. ſi pendentes. 14. §. 1. ff. eod. tt. his uerbis:* Si dominus ſolitus fuerit tabernis ad merces ſuas uti, uel ad negociationẽ, utiq; permittetur fructuario locare eas & ad alias merces. & illud ſolũ obſeruandũ, ne uel abutatur uſufructu, uel contumelioſè iniurioſeúe utatur uſufructuarius.

XXV. Regula: *Meritoria in domo uſufructuarius facere non poteſt, nec per cœnacula domum diuidere. quæ regula approbatur l. æquiſſimum. 17. §. item ſi domus. ff. de uſufructu & quemad. &c. his uerbis:* Si domus uſusfructus legatus ſit, meritoria illic facere fructuarius nõ debet, nec per cœnacula diuidere domum. Quod autem dicit meritoria non facturum: ita accipe, quæ uulgò diuerſoria uel fullonica appellantur.

XXVI. Regula: *De ædificandis & reficiendis ædibus regula habetur l. 8. §. fin. ff. de uſufructu & quemadmodum, &c. his uerbis:* Neratius ait, nõ poſſe fructuarium prohiberi quominus reficiat: quia nec arare prohiberi poteſt, aut colere. *Huius regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi uoluptatis cauſa reficiat. quæ tamen exceptio d. §. fin. reprobatur, his uerbis:* Nec ſolum neceſſarias refectiones facturum, ſed etiam uoluptatis cauſa, ut tectoria & pauimenta & ſimilia facere. *Vnde Nerua filius: Si ædium uſusfructus legatus ſit, lumina immittere eum poſſe ait, ſed & colores, & picturas, & marmora poterit & ſigilla, & ſi quid ad domus ornatum pertinet. l. æquiſſimũ. 17. §. ſed ſi ædiũ. ff. eod. tt. Secũda exceptio eſt: Niſi ampliare uelit aut utile detrahere. quæ exceptio approbatur d. §. fin. cum l. ſequente, his uerbis:* Neq; autem ampliare, nec utile detrahere poſſe, quamuis melius expoſiturus ſit. quæ ſententia uera eſt. *Tertia exceptio eſt: Niſi nouum tectorium aut riuum nouum parietibus uelit imponere. quæ exceptio approbatur l. uſufructuarius. 44. ff. de uſufructu & quemadmodum, &c. his uerbis:* Vſufructuarius nouum tectorium parietibus, qui rudes fuiſſent, imponere non poteſt. Quia tametſi meliorẽ excolendo ædificium domini cauſam facturus eſſet, non tamen id iure ſuo facere poteſt: aliudq́; eſt tueri quod accepiſſet, aliud nouum facere. *Approbatur item exceptio propoſita l. uſufructuarius. 61. in prin. ff. eod. tt. his uerbis:* Vſufructuarius nouum riuum parietibus non poteſt imponere. *Quarta exceptio eſt: Niſi formam ædificij mutet, uel altius tollat. Hæc exceptio approbatur l. æquiſſimum. 17. §. ſed neq; ff. eod. tt. his uerbis:* Sed neq; diętas transformare, uel coniungere uel ſeparare ei permittitur, uel aditus poſticaſúe euertere, uel refugia aperire, & atrium mutare, uel uiridaria ad alium modum conuertere. excolere enim quod inuenit poteſt, qualitate ædium nõ immutata. item Nerua: Eum cui ædium uſusfructus legatus ſit, altius tollere non poſſe, quamuis lumina non obſcurentur: quia tectũ magis turbat. Quod Labeo etiã, in proprietatis domino ſcribit. Idem Nerua, nec obſtruere eum poſſe. item: Si domus uſufructus legatus ſit, meritoria illic facere fructuarius non debet, nec per cœnacula diuidere domum.

XXVII. Regula eſt, *quòd uſufructuarius reficere ædes teneatur. quæ regula approbatur l. 7. §. quoniam igitur. ff. de uſufructu & quemadmodum, &c. his uerbis:* Quoniam omnes fructus rei ad eum pertinent, reficere quoq; eum ædes per arbitrum cogi, Celſus ſcribit: hactenus tamen ut ſarta tecta habeat. *Item ibidem paulo pòſt:* Modica igitur refectio ad eũ pertinet: quoniam & alia onera agnoſcit uſufructu

uſufructu legato, utputa ſtipendium, uel tributum, uel ſalarium, uel alimenta ab eo relicta. Et ita Marcellus lib. XIII. ſcribit. Caſsius quoq; ſcribit, fructuarium rei per arbitrium cogi reficere, quemadmodum ſubſerere cogitur arbores. *Concordat l.7. C. de uſufructu, his uerbis:* Eum ad quem uſusfructus pertinet, ſarta tecta ſuis ſumptibus præſtare debere explorati iuris eſt. Proinde ſi quid ultra quàm impendi debeat erogatū poteſt doceri: ſolenniter repoſces. *Huius regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi quid prorſus corruerit. quæ exceptio approbatur d. l.7. §. ſi qua tamen, his uerbis:* Si qua tamen uetuſtate corruiſſent, neutrum cogi reficere. Vnde Celſus de modo ſarta tecta habendi quærit, ſi qua uetuſtate corruerint, reficere non cogitur. Modica igitur refectio ad eū pertinet, &c. *Secunda exceptio eſt: Niſi uſufructuarius paratus ſit uſumfructum relinquere. quæ exceptio approbatur l. cum fructuarius. 64. ff. de uſufructu & quemadmodum, his uerbis:* Cum fructuarius paratus eſt uſumfructum relinquere, non eſt cogendus domum reficere, in quibus caſibus uſufructuario hoc onus incūbit. *Concordat l. ſi abſente. 48. ibi: ſed ſi paratus. ff. eod. tit. cuius uerba uide ſ. cap. 7. quæſt. 6. reg. 2. Replicatio huius exceptionis prima hæc eſt: Niſi iudiciū eo nomine ſit acceptum. quæ tamen replicatio reprobatur d. l. cum fructuarius, his uerbis:* Sed etſi poſt acceptum contra eum iudiciū parato fructuario relinquere uſumfructum, dicēdum eſt abſolui eum debere à iudice. *Secunda replicatio hæc eſt: Niſi id quod reficiendum eſt, facto fructuarij & ſuorum deterius ſit factum. quæ replicatio approbatur l. ſed cum fructuarius. 65. ff. eod. tit. his uerbis:* Sed cū fructuarius debeat, quòd ſuo ſuorumq; facto deterius factum ſit reficere, non eſt abſoluendus, licet uſumfructū paratus ſit derelinquere. Debet enim omne quod diligens paterfamiliâs in ſua domo facit, & ipſe facere. *Tertia exceptio eſt: Niſi hæres à teſtatore iuſſus ſit reficere. de hac re uide regulam proximè ſequentē cum ſua exceptione.*

XXVIII. *Regula eſt, quòd hæres idemq; proprietarius ædes reficere non tenetur. quæ regula approbatur l. ſed cum fructuarius. 65. ff. de uſufructu & quemad. &c. his uerbis:* Non magis hęres reficere debet, quod uetuſtate iam deterius factum reliquiſſet teſtator, quàm ſi proprietatem alicui teſtator legaſſet. *Huius regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi à teſtatore iuſſus eſt reficere. quæ exceptio approbatur l. ſi extraneo. 46. §. fin. cum l. ſequente. ff. de uſufructu & quemad. &c. his uerbis:* Si teſtator iuſſerit ut hæres reficeret inſulam, cuius uſumfructum legauerit, poteſt uſufructuarius ex teſtamento agere, ut hæres reficiat, &c. *reliqua uide ſuprà cap. prox. Quibus detur regula 3. except. 3. Secunda exceptio eſt: Si hæredis facto res deterior ſit facta. quæ exceptio approbatur l. 38. in fine. ff. de uſufructu legato, his uerbis:* Quæro an compellendus ſit hæres reficere prædium? Reſpondi: Si hęredis facto minores reditus facti eſſent, legatarium rectè deſiderare, quod ob eam rem diminutum ſit.

XXIX. *Regula: Proprietarius inuito fructuario ædes altius tollere nequit. quæ regula approbatur l.7. §. hac ratione. ff. de uſufructu et quemad. &c. his uerbis:* Labeo ſcribit, nec ædificium licere domino te inuito altius tollere, ſicuti nec areæ uſufructu legato poteſt in area ędificium poni: quam ſententiam puto ueram. *Concordat l. æquiſsimum. §. item Nerua. in fin. ff. eod. tit. cuius uerba uide ſ. eod. cap. reg. 26. except. 4.*

XXX. *Regula. Si is qui binas ædes habet, aliarum uſumfructum legauerit, poteſt hæres alteras tollendo obſcurare lumina aliarum ædium. quæ regulà approbatur l. ſi is qui binas. 17. ff. de uſufruct. & quē admodum, &c. his uerbis:* Si is qui binas ædes habebat, aliarū uſumfructū legauerit, poſſe hæredem Marcellus ſcribit, alteras altius tollendo obſcurare luminibus, quoniam habitari poteſt etiā obſcuratis ædibus. *Concordat l.9. ff. de ſeruitut. urbanor. prædior. cuius uerba uide ſ. lib. prox. cap. 5. de ſeruit. altius nō toll. except. 4. repl. 4. Huius regulæ exceptio hæc eſt: Niſi nihil luminis relinquat. quæ exceptio approbatur d. l. ſi is qui, his uerbis:* Quod uſq; adeò temperandum eſt, ut non in totum ædes obſcurentur: ſed modicum lumen, quod habitantibus ſufficit, habeant. *Concordat d. l.9. in fine.*

XXXI. *Regula: Vſufructuarius quæ inædificauit, tollere nō poteſt. quæ regula approbatur, ſimul & diſtinguitur l. ſed etſi quid. 19. ff. de uſufructu & quemadmodū, &c. his uerbis:* Si quid inędificauerit, poſtea neq; eum tollere hoc, neq; refigere poſſe: refixa planè poſſe uendicare, Vlpianus ait. *Hactenus de uſufructu ædium.*

De uſufructu areæ, regulæ.

XXXII. *Regula: Si areæ uſusfructus legatus ſit, poteſt uſufructuarius caſam ibi ponere. quæ regula approbatur l. penult. ff. de uſufructu & quemadmodū, his uerbis:* Si areæ uſusfructus legatus mihi ſit, poſſe me caſam ibi ędificare cuſtodię cauſa earum rerum quæ in area ſunt.

XXXIII. *Regula: Hæres in area, cuius uſusfructus legatus eſt, ædificium ponere negatur. quæ regula approbatur leg.7. §. hac ratione. ff. de uſufructu & quemadmodum. cuius uerba uide paulo ſuperius. reg. 29. Concordat l.5. §. finali, cum duabus ll. ſequent. ff. quibus modis uſusfructus amittatur. cuius uerba uide ſ. cap. prox. memb. 1. reg. 4.*

De uſufructu mancipiorum.

XXXIIII. *Regula: De operis ſerui proponi-*

tur l. 3. ff. de operis ſeruorum. cuius hæc ſunt uerba: In hominis uſufructu operæ ſunt, & ob operas mercedes. Concurdat l. 4. ff. eod. tt. his uerbis: Fructus hominis in operis conſiſtit: & retrò in fructu homiois operæ ſunt.

XXXV. Regula: Iû abuti nõ debet fructuarius. quæ reg. approbatur l. ſed & ſi quid. 19. §. 1. ff. de uſufructu & quemadmodum, &c. his uerbis: Maocipiorum uſufructu legato non debet abuti, ſed ſecundum conditionem eorum uti. nam ſi librarium ad rus mittat, & calum & calcem portare cogat, uel hiſtrionem balneatorem faciat, uel de ſymphoniaco atrienſem, uel de palæſtra ſtercorandis latrinis præponat, abuti uidebitur proprietate. Concordat l. locũ autẽ. 21. §. ex eo. ibi: quamuis uſufr ff. eod. tt. cuius uerba uide j. reg 41.

XXXVI. Regula: Vſufructuarius legẽ qua ſeruum, cuius uſumfructum habet, emptus eſt, obſeruare tenetur. quæ regula approbatur l. ſi pendentes. 34. §. fin. ff. de uſufructu & quemad. his uerbis: Si ſeruus ſub pœna emptus ſit interdictis certis quibuſdam, an ſi uſusfructus eius fuerit legatus, obſeruare hoc fructuarius debeat? & puto debere eum obſeruare: alioqui nõ boni uiri arbitratu utitur & fruitur.

XXXVII. Regula: Arte uel peritia, qua uſufructuarius ſeruum inſtituit, uti poteſt. quæ regula approbatur d. l. ſi pendentes. §. ſi ſerui, his uerbis: Si ſerui uſusfructus legatus eſt, cuius teſtator quaſi miniſterio uacuo utebatur, ſi eũ diſciplinis uel arte inſtituerit uſufructuarius, arte eius uel peritia utetur.

XXXVIII. Regula: Vſufructuario per ſeruũ, cuius uſumfructum habet, adquiritur. de qua regula cum ſuis exceptionibus dictũ eſt ś. lib. 20. ca. 2. reg 5.

XXXIX. Regula: Partus ancillæ, in qua quis uſumfructũ habet, ad fructuarium non pertinet. quæ regula approbatur Inſtit. de rer. diuiſ. §. in pecudum, his uerbis: Partus ancillæ in fructu non eſt: itaq; ad dominiũ proprietatis pertinet. abſurdum enim uidebatur, hominem in fructu eſſe, cum omnes fructus rerum natura gratia hominis comparauerit. Concordat l. uetus fuit. 68. in prin ff. de uſufructu & quẽadmod. his uerbis: Vetus fuit quæſtio. an partus ad fructuarium pertineret? Sed Bruti ſentẽtia obtinuit, fructuarium in eo locum non habere. neq; enim in fructu hominis homo eſſe poteſt: hac ratione nec uſumfructũ in eo fructuarius habebit. Concordat item l. 28. in fine. ff. de uſuris & fructib. his uerbis: Partus ancillæ in fructu non eſt. Itaq; ad dominum proprietatis pertinet. Abſurdum enim uidebatur hominẽ in fructu eſſe, cum omnes fructus rerum natura hominũ gratia comparauit. Huius regulæ exceptio hæc eſt: Niſi partus uſusfructus ſpecialiter ſit relictus. quæ exceptio approbatur d. l. uetus, his uerbis: Quid tamen ſi fuerit partus uſusfructus relictus, an habeat etiam in eo uſumfructũ? Et cum poterit partus legari, poterit & uſusfructus eius.

XL. Regula: Vſufructuarius ſeruum cogere ad operas, & caſtigare poteſt. quæ regula approbatur l. idemq;. 28 ff. de uſufructu & quemadmodum, his uerbis: Quoniam diximus, quod ex operis adquiritur, ad fructuarium pertinere: ſciẽdum eſt etiam, cogendum eum operari. etenim modicam quoq; caſtigationẽ fructuario competere, Sabinus reſpondit: & Caſsius ſcribit. Vt neq; torqueat, neq; flagellis cædat. ait Caſsius, Vt neq; torqueat neq; flagellis cædat. Hiſce uerbis exceptio introducitur aduerſus regulam propoſitam: cui cõcordat l. locum autem. 21. §. ex eo ne. ibi: nec ſeruum. ff. eod. tt. cuius uerba uide j. reg. prox.

XLI. Regula: Proprietarius ſerui coertionem pleniſsimam habet. quæ regula approbatur d. §. ex eo ne, his uerbis: Ex eo ne deteriorem conditionem fructuarij faciat, proprietarius ſolet quæri, an ſeruũ dominus coercere poſsit? Et Ariſto apud Caſsium notat, pleniſsimã eum coertionem habere, ſi modò ſine dolo malo faciat, quamuis uſufructuarius ne contrarijs quidem miniſterijs aut inuſitatis artificium eius corrumpere poſsit, nec ſeruum cicatricibus deformare.

XLII. Regula: Vſufructuarius alere ac ueſtire ſeruum debet, item ualetudinem eius curare. quæ regula approbatur l. ſed et ſi quid. 19. §. mancipiorum. in fine. ff. de uſufructu & quemadmodum, his uerbis: Sufficienter alere & ueſtire debet ſecundum ordinem & dignitatem mancipiorũ. Approbatur item l. ſicut impendia. 45. ff. eod. tt his uerbis: Sicut impendia cibariorum in ſeruum, cuius uſusfructus ad aliquem pertinet, ita & ualetudinis impẽdia ad eum reſpicere natura manifeſtum eſt.

XLIII. Regula: De ſeruo alienando ac manumittendo. Vſufructuarius eum alienare uel manumittere nequit. quæ regula approbatur l. 9. C. de uſufr. his uerbis: Vſufructu matri tuæ prædiorũ & mancipiorũ relicto, tam alienatio quàm manumiſsio interdicta eſt. Sanè mancipia, quorum teſtamẽto miniſterium matri derelictum eſt, cum in his dominium non habeat: nec tradendo cuiquam, nec manumittendo ad teſtatoris hæreditatem pertinentia, quicquam facit. Sed nec proprietarius ſeruum manumittere poteſt, niſi cũ ita uſusfructus fuerit relictus, quamdiu manumittatur. de qua re uide ś. cap. 2. cauſa 8. Planè proprietarius ſeruũ noxæ dare poteſt. quæ regula approbatur l. locũ autẽ. 21. § proprietarius. ff. de uſufr. & quemadmodum, his uerbis: Proprietarius & ſeruũ noxæ dedere poterit, ſi hoc ſine dolo malo faciat: quoniã noxæ deditio iure nõ perimit uſumfructum, non magis, &c. cætera uide ś. cap. 2. cauſa 9.

De

De uſufructu pecorum & ouium.

XLIIII Regula: *De fœtu pecudum quorum uſusfructus debetur, proponitur Inſt. de rer. diuiſ. §. in pecudum, his uerbis:* In pecudum fructu etiam fœtus eſt, ſicut lac, pilus, & lana. Itaq; agni, hœdi, & uituli & equuli, & ſuculi ſtatim naturali iure dominij fructuarij ſunt. *Concordat l. 28. ff. de uſuris & fructibus, his uerbis:* In pecudum fructu etiam fœtus eſt, ſicut lac, pili, & lana. Itaq; agni, & hœdi, & uituli ſtatim pleno iure ſunt bonæ fidei poſſeſſoris & fructuarij. *Concordat item l. uetus. 68. §. penult. ff. de uſufructu & quemad. his uerbis:* Fœtus pecorum Sabinus & Caſſius opinati ſunt ad fructuarium pertinere. *Huius regulæ exceptio hæc eſt: Niſi in locum demortuorum capitum ſubſtituerit. quæ exceptio approbatur l. uel inutiliam. 69. ibi: & ſicut item ibi: nā alioqui. ff. d. tt. de uſufructu. cuius uerba uide ȷ. reg. prox. Cōcordat ibidem l. quid ergo. 70. §. et Iulianus. cuius uerba uide ȷ. reg. prox. in fine. Concordat item d. l. quid ergo. §. fin. cuius uerba uide ȷ. reg. prox.*

XLV. Regula: *Cui gregis uel armenti uſusfructus debetur, is ex natis debet gregem ſupplere. quæ regula approbatur l. uetus. 68. §. fin. cum leg. ſequēte. ff. de uſufructu & quemadmodum, his uerbis:* Si gregis uel armenti uſusfructus ſit legatus, debebit ex natis gregem ſupplere: id eſt, in locum capitum defunctorum, uel inutiliū alia ſummittere: ut poſt ſubſtituta (id eſt capita illa in quorum locum alia ſubſtituta ſunt) fiant propria fructuarij, ne lucro ea res cedat domino: & ſicut ſubſtituta ſtatim domini fiunt, ita priora quoque ex natura fructus deſinunt eius eſſe. Nam alioquin quod naſcitur, fructuarij eſt: & cum ſubſtituit, deſinit eius eſſe. *Concordat l. quid ergo. 70. §. ſecundum quæ. ff. eod. tt. cuius uerba uide ȷ. reg. ead in fine. Concordat item Inſt. de rerum diuiſ. §. ſed ſi gregis, hiſce uerbis:* Si gregis uſumfructum quis habeat, in locū demortuorum capitum ex fœtu fructuarius ſummittere debet: ut & Iuliano uiſum eſt. *Huius regulæ exceptio hæc eſt: Niſi non gregis, ſed ſingulorum capitum uſusfructus ſit relictus. quæ exceptio approbatur leg. quid ergo. 70. §. ſed quod dicitur. ff. de uſufructu & quemadmodum, his uerbis:* Quod dicitur debere eum ſummittere, toties uerum eſt, quoties gregis uel armenti uel equitij, id eſt, uniuerſitatis uſusfructus legatus eſt: cæterum ſi ſingulorū capitum, nihil ſupplebit. *Quæritur inſuper, ex quibus ſuppletio fieri debeat? quod declaratur d. l. quid ergo. §. item ſi forte, his uerbis:* Si forte eo tempore quo fœtus editi ſunt, nihil fuit, quod ſubmitti deberet, nunc eſt poſt editionem: utrum ex his qui edentur ſummittere debebit, an ex his quæ edita ſunt, uidendum eſt? puto autem uerius ea quæ pleno grege edita ſunt, ad fructuarium pertinere, ſed poſteriorem gregis caſum nocere debere fructuario. *Notanda demum hoc loco definitio nominis uerbi Summittere, quæ habetur d. l. quid ergo. §. final. his uerbis:* Summittere autem facti eſt. & Iulianus propriè dicit, diſpartire, & diuidere, & diuiſionem quandam facere: quod dominium erit ſummiſſorum proprietarij. *Poſtremò propoſiti iuris tres euentus notandi ſunt: quorum primus eſt, quòd uſufructuarius non ſummittens proprietario teneatur. qui euentus approbatur d. l. quid ergo. in prin. his uerbis:* Quid ergo ſi non faciat nec ſuppleat? teneri eū proprietario, Caius & Caſſius ſcripſit. *Secundus euentus eſt, quòd ea quæ in locum demortuorum capitum ſubſtituuntur, proprietarij fiant. de qua re dictum ſuprà regul. prox. except. 1. De eo autem quæritur, interim quamdiu ſummittantur et ſuppleantur capita, quæ demortua ſunt, cuius fœtus ſit? quod definitur d. l. quid ergo. §. 1. his uerbis:* Interim tamen quamdiu ſubmittantur & ſuppleantur capita, quæ demortua ſunt, cuius ſit fœtus quæritur? Et Iulianus lib. XXXV. Digeſt. ſcribit, pēdere eorum dominium: ut ſi ſubmittantur, ſint proprietarij: ſi non ſubmittantur, fructuarij. Quæ ſententia uera eſt. Secundum quē ſi deceſſerit fœtus, erit periculo fructuarij, non proprietarij: & neceſſe habebit alios fœtus ſubmittere. Vnde Caius Caſsius lib. VIII. ſcribit, carnem fœtus demortui ad fructuarium pertinere. *Tertius euentus eſt, quòd capita in quorum locum ſubſtituitur, ipſius fructuarij ſint propria. qui euentus approbatur l. uel inutilium. 69. cuius uerba uide ſ. ead. reg. in prin. Concordat l. quid ergo. 70. §. unde Caius. ff. eod. tt. cuius uerba uide paulo ſuperius euentu prox. Hæc de uſufructu pecorum & ouium. Sequuntur nunc reliquæ regulæ de uſufructuarij iure tam generales quàm ſpeciales.*

XLVI. Regula: *De uſufructu nauium habetur l. arboribus. 12. §. nauis. ff. de uſufructu & quemadmodum, his uerbis:* Nauis uſufructu legato nauigatum mittendam puto, licet naufragij periculum immineat. nauis etenim ad hoc paratur, ut nauigetur.

XLVII. Regula: *De uſufructu rerum mobiliū in genere, ac ueſtiū habetur l. ſed & ſi quid. 19. §. & generaliter. ff. de uſufructu & quemadmodum, his uerbis:* Generaliter Labeo ait, in omnibus rebus mobilibus modum eum tenere debere, ne ſua feritate uel ſæuitia ea corrūpat: alioquin etiam lege Aquilia eum conueniri. Etſi ueſtimentorum uſusfructus legatus ſit. non ſic ut quantitatis uſusfructus legatur: dicendum eſt, ita uti eum debere, ne abutatur, nec tamen locaturum: quia uir bonus ita non uteretur. Proinde etſi

ſcenicæ ueſtis uſusfructus legetur, uel annuli aurei uel alterius apparatus, alibi quàm in ſcena non uterur. Sed an & locare poſsit, uidendum eſt? & puto locaturum. & licet teſtator commoda re, non locare fuerit ſolitus: tamen ipſum fructuarium locaturum tam ſcienicam quàm funebrem ueſtem.

XLVIII. Regula: *De uſufructu earum rerum quæ uſu conſumuntur. Hoc caſu proprietas rerũ pertinet ad fructuarium. de qua re uide ĵ. cap. prox. memb. 6. de tertio cautionis genere.*

XLIX. Regula: *De re uel uſufructu uendendo, locando uel alij concedendo.* *Huius loci regula eſt, quòd uſufructuarius uſumfructum rei alij cedere non poſsit. quæ regula approbatur l. 66. §. quoniam. ff. de iure dotium, his uerbis:* Dicimua uſumfructum à fructuario cedi non poſſe, niſi domino proprietaris: etſi extraneo cedatur, id eſt, ei qui proprietarem non habeat, nihil ad eum tranſire, ſed ad dominum proprietatis reuerſurum uſumfructum. *Concordat Inſtit. de uſufructu. §. item finitur uſusfructus. cuius uerba uide ſ. cap. 2. cauſa 15. in prin. Planè ipſum quidem ius utendi fruendi uſufructuarius alteri cedere nequit: ipſum autem fructuum perceptionem poteſt alteri cedere, uendere, locare, donare, etc. quod notandum loco exceptionis. quæ exceptio approbatur d. l. 66. in fine, his uerbis:* Quidam ergo remedij loco rectè putauerunt introducendum, ut uel locet hunc uſumfructum mulieri maritus, uel uendat numo uno: ut ipſum quidem ius remaneat penea maritum, perceptio uerò fructuum ad mulierem pertineat. *Secundum hanc exceptionem intelligenda ſunt ea quæ dicta ſunt ſuprà cap. 2. cauſa 18. item l. cui uſusfr. 67. ff. de uſufructu & quemadmodum, &c. ubi Iulianus:* Cui uſusfructus legatus eſt (*inquit*) etiam inuito hærede eũ extraneo uendere poteſt. *Huius exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi ueſtimentorum uſumfructum alij locauerit. quæ replicatio approbatur, ſimul & diſtinguitur l. ſed etſi quid. 19. §. & generaliter. ff. de uſufructu & quemadmodum. cuius uerba uide ſ. reg. 47. Planè quod uſufructuarius rei proprietatem alienare, uel pignori obligare non poſsit, de eo non dubitatur l. 6. ibi: nam uſufructuarius. C. de uſufructu. cuius uerba uide ſ. lib. 15. cap. 9. quæſt. 5. except. 8. Concordat item l. 9. C. eod. tit. cuius uerba uide ſ. reg. 41.*

L. Regula: *Vſufructuarius conductorẽ poteſt repellere. quæ regula approbatur l. arbores. 59. ibi: ſed & ad ff. de uſufructu & quemad. cuius uerba uide ſ. reg. 2.*

LI. Regula: *Rem uſucapere non poteſt uſufructuarius. de qua re uide ſ. lib. 22. cap. 4. except. 16.*

LII. Regula: *Si uſufructuarius de ſoli uitio quid præſtiterit, ius dominij ad eum transfertur. approbatur hæc regula l. 10. §. fin. ff. de damno infecto, his uerbis:* Si uſufructuarius de ſoli uitio quid præſtiterit, ius dominij ad eum trãsferri oportet. *Scilicet proprietario præſtare nolente, ut ex dicta leg. patet.*

LIII. Regula: *Vſufructuario ſi in re, cuius uſumfructum habet, furtum factum ſit, uel damnum datum, actio eo nomine competit. De qua re in ſingulis actionum ſpeciebus ſuo loco dicetur.*

LIIII. Regula: *Proprietarius non impedire debet uſufructuarium utentem fruentem. quæ regula approbatur l. ſed etſi quid. 19. §. proprietatis. ff. de uſufructu & quemadmodum, his uerbis:* Proprietatis dominus non debet impedire fructuarium utentem, ne deteriorem eius cõditionem faciat De quibuſdam planè dubitatur. ſi eum uti prohibeat, &c. *Reliqua uide ſuprà cap. eod. reg. 11.*

LV. Regula: *Proprietarius rem alienare non prohibetur. quæ regula approbatur in caſu ſimili l. 58. in prin. ff. de uſufructu legato, his uerbis:* Fundi Trebatiani reditua uxori meæ, quoad uiuet dari uolo: quæro an poſsit tutor hæredis fundum uendere? Reſpondi, poſſe. *Sed & approbatur regula propoſita in ſpecie pignoris l. 2. C. de uſufructu, his uerbis:* Verbis teſtamenti, quæ precibus inſeruiſti, uſumfructum legatum tibi animaduertimus: quæ res non impedit proprietaris dominum obligare creditori proprietatem, manente ſcilicet integro uſufructu tui iuris.

LVI. Regula: *Proprietarius conſentiente fructuario, locum poteſt facere religioſum, quamuis ſeruitutem, etiam fructuario conſentiente (ut ſuprà dictum eſt) prædio imponere non poſsit. approbatur l. locum 22. in prin. ff. de uſufructu & quemadmodum, his uerbis:* Locum religioſum facere poteſt conſentiente uſufructuario: & hoc eſt uerum, ſed fauore religionis. Sed interdum & ſolua proprietatis dominus locum religioſum facere poteſt. finge enim eum teſtatorem inferre, cum non eſſet tam opportunè ubi ſepeliretur.

LVII. Regula: *Vſufructuarius boni uiri arbitratu uti debet, eoq; nomine cauere proprietario: de qua re infrà capite proximo.*

LVIII. Regula *habetur l. æquiſsimum. 17. §. fructuarius. ff. de uſufructu & quemadmodum, hiſce uerbis:* Fructuarius cauſam proprietatia deteriorem facere non debet, meliorem facere poteſt. *Concordat l. ſed etſi quid. 19. §. & generaliter. ff. eod. tit. cuius uerba uide ſ. reg. 47. Hactenus de iure uſufructuarij regulæ expoſitæ ſunt. Sed & plures huiuſmodi regulas uide ſ. cap. prox quæſt. 4. item infrà in duob. cap. prox.*

DE CAVTIONE VSVFRVctuarij. Cap. VI.

I. CAVSA EX QVA CAuendum, cum ſuis exceptionibus.

SI cuius rei uſuſfructus uendicatur uel debetur, uſufructuarius cauere debet proprietario ſe boni uiri arbitratu uſurum fruiturum, &c. quæ regula approbatur l.1. in prin. ff. uſufructuarius quemadmodum caueat, his uerbis: Si cuius rei uſusfructus legatus ſit, æquiſsimum prætori uiſum eſt de utroq; legatarium cauere, & uſurum ſe boni uiri arbitratu: & cum uſusfructus ad eum pertinere deſinat, reſtituturum quod inde extabit. *Concordat l. ſi cuius. 13. ff. de uſufructu & quemadmodum. ubi Iulianus:* Si cuius rei uſusfructus legatus erit, dominus potest in ea re ſatiſdationẽ deſiderare, ut officio iudicis hæc fiat. Nam ſicuti debet fructuarius uti frui, ita & proprietatis dominus ſecurus eſſe debet de proprietate. Hoc autem ad omnem uſumfructũ pertinere, Iulianus probat. *Concordat item l. 4. C. de uſufructu, his uerbis:* Vſufructu conſtituto, cõſequens eſt ut ſatiſdatio boni uiri arbitratu præbeatur ab eo ad quem id commodũ peruenit, quod nullam læſionẽ ex uſu proprietati adferat: nec intereſt ſiue ex teſtamento, ſiue ex uoluntario contractu uſusfructus conſtitutus eſt. *Planè habet regula propoſita ſuas exceptiones, quæ ſequuntur.*

I. EXCEPTIO: *Niſi non uſusfructus, ſed uſus tantùm uel operæ relictæ ſint. Hæc exceptio reprobatur l. 5. §. ſed etſi. ff. uſufructuarius quemadmodum caueat, his uerbis:* Sed etſi uſus ſine fructu legatus erit, adempta fructus cauſa ſatiſdare iubet prætor: hoc merito ut de ſolo uſu, non etiam de fructu caueatur. Ergo et ſi fructus ſine uſu obtigerit, ſtipulatio locũ habebit: etſi habitatio uel operæ hominis uel cuiuſcunq; alterius animalis relictæ fuerint, ſtipulatio locum habebit, licet per omnia hæc uſumfructum non imitentur. *Concordat l. 5. §. fin. ff. de uſufr. earum rerum quæ uſu conſum. cuius uerba uide ſ. cap. 8. quæſt. 1. reg. 24. Concordat l. 10. ff. eod. tit. his uerbis:* Si uſus tantum pecuniæ legatus ſit (quia in hac ſpecie uſus appellatione & fructum cõtineri magis accipiendum eſt) ſtipulatio iſta erit interponenda. *Concordat item l. 6. ff. de uſufr. quemadm. caueat, his uerbis:* Idem eſt & in reditu prædij, ſicuti ſi uindemia legata ſit uel meſſis: quamuis ex uſufructu ea percipiantur, morteq; legatarij ad hæredem redeat.

II. EXCEPTIO: *Niſi res ſoli ſit. Et hæc exceptio reprobatur l. 1. §. hæc ſtipulat. ff. uſufr. quẽadmodũ caueat. his uerbis:* Hæc ſtipulatio ſiue mobilis ſit res, ſiue ſoli interponi debet.

III. EXCEPTIO: *Niſi uſu domus relicto heredes cum uſuario ſimul habitent. Et hæc exceptio reprobatur leg. 11. ff. eod. tit. his uerbis:* Vſu quoque domus relicto uiri boni arbitratu cautionem interponi oportet. nec mutat, ſi pater hæredes filios ſimul habitare cum uxore legataria uoluit.

IIII. EXCEPTIO: *Niſi quis rei communis uſumfructum ſocio legauerit. Hæc exceptio reprobatur l. 10 ff. d. tit. his uerbis:* Si ſerui qui nobis communis erat, uſum fructum tibi legauero, neceſſaria erit hæc cautio hæredi meo. quamuis enim de proprietate poſſit communi diuidundo experiri, tamen cauſa uſusfructus, qui tuus proprius eſt, ad officium communi diuidundo, iudicia non pertinebit.

V. EXCEPTIO: *Niſi debitori uſusfructus nominis ſit relictus. Et hæc exceptio reprobatur l. 3. cum l. ſequente ff. de uſufructu earum rerum quæ uſu conſumuntur, his uerbis:* Idem tamen Nerua, ipſi quoq; debitori poſſe uſumfructum nominis legari ſcribit, & remittendas ei uſuras. Ergo & cautio etiam ab hoc exigenda erit.

VI. EXCEPTIO: *Ex cauſa ex qua debetur uſusfructus, ducta, reprobatur l. 1. §. planè etſi mortis. ff. uſufruct. quemadmodum caueat. his uerbis:* Planè etſi mortis cauſa donatione uſusfructus conſtituatur exemplo legatorum, debebit hæc cautio præſtari: ſed etſi ex alia quacunq; cauſa conſtitutus fuerit uſusfructus, idem dicendum eſt. *Concordat l. ſi cuius 13. ff. de uſufructu & quemadmod. cuius uerba uide ſ. eod. cap. in prin. Concordat item l. 4. in fine. C. de uſufructu. cuius uerba uide ibidẽ. Vnde Vlpianus:* Illud ſciendum eſt (*inquit*) ad fideicommiſſa etiã aptari eum debere.[a] *item alibi*[b] Illud ſciendum eſt (*ait*) ſiue iure ipſo quis uſumfructum habeat, ſiue etiam per tuitionem prætoris, nihilominus cogendum eſſe fructuarium cauere, aut actiones ſuſcipere.[b]

VII. EXCEPTIO: *Niſi uſufructuario proprietas quoq; ex die ſit legata. Hæc exceptio approbatur l. 9 §. planè ſi. ff. uſufruct. quemadmod. caueat. his uerbis:* Planè ſi ex die proprietas alicui legata ſit, uſusfructus purè, dicendum eſſe, Pomponius ait, remittendum eſſe hanc cautionem fructuario: quia certum ſit ad eum proprietatem uel ad hæredem eius peruenturam.

VIII. EXCEPTIO: *Niſi teſtator cautionem exigi in teſtamento prohibuit. Hæc exceptio ſine dubio ipſo quidem iure ſubſiſtit, uerùm tamen replicationem recipit primã hanc: Niſi pecuniæ uſusfructus ſit relictus. quæ replicatio approbatur l. 1. C. de uſufructu, his uerbis:* Si uſusfructus omnium bonorũ teſtamento uxoris marito relictus eſt, quamuis cautionẽ à te prohibuerit te-

[a] d. l. 1. §. illud ſciend.

[b] l. 9. §. illud ſciẽd. ff. uſuf. quemad. caueat.

ſtamento exigi: tamen non aliter à debitoribus ſolutam pecuniam accipere poteris, quàm oblata ſecundum formam ſenatuſconſulti cautione. *Concordat l.6. in prin. ff. ut in poſſeß. legatorum his uerbis:* Si pecuniæ numeratæ uſusfructus legatus eſſet, & in teſtamento cautum ne eo nomine ſatisdaretur: proprietas legata nō eſt, ſed legatario permittendum ſatisdare, & uſumfructum pecuniæ habere, & procedendū eſt in hac propoſitione. Sed nullæ prætoris erūt partes: quia niſi ſatiſdetur, agi cum hærede non poterit. *Secunda replicatio eſt: Niſi cautio boni uiri arbitratu uſurum ſe, & fruiturum teſtamento ſit remiſſa. quæ replicatio approbatur l.7. C. ut in poſſeß. legat. his uerbis:* Scire debetis, fideicōmiſsi & legati ſatiſdationē remitti poſſe, diuum Marcum & diuum Commodū cōſtituiſſe: ut autem boni uiri arbitratu, cui uſusfructus relictus eſt, utatur fruatur, minimè ſatiſdationem remitti in teſtamento poſſe.

IX. EXCEPTIO: *Niſi hæres pro legatario ſatiſdare iuſſus ſit. Hæc exceptio reprobatur in caſu l.8. ff. de uſufr. ear. rer. quæ uſu conſumuntur. cuius hæc ſunt uerba:* Tribus hæredibus inſtitutis, uſumfructum XV. milium Titio legauit, & duos ex hæredibus iuſsit pro legatario ſatiſdare: placebat utile eſſe cautionis quoque legatum, nec refragari ſenatuſconſultum: quia cautio non impediretur. & eſſe alterum legatum ueluti certi, alterū incerti. Vſusfructus itaq; nomine partem pecuniæ petendam ab eo qui ſatis accepit à cohærede, incertiq; cum eodem agendum, ſi ſatis non dediſſet: eum uerò qui ſatis præſtiterit, ac propter moram cohæredis ſatis non accepit, neq; uſus fructus nomine interim teneri propter ſenatuſconſultū, neque actione incerti, quia cohæredi ſatiſdedit. Illud etiam nobis placet, legatariū cogendum promittere. *Ibidē paulo pòſt ſequitur:* De illo nec diu tractandum fuit, ſecundū legatum, id eſt, cautionis, non hæredū uideri: ſed eius cui pecuniæ uſusfructus relictus eſt, cuiq; teſtator proſpicere uoluit, & cuius intereſſe credidit fideiuſſores non ſuo periculo quærere.

II. QVI CAVERE DEbeant?

Huius loci prima regula hæc eſt, quòd hæredes pro legatario cauere iuſſi, cauere teneantur: ſed & ipſe legatarius promittere teneatur. de qua re iam dictum eſt. Secūda huius loci regula eſt leg.9 in prin. ff. uſufr. quemadmodū caueat, hiſce uerbis: Si uſusfructus mihi legatus ſit, eumq; Titio reſtituere ſim rogatus, uidendū eſt quis debeat cauere, utrum Titius an ego qui legatarius ſum, an illud dicimus mecum hæredē actur ū ut caueat, & cum fideicommiſſario me agere debere? Et eſt expeditius hoc dicere, ſi mihi ſpes aliqua durat uſusfructus: & cū tu amiſeris, poteſt ad me redire. hoc eſt, ad legatariū, ita rem expediri ut tu mihi, ego domino proprietatis caueā. Quod ſi fideicommiſſarij cauſa uſusfructus mihi relictus eſt. nec eſt ulla ſpes ad me reuertēdi uſusfructus, recta uia fideicommiſſariū cauere oportet domino proprietatis.

III. QVIBVS CAuendum?

Huius loci regula prima habetur leg. ſi uſusfructus. 16. in prin. ff. de uſufructu & quemadmodū, his uerbis: Si plures ſint à quibus uſusfructus relictus eſt, ſingulis ſatiſdari oportet. *Concordat l.9. § fin. ff. uſufruct. quemadmodm caueat, his uerbis:* Si plures domini ſint proprietatis, unuſquiſq; pro ſua parte ſtipulabitur. *Secunda regula habetur l.8. in prin. ff. uſufruct. quemadmodum caueat, his uerbis:* Si tibi uſusfructus, & mihi proprietas legata ſit, mihi cauendum eſt: ſed ſi mihi ſub cōditione proprietas legata ſit, quidam ut Marcellus & hæredi & mihi cauendum eſſe putāt. quæ ſententia uera eſt. *Concordat priori l.6. ff. de uſufructu ear. rerum quæ uſu conſumuntur. ubi Iulianus:* Et nō hæredi (*inquit*) ſed tibi caueri boni uiri arbitratu. *Cuius reliqua uerba uide ſ. cap. 4. quæſt. 4. reg. 15. except. 3. Cōcordat item l.9. ff. ſi cui plus quàm per legem. cuius uerba cum propoſitæ regulæ exceptione uide in Comment. de legatis cap. 19. caut. 4. quæſt. 2. Tertia regula habetur d. l.8. §. itē ſi mihi, his uerbis:* Si mihi legata ſit proprietas, & cum ad me pertinere deſierit alij, & hic utriſque cauendum, ut ſuprà placuit. *Quarta regula habetur d. l.8. § fin. his uerbis:* Si duobus coniunctim uſusfructus legatus ſit, inuicem ſibi cauere debent, & hæredi in caſum illum, ſi ad ſocium non pertineat uſusfructus hæredi reddi. *Concordat l. 6. §. fin. ff. de uſufructu earum rerum quæ uſu conſumuntur, his uerbis:* Si duobus eorundem decem uſusfructus legatus fuerit: quina accipient. & inuicem hæredi ſatisdabunt. *Concordat item l. æquißimum. 17. in prin. ff. de uſufructu & quemadmodum. cuius uerba uide ſ. cap. 4. quæſt. 1. reg. 6.*

IIII. VBI CAVENdum?

Huc pertinet l. 8. § tutor. ff. qui ſatiſdare cogantur, cuius hæc ſunt uerba: Vt de reſtituenda domino proprietate caueat is, cui uſusfructus datus eſt mittendus eſt in municipiū: quia neceſſaria eſt ſatiſdatio. *Ad hæc uerba intelligēda repetēda ſunt uerba l.7. § ſi neceſſaria. ff. d. tit. quæ talia ſunt:* Si neceſſaria ſatiſdatio fuerit, & non facilè poſsit reus eē ibi præſtare, ubi conuenitur, poteſt audiri, ſi in alia eius

ius prouinciæ ciuitate ſatiſdationem præſtare paratus ſit. Si autem ſatiſdatio uoluntaria eſt, &c.

V. QVANDO CAuendum?

Huc pertinet l.10. §.fin ff de uſufructu earum rerum quæ uſu conſumuntur, cuius hæc ſunt uerba: Quidam aiunt non ante hanc interponi ſtipulationem, quàm data fuerit pecunia (ſcilicet cuius uſusfructus eſt relictus.) Ego autem puto, ſiue antea, ſiue poſtea pecunia data ſit, tenere ſtipulationem.

VI. QVID, SEV DE QVA re cauendum?

Huius loci regula prima habetur l.1.in prin.ff.uſufruct.quemadmod.caueat, hiſce uerbis: Si cuius rei uſusfructus legatus ſit, æquiſsimum prætori uiſum eſt de utroq; legatarium cauere, & uſurum ſe boni uiri arbitratu: & cum uſusfructus ad eum pertinere deſinat, reſtituturum, quod inde extabit. *Planè regula hæc recipit exceptionem hanc: Niſi pecuniæ uel alterius rei, quæ uſu conſumitur, uſusfr. ſit relictus. hoc enim caſu uſufructuarius neutrum iſtorum cauet: ſed hoc tantum, ſe finito uſufructu tantam pecuniam uel euſdem qualitatis & quantitatis res reſtituturum. de qua re dictum ſ.cap.1.excep.2.& paulo inferius hoc Capite dicetur.*

DE CAVTIONE, SE BOni uiri arbitratu uſurum fruiturum.

Cauere igitur debet (*inquit Vlpianus*) uiri boni arbitratu perceptum iri uſumfructũ, hoc eſt non deteriorem ſe cauſam uſusfructus facturum, cæteraq; facturum, quæ in re ſua faceret.a

a d.l.1.§.4.cauere.

DE CAVTIONE REM reſtitui.

Quod diximus (*inquit Vlpianus*) id quod inde extabit reſtitutum iri, non ipſam rem ſtipulatur proprietarius (inutiliter enim rem ſuam ſtipulari uidetur) ſed ſtipulatur reſtitui quod inde extabit. Interdum autẽ inerit proprietatis æſtimatio, ſi fortè fructuarius cum poſsit uſucapionem interpellare, neglexit. b

b d.l.1.§.fin.

DE TERTIO GENERE CAVtionis, quando ſcilicet uſusfructus rei quæ uſu conſumitur, eſt relictus.

Hoc caſu tria maximè ſunt de quibus cauetur: primum, ſi pecuniæ uſusfructus legatus ſit, cauet legatarius hæredi de tanta pecunia reſtituẽda, quantã accepit. quod approbatur Inſtit. de uſufr. §. conſtituitur, his uerbis: Si pecuniæ uſusfructus legatus ſit, ita datur legatario ut eius fiat, & legatarius ſatiſdet hæredi de tanta pecunia reſtituenda, ſi morietur, aut capite minuetur. *Concordat l.4.ff.de uſufructu earum rerum quæ uſu conſumũtur. cuius uerba uide ſ. quæſt.1.except.5. Concordat item l.2.in prin.ff. eod. tit. cuius uerba uide ſ. cap.2.except.2.repl.1. Secundò, ſi aliarum rerum quæ uſu conſumuntur, uſusfructus relictus eſt, æſtimatis his cauetur de tanta pecunia reſtituenda, quanti res fuerint æſtimatæ. quod approbatur Inſtit. d. §. conſtituitur, his uerbis:* Cæteræ quoq; res ita traduntur legatario, ut eius fiant: ſed æſtimatis his ſatiſdatur, ut ſi moriatur, aut capite minuatur, tanta pecunia reſtituatur, quanti hæ fuerint æſtimatæ. *Tertiò cauetur etiam hoc poſteriore caſu eiuſdem qualitatis res reſtitui. quod approbatur l. 7.ff. de uſufructu earum rerum quæ uſu conſumuntur, his uerbis:* Si tibi uini, olei, frumenti uſusfructus legatus fuerit, proprietas ad legatarium debet transferri, & ab eo cautio deſideranda eſt, ut quandocũq; is mortuus aut capite deminutus ſit, eiuſdem qualitatis reſtituatur: aut æſtimatis rebus certæ pecuniæ nomine cauendum eſt, quod & commodius eſt: idem ſcilicet de cæteris quoq; rebus, quæ uſu conſumuntur, intelligimus. *Poſtremò in hoc tertio cautionis genere notandum, quòd duos tantum caſus complectatur, mortem ſcilicet, & capitis deminutionem uſufructuarij. quod approbatur l.9. cum l. ſequẽte. ff. de uſufructu earum rerum quæ uſu conſumuntur, his uerbis:* In ſtipulatione de reddendo uſufructu pecuniæ duo ſoli caſus interponuntur, mortis & capitis deminutionis: quoniam pecuniæ uſus aliter amitti non poteſt, quàm his caſibus. *Concordat l.7. §.finali. ff. de uſufruct. quemadmodum caueat, his uerbis:* Cum uſusfructus pecuniæ legatus eſt, exprimi debent hi duo caſus in ſtipulatione: Cum morieris, aut capite minutus eris, dari. Idcirco hi duo ſoli caſus: quoniam pecuniæ uſus aliter amitti non poteſt, quàm his caſibus. *Hæc de prima propoſitæ quæſtionis regula. Altera regula eſt, quòd uſufructu omnium bonorum relicto, uſuræ quoq; nominum ante cautionem debitæ uelut ſortes in cautionem deducẽdæ ſint. quæ regula approbatur, ſimul & diſtinguitur l. 24. ff. de uſufructu legato. cuius uerba uide ſuprà cap. 4. membr. 4. reg. 5. uerſ. Vſuræ quoq;.*

VII. EVENTVS ET conſequentia cautionem.

Huius loci prima reg. habetur l.1. §. rectè autem. ff. uſufruct. quemadmodum caueat, his uerbis: Rectè facient & hæres & legatarius, qualis res ſit, cum frui incipit legatarius, ſi in teſtatum redegerint, ut inde poſsit apparere, an & quatenus rem peiorem legatarius fecerit. *Altera regula eſt de actione quæ ex hac cautione ſeu ſtipulatione deſcendit. de qua ſ. cap. proximo.*

DE ACTIONIBVS PROPRIEtarij aduerſus fructuarium, & de actione in rem negatoria.

Cap. VII.

De actione prætoria ex ſtipulatu, ex cautione ſupradicta deſcendens.

I. RATIO HVIVS actionis

Habetur l. ſi uſusfructus. 16. §. deniq; conſultus. ff. de uſufructu & quemadmod. his uerbis: Conſulrus Iulianus quòd bonum fuit actionem polliceri prætorem, cum competat legis Aquiliæ actio? Reſpondit, quia ſunt caſus quibus ceſſat Aquiliæ actio, & ideo iudicem dari, ut eius arbitratu utatur & fruatur. Nam qui agrum nõ proſciridit, qui uites non ſubſerit, item qui aquarum ductus corrumpi paritur, lege Aquilia non tenetur: eadem & de uſuario dicenda ſunt.

II. CAVSAE EX QVIBVS hæc actio darur.

Huc pertinet l. 1. §. habet autem ff. uſufr. quemadmodum caueat. cuius hec ſunt uerba: Habet ſtipulatio iſta duas cauſas. unã, ſi aliter quis utatur, quàm uir bonus arbitrabitur: aliam de uſufructu reſtituendo. quarum prior ſtarim committetur, quàm aliter fuerit uſus, & ſæpius committerur: ſequens committitur finito uſufructu.

Prioris cauſæ ſpecies ſunt.

1 *Si non boni uiri arbitratu ſit uſus. quæ ſpecies qualis ſit declaratur d. l. 1. §. cauere. cuius uerba uide ſuprà capite proximo, memb. VI. de cautione, ſe boni uiri arbitratu, &c.*

2 *Si non omnem curam & cuſtodiam rei præſtiterit, ſi cum poſſet uſucapionem non interpellauit. quæ ſpecies approbantur d. l. 1. §. finali. cum l. ſequente, his uerbis*: Interdum inerit proprietatis æſtimario, ſi fortè fructuarius, cum poſsit uſucapionem interpellare, neglexit: omnem enim rei curam ſuſcepit. nam fructuarius cuſtodiam præſtare debet.

3 *Si dolo malo quid in ea re ſit actum. Hæc ſpecies approbatur l. 3. in princip. ff. eod. tt. cuius uerba uide paulo inferius. Alias prioris cauſæ ſpecies uide ſ. cap. 5. de iure uſufructuarij. Huius autem prioris cauſæ exceptio uidetur eſſe talis: Niſi ſtipulatio ſemel ſit commiſſa. quæ tamen exceptio reprobatur l. 1. §. habet autem. ibi: & ſæpius committetur. ff. uſufruct. quemad. caueat. cuius uerba uide paulo ſuperius. Alia eius exceptio uidetur eſſe talis: Niſi non promiſſor, ſed alius fecerit. quæ tamen exceptio reprobatur l. 5. in prim. ff. uſufruct. quemadmodum caueat. his uerbis*: Hac ſtipulatione dolum malum abeſſe, abfuturumq; eſſe continetur: & cum in rem ſit doli mali mentio concepta, omniũ dolum comprehendere uidetur ſucceſſorum & adoptiui patris.

De poſteriore cauſa, hoc eſt de uſufructu reſtituendo.

Si ergo finitus ſit uſusfruct. fructuarius, eiusúe hæres rem proprietario hac actione tenetur reſtituere. cuius regulæ ſeu cauſæ exceptio prima ducitur ex cauſa, ex qua finitur uſusfructus. quæ exceptio reprobatur l. 3. in prin. ff. uſufr. quemad. caueat. his uerbis: Omnes caſus continentur hac ſtipulatione, quibus uſusfructus amittitur. *Secunda exceptio eſt: Niſi uſusfructus nondum cœperit. quæ exceptio reprobatur d. l. 3. in prin. his uerbis*: Deſinere pertinere uſumfructum accipiemus, etiamſi nec cœperit pertinere, quamuis legatus ſit: & committetur nihilominus ſtipulatio, quaſi deſinat pertinere quod nec cœperit. *Tertia exceptio eſt: Niſi uſusfructus ſit repetitus legato. Hæc exceptio approbatur d. l. 3. §. ſi uſusfructus, his uerbis*: Si uſusfructus repetitus erit legato, quotieſcunq; amiſſus fuerit, niſi utiliter fuerit cautum, committetur *iſta* ſtipulatio: ſed exceptione opus erit. *Plura de hac exceptione uide ſuprà cap. 2. cauſa 2. except. 4.* *Quarta exceptio eſt: Niſi uſufructuario proprietas etiam ſub conditione ſit legata. Hæc exceptio approbatur d. l. 3. §. ſed etſi. his uerbis*: Si quis uſumfructum tibi legauerit, & ſub conditione, ſi liberos habueris proprietatem amiſſo uſufructu, committerur quidem ſtipulatio, ſed exceptio locum habebit. *Quinta exceptio eſt: Niſi hæres qui uſumfructum reddi ſtipulatus eſt, proprietatem alienauerit. Hæc exceptio approbatur d. l. 3. §. ſi hæres, his uerbis*: Si hæres alienauerit proprietatem, & poſtea amittatur uſusfructus, an ex ſtipularu agere poſsit, uideamus? Et fortius dici poteſt, ipſo iure non committi ſtipularionem: quia neque hæredi ſucceſſoribusúe eius reſtitui poteſt: neq; is cui poteſt, id eſt, ad quem peruenit proprietas, pertinet ad ſtipulationẽ: ſed is ad quem peruenerit tempore quæſiti dominij ſibi proſpicere alia quoq; cautione debet. quod etſi non fecerit, nihilominus in rem actione uti poteſt. *Sexta exceptio: Niſi uſufructuarius proprietatem rei ſit nactus. Hæc exceptio approbatur l. 4. ff. uſufru. quemadmodum caueat. his uerbis*: Si fructuarius proprietatem aſſecutus fuerit, deſinit quidem uſusfructus ad eum pertinere propter confuſionem: ſed ſi ex ſtipulatu cum eo agatur, aut ipſo iure inutiliter agi dicendum eſt, ſi uiri boni arbitrium hucuſq; porrigitur, aut in factum excipere debebit. *Septima exceptio eſt: Niſi cautum non ſit. de hac re dicetur infrà inter Adſinia huius actionis remedia.*

Octaua exceptio eſt: Niſi fructuario ſumptus quos

in rem

m rem fecit, non reſtituantur. Hæc exceptio approbatur argumento l. 7. C. de uſufructu, his uerbis: Eū ad quem uſusfructus pertinet, ſarta tecta ſuis ſumptibus præſtari debere, explorati iuris eſt: proinde ſi quid ultra quàm impendi debeat, erogatum poteſt doceri, ſolenniter repoſces. *Concordat l. 10. §. fin. ff. de damno infecto. cuius uerba uide ſ. cap. 5. reg. 52.* *Nona exceptio eſt: Niſi reſtituerit rem uſufructuarius, quæ quidē exceptio ipſo iure ſubſiſtit, ſed replicationē admittit hanc: Niſi deteriorē reſtituerit, quæ replicatio & ipſa iure ſubſiſtit, ſed recipit duplicationem in uſufructu ueſtis l. 9. §. ſi ueſtis. ff. uſufruct. quemad. caueat, his uerbis:* Si ueſtis uſusfructus legatus ſit, ſcribit Pomponius, quanquam hæres ſtipulatus ſit, finito uſufructu ueſtem reddi: ait tamen, non obligari promiſſorem, ſi eam ſine dolo malo attritam reddiderit. *Plures huiuſmodi exceptiones uide ſ. cap. 2. & cap. 3.*

III. QVIBVS DATVR hæc actio?

De hærede & eo cui hæres proprietatem alienauit, uide paulo ſuprà except. 5.

IIII. QVANDO DETVR hæc actio?

Ex priore cauſa ſi non boni uiri arbitrio utatur fructuarius, ſtatim committitur ſtipulatio, ex poſteriore cauſa non niſi finito uſufructu. quæ regula approbatur l. 1. §. utilum. ff. uſufruct. quemadmodum caueat, his uerbis: Vtilius uiſum eſt ſtipulatione de hoc caueri, ut ſi quis non boni uiri arbitratu utatur, committatur ſtipulatio ſtatim, nec expectabimus ut amittatur uſusfructus. *Approbatur inſuper ead. leg. §. habet. cuius uerba uide ſ. eod. cap. memb. 2. in prin.*

V. OFFICIVM IVDICIS in hac actione

Habetur l. ſi uſusfruct. 16. §. cum igitur. ff. de uſufr. & quemadmodum, his uerbis: Cum de uſufructu agitur, non ſolum quod factum eſt arbitratur: ſed etiam in futurum, quemadmodum uti frui debet.

VI. ADFINIA HVIVS Actionis remedia.

Huius loci reg. prima: De actione legis Aquiliæ, & interdicto Quod ui aut clam, habetur d. l. ſi uſusfructus. §. de præteritis, hiſce uerbis: De præteritis damnis fructuarius etiá lege Aquilia tenetur, & interdicto Quod ui aut clàm, ut Iulian. ait. Nam fructuarium quoq; teneri his actionibus, nec non furti, certum eſt: ſicuti quemlibet alium, qui in aliena re tale quid commiſerit. *Concordat l. ſed etſi quid. 19. §. & generaliter. ff. eodem titulo. cuius uerba uide ſ. cap. 5. reg 47.* *Secunda regula: Si abſente fructuario heres quaſi negocium eius gerens inſulam reficiat, negociorum geſtorum habet actionem. quæ regula approbatur l. ſi abſente. 48. in prin. ff. de uſufructu & quemadmodum, his uerbis:* Si abſente fructuario hæres quaſi negociū eius gerens, reficiat, negociorum geſtorum actionem aduerſus fructuarium habet, tametſi ſibi in futurum hæres proſpiceret. Sed ſi paratus ſit recedere ab uſufructu fructuarius: non eſt cogendus reficere, ſed actione negociorum geſtorum liberatur. *Tertia regula eſt: Si cautum non ſit, proprietario condictio competit, ut ei caueatur. quæ regula approbatur l. 5. §. ſi pecuniæ. ff. de uſufructu earum rerum quæ uſu conſumuntur, his uerbis:* Siquidem adhuc conſtante uſufructu cautionem quis uelit condicere, dici poteſt omiſſam cautionem poſſe condici incerti condictione. *Concordat l. 5. §. fin. ff. uſufr. quemad. caueat. cuius uerba uide ſ. queſt. 2. except. 5. Concordat item l. 7. in prin. ibi; ſed & ipſa ſtipulatio. ff. eod. tit. cuius uerba uide paulo inferius. Concordat item l. ſi cuius. 15. in prin. ff de uſufructu & quemadmodum. cuius legis uerba uide ſ. capite prox. in princip. Planè per replicationem quoq; hoc caſu ſtipulatio obtineri poteſt. quod rem e dium approbatur d. leg. 7. in princip. his uerbis:* Si uſusfructus nomine re tradita ſatiſdatum non fuerit, Proculus ait, poſſe hæredem rem uenditare: & ſi obijciatur, exceptio de re uſusfructus nomine tradita replicandum erit. quæ ſententia habet rationem. Sed & ipſa ſtipulatio condici poterit.

Quarta regula: Si cautum non ſit, res finito uſufructu condici non poteſt. quæ regula approbatur l. 12. §. fin. ff. uſufruct. quemadmodum caueat, his uerbis: Videndum eſt de condictione, an poſſit locum habere: & proditum eſt, neminem rem ſuam niſi à fure condicere poſſe. *Huius regulæ exceptio hæc eſt: Niſi eius rei uſusfructus ſit, quæ uſu conſumitur. quæ exceptio approbatur l. 5. §. ſi pecuniæ ff. de uſufruct. earum rerum quæ uſu conſumuntur, his uerbis:* Si pecuniæ ſit uſusfructus legatus, uel aliarū rerū quæ in abuſu conſiſtūt, nec cautio interueniat: uidendum eſt finito uſufructu, an pecunia quæ data ſit, uel cæteræ res, quæ in conſumptione ſunt, condici poſsint? Et finito uſufructu ipſam quantitatem Sabinus putat poſſe condici. quam ſententiam & Celſus probat, quæ mihi non inargúta uidetur. *Concordat l. 10. ff. de præſcriptis uerbis, hiſce uerbis:* Partis tertiæ uſumfructum uxori legauit, hæredis bona ab eius creditoribus diſtracta ſunt, & pecuniam quæ ex æſtimatione tertiæ partis fiebat, mulier accepit fruendi cauſa, & per ignorantiam ſtipulatio prætermiſſa eſt: quæro an ab hærede mulieris pecunia, quæ fruendi cauſa data eſt, repeti poſsit, & qua actione? Iabolenus reſpondit, in factum actionem dari debere. *Quinta regula: Si cautum non ſit, in rem actio*

eſt, ad

DE ACTIONIBVS PROPRIEtarij aduerſus fructuarium, & de actione in rem negatoria.

Cap. VII.

De actione prætoria ex ſtipulatu, ex cautione ſupradicta deſcendens.

I. RATIO HVIVS actionis

H*Abetur l. ſi uſuſfructus. 16. §. deniq; conſultus. ff. de uſufructu & quemadmod. his uerbis*: Conſultus Iulianus quòd bonum fuit actionem polliceri prætorem, cum competat legis Aquiliæ actio? Reſpondit, quia ſunt caſus quibus ceſſat Aquiliæ actio, & ideo iudicem dari, ut eius arbitratu utatur & fruatur. Nam qui agrum nõ proſcindit, qui uiteanon ſubſerit, item qui aquarum ductus corrumpi patitur, lege Aquilia non tenetur: eadem & de uſuario dicenda ſunt.

II. CAVSAE EX QVIBVS hæc actio datur.

Huc pertinet l. 1. §. habet autem ff. uſufr. quemadmodum caueat. cuius hæc ſunt uerba: Habet ſtipulatio iſta duas cauſas. unã, ſi aliter quis utatur, quàm uir bonus arbitrabitur: aliam de uſufructu reſtituendo. quarum prior ſtatim committetur, quàm aliter fuerit uſus, & ſæpius committetur: ſequens committitur finito uſufructu.

Prioris cauſæ ſpecies ſunt.

1 *Si non boni uiri arbitratu ſit uſus. quæ ſpecies qualis ſit declaratur d. l. 1. §. cauere. cuius uerba uide ſuprà capite proximo, memb. VI. de cautione, ſe boni uiri arbitratu, &c.*

2 *Si non omnem curam & cuſtodiam rei præſtiterit, ſi cum poſſet uſucapionem non interpellauit. quæ ſpecies approbantur d. l. 1. §. finali. cum l. ſequente, his uerbis*: Interdum inerit proprietatis æſtimatio, ſi fortè fructuarius, cum poſsit uſucapionem interpellare, neglexit: omnem enim rei curam ſuſcepit. nam fructuarius cuſtodiam præſtare debet.

3 *Si dolo malo quid in ea re ſit actum. Hæc ſpecies approbatur l. 5. in princip. ff. eod. tit. cuius uerba uide paulo inferius. Alias prioris cauſæ ſpecies uide ſ. cap. 9. de iure uſufructuarij. Huius autem prioris cauſæ exceptio uidetur eſſe talis: Niſi ſtipulatio ſemel ſit commiſſa. quæ tamen exceptio reprobatur l. 1. §. habet autem. ibi: & ſæpius committetur. ff. uſufruct. quemad. caueat. cuius uerba uide paulo ſuperius. Alia eius exceptio uidetur eſſe talis: Niſi non promiſſor, ſed alius fecerit. quæ tamen exceptio reprobatur l. 5. in prin. ff. uſufruct. quemadmodum caueat. his uerbis*: Hac ſtipulatione dolum malum abeſſe, abfuturumq; eſſe continetur: & cum in rem ſit doli mali mentio concepta, omniũ dolum comprehendere uidetur ſucceſſorum & adoptiui patris.

De poſteriore cauſa, hoc eſt de uſufructu reſtituendo.

Si ergo finitus ſit uſusfruct. fructuarius, eiusúe hæres rem proprietario hac actione tenetur reſtituere. cuius regulæ ſeu cauſæ exceptio prima ducitur ex cauſa, ex qua finitur uſusfructus. quæ exceptio reprobatur l. 3. in prin. ff. uſufr. quemad. caueat. his uerbis: Omnes caſus continentur hac ſtipulatione, quibus uſusfructus amittitur. *Secunda exceptio eſt: Niſi uſusfructus nondum cœperit. quæ exceptio reprobatur d. l. 3. in prin. his uerbis*: Deſinere pertinere uſumfructum accipiemus, etiamſi nec cœperit pertinere, quamuis legatus ſit: & committetur nihilominus ſtipulatio, quaſi deſinat pertinere quod nec cœperit. *Tertia exceptio eſt: Niſi uſusfructus ſit repetitus legato. Hæc exceptio approbatur d. l. 3. §. ſi uſusfructus, his uerbis*: Si uſusfructus repetitus erit legato, quotieſcunq; amiſſus fuerit, niſi utiliter fuerit cautum, committetur iſta ſtipulatio: ſed exceptione opus erit. *Plura de hac exceptione uide ſuprà cap. 2. cauſa 2. except. 4.* *Quarta exceptio eſt: Niſi uſufructuario proprietas etiam ſub conditione ſit legata. Hæc exceptio approbatur d. l. 3. §. ſed etſi. his uerbis*: Si quis uſumfructum tibi legauerit, & ſub conditione, ſi liberos habueris proprietatem amiſſo uſufructu, committetur quidem ſtipulatio, ſed exceptio locum habebit. *Quinta exceptio eſt: Niſi hæres qui uſumfructum reddi ſtipulatus eſt, proprietatem alienauerit. Hæc exceptio approbatur d. l. 3. §. ſi hæres, his uerbis*: Si hæres alienauerit proprietatem, & poſtea amittatur uſusfructus, an ex ſtipulatu agere poſsit, uideamus? Et fortius dici poteſt, ipſo iure non committi ſtipulationem: quia neque hæredi ſucceſſoribusúe eius reſtitui poteſt: neq; ei cui poteſt, id eſt, ad quem peruenit proprietas, pertinet ad ſtipulationẽ: ſed is ad quem peruenerit tempore quæſiti dominij ſibi proſpicere alia quoq; cautione debet. quod etſi non fecerit, nihilominus in rem actione uti poteſt. *Sexta exceptio: Niſi uſufructuarius proprietatem rei ſit nactus. Hæc exceptio approbatur l. 4. ff. uſufru. quemadmodum caueat. his uerbis*: Si fructuarius proprietatem aſſecutus fuerit, deſinit quidem uſusfructus ad eum pertinere propter confuſionem: ſed ſi ex ſtipulatu cum eo agatur, aut ipſo iure inutiliter agi dicendum eſt, ſi uiri boni arbitrium hucuſq; porrigitur, aut in factum excipere debebit. *Septima exceptio eſt: Niſi cautum non ſit. de hac re dicetur infrà inter Adfinia huius actionis remedia. Octaua exceptio eſt: Niſi fructuario ſumptus quos*

in rem

in rem fecit, non reſtituantur. *Hæc exceptio approbatur argumento l. 7. C. de uſufructu, his uerbis:* Eũ ad quem uſusfructus pertinet, ſarta tecta ſuis ſumptibus præſtari debere, explorati iuris eſt: proinde ſi quid ultra quàm impendi debeat, erogatum poteſt doceri, ſollenniter repoſces. *Concordat l. 10. §. fin. ff. de damno infecto. cuius uerba uide ſ. cap. 5. reg. 52.* *Nona exceptio eſt: Niſi reſtituerit rem uſufructuarius, quæ quidẽ exceptio ipſo iure ſubſiſtit, ſed replicationẽ admittit hanc: Niſi deteriorẽ reſtituerit, quæ replicatio & ipſa iure ſubſiſtit, ſed recipit duplicationem in uſufructu ueſtis l. 9. §. ſi ueſtis. ff. uſufruct. quemad. caueat, his uerbis:* Si ueſtis uſusfructus legatus ſit, ſcribit Pomponius, quanquam hæres ſtipulatus ſit, finito uſufructu ueſtem reddi: ait tamen, non obligari promiſſorem, ſi eam ſine dolo malo attritam reddiderit. *Plures huiuſmodi exceptiones uide ſ. cap. 2. & cap. 3.*

III. QVIBVS DATVR hæc actio?

De hærede & eo cui hæres proprietatem alienauit, uide paulo ſuprà except. 5.

IIII. QVANDO DETVR hæc actio?

Ex priore cauſa ſi non boni uiri arbitrio utatur fructuarius, ſtatim committitur ſtipulatio, ex poſteriore cauſa non niſi finito uſufructu. quæ regula approbatur l. 1. §. utilius. ff. uſufruct. quemadmodum caueat, his uerbis: Vtilius uiſum eſt ſtipulatione de hoc caueri, ut ſi quis non boni uiri arbitratu utatur, committatur ſtipulatio ſtatim, nec expectabimus ut amittatur uſusfructus. *Approbatur inſuper ead. leg. §. habet. cuius uerba uide ſ. eod. cap. memb. 2. in prin.*

V. OFFICIVM IVDICIS in hac actione

Habetur l. ſi uſusfruct. 16. §. cum igitur. ff. de uſufr. & quemadmodum, his uerbis: Cum de uſufructu agitur, non ſolum quod factum eſt arbitratur: ſed etiam in futurum, quemadmodum uti frui debet.

VI. ADFINIA HVIVS Actionis remedia.

Huius loci reg. prima: De actione legis Aquiliæ, & interdicto Quod ui aut clam, habetur d. l. ſi uſusfructus. §. de præteritis, hiſce uerbis: De præteritis damnis fructuarius etiá lege Aquilia tenetur, & interdicto Quod ui aut clàm, ut Iulian. ait. Nam fructuarium quoq; teneri his actionibus, nec non furti, certum eſt: ſicuti quemlibet alium, qui in aliena re tale quid commiſerit. *Concordat l. ſed etſi quid. 19. §. & generaliter. ff. eodem titulo. cuius uerba uide ſ. cap. 5. reg. 47.* *Secunda regula: Si abſente fructuario hæres quaſi negocium eius gerens inſulam reficiat, negociorum geſtorum habet actionem. quæ regula approbatur l. ſi abſente. 48. in prin. ff. de uſufructu & quemadmodum, his uerbis:* Si abſente fructuario hæres quaſi negociũ eius gerens, reficiat, negociorum geſtorum actionem aduerſus fructuarium habet, tametſi ſibi in futurum hæres proſpiceret. Sed ſi paratus ſit recedere ab uſufructu fructuarius, non eſt cogendus reficere, ſed actione negociorum geſtorum liberatur. *Tertia regula eſt: Si cautum non ſit, proprietario condictio competit, ut ei caueatur. quæ regula approbatur l. 5. §. ſi pecuniæ. ff. de uſufructu earum rerum quæ uſu conſumuntur, his uerbis:* Siquidem adhuc conſtante uſufructu cautionem quis uelit condicere, dici poteſt omiſſam cautionem poſſe condici incerti condictione. *Concordat l. 3. §. fin. ff. uſufr. quemad. caueat. cuius uerba uide ſ. quæſt. 2. except. 5. Concordat item l. 7. in prin. ibi; ſed & ipſa ſtipulatio. ff. eod. tit. cuius uerba uide paulo inferius. Concordat item l. ſi cuius. 15. in prin. ff. de uſufructu & quemadmodum. cuius legis uerba uide ſ. capite prox. in princip. Planè per replicationem quoq; hoc caſu ſtipulatio obtineri poteſt. quod remedium approbatur d. leg. 7. in princip. his uerbis:* Si uſusfructus nomine re tradita ſatiſdatum non fuerit, Proculus ait, poſſe hæredem rem uendicare: & ſi obijciatur, exceptio de re uſusfructus nomine tradita replicandum erit. quæ ſententia habet rationem: Sed & ipſa ſtipulatio condici poterit. *Quarta regula: Si cautum non ſit, res finito uſufructu condici non poteſt. quæ regula approbatur l. 12. §. fin. ff. uſufruct. quemadmodum caueat, his uerbis:* Videndum eſt de condictione, an poſſit locum habere: & proditum eſt, neminem rem ſuam niſi à fure condicere poſſe. *Huius regulæ exceptio hæc eſt: Niſi eius rei uſusfructus ſit, quæ uſu conſumitur. quæ exceptio approbatur l. 5. §. ſi pecuniæ ff. de uſufruct. earum rerum quæ uſu conſumuntur, his uerbis:* Si pecuniæ ſit uſusfructus legatus, uel aliarũ rerũ quæ in abuſu conſiſtũt, nec cautio interueniat: uidendum eſt finito uſufructu, an pecunia quæ data ſit, uel cæteræ res, quæ in conſumptione ſunt, condici poſſint? Et finito uſufructu ipſam quantitatem Sabinus putat poſſe condici. quam ſententiam & Celſus probat, quæ mihi non inargura uidetur. *Concordat l. 10. ff. de præſcriptis uerbis, hiſce uerbis:* Partis tertiæ uſumfructum uxori legauit, hæredis bona ab eius creditoribus diſtracta ſunt, & pecuniam quæ ex æſtimatione tertiæ partis fiebat, mulier accepit fruendi cauſa, & per ignorantiam ſtipulatio prætermiſſa eſt: quæro an ab hærede mulieris pecunia, quæ fruendi cauſa data eſt, repeti poſſit, & qua actione? Iabolenus reſpondit, in factum actionem dari debere. *Quinta regula: Si cautum non ſit, in rem actio*

eſt, id

eſt, ad rem reſtituendam. quæ regula approbatur l. 12. §. ſi igitur. ff. uſufruct. quemadmodum caueat, his uerbis: Si tradita ſunt utendi fruendi cauſa, nemo dubitat non fieri eius qui accepit. non enim ideo traduntur, ut dominium recedat ab eo qui tradidit: ſed ut utatur fruatur legatarius. Ergo cum non fiant fructuarij uaſa, uendicari à proprietario poſſunt cautione non data. Concordat l. 3. §. fin. ff. eod. tt. cuius uerba uide ſ. quæſt. 2. except. 5. Concordat item l. 7. in prin. ff. eod. tt. cuius uerba uide paulo ſuperius reg. 3. Sexta huius loci regula, de ſerui corrupti & iniuriarum actione, habetur l. cum uſufructuario. 66. ff. de uſufruct. & quemadmodum, his uerbis: Cum uſufructuario non ſolum legis Aquiliæ actio competere poteſt, ſed & ſerui corrupti & iniuriarum, ſi ſeruũ torquendo deteriorem fecit.

¶ De actione in rem negatoria.

I. CAVSA EX QVA DAtur hæc actio?

Si quis alteri ius utendi fruẽdi eſſe neget. quæ cauſa approbatur l. 5. in prin. ibi: quanquam. ff. ſi uſusfructus petatur. cuius uerba uide ſ. cap. 4. quæſt. 2. reg. 1. Concordat Inſt. de actionibus. §. æque ſi agat. ibi: contra. cuius uerba uide J. lib. proxim. cap. 4. in princip.

II. QVIBVS COMPEtit hæc actio?

Ei qui proprietatem non habet, non competit hæc actio. quæ regula approbatur d. l. 5. § quod ſi fortè, his uerbis: Si fortè qui agit, dominus proprietatis non ſit, quamuis fructuarius ius utendi non habeat, uincet tamen iure quo poſſeſſores potiores ſunt, licet nullum ius habeat. Etiam poſſeſſori datur hæc actio. quæ regula approbatur l. 6. §. ſicut fructuario. ff. eod. tt. cuius uerba uide ſ. cap. 4. memb. 2. reg. 2. item memb. 4. reg. 3. except. 2.

III. QVID VENIAT?

Etiam fructus in hanc actionem ueniunt. quæ regula approbatur, ſimul & diſtinguitur d. §. ſicut fructuario. cuius uerba uide d. except. 2. Concordat l. 5. in fine. C. de uſufructu. cuius uerba uide ſ. cap. 2. cauſa 20. Reliqua huius actionis negatoriæ iura uide J. lib. prox. cap. 4. in fine.

DE VSV, HABITATIOne & operis ſeruorum. Cap. VIII.

SPecies uſusfructus cognatæ ſunt: uſus, habitatio, & operæ ſeruorum, ideoq; hic ſubiungendæ.

I. PROPRIA VSVS ET iura uſuarij.

I. Regula: Vſui fructus deeſt. quæ regula approbatur l. 14. §. uſusfructus. ff. de uſu & habitatione, his uerbis: Vſusfructus an fructus legetur, nihil intereſt: nam fructui & uſus ineſt, uſui fructus deeſt: & fructus quidem ſine uſu eſſe nõ poteſt, uſus ſine fructu poteſt: deniq; ſi fructus deducto uſu legatus ſit, inutile eſſe legatum Pomponius ſcribit. Concordat ead. l. §. uſu legato, his uerbis: Vſu legato ſi eidẽ fructus legetur, Pomponius ait confundi eũ cũ uſu. Idẽ ait, etſi tibi uſus, mihi fructus legetur, concurrere nos in uſum, me ſolum fructum habiturum. Concordat item l. 1. ff. eod. tt. his uerbis: Conſtituitur & nudus uſus, id eſt, ſine fructu. Concordat item l. 2. in prin. ff. eod. tt. his uerbis: Cui uſus relictus eſt, uti poteſt, frui uerò non poteſt. Iam dictæ regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi eidem fructus quoq; poſtea conſtituatur. quæ exceptio approbatur uerbis iam dictis hiſce: Vſu legato ſi eidem fructus legetur, Pomponius ait confundi eum cum uſu. Secunda exceptio eſt: Niſi pecuniæ uſus ſit conſtitutus. quæ exceptio approbatur l. 10. §. 1. ff. de uſufructu earum rerum quæ uſu conſum. cuius uerba uide ſ. cap. 6. quæſt. 1. except. 1.

II. Regula. Apud alium uſus, apud alium fructus eſſe poteſt. quæ regula approbatur l. 14. §. fin. ff. de uſu & habitat. his uerbis: Poterit apud alium proprietatis eſſe uſus, apud alium fructus ſine uſu, apud alium proprietas: ueluti ſi is qui habet fundum, uſum Titio legauerit, mox heres eius tibi fructum legauerit, uel alio modo conſtituerit.

III. Regula. Minus eſt in uſu, quàm in uſufructu. quod approbatur Inſtit. de uſu & habitat. §. minus, his uerbis: Minus iuris eſt in uſu, quàm in uſufructu. Concordat l. 10. §. ſi uſus fundi. ff. eod. tt. his uerbis: Si uſus fundi ſit relictus, minus utiq; eſſe quàm fructum, longeq; diſtare nemo dubitat: ſed quid in ea cauſa ſit, uidendum? Huius regulæ exempla ſequuntur.

De uſu fundi.

IIII. Regula: Circa fructus habetur Inſtit. d. §. minus, his uerbis: Is qui fundi nudum habet uſum, nihil ulterius habere intelligitur, quàm ut oleribus, pomis, floribus, fœno, ſtramentis & lignis ad uſum quotidianũ utatur. Concordat l. 12. §. Sabinus & Caſſius. ff. eod. tt. cuius uerba hæc ſunt: Sabinus & Caſſius & lignis ad uſum quotidianũ, & horto, & pomis, & oleribus, & floribus, & aqua uſurũ nõ uſq; ad compendiũ: ſed ad uſum, non uſq; ad abuſum. Item Nerua adijcit: Stramentis etiam uſurum, ſed neque folijs, neque oleo, neq; frumento, neq; frugibus uſurum. Sed & Sabinus & Caſſius & Labeo & Proculus hoc amplius etiam ex his quę in fundo naſcuntur, quod ad uictum ſibi ſuisq; ſufficiat ſumpturum, etiam ex his quæ Nerua negauit. Huius regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi cum conuiuis & hoſpitibus ijs utatur. quæ tamen exceptio reprobatur d. l. 12. §. Lubentius, his uerbis: Lubentius ait, etiam cum conuiuis

uiuis & hoſpitibus poſſe uti: quæ ſententia mihi uera uidetur. Aliquo modo enim largius cum uſuario agendum eſt pro dignitate eius cui relictus eſt uſus. *Secunda exceptio eſt: Niſi non in uilla tantum, ſed in oppido etiam iis uti uelit. quæ exceptio in quibuſdam approbatur, in quibuſdam reprobatur. d. l. 12. §. ſed utetur, his uerbis:* Sed utetur his (ut puto) duntaxat in uilla. pomis autem & holeribus, & floribus & lignis uidendum utrum eodem loco utatur duntaxat, an etiam in oppidum ei deferri poſſint? Sed melius eſt accipere, & in oppidum deferenda. neq; enim graue onus eſt horum, ſi abundent in fundo. *Tertia exceptio eſt: Niſi fructus eo modo conſumantur. quæ tamen exceptio reprobatur l. 16. in prin. ff. eod. tt. his uerbis:* Fũdi uſu legato licebit uſuario & ex fœno quod in annum duntaxat ſufficiat capere, licet mediocris prædij eo modo fructus conſumantur: quia & domino & ſeruo ita oteretur, ut nihil alij fructuum nomine ſupereſſet.

V. *Regula circa inſtrumenta fundi habetur l. 17. in prin. ff. eod. tt. his uerbis:* Si ita legatus eſſet uſus fundi, ut inſtructus eſſet, etiam earum rerum quæ in inſtrumentis fundi eſſent, perinde uſus ad legatarium pertinet, ac ſi nominatim earũ rerũ uſus legatus fuiſſet.

VI. *Regula circa cella uinaria & olearia habetur l. 10. §. fin. ff. de uſu & habitat. his uerbis:* Labeo ait, & cella uinaria & olearia eum ſolum uſurum, dominum uerò inuito eo nõ uſurum.

VII. *Regula circa habitationem habetur l. 10. §. ſed quid in ea cauſa. ff. eod. tt. his uerbis:* Labeo ait, Habitare eum in fundo poſſe, dominumq; prohibiturum illò uenire: ſed colonum nõ prohibiturum, nec familiam ſcilicet eam quę agri colendi cauſa illic ſit. Cęterùm ſi urbanam familiam illò mittat, qua ratione ipſe prohibetur, & familiam prohibendam eiuſdem rationis eſt. *Ex his triplex ius circa habitationem conſtat. primum, quòd uſuarius in fundo habitare poßit: ſecundum, quòd dominus in fundo habitare non poßit: tertium, quòd nec familia domini in eo poßit habitare. tertij iuris exceptio hæc eſt: Niſi familia agri colendi cauſa in fundo ſit. quæ & ipſa exceptio ex prædictis patet. Secundi iuris exceptio prima hæc eſt: Niſi dominus agri colendi cauſa in fundo uerſetur. quæ exceptio approbatur l. 16. §. ſicut. ff. eodem tt. his uerbis:* Sicut is cui uſus fundi legatus eſt, quo minus dominus agri colendi cauſa ibi uerſetur, prohibere non poteſt (alioquin & frui dominũ prohiberet.) *Secunda exceptio eſt: Niſi dominus fructuum percipiendorum & colligendorum cauſa in fundo uerſetur. quæ exceptio approbatur l. 12. in prin. ff. eod. tit. his uerbis:* Venire planè proprietarium ad fructus percipiendos magis dicendum eſt, & per tempora fructuum colligendorum etiam habitare illic poſſe admittendum eſt.

VIII. *Regula: Vſuarius ius deambulandi quoq; & geſtãdi habet. quæ regula approbatur l. 12. §. præter. ff. eod. tt. his uerbis:* Præter habitationem quam habet is cui uſus ſit datus, deambulandi quoq; & geſtandi ius habebit.

IX. *Regula: Vſuarius domino fundi moleſtus eſſe non debet, nec iis per quos opera ruſtica fiunt impedimento. quæ regula approbatur l. 11. ff. eod. tt. his uerbis:* In eo fundo hactenus ei morari licet, ut neque domino fundi moleſtus ſit, nec his per quos opera ruſtica fiunt impedimento ſit. *Concordat iiſdem uerbis inſt. eod. tt. §. minus. ibi, in eoq; fundo.*

X. *Regula: Plenum uſum habere debet, ſi & uillæ & prætorij ei relictus eſt. l. 12. in prin. ff. eod. tt.*

De uſu domus.

XI. *Regula circa habitationem habetur Inſtitut. de uſu & habitatione. §. item is qui, his uerbis:* Is qui ædium uſum habet, hactenus ius habere intelligitur, ut ipſe tantum inhabitet: nec hoc ius ad alium transferre poteſt. Et uix receptum eſſe uidetur, ut hoſpitem ei recipere liceat. Et cum uxore liberiſque ſuis, item libertis, nec non perſonis alijs liberis, quibus non minus quàm ſeruis utitur, habitandi ius habeat. *Concordat l. 2. §. domus cum ll. ſequentibus. ff. eodem tt. de uſu & habitatione. cuius hæc ſunt uerba:* Domus uſus relictus eſt aut marito aut mulieri. Si marito, poteſt illic habitare non ſolum ipſe, uerùm cum familia quoq; ſua: an & cum libertis, fuit quæſtionis? Et Celſus ſcribit, etiam cum libertis poſſe hoſpitem quoq; recipere. nam & ita Paulus libro 8. Digeſt. ſcribit. quam ſententiam & Tubero probat. Sed an etiam inquilinũ reci ere poſſit, apud Labeonem memini tractatum eſſe libro Poſteriorũ. Et ait Labeo, eum qui ipſe habitat, inquilinum poſſe recipare. Itẽ & hoſpitem & libertos ſuos. Sed & clientes. Cæterùm ſine eo nec hos quidem habitare poſſe. Proculus autem de inquilino notat non uelle inquilinum dici, qui cum eo habitat: & ſecundum hæc, etſi penſionem habitationis percipiat, dum ipſe quoque inhabitat, non erit ei inuidendũ: quid enim ſi tam ſpacioſæ domus uſus ſit relictus homini mediocri, ut portiuncula contentus ſit? Sed & cum his, quos loco ſeruorum in operis habet, habitabit, licet liberi ſint, uel ſerui alieni. *Ex his conſtat, poſſe eum cui domus uſus debetur, non ſolum ipſum in ea habitare: ſed & cum eo uxorem, familiam, libertos & liberos homines, quibus loco ſeruorum utitur. Itẽ poſſe eum recipere hoſpitem & inquilinum. Cuius tamen iuris exceptio hæc eſt: Niſi ipſe cui uſus domus debetur;*

ſcenicæ ueſtis uſusfructus legerur,uel annuli aurei uel alterius apparatus, alibi quàm in ſcena non utetur. Sed an & locare poſsit, uidendum eſt? & puto locaturum. & licet teſtator commoda re, non locare fuerit ſolitus: tamen ipſum fructuarium locaturum tam ſcieniçam quàm funebrem ueſtem.

XLVIII. *Regula: De uſufructu earum rerum quæ uſu conſumuntur. Hoc caſu proprietas rerũ pertinet ad fructuarium. de qua re uide ſ. cap. prox. memb. 6. de tertio cautionis genere.*

XLIX. *Regula: De re uel uſufructu uendendo, locando uel alij concedendo. Huius loci regula eſt, quòd uſufructuarius uſumfructum rei alij cedere non poſsit. quæ regula approbatur l. 66. §. quoniam. ff. de iure dotium, his uerbis:* Dicimus uſumfructum à fructuario cedi non poſſe, niſi domino proprietatis: etſi extraneo cedatur, id eſt, ei qui proprietatem non habeat, nihil ad eum tranſire, ſed ad dominum proprietatis reuerſurum uſumfructum. *Concordat inſtit de uſufructu. §. item finitur uſusfructus. cuius uerba uide ſ. cap. 2. cauſa 15. in prin. Planè ipſum quidem ius utendi fruendi uſufructuarius alteri cedere nequit: ipſam autem fructuum perceptionem poteſt alteri cedere, uendere, locare, donare, etc. quod notandum loco exceptionis. quæ exceptio approbatur d. l. 66. in fine, his uerbis:* Quidam ergo remedij loco rectè putauerunt introducendum, ut uel locet hunc uſumfructum mulieri maritus, uel uendat numo uno: ut ipſum quidem ius remaneat penes maritum, perceptio uerò fructuum ad mulierem pertineat. *Secundum hanc exceptionem intelligenda ſunt ea quæ dicta ſunt ſuprà cap. 2. cauſa 18. item l. cui uſusfr. 67. ff. de uſufructu & quemadmodum, &c. ubi Iulianus:* Cui uſusfructus legatus eſt (*inquit*) etiam inuito hærede eũ extraneo uendere poteſt. *Huius exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi ueſtimentorum uſumfructum alij locauerit. quæ replicatio approbatur, ſimul & diſtinguitur l. ſed etſi quid. 19. §. & generaliter. ff. de uſufructu & quemadmodum. cuius uerba uide ſ. reg. 47. Planè quod uſufructuarius rei proprietatem alienare, uel pignori obligare non poſsit, de eo non dubitatur l. 6. ibi: nam uſufructuarius. C. de uſufructu. cuius uerba uide ſ. lib. 15. cap. 9. quæſt. 5. except. 8. Concordat item l. 9. C. eod. tit. cuius uerba uide ſ. reg. 48.*

L. *Regula: Vſufructuarius conductorẽ poteſt repellere. quæ regula approbatur l. arbores. 59. ibi: ſed & ad ff. de uſufructu & quemad. cuius uerba uide ſ. reg. 2.*

LI. *Regula: Rem uſucapere non poteſt uſufructuarius. de qua re uide ſ. lib. 22. cap. 4. except. 26.*

LII. *Regula: Si uſufructuarius de ſoli uitio quid præſtiterit, ius dominij ad eum transfertur. approbatur hæc regula l. 10. §. fin ff. de damno infecto, his uerbis:* Si uſufructuarius de ſoli uitio quid præſtiterit, ius dominij ad eum trãsferri oportet. *Scilicet proprietario præſtare nolente, ut ex dicta leg. patet.*

LIII. *Regula: Vſufructuario ſi in re, cuius uſumfructum habet, furtum factum ſit, uel damnum datum, actio eo nomine competit. De qua re in ſingulis actionum ſpeciebus ſuo loco dicetur.*

LIIII. *Regula: Proprietarius non impedire debet uſufructuarium utentem fruentem. quæ regula approbatur l. ſed etſi quid. 19. §. proprietatis. ff. de uſufructu & quemadmodum, his uerbis:* Proprietatis dominus non debet impedire fructuarium utentem, ne deteriorem eius cõditionem faciat De quibuſdam planè dubitatur. ſi eum uti prohibeat, &c. *Reliqua uide ſuprà cap. eod. reg. 11.*

LV. *Regula: Proprietarius rem alienare non prohibetur. quæ regula approbatur in caſu ſimili l. 38. in prin ff. de uſufructu legato, his uerbis:* Fundi Trebatiani reditus uxori meæ, quoad uiuet dari uolo: quæro an poſsit tutor hæredis fundum uendere? Reſpondi, poſſe. *Sed & approbatur regula propoſita in ſpecie pignoris l. 2. C. de uſufructu, his uerbis:* Verbis teſtamenti. quæ precibus inſeruiſti, uſumfructum legatum tibi animaduertimus: quæ res non impedit proprietatis dominum obligare creditori proprietatem, manente ſcilicet integro uſufructu tui iuris.

LVI. *Regula: Proprietarius conſentiente fructuario, locum poteſt facere religioſum, quamuis ſeruitutem, etiam fructuario conſentiente (ut ſuprà dictum eſt) prædio imponere non poſsit. approbatur l. locum 21. in prin. ff. de uſufructu & quemadmodum, his uerbis:* Locum religioſum facere poteſt conſentiente uſufructuario: & hoc eſt uerum, ſed fauore religionis. Sed interdum & ſolus proprietatis dominus locum religioſum facere poteſt. finge enim eum teſtatorem inferre, cum non eſſet tam opportunè ubi ſepeliretur.

LVII. *Regula: Vſufructuarius boni uiri arbitratu uti debet, eoq; nomine cauere proprietario: de qua re infrà capite proximo.*

LVIII. *Regula habetur l. æquiſsimum. 17. §. fructuarius. ff. de uſufructu & quemadmodum, hiſce uerbis:* Fructuarius cauſam proprietatis deteriorem facere non debet, meliorem facere poteſt. *Concordat l. ſed etſi quid. 19. §. & generaliter. ff. eod. tit. cuius uerba uide ſ. reg. 47. Hactenus de iure uſufructuarij regulæ expoſitæ ſunt. Sed & plures huiuſmodi regulas uide ſ. cap. prox quæſt. 4. item infrà in duob. cap. prox.*

DE CAVTIONE VSVFRVctuarij. Cap. VI.

I. CAVSA EX QVA CAuendum, cum ſuis exceptionibus.

SI cuius rei uſusfructus uendicatur uel debetur, uſufructuarius cauere debet proprietario ſe boni uiri arbitratu uſurum fruiturum, &c. quæ regula approbatur l.1. in prin. ff. uſufructuarius quemadmodum caueat, his uerbis: Si cuius rei uſusfructus legatus ſit, æquiſsimum prætori uiſum eſt de utroq; legatarium cauere, & uſurum ſe boni uiri arbitratu: & cum uſusfructus ad eum pertinere deſinat, reſtituturum quod inde extabit. *Concordat l. ſi cuius. 13. ff. de uſufructu & quemadmodum. ubi Iulianus:* Si cuius rei uſusfructus legatus erit, dominus poteſt in ea re ſatiſdationẽ deſiderare, ut officio iudicis hæc fiat. Nam ſicuti debet fructuarius uti frui, ita & proprietatis dominus ſecurus eſſe debet de proprietate. Hoc autem ad omnem uſumfructũ pertinere, Iulianus probat. *Concordat item l.4. C. de uſufructu, his uerbis:* Vſufructu conſtituto, cõſequens eſt ut ſatiſdatio boni uiri arbitratu præbeatur ab eo ad quem id commodũ peruenit, quod nullam læſionẽ ex uſu proprietati adferat: nec intereſt ſiue ex teſtamento, ſiue ex uoluntario contractu uſusfructus conſtitutus eſt. *Planè habet regulã propoſita ſuas exceptiones, quæ ſequuntur.*

I. EXCEPTIO: *Niſi non uſusfructus, ſed uſus tantùm uel operæ relictæ ſint. Hæc exceptio reprobatur l.5. §. ſed etſi. ff. uſufructuarius quemadmodum caueat, his uerbis:* Sed etſi uſus ſine fructu legatus erit, adempta fructus cauſa ſatiſdare iubet prætor: hoc merito ut de ſolo uſu, non etiam de fructu caueatur. Ergo et ſi fructus ſine uſu obtigerit, ſtipulatio locũ habebit: etſi habitatio uel operæ hominis uel cuiuſcunq; alterius animalis relictæ fuerint, ſtipulatio locum habebit, licet per omnia hæc uſumfructum non imitentur. *Concordat l.5. §. fin. ff. de uſufr. earum rerum quæ uſu conſum. cuius uerba uide 3. cap. 8. quæſt. 1. reg. 24. Concordat l.10. ff. eod. tit. his uerbis:* Si uſus tantum pecuniæ legatus ſit (quia in hac ſpecie uſus appellatione & fructum cõtineri magis accipiendum eſt) ſtipulatio iſta erit interponenda. *Concordat item l.6. ff. de uſufr. quemadm. caueat, his uerbis:* Idem eſt & in reditu prædij, ſicuti ſi uindemia legata ſit uel meſsis: quamuis ex uſufructu ea percipiantur, morteq; legatarij ad hæredem redeãt.

II. EXCEPTIO: *Niſi res ſoli ſit. Et hæc exceptio reprobatur l.1. §. hæc ſtipulat. ff. uſufr. quẽadmodũ caueat. his uerbis:* Hæc ſtipulatio ſiue mobilis ſit res, ſiue ſoli interponi debet.

III. EXCEPTIO: *Niſi uſu domus relicto hæredes cum uſuario ſimul habitent. Et hæc exceptio reprobatur leg.11. ff. eod. tit. his uerbis:* Vſu quoque domus relicto uiri boni arbitratu cautionem interponi oportet. nec mutat, ſi pater hæredes filios ſimul habitare cum uxore legataria uoluit.

IIII. EXCEPTIO: *Niſi quis rei communis uſumfructum ſocio legauerit. Hæc exceptio reprobatur l.10 ff. d. tit. his uerbis:* Si ſerui qui nobis communis erat, uſumfructum tibi legauero, neceſſaria erit hæc cautio hæredi meo. quamuis enim de proprietate poſſit communi diuidundo experiri, tamen cauſa uſusfructus, qui tuus proprius eſt, ad officium communi diuidundo, iudicia non pertinebit.

V. EXCEPTIO: *Niſi debitori uſusfructus nominis ſit relictus. Et hæc exceptio reprobatur l.1. cum l. ſequente ff. de uſufructu earum rerum quæ uſu conſumuntur, his uerbis:* Idem tamen Nerua, ipſi quoq; debitori poſſe uſumfructum nominis legari ſcribit, & remittendas ei uſuras. Ergo & cautio etiam ab hoc exigenda erit.

VI. EXCEPTIO: *Ex cauſa ex qua debetur uſusfructus, ducta, reprobatur l.1. §. planè etſi mortis. ff. uſufruct. quemadmodum caueat. his uerbis:* Planè etſi mortis cauſa donatione uſusfructus conſtituatur exemplo legatorum, debebit hæc cautio præſtari: ſed etſi ex alia quacunq; cauſa conſtitutus fuerit uſusfructus, idem dicendum eſt. *Concordat l. ſi cuius 13. ff. de uſufructu & quemadmod. cuius uerba uide 3. eod. cap. in prin. Concordat item l.4. in fine. C. de uſufructu. cuius uerba uide ibidẽ. Vnde Vlpianus:* Illud ſciendum eſt (*inquit*) ad fideicommiſſa etiã aptari eum debere.[a] *item alibi:* Illud ſciendum eſt (*ait*) ſiue iure ipſo quis uſumfructum habeat, ſiue etiam per tuitionem prætoris, nihilominus cogendum eſſe fructuarium cauere, aut actiones ſuſcipere.[b]

a d.l.1.§. illud sciend.

b l.9.§. illud sciẽd. ff. uſuf. quemad. caueat.

VII. EXCEPTIO: *Niſi uſufructuario proprietas quoq; ex die ſit legata. Hæc exceptio approbatur l.9. §. planè ſi. ff. uſufruct. quemadmod. caueat. his uerbis:* Planè ſi ex die proprietas alicui legata ſit, uſusfructus purè, dicendum eſſe, Pomponius ait, remittendum eſſe hanc cautionem fructuario: quia certum ſit ad eum proprietatem uel ad hæredem eius peruenturam.

VIII. EXCEPTIO: *Niſi teſtator cautionem exigi in teſtamento prohibuit. Hæc exceptio ſine dubio ipſo quidem iure ſubſiſtit, uerùm tamen replicationem recipit primã hanc: Niſi pecuniæ uſusfructus ſit relictus. quæ replicatio approbatur l.1. C. de uſufructu, his uerbis:* Si uſusfructus omnium bonorũ teſtamento uxoris marito relictus eſt, quamuis cautionẽ à te prohibuerit te-

ſtamento exigi: tamen non aliter à debitoribus ſolutam pecuniam accipere poterit, quàm oblata ſecundum formam ſenatuſconſulti cautione. *Concordat l.6.in prin.ff.ut in poſſeß.legatorum his uerbis:* Si pecuniæ numeratæ uſusfructus legatus eſſet, & in teſtamento cautum ne eo nomine ſatisdaretur: proprietas legata nō eſt, ſed legatario permittendum ſatisdare, & uſumfructum pecuniæ habere, & procedendū eſt in hac propoſitione. Sed nullæ prætoris erūt partes: quia niſi ſatiſdetur, agi cum hærede non poterit. *Secunda replicatio eſt: Niſi cautio boni uiri arbitratu uſurum ſe, & fruiturum teſtamento ſit remiſſa. quæ replicatio approbatur l.7. C.ut in poſſeß.legat.his uerbis:* Scire debetis, fideicōmiſsi & legati ſatiſdatione remitti poſſe, diuum Marcum & diuum Commodū cōſtituiſſe: ut autem boni uiri arbitratu, cui uſusfructus relictus eſt, utatur fruatur, minimè ſatiſdationem remitti in teſtamento poſſe.

IX. EXCEPTIO: *Niſi hæres pro legatario ſatiſdare iuſſus ſit. Hæc exceptio reprobatur in caſu l.8.ff.de uſufr.ear rer.quæ uſu conſumuntur.cuius hæc ſunt uerba:* Tribus hæredibus inſtitutis, uſumfructum XV. milium Titio legauit, & duos ex hæredibus iuſsit pro legatario ſatiſdare: placebat utile eſſe cautionis quoque legatum. nec refragari ſenatuſconſultum: quia cautio non impediretur. & eſſe alterum legatum ueluti certi, alterū incerti. Vſusfructus itaq; nomine partem pecuniæ petendam ab eo qui ſatis accepit à cohærede, incertiq; cum eodem agendum, ſi ſatis non dediſſet: eum uerò qui ſatis præſtiterit, ac propter moram cohæredis ſatis non accepit, neq; uſusfructus nomine interim teneri propter ſenatuſconſultū, neque actione incerti, quia cohæredi ſatiſdedit. Illud etiam nobis placet, legatariū cogendum promittere. *Ibidē paulo pòſt ſequitur:* De illo nec diu tractandum fuit, ſecundū legatum, id eſt, cautionis, non hæredū uideri: ſed eius cui pecuniæ uſusfructus relictus eſt, cuiq; teſtator proſpicere uoluit, & cuius intereſſe credidit fideiuſſores non ſuo periculo quærere.

II. QVI CAVERE DEbeant?

Huius loci prima regula hæc eſt, quòd hæredes pro legatario cauere iuſſi, cauere teneantur: ſed & ipſe legatarius promittere teneatur. de qua re iam dictum eſt. Secūda huius loci regula eſt leg.9 in prin. ff.uſufr.quemadmodū caueat, hiſce uerbis: Si uſusfructus mihi legatus ſit, eumq; Titio reſtituere ſim rogatus, uidendū eſt quis debeat cauere, utrum Titius an ego qui legatarius ſum, an illud dicimus me cum hæredē acturū ut caueat, & cum fideicommiſſario me agere debere? Et eſt expeditius hoc dicere, ſi mihi ſpes aliqua durat uſusfructus: & cū tu amiſeris, poteſt ad me redire. hoc eſt, ad legatariū, ita rem expediri ut tu mihi, ego domino proprietatis caueā. Quod ſi fideicommiſſarij cauſa uſusfructus mihi relictus eſt, nec eſt ulla ſpes ad me reuertēdi uſusfructus, recta uia fideicommiſſariū cauere oportet domino proprietatis.

III. QVIBVS CAuendum?

Huius loci regula prima habetur leg. ſi uſusfructus.16.in prin.ff.de uſufructu & quemadmodū, his uerbis: Si plures ſint à quibus uſusfructus relictus eſt, ſingulis ſatiſdari oportet. *Concordat l.9.§.fin.ff.uſufruct.quemadmodū caueat, his uerbis:* Si plures domini ſint proprietatis, unuſquiſq; pro ſua parte ſtipulabitur. *Secunda regula habetur l.9.in prin ff.uſufruct.quemadmodum caueat, his uerbis:* Si tibi uſusfructus, & mihi proprietas legata ſit, mihi cauendum eſt: ſed ſi mihi ſub cōditione proprietas legata ſit, quidam ut Marcellus & hæredi & mihi cauendum eſſe putāt. quæ ſententia uera eſt. *Concordat prior l.6.ff.de uſufructu ear. rerum quæ uſu conſumuntur. ubi Iulianus:* Et nō hæredi (*inquit*) ſed tibi caueri boni uiri arbitratu. *Cuius reliqua uerba uide ſ. cap. 4. quæſt.4.reg.15.except.3. Cōcordat item l.9. ff. ſi cui plus quàm per legem. cuius uerba cum propoſitæ regulæ exceptione uide in Comment. de legatis cap.19. caut.4. quæſt.2. Tertia regula habetur d.l.8.§. ut ſi mihi, his uerbis:* Si mihi legata ſit proprietas, & cum ad me pertinere deſierit alij, & hic utriſque cauendum, ut ſuprà placuit. *Quarta regula habetur d.l.8.§.fin. his uerbis:* Si duobus coniunctim uſusfructus legatus ſit, inuicem ſibi cauere debent, & hæredi in caſum illum, ſi ad ſocium non pertineat uſusfructus hæredi reddi. *Concordat l. 6. §. fin. ff. de uſufructu earum rerum quæ uſu conſumuntur, his uerbis:* Si duobus eorundem decem uſusfructus legatus fuerit: quina accipient. & inuicem hæredi ſatisdabunt. *Concordat item l.æquißimum.17.in prin.ff.de uſufructu & quemadmodum. cuius uerba uide ſ.cap.4.quæſt.1.reg.6.*

IIII. VBI CAVENdum?

Huc pertinet l. 8.§.tutor. ff. qui ſatiſdare cogantur, cuius hæc ſunt uerba: Vt de reſtituenda domino proprietate caueat is, cui uſusfructus datus eſt, mittendus eſt in municipiū: quia neceſſaria eſt ſatiſdatio. *Ad hæc uerba intelligēda repetēda ſunt uerba l.7.§.ſi neceſſaria.ff.d. tt. quæ talia ſunt:* Si neceſſaria ſatiſdatio fuerit, & non facilè poſsit reus eā ibi præſtare, ubi conuenitur, poteſt audiri, ſi in alia eius

ius prouinciæ ciuitate ſatiſdationem præſtare paratus ſit. Si autem ſatiſdatio uoluntaria eſt, &c.

V. QVANDO CAuendum?

Huc pertinet l.10.§.fin ff de uſufructu earum rerum quæ uſu conſumuntur, cuius hæc ſunt uerba: Quidam aiunt non ante hanc interponi ſtipulationem, quàm data fuerit pecunia (ſcilicet cuius uſusfructus eſt relictus.) Ego autem puto, ſiue antea, ſiue poſtea pecunia data ſit, tenere ſtipulationem.

VI. QVID, SEV DE QVA re cauendum?

Huius loci regula prima habetur l.1.in prin.ff.uſufruct.quemadmod.caueat, hiſce uerbis: Si cuius rei uſusfructus legatus ſit, æquiſsimum prætori uiſum eſt de utroq; legatarium cauere, & uſurum ſe boni uiri arbitratu: & cum uſusfructus ad eum pertinere deſinat, reſtituturum, quod inde extabit. *Planè regula hæc recipit exceptionem hanc: Niſi pecuniæ uel alterius rei, quæ uſu conſumitur, uſuſfr. ſit relictus. hoc enim caſu uſufructuarius neutrum iſtorum cauet: ſed hoc tantum, ſe finito uſufructu tantam pecuniam uel eiuſdem qualitatis & quantitatis res reſtituturum. de qua re dictum ē.cap.1.excep.2.& paulo inferius hoc Capite dicetur.*

DE CAVTIONE, SE BOni uiri arbitratu uſurum fruiturum.

Cauere igitur debet (*inquit Vlpianus*) uiri boni arbitratu perceptum iri uſumfructū, hoc eſt non deteriorem ſe cauſam uſusfructus facturum, cæteraq; facturum, quæ in re ſua faceret.a

a d.l.11.4.ca. uers.

DE CAVTIONE REM reſtitui.

Quod diximus (*inquit Vlpianus*) id quod inde extabit reſtitutum iri, non ipſam rem ſtipulatur proprietarius (inutiliter enim rem ſuam ſtipulari uidetur) ſed ſtipulatur reſtitui quod inde extabit. Interdum autē inerit proprietaris æſtimatio, ſi fortè fructuarius cum poſsit uſucapionem interpellare, neglexit. b

b d.l.1.4.fin.

DE TERTIO GENERE CAVtionis, quando ſcilicet uſus fructus rei quæ uſu conſumitur, eſt relictus.

Hoc caſu tria maximè ſunt de quibus cauetur: primùm, ſi pecuniæ uſusfructus legatus ſit, cauet legatarius hæredi de tanta pecunia reſtituēda, quantā accepit. quod approbatur Inſtit. de uſufr.§. conſtituitur, his uerbis: Si pecunię uſusfructus legatus ſit, ita datur legatario ut eius fiat, & legatarius ſatiſdet hæredi de tanta pecunia reſtituenda, ſi morietur, aut capite minuetur. *Concordat l.4.ff.de uſufructu earum rerum quæ uſu conſumūtur. cuius uerba uide ē.quæſt.1.except.5. Concordat item l.2. in prin.ff. eod. tt. cuius uerba uide ē. cap.1.except.2.repl.1. Secundò, ſi aliarum rerum quæ uſu conſumuntur, uſusfructus relictus eſt, æſtimatis his cauetur de tanta pecunia reſtituenda, quanti res fuerint æſtimatæ. quod approbatur Inſtit. d. §. conſtituitur, his uerbis:* Cæteræ quoq; res ita traduntur legatario, ut eius fiant: ſed æſtimatis his ſatiſdatur, ut ſi moriatur, aut capite minuatur, tanta pecunia reſtituatur, quanti hæ fuerint æſtimatæ. *Tertiò cauetur etiam hoc poſteriore caſu eiuſdem qualitatis res reſtitui. quod approbatur l. 7.ff.de uſufructu earum rerum quæ uſu conſumuntur, his uerbis:* Si tibi uini, olei, frumenti uſusfructus legatus fuerit, proprietas ad legatarium debet transferri, & ab eo cautio deſideranda eſt, ut quandocūq; is mortuus aut capite deminutus ſit, eiuſdem qualitatis reſtituatur; aut æſtimatis rebus certæ pecuniæ nomine cauendum eſt, quod & commodius eſt: idem ſcilicet de cæteris quoq; rebus, quæ uſu conſumuntur, intelligimus. *Poſtremò in hoc tertio cautionis genere notandum, quòd duos tantum caſus complectatur, mortem ſcilicet, & capitis deminutionem uſufructuarij. quod approbatur l.9.cum l.ſequēte.ff. de uſufructu earum rerum quæ uſu conſumuntur, his uerbis:* In ſtipulatione de reddendo uſufructu pecuniæ duo ſoli caſus interponuntur, mortis & capitis deminutionis: quoniam pecuniæ uſus aliter amitti non poteſt, quàm his caſibus. *Concordat l.7. §.fina li. ff. de uſufruct. quemadmodum caueat, his uerbis:* Cum uſusfructus pecuniæ legatus eſt, exprimi debent hi duo caſus in ſtipulatione: Cum morieris, aut capite minutus eris, dari. Idcirco hi duo ſoli caſus: quoniam pecuniæ uſus aliter amitti non poteſt, quàm his caſibus. *Hæc de prima propoſitæ quæſtionis regula. Altera regula eſt, quòd uſufructu omnium bonorum relicto, uſuræ quoq; nominum ante cautionem debitæ uelut ſortes in cautionem deducēdæ ſint. quæ regula approbatur, ſimul & diſtinguitur l. 24. ff. de uſufructu legato. cuius uerba uide ſuprà cap.4. membr.4. reg.5.uerſ.Vſuræ quoq;.*

VII. EVENTVS ET conſequentia cautionem.

Huius loci prima reg. habetur l.1. §. rectè autem. ff.uſufruct.quemadmodum caueat, his uerbis: Rectè facient & hæres & legatarius, qualis res ſit, cum frui incipit legatarius, ſi in teſtatum redegerint, ut inde poſsit apparere, an & quatenus rem peiorem legatarius fecerit. *Altera regula eſt de actione quæ ex hac cautione ſeu ſtipulatione deſcendit. de qua J.cap.proximo.*

DE ACTIONIBVS PROPRIEtarij aduerſus fructuarium, & de actione in rem negatoria.

Cap. VII.

De actione prætoria ex ſtipulatu, ex cautione ſupradicta deſcendens.

I. RATIO HVIVS actionis

H*Abetur l. ſi uſusfructus. 16. §. deniq; conſultus. ff. de uſufructu & quemadmod. his uerbis*: Conſultus Iulianus quòd bonum fuit actionem polliceri prætorem, cum competat legis Aquiliæ actio? Reſpondit, quia ſunt caſus quibus ceſſat Aquiliæ actio, & ideo iudicem dari, ut eius arbitratu utatur & fruatur. Nam qui agrum nõ proſcindit, qui uites non ſubſerit, item qui aquarum ductus corrumpi patitur, lege Aquilia non tenetur: eadem & de uſuario dicenda ſunt.

II. CAVSAE EX QVIBVS hæc actio detur.

Huc pertinet l. 1. §. habet autem ff. uſufr. quemadmodum caueat. cuius hæc ſunt uerba: Habet ſtipulatio iſta duas cauſas. unã, ſi aliter quis utatur, quàm uir bonus arbitrabitur: aliam de uſufructu reſtituendo. quarum prior ſtatim committetur, quàm aliter fuerit uſus, & ſæpius committetur: ſequens committitur finito uſufructu.

Prioris cauſæ ſpecies ſunt.

1 *Si non boni uiri arbitratu ſit uſus. quæ ſpecies qualis ſit declaratur d. l. 1. §. cauere. cuius uerba uide ſuprà capite proximo, memb. VI. de cautione, ſe boni uiri arbitratu, &c.*

2 *Si non omnem curam & cuſtodiam rei præſtiterit, ſi eum poſſet uſucapionem non interpellauit. quæ ſpecies approbantur d. l. 1. §. finali. cum l. ſequente, his uerbis*: Interdum inerit proprietatis æſtimatio, ſi fortè fructuarius, cum poſsit uſucapionem interpellare, neglexit: omnem enim rei curam ſuſcepit. nam fructuarius cuſtodiam præſtare debet.

3 *Si dolo malo quid in ea re ſit actum. Hæc ſpecies approbatur l. 5. in princip. ff. eod. tit. cuius uerba uide paulo inferius. Alias prioris cauſæ ſpecies uide ſ. cap. 5. de iure uſufructuarij. Huius autem prioris cauſæ exceptio uidetur eſſe talis: Niſi ſtipulatio ſemel ſit commiſſa. quæ tamen exceptio reprobatur l. 1. §. habet autem. ibi: & ſæpius committetur. ff. uſufruct. quemad. caueat. cuius uerba uide paulo ſuperius. Alia eius exceptio uidetur eſſe talis: Niſi non promiſſor, ſed alius fecerit. quæ tamen exceptio reprobatur l. 5. in prin. ff. uſufruct. quemadmodum caueat. his uerbis*: Hac ſtipulatione dolum malum abeſſe, abfuturumq; eſſe continetur: & cum in rem ſit doli mali mentio concepta, omniũ dolum comprehendere uidetur ſucceſſorum & adoptiui patris.

De poſteriore cauſa, hoc eſt de uſufructu reſtituendo.

Si ergo finitus ſit uſusfruct. fructuarius, eiusúe hæres rem proprietario hac actione tenetur reſtituere. cuius regulæ ſeu cauſæ exceptio prima ducitur ex cauſa, ex qua finitur uſusfructus. quæ exceptio reprobatur l. 1. in prin. ff uſufr. quemad. caueat. his uerbis: Omnes caſus continentur hac ſtipulatione, quibus uſusfructus amittitur. *Secunda exceptio eſt: Niſi uſusfructus nondum cœperit. quæ exceptio reprobatur d. l. 3. in prin. his uerbis*: Deſinere pertinere uſumfructum accipiemus, etiamſi nec cœperit pertinere, quamuis legatus ſit: & committetur nihilominus ſtipulatio, quaſi deſinat pertinere quod nec cœperit. *Tertia exceptio eſt: Niſi uſusfructus ſit repetitus legato. Hæc exceptio approbatur d. l. 3. §. ſi uſusfructus, his uerbis*: Si uſusfructus repetitus erit legato, quotieſcunq; amiſſus fuerit, niſi utiliter fuerit cautum, committetur iſta ſtipulatio: ſed exceptione opus erit. *Plura de hac exceptione uide ſuprà cap. 2. cauſa 2. except. 4. Quarta exceptio eſt: Niſi uſufructuario proprietas etiam ſub conditione ſit legata. Hæc exceptio approbatur d. l. 3. §. ſed etſi. his uerbis*: Si quis uſumfructum tibi legauerit, & ſub conditione, ſi liberos habueris proprietatem amiſſo uſufructu, committetur quidem ſtipulatio, ſed exceptio locum habebit. *Quinta exceptio eſt: Niſi hæres qui uſumfructum reddi ſtipulatus eſt, proprietatem alienauerit. Hæc exceptio approbatur d. l. 3. §. ſi hæres, his uerbis*: Si hæres alienauerit proprietatem, & poſtea amittatur uſusfructus, an ex ſtipulatu agere poſsit, uideamus? Et fortius dici poteſt, ipſo iure non committi ſtipulationem: quia neque hæredi ſucceſſoribusúe eius reſtitui poteſt: neq; is cui poteſt, id eſt, ad quem peruenit proprietas, pertinet ad ſtipulationẽ: ſed is ad quem peruenerit tempore quæſiti dominij ſibi proſpicere alia quoq; cautione debet. quod etſi non fecerit, nihilominus in rem actione uti poteſt. *Sexta exceptio: Niſi uſufructuarius proprietatem rei ſit nactus. Hæc exceptio approbatur l. 4. ff. uſufru. quemadmodum caueat. his uerbis*: Si fructuarius proprietatem aſſecutus fuerit, deſinit quidem uſusfructus ad eum pertinere propter confuſionem: ſed ſi ex ſtipulatu cum eo agetur, aut ipſo iure inutiliter agi dicendum eſt, ſi uiri boni arbitrium hucuſq; porrigitur, aut in factum excipere debebit. *Septima exceptio eſt: Niſi cautum non ſit. de hac re dicetur infrà inter Aſſinia huius actionis remedia. Octaua exceptio eſt: Niſi fructuario ſumptus quos*

in rem

in rem fecit, non reſtituantur. Hæc exceptio approbatur argumento l. 7. C. de uſufructu, his uerbis: Eũ ad quem uſuafructus pertinet, ſarta tecta ſuis ſumptibus præſtari debere, explorati iuris eſt: proinde ſi quid ultra quàm impondi debeat, erogatum poteſt doceri, ſolenniter repoſces. Concordat l. 10. §. fin. ff. de damno infecto. cuius uerba uide š. cap. 5. reg. 52. Nona exceptio eſt: Niſi reſtituerit rem uſufructuarius. quæ quidẽ exceptio ipſo iure ſubſiſtit, ſed replicationẽ admittit hanc: Niſi deteriorẽ reſtituerit, quæ replicatio & ipſa iure ſubſiſtit, ſed recipit duplicationem, in uſufructu ueſtis l. 9. §. ſi ueſtis. ff. uſufruct. quemad. caueat, his uerbis: Si ueſtis uſusfructus legatus ſit, ſcribit Pomponius, quanquam hæres ſtipulatus ſit, finito uſufructu ueſtem reddi; ait tamen, non obligari promiſſorem, ſi eam ſine dolo malo attritam reddiderit. Plures huiuſmodi exceptiones uide š. cap. 2. & cap. 3.

III. QVIBVS DATVR hæc actio?

De hærede & eo cui hæres proprietatem alienauit, uide paulo ſuprà except. 5.

IIII. QVANDO DETVR hæc actio?

Ex priore cauſa ſi non boni uiri arbitrio utatur fructuarius, ſtatim committitur ſtipulatio, ex poſteriore cauſa non niſi finito uſufructu. quæ regula approbatur l. 1. §. utilem. ff. uſufruct. quemadmodum caueat, his uerbis: Vtilius uiſum eſt ſtipulatione de hoc caueri, ut ſi quis non boni uiri arbitratu utatur, committatur ſtipulatio ſtatim, nec expectabimus ut amittatur uſusfructus. Approbatur inſuper ead. leg. §. habet. cuius uerba uide š. eod. cap. memb. 2. in prin.

V. OFFICIVM IVDICIS in hac actione

Habetur l. ſi uſusfruct. 16 §. cum igitur. ff. de uſufr. & quemadmodum, his uerbis: Cum de uſufructu agitur, non ſolum quod factum eſt arbitratur: ſed etiam in futurum, quemadmodum uti frui debet.

VI. ADFINIA HVIVS Actionis remedia.

Huius loci reg. prima: De actione legis Aquiliæ, & interdicto Quod ui aut clam, habetur d. l. ſi uſusfructus. §. de præteritis, hiſce uerbis: De præteritis damnis fructuarius etiã lege Aquilia tenetur, & interdicto Quod ui aut clàm, ut Iulian. ait. Nam fructuarium quoq; teneri his actionibus, nec non furti, certum eſt: ſicuti quemlibet alium, qui in aliena re tale quid commiſerit. Concordat l. ſed etſi quid. 19. §. & generaliter. ff. eodem titulo. cuius uerba uide š. cap. 5. reg 47. Secunda regula: Si abſente fructuario hæres quaſi negocium eius gerens inſulam reficiat, negociorum geſtorum habet actionem. quæ regula approbatur l. ſi abſente. 48. in prin. ff. de uſufructu & quemadmodum, his uerbis: Si abſente fructuario hæres quaſi negociũ eius gerens, reficiat, negociorum geſtorum actionem aduerſus fructuarium habet, tametſi ſibi in futurum hæres proſpiceret. Sed ſi paratus ſit recedere ab uſufructu fructuarius: non eſt cogendus reficere, ſed actione negociorum geſtorum liberatur. Tertia regula eſt: Si cautum non ſit, proprietario condictio competit, ut ei caueatur. quæ regula approbatur l. 5. §. ſi pecuniæ. ff. de uſufructu earum rerum quæ uſu conſumuntur, his uerbis: Siquidem adhuc conſtante uſufructu cautionem quis uelit condicere, dici poteſt omiſſam cautionem poſſe condici incerti condictione. Concordat l. 3. §. fin. ff. uſufr. quemad. caueat. cuius uerba uide š. queſt. 2. except. 5. Concordat item l. 7. in prin. ibi; ſed & ipſa ſtipulatio. ff. eod. tit. cuius uerba uide paulo inferius. Concordat item l. ſi cuius. 15. in prin. ff de uſufructu & quemadmodum. cuius legis uerba uide š. capite prox. in princip. Planè per replicationem quoq; hoc caſu ſtipulatio obtineri poteſt. quod remedium approbatur d. leg. 7. in princip. his uerbis: Si uſusfructus nomine re tradita ſatiſdatum non fuerit, Proculus ait, poſſe hæredem rem uendicare: & ſi obijciatur, exceptio de re uſusfructus nomine tradita replicandum erit. quæ ſententia habet rationem. Sed & ipſa ſtipulatio condici poterit. Quarta regula: Si cautum non ſit, rei finito uſufructu condici non poteſt. quæ regula approbatur l. 12. §. fin. ff. uſufruct. quemadmodum caueat, his uerbis: Videndum eſt de condictione, an poſſit locum habere: & proditum eſt, neminem rem ſuam niſi à fure condicere poſſe. Huius regulæ exceptio hæc eſt: Niſi eius rei uſusfructus ſit, quæ uſu conſumitur. quæ exceptio approbatur l. 5. §. ſi pecuniæ ff. de uſufruct. earum rerum quæ uſu conſumuntur, his uerbis: Si pecuniæ ſit uſusfructus legatus, uel aliarũ rerũ quæ in abuſu conſiſtũt, nec cautio interueniat: uidẽdum eſt finito uſufructu, an pecunia quæ data ſit, uel cæteræ res, quæ in conſumptione ſunt, condici poſsint? Et finito uſufructu ipſam quantitatem Sabinus putat poſſe condici. quam ſententiam & Celſus probat, quæ mihi non inarguta uidetur. Concordat l. 10. ff. de præſcriptis uerbis, hiſce uerbis: Partis tertiæ uſumfructum uxori legauit, hæredia bona ab eius creditoribus diſtracta ſunt, & pecuniam quæ ex æſtimatione tertiæ partis fiebat, mulier accepit fruendi cauſa, & per ignorantiam ſtipulatio prætermiſſa eſt: quæro an ab hærede mulieris pecunia, quæ fruendi cauſa data eſt, repeti poſsit, & qua actione? Iabolenus reſpondit, in factum actionem dari debere. Quinta regula: Si cautum non ſit, in rem actio eſt, id

eſt, ad rem reſtituendam. quæ regula approbatur l. 12. §. ſi igitur. ff. uſufruct. quemadmodum caueat, his uerbis: Si tradita ſunt utendi fruendi cauſa, nemo dubitat non fieri eius qui accepit. non enim ideo traduntur, ut dominium recedat ab eo qui tradidit: ſed ut utatur fruatur legatarius. Ergo cum non fiant fructuarij uaſa, uendicari à proprietario poſſunt cautione non data. *Concordat l. 3. §. fin. ff. eod. tt. cuius uerba uide s̄. quæſt. 2. except. 9. Concordat item l. 7. in prin. ff. eod. tt. cuius uerba uide paulo ſuperius reg. 3. Sexta huius loci regula, de ſerui corrupti & iniuriarum actione, habetur l. cum uſufructuario. 66. ff. de uſufruct. & quemadmodum. his uerbis:* Cum uſufructuario non ſolum legis Aquiliæ actio competere poteſt, ſed & ſerui corrupti & iniuriarum, ſi ſeruū torquendo deteriorem fecit.

¶ De actione in rem negatoria.

I. CAVSA EX QVA DAtur hæc actio?

Si quis alteri ius utendi fruēdi eſſe neget. quæ cauſa approbatur l. 5. in prin. ibi: quanquam. ff. ſi uſusfructus petatur. cuius uerba uide s̄. cap. 4. quæſt. 2. reg. 1. Concordat Inſt. de actionibus. §. æque ſi agat. ibi: contra. cuius uerba uide J. lib. proxim. cap. 4. in princip.

II. QVIBVS COMPETIT hæc actio?

Ei qui proprietatem non habet, non competit hæc actio. quæ regula approbatur d. l. 5. § quod ſi fortè, his uerbis: Si fortè qui agit, dominus proprietatis non ſit, quamuis fructuarius ius utendi non habeat, uincet tamen iure quo poſſeſſores potiores ſunt, licet nullum ius habeat. *Etiam poſſeſſori datur hæc actio. quæ regula approbatur l. 6. §. ſicut fructuario. ff. eod. tt. cuius uerba uide s̄. cap. 4. memb. 2. reg. 2. item memb. 4. reg. 3. except. 2.*

III. QVID VENIAT?

Etiam fructus in hanc actionem ueniunt. quæ regula approbatur, ſimul & diſtinguitur d. §. ſicut fructuario. cuius uerba uide d. except. 2. Concordat l. 5. in fine. C. de uſufructu. cuius uerba uide s̄. cap. 2. cauſa 20. Reliqua huius actionis negatoriæ iura uide J. lib. prox. cap. 4. in fine.

DE VSV, HABITATIONE & operis ſeruorum.

Cap. VIII.

Species uſusfructus cognatæ ſunt: uſus, habitatio, & operæ ſeruorum, ideoq́; hic ſubiungendæ.

I. PROPRIA VSVS ET iura uſuarij.

I. Regula: Vſui fructus deeſt. quæ regula approbatur l. 14. §. uſusfructus. ff. de uſu & habitatione, his uerbis: Vſusfructus an fructus legetur, nihil intereſt: nam fructui & uſus ineſt, uſui fructus deeſt: & fructus quidem ſine uſu eſſe nō poteſt, uſus ſine fructu poteſt: deniq; ſi fructus deducto uſu legatus ſit, inutile eſſe legatum Pomponius ſcribit. *Concordat eod. l. §. uſu legato, his uerbis:* Vſu legato ſi eidē fructus legetur, Pomponius ait confundi eū cū uſu. Idē ait, etſi tibi uſus, mihi fructus legetur, concurrere nos in uſum, me ſolum fructum habiturum. *Concordat item l. 1. ff. eod. tt. his uerbis:* Conſtituitur & nudus uſus, id eſt, ſine fructu. *Concordat item l. 2. in prin. ff. eod. tt. his uerbis:* Cui uſus relictus eſt, uti poteſt, frui uerò non poteſt. *Iam dictæ regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi eidem fructus quoq; poſtea conſtituatur. quæ exceptio approbatur uerbis iam dictis hiſce:* Vſu legato ſi eidem fructus legetur, Pomponius ait confundi eum cum uſu. *Secunda exceptio eſt: Niſi pecuniæ uſus ſit conſtitutus. quæ exceptio approbatur l. 10. §. 1. ff. de uſufructu earum rerum quæ uſu conſum. cuius uerba uide s̄. cap. 6. quæſt. 1. except. 2.*

II. Regula. Apud alium uſus, apud alium fructus eſſe poteſt. quæ regula approbatur l. 14. §. fin. ff. de uſu & habitat. his uerbis: Poterit apud alium proprietatis eſſe uſus, apud alium fructus ſine uſu, apud alium proprietas: ueluti ſi is qui habet fundum, uſum Titio legauerit, mox hæres eius tibi fructum legauerit, uel alio modo conſtituerit.

III. Regula. Minus eſt in uſu, quàm in uſufructu. quod approbatur Inſtit. de uſu & habitat. §. minus, his uerbis: Minus iuris eſt in uſu, quàm in uſufructu. *Concordat l. 10. §. ſi uſus fundi. ff. eod. tt. his uerbis:* Si uſus fundi ſit relictus, minus utiq; eſſe quàm fructum, longeq́; diſtare nemo dubitat: ſed quid in ea cauſa ſit uidendum? *Huius regulæ exempla ſequuntur.*

De uſu fundi.

IIII. Regula: Circa fructus habetur Inſtit. d. §. minus, his uerbis: Is qui fundi nudum habet uſum, nihil ulterius habere intelligitur, quàm ut oleribus, pomis, floribus, fœno, ſtramentis & lignis ad uſum quotidianū utatur. *Concordat l. 12. §. Sabinus & Caſſius. ff. eod. tt. cuius uerba hæc ſunt:* Sabinus & Caſsius & lignis ad uſum quotidianū, & horto, & pomis, & oleribus, & floribus, & aqua uſurū nō uſq; ad compendiū: ſed ad uſum, non uſq; ad abuſum. *Item Nerua adijcit:* Stramentis etiam uſurum, ſed neque folijs, neque oleo, neq; frumento, neq; frugibus uſurum. Sed & Sabinus & Caſsius & Labeo & Proculus hoc amplius etiam ex his quę in fundo naſcuntur, quod ad uictum ſibi ſuisq́; ſufficiat ſumpturum, etiam ex his quæ Nerua negauit. *Huius regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi cum conuiuis & hoſpitibus ijs utatur. quæ tamen exceptio reprobatur d. l. 12. §. Lubentius, his uerbis:* Lubentius ait, etiam cum con-

uiuis

uiuis & hoſpitibus poſſe uti: quæ ſententia mihi uera uidetur. Aliquo modo enim largius cum uſuario agendum eſt pro dignitate eius cui relictua eſt uſus. *Secunda exceptio eſt: Niſi non in uilla tantum, ſed in oppido etiam iſt uti uelit. quæ exceptio in quibuſdam approbatur, in quibuſdam reprobatur. d. l. 12. §. ſed utetur, his uerbis:* Sed utetur his (ut puto) duntaxat in uilla. pomis autem & holeribus, & floribus & liguis uidendum utrum eodem loco uratur duntaxat, an etiam in oppidum ei deferri poſsint? Sed melius eſt accipere, & in oppidum deferenda. neq; enim graue onus eſt horum, ſi abundent in fundo. *Tertia exceptio eſt: Niſi fructus eo modo conſumantur. quæ tamen exceptio reprobatur l. 14. in prin. ff. eod. tt. his uerbis:* Fũdi uſu legato licebit uſuario & ex fœno quod in annum duntaxat ſufficiat capere, licet mediocris prædij eo modo fructus conſumantur: quia & domo & ſeruo ita uteretur, ut nihil alij fructuum uomine ſupereſſet.

V. Regula circa inſtrumenta fundi habetur l. 17. in prin. ff. eod. tt. his uerbis: Si ita legarus eſſet uſus fundi, ut inſtructus eſſet, etiam earum rerum quæ in inſtrumentis fundi eſſent, perinde uſus ad legatarium pertinet, ac ſi nominatim earũ rerũ uſus legatus fuiſſet.

VI. Regula circa cella uinaria & olearia habetur l. 10. §. fin. ff. de uſu & habitat. his uerbis: Labeo ait, & cella uinaria & olearia eum ſolum uſurum, dominum uerò inuito eo nõ uſurum.

VII. Regula circa habitationem habetur l. 10. §. ſed quid in ea cauſa. ff. eod. tt. his uerbis: Labeo ait, Habitare eum in fundo poſſe, dominumq; prohibiturum illò uenire: ſed colonum nõ prohibiturum, nec familiam ſcillcet eam quę agri colendi cauſa illic ſit. Cęterùm ſi urbanam famlliam illò mittat, qua ratione ipſe prohibetur, & familiam prohibendam eiuſdem rationis eſt. *Ex his triplex ius circa habitationem conſtat. primum, quòd uſuarius in fundo habitare poßit: ſecundùm, quòd dominus in fundo habitare non poßit: tertium, quòd nec familia domini in eo poßit habitare. tertij iuris exceptio hec eſt: Niſi familia agri colendi cauſa in fundo ſit. quæ & ipſa exceptio ex prædictis patet. Secundi iuris exceptio prima hæc eſt: Niſi dominus agri colendi cauſa in fundo uerſetur. quæ exceptio approbatur l. 16. §. ſicut. ff. eodem tt. his uerbis:* Sicut is cui uſus fundi legatus eſt, quo minus dominus agri colendi cauſa ibi uerſetur, prohibere non poteſt (alioquin & frui dominũ prohiberet.) *Secunda exceptio eſt: Niſi dominus fructuum percipiendorum & colligendorum cauſa in fundo uerſetur. quæ exceptio approbatur l. 12. in prin. ff. eod. tit. his uerbis:* Venire planè proprietarium ad fructus percipiendos magis dicendum eſt, & per tempora fructuum colligendorum etiam habitare illic poſſe admittendum eſt.

VIII. Regula: Vſuarius ius deambulandi quoq; & geſtãdi habet. quæ regula approbatur l. 12. §. præter. ff. eod. tt. his uerbis: Præter habitationem quam habet is cui uſus ſit datus, deambulandi quoq; & geſtandi ius habebit.

IX. Regula: Vſuarius domino fundi moleſtus eſſe non debet, nec iſt per quos opera ruſtica fiunt impedimento. quæ regula approbatur l. 11. ff. eod. tt. his uerbis: In eo fundo hactenus ei morari licet, ut neque domino fundi moleſtus ſit, nec his per quos opera ruſtica fiunt impedimento ſit. *Concordat iiſdem uerbis inſt. eod. tt. §. minus. ibi, in eoq; fundo.*

X. Regula: Plenum uſum habere debet, ſi & uillæ & prætorij ei relictus eſt. l. 12. in prin. ff. eod. tt.

De uſu domus.

XI. Regula circa habitationem habetur Inſtitut. de uſu & habitatione. §. item is qui, his uerbis: Is qui ædium uſum habet, hactenus ius habere intelligitur, ut ipſe tantum inhabitet: nec hoc ius ad alium tranaferre poteſt. Et uix receptum eſſe uidetur, ut hoſpitem ei recipere liceat. Et cum uxore liberiſque ſuis, item libertis, nec non perſonis alijs liberis, quibus non minus quàm ſeruis utitur, habitandi ios habeat. *Concordat l. 2. §. domus cum ll. ſequentibus. ff. eodem tt. de uſu & habitatione. cuius hæc ſunt uerba:* Domus uſus relictus eſt aut marito aut mulieri. Si marito, poteſt illic habitare non ſolum ipſe; uerùm cum familia quoq; ſua: an & cum libertis, fuit quæſtionis? Et Celſus ſcribit, etiam cum libertis poſſe hoſpitem quoq; recipere. nam & ita Paulus libro 8. Digeſt. ſcribit. quam ſententiam & Tubero probat. Sed an etiam inquilinũ recipere poſſit, apud Labeonem memini tractatum eſſe libro Poſteriorũ. Et ait Labeo, eum qui ipſe habitat, inquilinum poſſe recipere. Itẽ & hoſpitem & libertos ſuos. Sed & clientes. Cæterùm ſine eo nec hos quidem habitare poſſe. Proculus autem de inquilino notat non uelle inquilinum dici, qui cum eo habitat: & ſecundum hæc, etſi penſionem habitationis percipiat, dum ipſe quoque inhabitat, non erit ei inuidendũ: quid enim ſi tam ſpacioſæ domus uſus ſit relictus homini mediocri, ut portiuncula contentus ſit? Sed & cum his, quos loco ſeruorum in operis habet, habitabit, licet liberi ſint, uel ſerui alieni. *Ex his conſtat, poſſe eum cui domus uſus debetur, non ſolum ipſum in ea habitare: ſed & cum eo uxorem, familiam, libertos & liberos homines, quibus loco ſeruorum utitur. Itẽ poſſe eum recipere hoſpitem & inquilinum. Cuius tamen iuris exceptio hæc eſt: Niſi ipſe cui uſus domus debetur;*

debetur, non inhabitet. tunc enim nec hoſpitem nec inquilinum poterit recipere. quæ exceptio cùm ex prædictis cõſtat, tum approbatur etiam l. 8. in prin. ff. eod. tt. his uerbis: Sed neq; locabunt ſeorſim, neq; concedent habitationem ſine ſe, nec uendent uſum. *de qua re infrà dicentur plura. Sed & ſocer cum nuru habitabit. quod approbatur l. 5. ff. eod. tt. his uerbis:* Imò & ſocer cum nuru habitabit: hoc utiq;, cum uiro iuncta ſit. *Hactenus ergo ſi uiro uſus domus relictus ſit, cũ quibus habitare poßit, dictum eſt: nunc ſi mulieri cum quibus ea habitare poßit, uidendum. Sciendum itaq; eam cum marito poſſe habitare. quod approbatur Inſtitut. d. §. item is qui, in fine, his uerbis:* Et conuenienter, ſi ad mulierem uſus ædium pertineat, cum marito ei habitare licet. *Concordat l. 4. §. mulieri. ff. d. tt. cuius hæc ſunt uerba:* Mulieri autem ſi uſus relictus ſit, poſſe eam & cum mariro habitare. Quintus Mutius primus admiſit, ne ei matrimonio carendum foret, cum uti uult domo. nam per contrarium, quin uxor cum marito poſsit habitare, nec dubiratum fuit. *Huius regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi cum uiduæ uſus relictus eſſet, ea poſt uſum conſtitutum nuptias contraxerit. quæ tamen exceptio reprobatur d. l. 4. §. quid ergo, his uerbis:* Quid ergo ſi uiduæ legatus ſit, an nuptijs contractis poſt conſtitutum uſum mulier habitare cum marito poſsit? Et eſt uetum, ut Pomponius libro 5. & Papinianus libro 19. Quæſtion. probat, poſſe eam cum uiro & poſtea nubentem habitare. *Secunda exceptio hæc eſt: Niſi mulieri ita uſus ædium ſit relictus, ſi à uiro diuertiſſet. quæ exceptio reprobatur l. 8. §. ſed ſi uſus. ff. eod. tit. his uerbis:* Sed ſi uſus ædium mulieri legatus ſit ea conditione, ſi à uiro diuertiſſet, remittendam ei conditionem, & cum uiro habitaturam Pomponius lib. 5. probat. *Poteſt inſuper mulier habitare cum ſocero ſuo. quæ regula approbatur l. 4. §. finali. ff. d. tit. his uerbis:* Hoc amplius Pomponius ait, & cum ſocero habitaturam. *Cum quibus prætereà mulier habitare poßit, declaratur l. 6. ff. eod. tt. his uerbis:* Non ſolum autem cum marito, ſed etiam cum liberis, libertisq; habitare, & cum parentibus poterit: & ita Ariſto notat apud Sabinum: & hucuſque erit procedendum, ut eoſdem quos maſculi reciperent, & mulieres poſſint. *Huius regulæ quæ uerbis poſtremis continetur, exceptio proponitur l. 7. ff. eod. tt. his uerbis:* Non aliter autem mulier hoſpitem recipere poteſt, quàm ſi is ſit, qui honeſtè cum ea quæ uſum habeat, habitaturus ſit.

X I I. *Regula: De patre & domino uſuarij habetur l. 17. ff. eod. tt. his uerbis:* Filiofamiliâs uel ſeruo ædium uſu legato, utile legatum eſſe exiſtimo, & eodem modo perſecutionem eius competituram, quo competeret, ſi fructus quoque legatus eſſet. Itaque non minus abſente, quàm præſente filio ſeruoúe pater dominusúe in his ædibus habitabit.

X I I I. *Regula: Vſu domus relicto, proprietarius ea uti non poteſt. quæ regula approbatur l. 22. §. licet. ff. eod. tt. his uerbis:* Licet tam anguſtus eſt legatarius, cui domus uſus legatus eſt, ut non poſsit occupare totius domus uſum: tamen eis quæ uacabunt, proprietarius nõ utetur: quia licebit uſuario & alijs temporibus tota domo, cum interdum domini quoque ædium (prout temporis conditio exigit) quibuſdam utantur, quibuſdã non utantur.

X I I I I. *Regula: De refectione domus habetur l. 18. ff. eod. tt. his uerbis:* Si domus uſus legatus ſit ſine fructu, communis refectio eſt in ſartis tectis tam hæredis quàm uſuarij. Videamus tamen ne ſi fructum hæres accipiat, ipſe reficere debeat: ſi uerò talis res ſit, cuius uſus legatus eſt, ut hæres fructum percipere nõ poſsit, legatarius reficere cogendus ſit: quæ diſtinctio rationem habet.

X V. *Regula: De uſu ſyluæ habetur l. 22. in prin. ff. de uſu et habitatione, his uerbis:* Diuus Hadrianus cum quibuſdam uſus ſyluæ legatus eſſet, ſtatuit fructum quoque eis legatum uideri: quia niſi liceret legatarijs cædere ſyluam, & uendere, quemadmodum fructuarijs licet, nihil habituri eſſent ex eo legato.

De uſu ſerui.

X V I. *Regula: De opere & miniſterio ſerui habetur Inſtit. de uſu & habitatione. §. item is ad quem, his uerbis:* Is ad quem ſerui uſus pertinet, ipſe tantum opera atque miniſterio eius uti poteſt: ad alium uerò nullo modo ius ſuũ transferre ei conceſſum eſt. idem ſcilicet iuris eſt in iumento. *Concordat l. 12. §. operas autem. ff. eod. tt. his uerbis:* Operas ſerui uſuarij non locabit, neq; alij utendas concedet. Et ita Labeo. Quemadmodum enim alij concedere operas poterit, cum ipſe tantum uti debeat? *Huius regulæ exceptio prima eſt: Niſi ſimul cum alio utatur. quæ exceptio approbatur d. l. 12. §. ſi uſus, his uerbis:* Si uſus miniſterij alicui fuerit relictus, ad ſuum miniſterium utetur & liberorum, coniugisq;: neq; uidebitur alij conceſsiſſe, ſi ſimul cum ipſis utatur. *Secunda exceptio eſt: Niſi filiofamiliâs uel ſeruo uſus ſerui ſit relictus. quæ tamen exceptio reprobatur d. l. 12. §. quanquam, his uerbis:* Quanquam ſi filiofamiliâs uſus ſerui ſit relictus, uel ſeruo, patri dominoúe adquiſitus, in ipſius duntaxat uſum exigatur, non etiam eorum qui ſunt in poteſtate. *Tertia exceptio eſt: Niſi uſuarius ſeruo in opere ab alio conducto utatur. quæ exceptio approbatur d. l. 12. §. idem tamen, his uerbis:* Idem tamen Labeo putat, ſi fundum

dum conduxerit quis, uſuarium ſeruum ibi poſſe operari: quid enim intereſt, in quá rem opera eius utatur? Quare etſi lanam conduxerit uſuarius expediendam, poterit etiam per uſuarias ancillas opus perficere. Idemq; ſi ueſtiméta texenda redemerit, uel inſulam uel nauem fabricandam, poterit ad hæc operis uti uſuarius: nec offendetur illa Sabini ſententia, ſcilicet ancillæ uſu dato ad lanificium eam non admitti, nec ex operis mercedem capi, ſed ſibi lanam facere iure cogere. ſibi enim facere uidetur, qui nõ operas eius locauit, ſed opus quod conduxit expedit: idem & Octauenus probat.

X V I I. *Regula: An & quatenus uſuario per ſeruum adquiratur, declarat l. 14. in princ. ff. eod. tit. bis uerbis:* Per ſeruum uſuarium ſi ſtipuler, uel per traditionem accipiam, an adquiram quæritur, ſi ex re mea uel ex operis eius? Et ſiquidem ex operis eius, non ualebit: quia nec locare eius operas poſſumus: ſed ſi ex re mea, dicimus ſeruum uſuarium ſtipulantem, uel per traditionem accipientem mihi adquirere, cum hac opera eius utar. *Concordat l. 16. §. finali. ff. eod. tit. bis uerbis:* Seruo cuius uſum duntaxat, non etiam fructum habemus, poteſt à nobis quid donari: uel etiam ex pecunia noſtra negociatio permitti, ut quidquid eo modo adquiſierit, in peculio noſtro ſit. *Concordat item l. 20. ff. eod. tit. Vbi Martianus:* Seruus (*inquit*) cuius mihi uſus legatus eſt, adquirit mihi, ſi inſtitor erit, & operis eius utar in taberna. nã mercibus uenũdandis emendisq; præpoſitus adquirit mihi: ſed etſi iuſſu meo per traditionem accipiat.

X V I I I. *Regula: De donatione ſeruo ab uſuario facta habetur l. 16. §. fin. ff. eod. tit. bis uerbis:* Seruo, cuius uſum duntaxat, non etiam fructum habemus, poteſt à nobis quid donari.

X I X. *Regula habetur l. 13. ff. d. tit. bis uerbis:* Ipſi ſeruo, ancillęue pro operis mercedem imponi poſſe Labeoni placet.

De uſu iumenti, pecorum & ouium.

X X. *Regula habetur l. 12. §. ſed ſi pecoris. ff. de uſu & habitatione, bis uerbis:* Si pecoris ei uſus relictus ſit, puta gregis ouilis, ad ſtercorandum uſurum duntaxat Labeo ait: ſed neq; lana, neq; agnis, neq; lacte uſurũ. hoc enim magis in fructu eſſe. *Exceptio ibidem quantum ad lac pertinet, ſubijcitur, bis uerbis:* Hoc amplius etiam modico lacte uſurum puto. neq; enim tam ſtrictè interpretandæ ſunt uoluntates defunctorum. *Concordat regulæ Inſtitut. eodem titulo. §. ſed etſi pecorum, bis uerbis:* Si pecorum uel ouium uſus legatus ſit, neq; lacte, neq; agnis, neq; lana utetur uſuarius: quia ea in fructu ſunt. Planè ad ſtercorãdum agrum ſuũ pecoribus uti poteſt.

X X I. *Regula: De uſu armenti boũ habetur d. §. ſed ſi pecoris. in fine, bis uerbis:* Si boũ arméti uſus relinquatur, omné uſum habebit & ad arandum, & ad cætera ad quæ boues apti ſunt.

X X I I. *Regula: De uſu equitij habetur d. l. 12. §. equitij, bis uerbis:* Equitij quoq; legato uſu uidendum, ne & domare poſsit, & ad uehendum ſub iugo uti: & ſi fortè auriga fuit is cui uſus equorum relictus eſt, nõ puto eum in circenſibus his uſurũ: quia quaſi locare eos uidatur: ſed ſi teſtator ſciens eũ huiuſmodi eſſe inſtituti & uitæ reliquit, uidetur etiam de hoc uſu ſenſiſſe.

X X I I I. *Regula: Cui uſus iumenti relictus eſt, ius ſuum ad alium transferre non poteſt. quæ regula approbatur Inſtit. d. tit. §. item is ad quem. cuius uerba uide ſ. reg. 16.*

X X I I I I. *Regula: De uſu pecuniæ & aliarum rerum quæ uſu conſumuntur, habetur l. 5. §. fin. ff. de uſufr. earum rerum quæ uſu conſumuntur, bis uerbis:* Quæ in uſufructu pecuniæ diximus uel cęterarum rerum, quæ ſunt in abuſu, eadem & in uſu dicenda ſunt. nam idem continere uſum pecuniæ & uſumfructum, & Iulianus ſcribit, & Pomponius libro 17. de Stipulat. *Concordat l. 10. §. 1. ff. eod. tit. cuius uerba uide ſ. cap. 6. quæſt. 1. except. 1.*

X X V. *Regula: Vſuarius aliter quàm debet, uti non poteſt. quæ regula approbatur l. penult. §. fin. ff. de uſu & habitatione, bis uerbis:* Vſu legato, ſi plus ſit uſus legatarius quàm oporteat, officio iudicis qui iudicat, quemadmodum utatur, id continetur, ne aliter quàm debet utatur. *Item ut bonus paterfamiliâs uti debet. l. 15. §. finali. ff. eod. tit. cuius uerba uide ſ. reg. 31.*

X X V I. *Regula: Et uſuarius perinde ac fructuarius cauere tenetur. de qua re uide ſuprà cap. 6. membr. 1. except. 1.*

X X V I I. *Regula: Vſuarius ius ſuum alteri concedere, locare uel uendere non poteſt. quæ regula approbatur l. 11. in fin. ff. de uſu & habitatione, bis uerbis:* Nec ulli alij ius quod habet aut uendere, aut locare, aut gratis concedere poteſt. *Concordat iiſdem uerbis Inſtitut. eodem. tit. §. minus. ibi: nec ulli alij. exempla huius uide ſuprà de uſu ædium ſerui, &c.*

X X V I I I. *Regula habetur l. 9. ff. de uſu & habitatione, bis uerbis:* Cæterarum quoq; rerum uſu legato, dicendum eſt uxorem cum uiro in promiſcuo uſu eas res habere poſſe.

X X I X. *Regula de reficiendo, habetur l. 18. ff. eod. tit. cuius uerba uide ſ. cap. eod. reg. 14.*

X X X. *Regula, quoad proprietarium attinet, habetur l. ult. ff. de uſu & habitatione, bis uerbis:*

Neratius ait: Vſuariæ rei ſpeciem is cuius proptietas eſt, nullo modo cõmutare poteſt. dereriorem enim cauſam uſuarij facere non poteſt: facit autem deteriorem eriã in meliorem ſtatum re commutara.

XXXI. *Regula de proprietario habetur l. 15. §. fin. ff. d. tt. his uerbis:* Sicut is cui uſus fundi legatus eſt, quo minus dominus agri colendi cauſa ibi uerſetur, ptobibere non poteſt: ita nec hæres qoidquam facere debet, quo minus is coi uſus legatus eſt utatur, ut bonus paterfamiliâs uti debet.

XXXII. *Regula de proprietario habetur l. 16. §. dominus ff. eod. tit. cuius uerba uide ſ. cap. 5. reg. 22.*

XXXIII. *Regula: Quæ de actione proprietarij aduerſus uſufructuarium dicta ſunt ſuprà, eadem etiam intelligenda ſunt de actione proprietarij aduerſus uſuarium. quæ regula approbatur l. ſi uſusfructus. 16 §. deniq; conſulus. in fine. ff. de uſufruct. & quemadm. cuius uerba uide ſ. cap. prox. in princ. Concordat item l. 5. §. fin. ff. de uſufruct. earum rerum quæ uſu conſum. cuius uerba uide ſuprà reg. 34. Hactenus propria uſus & uſuarij iura expoſita ſunt.*

II. CAVSAE EX QVIBVS uſus conſtituitur & adquiritur.

I. *Regula huius loci habetur l. 3. §. fin. ff. de uſufructu & quemadmodum. his uerbis:* Quibus modis uſusfructus conſtituitur & finitur, iiſdem modis etiam uſus nudus conſtitui & finiri ſolet. *Concordat Inſt. de uſu & habitat. in prin. his uerbis:* Iiſdem iſtis modis quibus uſusfructus cõſtituitur, etiam nudus uſus conſtitui ſolet: iiſdemq; illis modis finitur, quibus & uſusfructus definit. *Concordat item l. 1. ff. eod. tt. his uerbis:* Vſus eiſdem modis conſtitui ſolet, quib. & uſusfructus.

II. *Regula habetur l. 14. §. & ſi fortè. ff. de uſu & habitatione, his uerbis:* Si fortè uſufructu legato fructus adimatur, ſiquidem de fructu ſine uſu ſenſit teſtator, uſum uideri cõſtitutum Pomponius ſcribit: quis & initio conſtitui poteſt.

III. *Regula habetur l. 10. §. ſed ſi χρῆσις. ff. d. tit. his uerbis:* Si χρῆσις ſit relicta, an uſus ſit uidendum? Et Papinianus lib. 7 Reſponſ. ait, uſum eſſe non etiam fructum relictum.

Exceptiones aduerſus propoſitas cauſas.

I. EXCEPTIO: *Niſi pars uſus ſit legata. Hæc exceptio approbatur leg. 19. ff. de uſu & habitatione, his uerbis:* Vſus pars legari non poteſt. nam frui quidem pro parte poſſumus, uti pro parte non poſſumus.

II. EXCEPTIO: *Niſi filiofamiliâs uel ſeruo uſus ſit relictus. Hæc exceptio reprobatur l. 17. ff. d. tt. cuius uerba uide ſuprà quæſtion. proxim. reg. 45.*

III. QVIBVS VSVS ADquiratur?

Patri & domino eius, cui uſus eſt conſtitutus. quæ regula approbatur d. l. 17. Hæredi uſuarij non competit. quæ regula approbatur exemplo l. 21. ff. de uſu & habitat. his uerbis: Vſus aquæ perſonalis eſt, & ideo ad hæredem uſuarij tranſmitti non poteſt.

IIII. CAVSAE SEV MODI, quibus uſus amittitur.

Iiſdem modis uſus finitur, quib. uſusfructus. quæ regula approbatur l. 3. §. fin ff. de uſufruct. & quemadmodum. de qua re uide ſ. quæſt. 2. in prin.

V. DE HABITATIONE.

1. *Genus habitationis definitur Inſtit. de uſu & habitatione. §. ſed ſi cui, his uerbis:* Si cui habitatio legata ſiue alio modo conſtituta ſit, neque uſus uidetur, neq; uſusfructus, ſed quaſi proprium aliquod ius. *Concordat l. 13. C. de uſufructu, his uerbis:* Cum antiquitas dubitabat uſufructu habitationis legato, & primò quidem cui ſimilis eſſet, utrum ne uſui uel uſufructui, an neutri eorum, ſed ius proprium & ſpecialem naturam ſortita eſſet habitatio: poſtea autem ſi poſſet is cui habitatio legata eſſet, eandem locare, uel dominium ſibi uindicare? autorum iurgium decidentes, compendioſo reſponſo omnem huiuſmodi dubitationem reſecamus: & ſiquidem habitationem reliquerit, ad humaniorem declinare ſententiam nobis uiſum eſt, & dare legatario etiam locationis licentiam. Quid enim diſtat ſiue ipſe legatarius maneat, ſiue alij cedat, ut mercedem accipiat? & multo magis ſi habitationis uſumfructum reliquerit: cum & nimiæ ſubtilitati ſatisfactum uideatur, etiam nomine uſusfructus addito. In tantum etenim ualere habitationem uolumus, ut non antecellat uſumfructum, nec dominium habitationis ſperet legatarius, niſi ſpecialiter euidentibus probationibus legatarius poſsit oſtendere & dominium ei domus eſſe relictum. Tunc enim uoluntati teſtatoris per omnia obediendum eſt. Quam deciſionem locũ habere cenſemus in omnibus locis, quibus habitatio conſtitui poteſt. *Hiſce uerbis mutata eſt l. ſi quis unas. 19. §. fin. ff. de uſufructu & quemadmodum. ubi Pomponius:* Et habitationis exceptione ſiue tẽporalis, ſiue uſq; ad mortem eius qui excipit, uſus uidetur exceptus. *item mutata eſt l. 10. in prin. ff. de uſu & habitatione. ubi Vlpianus:* Si habitatio (*inquit*) legetur, an perinde ſit atq; ſi uſus quæritur? Et effectu quidem, idem penè eſſe legatũ uſus & habitationis, & Papinianus conſenſit lib. 19 Quæſtion.

2 *Cauſa ex qua competit. Huius loci eſt l.10.§. ſed etſi.ff.de uſu & habitatione. cuius hæc ſunt uerba:* Si relictus ſit illi domus uſusfructus habitandi cauſa, utrum habitationem ſolam, an uerò & uſumfructum habeat uidendũ. Et Priſcus Neratius putat ſolam habitationem legatam. quod eſt uerum. *Planè ſi dixiſſet, Teſtator uſum habitandi cauſa: non dubitaremus quin ualeret.*

3 *Quando competat? definitur l.11.ff.de uſufructu legato, his uerbis:* Habitationis legatum in ſingulos annos ab initio anni deberi conſtat. *Plura de hac re uide in Cõmen. de legatis ca.18.reg.2.*

4 *Quamdiu competit habitatio? definitur l.10.§. utrum autem.ff.de uſu & habitatione, his uerbis:* Vtrum unius anni ſit habitatio, an uſq; ad uitam, apud ueteres quæſitum eſt? Et Rutilius, donec uiuat, habitationem competere ait: quam ſententiam & Celſus probat.

5 *Quid competat, ſeu de iure eius cui habitatio eſt relicta? Eam locare poteſt. quæ regula approbatur Inſtit. de uſu & habitatione.§. ſed etſi. in fin. his uerbis:* Habitationem habentibus propter rerum utilitatem, ſecundum Marcelli ſententiam, noſtra deciſione promulgata, permiſimus non ſolum in ea degere, ſed etiam alij locare. *Concordat l.13. C.de uſufructu. cuius uerba uide paulo ſuperius quæſt.1. Donare eã non poteſt, ſed eas perſonas recipiet, quas & uſuarius l.10.§.1.ff.de uſu et habitatione. Cauere tenetur. quod approbatur leg.5.§. & ſi habitatio.ff.uſufr. quemadmodum caueat. cuius uerba uide ſ̃. cap.6. memb.1. except.1. item tenetur uiam ad hortũ per domũ præſtare proprietario. quod approbatur l.ult. in priu.ff. de ſeruitut. urban. præd. cuius uerba uide ȷ. lib. proxim. cap.1. except.6.*

6 *Cauſa ex qua amittitur. Habitatio morte finitur. approbatur l.11. C.de uſufructu, his uerbis:* Habitatio morte finitur, nec proprietatẽ, qui habitationẽ habuit, legando dominij uendicationem excludit. *Concordat l.10.§.1 ff. de uſu & habitatione, ubi Vlpianus:* Ad hæredẽ tamen nec ipſa tranſit, nec non utendo amittitur, nec capitis deminutione.

7 *Simile eſt uſus & uſusfructus domus uel ædium. de quo uide ſuprà ſuis locis.*

VI. DE OPERIS SERuorum.

1 *Genus operarum definitur l.5.ff.de operis ſeruorum, his uerbis:* Operis ſerui legatis uſum datum intelligi, & ego didici, & Iulianus exiſtimat.

2 *Propria. primùm habetur l.1.ff.de operis ſeruorum, his uerbis:* Opera in actu conſiſtit, nec ante in rerum natura eſt, quàm is dies uenit, quo præſtanda eſt: quemadmodum cum ſtipulamur quod ex Arethuſa natum erit. Alia propria uide in ſequentibus.

3 *Iura eius cui operæ debentur, habentur l.2.ff. de uſufructu legato, his uerbis:* Quoniam ex operis mercedem percipere legatarius poteſt, etiam operas eius ipſe locare poterit: quas ſi prohibeat hæres capi, tenebitur. Idem eſt, etſi ſeruus ſe locauerit.

4 *Cauſæ ex quibus operæ debentur. Quemadmodum uſum, ita quoq; operas tam teſtamento quàm pactionibus & ſtipulationibus conſtitui poſſe dubium non eſt. uerùm huius regulæ exceptio hæc eſſe uidetur: Niſi liberi hominis operæ ſint conſtitutæ. quæ tamen exceptio reprobatur l.3.ff. de uſufructu legato, his uerbis:* Hominis quoq; liberi operæ legari, ſicut locari, & in ſtipulationem deduci poſſunt.

VII. CAVSAE EX QVIBVS amittuntur.

1 *Morte legatarij non amittuntur. quæ regula approbatur l.2.§.fin.ff.de uſufructu legato, his uerbis:* Quia legatarius fructuarius nõ eſt, ad hęredem ſuum operarum legatũ tranſmittit.

2 *Capitis diminutione, uel non utendo non amittũtur. quæ regula approbatur d.l.2. in prin. his uerbis:* Hominis operæ legatæ capitis diminutione, uel non utendo non amittuntur. *Concordat l.2.ff.de operis ſeruorum, his uerbis:* Operæ ſerui legatæ capitis deminutione non amittuntur.

3 *Seruo uſucapto operarum legatum perit. quæ regula approbatur l.2.§.fin. ff. de uſufructu legato, his uerbis:* Seruo uſu capto, legatum operarum perit.

VIII. DE ACTIONE OPErarum.

1 *Cauſa ex qua competit. Si dominus ſerui prohibeat capi operas. approbatur hæc cauſa l.2.ff.de uſufructu legato, his uerbis:* Quas ſi prohibeat hæres capi tenebitur.

2 *Exceptiones aduerſus hanc actionẽ. Prima exceptio eſt: Niſi ſeruus debilis fuerit, uel æger, uel talis cuius nulla opera eſſe potuit. Hæc exceptio approbatur l.6.§.ſi minor.ff.de operis ſeruorũ, his uerbis.* Si minor annis quinq; uel debilis ſit ſeruus, uel quis alius, cuius nulla opera eſſe apud dominum potuit, nulla æſtimatio fiet. *Concordat l.7. in fin. ff. de uſufructu legato. cuius uerba uide paulo inferius eod. cap. in fine. Alias exceptiones uide paulo ſuprà inter cauſas, ex quib. amittũtur.*

3 *Quid ueniat in hanc actionem, definitur d.l.6. in prin. his uerbis:* Cum de ſerui operis artificis agitur, pro modo teſtiſue eodẽ ſunt: ſed mediaſtini ſecundũ miniſterium, & ita Mela ſcribit. *Item in petitione operarũ ſumptus deducẽdi. quæ regula approbatur l.4.ff.de operis ſeruorum, his uerbis:* Vt in cæteris rebus fructus deductis neceſſarijs impenſis intelligitur, ita & in operis ſeruorum. *Concordat l.6. in fin. ff eodem titulo, his uerbis:* Deductis neceſſarijs impenſis fiet æſtimatio. *Poſtrema huius loci regula*

gula habetur l. 6. §. fin. ff. de operis ſeruorum, his uerbis: Voluptatis uel affectionis æſtimatio non habebitur: ueluti ſi dilexerit eum dominus, aut in delicijs habuerit.

4 Quando competat, & dies cedat, definitur l. 7. ff. de uſufructu legato, his uerbis: Operæ teſtamento relictæ quando cedere debeant: utrũ ex quo petit eas legatarius, an ex quo adita hęreditas eſt? & cui pereant dies, quibus æger ſeruus fuerit? & puto ex die petitionis eas cedere. Quare ſi poſt petitas æger eſſe ſeruus cœperit, legatario peribũt.

DIGESTORVM LIBER VICESIMVSQVINTVS.

DE SERVITVTIBVS PRAEDIORVM.

DE SERVITVTIBVS prædiorum in genere. Cap. I.

I. DIVISIO SERVItutum.

SEruitutum genera duo ſunt. nam aut perſonarum ſunt, aut rerum. quæ ſeruitutum diuiſio habetur l. 1. ff de ſeruitutibus, his uerbis: Seruitutes aut perſonarũ ſunt, ut uſus & uſusfructus: aut rerum, ut ſeruitutes ruſticorum prædiorum & urbanorum. *De prioris generis ſeruitutibus antea dictum eſt: de ſeruitutibus poſterioris generis nunc dicetur. Eius generis ſunt ſeruitutes quas uocant prædiorum.*

I I. *Ratio nominis quare ſeruitutes prædiorum dicantur, proponitur Inſt. de ſeruitut. §. ideo autem, his uerbis:* Ideo hæ ſeruitutes prædiorum appellantur, quoniam ſine prædijs conſtitui non poſſunt. nemo enim ſeruitutẽ poteſt adquirere urbani uel ruſtici prædij, niſi qui prædium habet: nec quiſquam debere, niſi qui habet prædium. *Concordat ijſdem uerbis l. 1. §. ideo autem. ff. communia præd.*

III. PROPRIA SERVITVtum prædiorum.

I. *Regula eſt, quòd ſine prædijs huiuſmodi ſeruitutes conſtitui non poſſunt. quæ regula uerbis iam propoſitis approbatur. de qua re plura dicentur J. cap. prox. except. 7.*

I I. *Regula: Seruitutes incorporales ſunt: & ideo nec poßideri, nec uſucapi poſſunt. quæ regula approbatur l. 14. in prin. ff. de ſeruitutib. his uerbis:* Seruitutes prædiorũ ruſticorum etſi corporibus accedunt, incorporales tamen ſunt, & idcirco non uſucapiuntur: uel ideo quia tales ſunt ſeruitutes, ut non habeant certam cõtinuamq́; poſſeſsionẽ. nemo enim tam perpetuò, tamq́; continenter ire poteſt, ut nullo momento poſſeſsio eius interpellari uideatur. Idem & in ſeruitutibus prędiorum urbanorũ obſeruatur. *Concordat Inſt. de rebus corpor. §. fin. cuius uerba uide J. lib. prox. cap. 1. Concordat itẽ l. 32. §. fin. ff. de ſeruitut. urbanor. præd. cuius uerba uide J. cap. 3. cauſa 11. except. 2. Planè intelligitur poſſeßionem ſeruitutum habere, qui ipſa prædia poßidet, ut ex d. l. 32. §. fin. conſtat. uſusq́; eius iuris, & patientia pro traditione habetur. de quo J. cap. 4. quæſt. 7. reg. 4. ſed & plura uide J. cap. prox. cauſa 5.*

I I I. *Regula: Seruitus non in eo conſiſtit ut aduerſarius aliquid faciat, ſed ut patiatur, aut non faciat. quæ regula approbatur l. 15. §. fin. ff. de ſeruitut. his uerbis:* Seruitutum non ea natura eſt, ut aliquid faciat quis: ueluti uiridiaria tollat, aut amœniorem proſpectum præſtet, aut in hoc ut in ſuo pingat: ſed ut patiatur, aut non faciat aliquid. *Concordat l. 6. §. & Gallus. ff ſi ſeruitus uindicetur. cuius uerba uide J. cap. 5. De ſeruitute oneris ferendi. in prin. Concordat item l. 2. §. fin. ff. de aqua pluuia arcenda. cuius uerba uide J. lib. 27. cap. 7. quæſt. 2. cauſa 4. Planè propoſitæ regulæ exceptio hæc eſt: Niſi oneris ferẽdi ſeruitus ſit. hæc enim in eo conſiſtit, ut aduerſarius parietem reficiat, & columnam reſtituat. de qua re uide J. d. cap. 5. De ſeruitute oneris ferendi. in prin.*

I I I I. *Regula: Is cui ſeruitus debetur, refectionis gratia poteſt accedere ad ea loca, quæ non ſeruiunt. quæ regula approbatur l. 12. in prin. ff. communia præd. his uerbis:* Refectionis gratia accedendi ad ea loca quæ non ſeruiant, facultas tributa eſt his quibus ſeruitus debetur (quà tamen eis accedere ſit neceſſe) niſi in ceſsione ſeruitutis nominatim præfinitum ſit, quà accederetur. Et ideo nec ſecundum, &c. *reliqua uerba uide J. cap. 10. quæſt. 5. reg. 8.*

V. *Regula: Seruitus naturaliter opere non manufacto lædere poteſt fundum ſeruientem. quæ regula approbatur l. 10. §. ſeruitus. ff de ſeruit. ruſtic. præd. his uerbis:* Seruitus naturaliter non manufacto opere lædere poteſt fundum ſeruientem: quemadmodum ſi imbris aqua creſcat in riuo, aut ex agris in eum cõfluat, aut aquæ fons ſecundum riuum, uel in eo ipſo poſtea inuentus fuerit.

V I. *Regula: Dominus locum ſeruientem religioſum facere non poteſt. quæ regula approbatur l. 12. in prin. Et ideo nec. ff. communia prædior. cuius uerba uide J. cap. 10. quæſt. 5. reg. 8.*

VII.

VII. Regula. Loci ſeruientis corpus non eſt dominij eius cui ſeruitus debetur, ſed ius eundi habet. quæ regula approbatur l. 4. in prin. ff. ſi ſeruitus uin dicetur, his uerbis: Loci corpus non eſt dominij ipſius cui ſeruitus debetur, ſed ius eundi habet. *Concordat l. 30 ff. de ſeruitut. ruſt. præd. his uerbis:* Qui duo prædia habebat, in unius uenditione aquam, quæ in fundo naſcebatur, & circa eam aquam latè decẽ pedes receperat: quæſitum eſt utrum dominium loci ad eum pertineat, an ut per eum locum accedere poſsit? Paulus reſpondit, Si ita recepiſſet: circa eam aquam latè decem pedes, iter duntaxat uideri uenditoris eſſe.

VIII. Regula. Seruitus diuiſionem non recipit, & pro parte nec adquiri nec amitti poteſt. quæ regula approbatur l. 17. ff. de ſeruitutibus, his uerbis: Viæ, itineris, actus, aquæ ductus pars in obligationem deduci non poteſt: quia uſus eorũ indiuiſus eſt: & ideo ſi ſtipulator decoſſerit pluribus hæredibus relictis, ſinguli in ſolidum uiam petunt: & ſi promiſſor deceſſerit pluribus hęredibus relictis, à ſingulis hæredibus ſolida petitio eſt. *Concordat l. 140. §. fin. ff. de uerb. oblig. cuius uerba uide in Comment. de uerb. obligat. except. 45. Concordat item l. 2. in prin. ff. eod. tit. de quo alibi. Cõcordat item l. ut pomum. 7. in fine. ff. de ſeruitut. cuius uerba uide J. cap. 3. cauſa 9. exc. 1. Concordat itẽ l. 11. ff. de ſeruitutib. cuius uerba uide J. ca. 3. cauſa 4. diſtinct. 3. repl. 2. Sed & concordat d. l. 11. §. fin. his uerbis:* Pro parte neq; legari neq; adimi uia poteſt: et ſi id factum ſit, neq; legatum neq; ademptio ualet. *Concordat item l. 6. §. ſi quis partem. ff. communia prædior. cuius uerba uide J. cap. prox. except. 6. repl. 1. dupl. 2. Ratione propoſitæ regulæ nec ſocius quidem communi prædio ſeruitutem adquirere poteſt, nec imponere: de quo J. cap. prox. except. 20. Huius regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi uſusfructus ſit. hic enim quamuis ſit ſeruitus, ut ſuprà dictum eſt: tamen diuiſionem recipit, & pro parte conſtitui & amitti poteſt, ut ſ̄. lib. prox. cap. 1. except. 13. eſt dictum. Secunda exceptio eſt: Niſi prædium ſeruiens, uel id cui ſeruitus debetur, pro parte alterius eſſe cœperit. quæ exceptio approbatur l. ut pomum. 7. §. fin. ff. de ſeruitut. cuius uerba uide J. cap. 3. cauſa 9. except. 1. Concordant ea quæ habentur J. cap. 3. cauſa 4. diſtinct. ult. Sed & plures propoſitæ regulæ exceptiones licet colligere ex ijs quæ infrà proponentur.*

DE CAVSIS SEV MOdis conſtituendæ & adquirendæ ſeruitutis, cum ſuis exceptionibus. Cap. II.

HActenus proprietates ſeruitutum expoſitæ ſunt, ex quibus quid ſeruitus ſit poteſt intelligi: ſequuntur nunc cauſæ ſeu modi tam conſtituendæ & adquirendæ, quàm amittendæ ſeruitutis cum ſuis exceptionibus. Et primùm cauſæ conſtituendæ & adquirendæ ſeruitutis. Primæ autem cauſæ loco notanda eſt regula, quæ habetur l. 5. in prin. ff. de ſeruitut. his uerbis: Via, iter, actus, hauſtus aquæ ijſdem ferè modis conſtituuntur, quibus & uſum fructum conſtitui diximus. *Sciendum autem eſt, quòd hic de certis quibuſdam ſeruitutis ſpeciebus dicitur, de omnibus ſeruitutibus realibus regulariter eſſe intelligendum, ut ijſdem modis conſtituantur, quibus ſeruitutes perſonales ut uſusfructus uſus conſtitui ſolent. de quibus dictum ſ̄. lib. prox. cap. 2. Huius regulæ exempla ſunt cauſæ ſequentes.*

II. Cauſa de pactionibus & ſtipulationibus habetur Inſtitut. de ſeruitutibus. §. ſi quis uelit, his uerbis: Si quis uelit uicino aliquod ius conſtituere, pactionibus atq; ſtipulationib. id efficere debet.

III. Cauſa: Poteſt etiam in teſtamento ſeruitus conſtitui. Hæc regula approbatur Inſtit. d. tit. §. fin. his uerbis: Poteſt etiam in teſtamento quis hæredem ſuum damnare, ne altius tollat ædes ſuas, ne luminibus uicini ædium officiat: uel ut patiatur eum tignum in parietem ſuum immittere, uel ſtillicidium habere: uel ut patiatur eum per fundum ire, agere, aquamúe ex eo ducere. *Concordat l. poteſt etiam. 16. ff. communia prædiorum, his uerbis:* Poteſt etiam in teſtamento hæredem ſuum quis damnare, ne altius ædes ſuas tollat, ne luminibus ædium uicinarum officiat, uel ut patiatur eum tignum in parietem immittere, ſtillicidiaúe aduerſus eum habere: uel ut patiatur uicinum per fundum ſuum, uel hæredis ire, agere, aquamúe ex eo ducere. *Concordat item l. 10. ff. de ſeruitut. urban. præd. cuius uerba uide infrà cap. 5. De ſeruit. alt. non toll. quæſtion. 2. in princ. Concordat item l. Proculus. 23. in prin. ff. de uſufr. & quemad. cuius uerba uide J. exc. 6. repl. 1. in prin.*

IIII. Cauſa: In traditione quoq; prædij ſeruitus excipi poteſt uel conſtitui: de qua re dicetur J. except. 6.

V. Cauſa: Longo quoq; uſu ſeruitus adquiri poteſt. quæ regula approbatur l. 1. §. fin. ff. de aqua pluuia arcenda, his uerbis: Si agri lex nõ inueniatur, uetuſtatem uicem legis tenere, Labeo ait. Sanè enim in ſeruitutibus hoc idem ſequimur, ut ubi ſeruitus non inuenitur impoſita, quamdiu uſus eſt ſeruitute neq; ui, neq; clàm, neq; precariò, habuiſſe longam conſuetudinem, uelut iure impoſitam ſeruitutem uideatur. *Quanto autem tempore adquiratur, uide infrà ultimam exceptionẽ cauſæ propoſitæ. Concordat l. 19. in prin. ff. de ſeruit. urbanor. præd. ubi Paulus:* Seruitutes (inquit) quæ in ſuperficie conſiſtunt, poſſeſsione retinentur. Nã ſi fortè ex ædibus meis in

ędes tuas tignum immiſſum habuero, hoc ut immiſſum habeã per cauſam tigni poſſideo habendi conſuetudinem. Idem eueniet, etſi mœnianũ in tuum immiſſum habuero, aut ſtillicidiũ in tuũ proiecero: quia in tuo aliquid utor, & quaſi facto quodam poſsideo. *Cõcordat item l.1.C.de ſeruit.ubi Imp. Antoninus*: Is qui iudex erit (*inquit*) longi temporis conſuetudinem uicem ſeruituris obtinere ſciet, modò ſi is qui pulſatur, nec ui nec clam nec precario poſsidet. *Concordat item l.2.C.eod.tit.ubi idem Imp.* Si aquã (*inquit*) per poſſeſsionem Martialis eo ſciente per duxiſti, ſeruitutem exemplo rerum immobilium tempore quæſiſti. *Concordat itẽ l.7. C.eod.tit.ubi Imper.Diocl.* Si manifeſtè doceri poſsit (*inquit*) ius aquæ ex uetere more atq; obſeruatione per certa loca perfluentis utilitatem certis fundis irrigãdi cauſa exhibere, procurator noſter ne quid contra ueterem formam atq; ſolennem morem innouetur prouidebit. *Concordat item l.2. in prin. ff. de aqua plu.arcenda.cuius uerba uide infrà regula proxima 6. Propoſitæ regulæ prima exceptio hæc eſt: Niſi ſeruitus continuam atq; perpetuam cauſam non habeat. quæ exceptio approbatur l. 14. in prin.ff.de ſeruitut.cuius uerba uide ſ.ca.prox.quæſt. 3.reg 2. Concordat l.4.§.fin.ff.de uſucap.cuius uerba uide ſ cap.prox.cauſa 11. Concordat item l.10. §. 1.ff.eod.tit.his uerbis*: Hoc iure utimur, ut ſeruitutes per ſe nunquam longo tempore uſucapi poſsint, ſed cum ædificijs poſsint. *Concordat item l.27.ff.de ſeruitut.urbanorum prædiorum, cuius hæc ſunt uerba*: Foramen in imo pariete conclauis uel triclinij, quod eſſet proluendi pauimenti cauſa, id neq; flumẽ eſſe, neq; tempore adquiri placuit. hoc ita uerum eſt, ſi in eum locum nihil ex cœlo aquæ ueniat. Neq; enim perpetuã cauſam habet, quod manu fit: at quod ex cœlo cadit, etſi non aſsiduè fit, ex naturali tamen cauſa fit, & ideo perpetuò fieri exiſtimatur: omnes autem ſeruitutes prædiorũ perpetuas cauſas habere debent. Et ideo neq; ex lacu, neq; ex ſtagno cõcedi aquęductus poteſt: ſtillicidij quoq; immittẽdi naturalis & perpetua cauſa eſſe debet. *Hiſce uerbis præterquam quòd exceptio propoſita approbatur, ſimul etiam prima replicatio aduerſus eã introducitur talis: Niſi ſeruitus naturalem cauſam habeat. Secũda replicatio eſt talis Niſi tanto tempore uſus ſit, cuius nõ extat memoria. quæ replicatio approbatur exemplo l. 3. §. ductus. ff. de aqua quotidiana, his uerbis*: Ductus aquæ, cuius origo memoriã exceſſerit, iure conſtituti loco habetur. *Plura de hac replicat. uide in gloſſa l.1.in uerbo Quæſyſti. C. de ſeruitutibus.item in gloſſa l.14.in uerbo Certam. ff.de ſeruitut.et in gloſſa l.1.§.fin.in uerbo Quæ.diu. ff.de aqua pluuia arcẽda. Sanè propoſitæ exceptioni ſimilis eſt exceptio ea, de qua dictum ſ.lib.12. cap.5. except. 42. Secunda propoſitæ cauſæ exceptio hæc eſt: Niſi nulla cauſa uel titulus ſeruitutis ſubſit. Hæc exceptio reprobatur l.10.in prin. ff. ſi ſeruitus uindicetur, his uerbis*: Si quis diuturno uſu & longa quaſi poſſeſsione ius aquæ ducendæ nactus ſit, non eſſe ei neceſſe docere de iure, quo aqua conſtituta eſt, ueluti ex legato uel alio modo: ſed utilem habet actionem, ut oſtendat per annos fortè tot ſe, nõ ui, non clàm, non precario poſſediſſe. *Concordat l.ult.ff.de aqua pluuia arcẽda. ubi Scæuola reſpondit: ſolere eos qui iuri dicendo præſunt, tueri aquæductus quibus authoritatẽ uetuſtas daret, tametſi ius nõ probaretur. Concordat item l.3.§.ductus. ff.de aqua quotidiana.cuius uerba uide ſ.exc.prox.repl.2. Tertia exceptio eſt: Niſi ui, clàm uel precario uſus ſit. Hæc exceptio approbatur l.1. §.fin.ff.de aqua pluuia arcenda.cuius uerba uide ſuprà in prin.cauſæ propoſitæ. Concordat l.1. in fin. C. de ſeruit. cuius uerba uide ibidem. Quid autem ſit ui, uel clàm uti aut facere, declaratur l.quo tutela.73. §.ui factũ.ff.de regul. iuris.his uerbis*: Vi factũ uidetur id eſſe, quod quis eum prohiberetur fecit: Clàm, quod quiſq; cum controuerſiam haberet, habiturumúe ſe putaret, fecit. *Plura de hoc uide ſ.lib.21.cap.12. Precario uti quid ſit, declaratur l.1.in prin.ff.de precario, his uerbis*: Precarium eſt, quod precibus petenti utendum conceditur tamdiu, quamdiu is qui conceſsit, patitur. *Iulianus quoq;*: Habere precario uidetur (*inquit*) qui poſſeſsionem uel corporis, uel iuris adeptus eſt, ex hac ſolùmodo cauſa, quòd preces adhibuit, & impetrauit precibus ut ſibi poſsidere aut uti liceat: uel uti ſi me precario rogaueris ut per fundũ meũ ire uel agere tibi liceat, uel ut in tectũ uel in aream ædium mearum ſtillicidiũ uel tignum in parietem immiſſum habeas. a *Ad exceptionem igitur propoſitã pertinet, ſi quis inuito uicino ſeruitute uſus ſit.* Inuitũ aũt in ſeruitutib. accipere debemus (*Vlpianus ait*) non ſolùm eum qui contradicit, ſed & eũ qui nõ conſentit. Ideo Põponius lib.10. & infantẽ & furioſum inuitos rectè dici ait. nõ enim ad factũ, ſed ad ius ſeruituris hæc uerba referuntur. b *Quarta exceptio eſt: Niſi non tanquã ſuo iure ſit uſus. Hæc exceptio approbatur l.ultim ff. quemad.ſeruit.amit.his uerbis*: Seruitute uſus non uidetur, niſi is qui ſuo iure uti ſe credidit. Ideoq; ſi quis pro uia publica, uel pro alterius ſeruitute uſus ſit, nec interdictum, nec actio utilis competit. *Quinta exceptio hæc eſt: Niſi non per legitimum tempus ſit uſus. Hæc exceptio ipſo quidem iure ſubſiſtit: uerùm quod ſit legitimũ tempus, quo ſeruitus adquiri poßit, dubitatur. Communior tamen opinio Doctorum definit illud inter præſentes quidem decem annis, inter abſentes autem uiginti annis, argumento l.2.in prin.C.de ſeruit.*

cuius

a l.2.§.fin.et l.ſequent. ff. de precario.

b l.4. ff. de ſeruit. urb. præd.

cuius uerba uide ſuprà cauſa propoſita in prin. De *qua re uide gloſ. in d. l. 2. in uerbo Quæſiſti. item gloſ. in l. 14. in uerbo Certam. ff. de ſeruit. item gloſ. in l. 2. §. fin. in uerbo Quamdiu. ff. de aqua pluuia arcenda. Planè ſi ſeruitus continuam cauſam non habet, tunc tantum tempus requiritur, cuius non extat memoria. de quo dictum ſuprà exceptione prima, replicatione tertia. Hæc de quinta adquirendæ ſeruitutis cauſa.*

V I. *Cauſa: Natura quoq; locus inferior ſuperiori ſeruitutem debet. quæ regula approbatur l. 1. in prin cip. ff. de aqua pluuia arcenda, his uerbis:* In ſumma, tria ſunt, per quæ inferior locus ſuperiori ſeruit: lex, natura loci, uetuſtas quæ ſemper pro lege habetur, minuendarum ſcilicet litium cauſa. *Concordat l. 2. §. fin. ff. eod. tit. ubi Vlpianus:* Si tamen lex non ſit agro dicta, agri naturã eſſe ſeruandam, & ſemper inferiorem ſuperiori ſeruire: atq; hoc incommodum naturaliter pati inferiorem agrum à ſuperiore, compenſareq; debere eum alio commodo. ſicut enim omnis pinguedo terræ ad eum decurrit, ita etiam aquæ incommodum ad eum defluere. *Planè ſi quis opere manufacto aquam ex ſuperiore loco in inferiorem deriuare uelit, non licet niſi de eo ſpecialiter conuenerit. quod conſtat argumento l. 29. ff. de ſeruitut. ruſticor. præd. cuius uerba uide infrà cap. 4. quæſt. 4. except. 3.*

V II. *Cauſa adquirendæ, imponendæ uel excipiendæ ſeruitutis eſt, ſi ad prædium hæreditarium aditus niſi per prædium legatum nullus eſt. tunc enim hæres per exceptionem ſeruitutem ſibi retinere poteſt. quæ cauſa approbatur l. 20. in prin. ff. ſi ſeruitus uind. his uerbis:* Teſtatrix fundo quem legauerat, caſas innectas habuit: quæſitum eſt, ſi fundo legato non cederent, eumq; legatarius uendicaſſet: an iſte fundus aliquam ſeruitutem caſis deberet? aut ſi ex fideicõmiſſi cauſa eum ſibi dari legatarius deſideraret, hæredes ſeruitutem aliquam caſis excipere deberent? Reſpondit Scæuola, debere. *Concordat l. ult. in prin. ff. de ſeruit. urban. præd. cuius uerba uide infrà eod. cap. except. 6. Hactenus cauſæ conſtituendæ & adquirendæ ſeruitutis ſunt propoſitæ: ſequuntur nunc propoſitarum cauſarum exceptiones ex uarijs circumſtantijs conſtituendæ ſeruitutis deſumptæ, & primùm eæ quæ deſumptæ ſunt ex ſpecie & qualitate ſeruitutis conſtitutæ.*

I. EXCEPTIO: *Niſi certa ſeruitutis ſpecies expreſſa non ſit. Hæc exceptio approbatur l. 8. in prin. ff. comm. præd. his uerbis:* In tradendis unis ędibus, ab eo qui binas habet, ſpecies ſeruitutis exprimẽda eſt: ne ſi generaliter ſeruire dictum erit, aut nihil ualeat, quia incertum ſit, quę ſeruitus excepta ſit, aut omnis ſeruitus imponi debeat. *Concordat l. quidquid. 10. ff. eod. tit. ubi Vlpianus:* Quidquid uenditor ſeruitutis nomine ſibi recipere uult (inquit) nominatim recipi oportet. Nam illa generalis receptio q'ib. eſt, ſeruitus utiq; eſt, ad extraneos pertinet, ipſi nihil proficit uenditori ad iura eius conſeruanda. Nullam enim habuit: quia nemo ipſe ſibi ſeruitutẽ debet. Quinimò etſi debita fuit ſeruitus, deinde dominium ſeruientis rei peruenit ad me, conſequenter dicitur extingui ſeruitutem. *Planè propoſitæ exceptioni contradicit in caſu l. 7. in prin. ff. eod. tit. his uerbis:* Si in uenditione quis dixerit, ſeruas fore ædes quas uendidit, neceſſe non habet liberas tradere: quare uel ſuis ædibus eas ſeruas facere poteſt, uel uicino concedere ſeruitutem, ſcilicet ante traditionem. Planè ſi Titio ſeruas fore dixit, ſiquidem Titio ſeruitutem conceſſerit, abſolutus eſt: ſi uerò alij conceſſerit, ex empto tenebitur.

II. EXCEPTIO: *Niſi conuenerit ut aliquid faciat. Hæc exceptio approbatur per ea quæ dicta ſunt ſ. cap. prox. quæſt. 3. reg. 1.*

III. EXCEPTIO: *Niſi id quod ſeruitutis nomine conſtitutum ſit, ad alium quàm ad uicini prædij uſum reſpiciat. Hæc exceptio approbatur exemplo l. ut pomum. 7. in prin. ff. de ſeruit. his uerbis:* Vt pomum decerpere liceat, & ut ſpaciari, & ut cœnare in alieno poſſimus, ſeruitus imponi non poteſt. *Concordat lex 5. in fin. cum l. ſequente. ff. de ſeruit. ruſt. præd. cuius hæc ſunt uerba:* Vt maximè calcis coquendæ & cretæ eximendæ ſeruitus conſtitui poſſit, non ultra poſſe quàm quatenus ad uicinũ fundum opus ſit, ueluti ſi figulinas haberet, in quibus & ea uaſa fierent, quibus fructus eius fundi exportarentur, ſicut in quibuſdam fit, ut amphoris uinum euehatur, aut ut dolia fiant, uel tegulæ ad uillam ædificandam: ſed ſi ut uaſa uenirent, figulinæ exercerentur, uſusfructus erit. Non longè recedit ab uſufructu ius calcis coquendæ & lapidis eximendi, & arenæ fodiendæ: Sed ius lapidis eximendi & calcis coquendæ, ædificandi eius gratia quod in fundo eſt. Item ſyluæ cæduæ ut pedamenta in uineis non deſint. Quid ergo? Si prędiorum meliorem cauſam hæc faciant, non eſt dubitandum quin ſeruitus ſit. Et hoc Merianus probat in tantum, ut & talem ſeruitutem conſtitui poſſe putet, ut tugurium mihi habere liceret in tuo, ſcilicet ſi habeam paſcui ſeruitutem aut pecoris appellendi, ut ſi hyems ingruerit, habeã quò me recipiam. *Concordat itẽ l. 20. §. fin. ff. eod. tit. de ſeruit. ruſt. præd. ubi Pomp.* Hauriendi ius (*inquit*) non hominis, ſed prædij eſt. *Ex his igitur ſequitur quòd ei qui uicinum prædium nõ habet, ſeruitus concedi non poſſit: de quo ſ. dicetur exc. 21.*

IIII. EXCEPTIO: *Niſi id ſeruitutis nomine conſtitutum ſit, quod nec homini nec prædio*

prodeſt. Hæc exceptio approbatur leg. 15. in prin. ff. de ſeruitut. his uerbis: Quoties nec hominum nec prædiorum ſeruitutes ſunt, quia nihil uicinorum intereſt, non ualet: ueluti ne per fundum tuum eas, aut ne ibi cõſiſtas. Et ideo ſi mihi concedas, ius tibi non eſſe fundo tuo uti frui, nihil agitur: aliter atq; ſi concedas mihi ius tibi non eſſe in fundo tuo aquam quærere, minuendæ aquæ meæ gratia. *Concordat l. penult. ff. de pactis, ubi Pomponius*: Nemo (*inquit*) paciſcendo id efficere poteſt, ne ſibi locum ſuum dedicare liceat, aut ne ſibi in ſuo ſepelire mortuum liceat, aut ne uicino inuito prædium alienet. *Concordat item l. 8. §. fin. ff. ſi ſeruitus uindicetur. cuius uerba uide infrà except. proxima. Huius exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi uel in ipſa rei traditione imponatur, uel utilis eſſe ſperetur. Hæc replicatio approbatur l. et fundo. 19. ff. de ſeruitut. his uerbis*: Ei fundo quem quis uendit, ſeruitutem imponi (etſi non utilis ſit) poſſe exiſtimo: ueluti ſi aquam alicui ducere non expediret: nihilominus conſtitui ea ſeruitus poſſit. Quædam enim habere poſſumus, quamuis ea nobis utilia non ſunt.

V. EXCEPTIO: *Niſi id quod ſeruitutis nomine conſtitutum eſt, etiam ipſo iure liceat. Hæc exceptio approbatur l. 8. §. fin. ff. ſi ſeruitus uendicetur, his uerbis*: Apud Pomponium dubitabatur an quis poſſit ita agere, licere fumum non grauem (puta ex foco) in ſuo facere, aut non licere? & ait magis non poſſe agi, ſicut agi non poteſt ius eſſe in ſuo ignem facere, aut ſedere, aut lauare. *Huius exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi id quod in ſuo facit, uicinum lædat. tunc enim quia non licet ad læſionem alterius in ſuo facere, talis ſeruitus imponi poteſt in ſuo ſibi facere licere. quæ replicatio approbatur d. §. fin. his uerbis*: Idem in diuerſum probat: nam & in balinei (inquit) uaporibus cum Quintilla cuniculum pergentem in hortos Iulij urſi inſtruxiſſet, placuit potuiſſe talem ſeruitutem imponi. *Scilicet in ſuo ſibi ignem facere licere. Nam ſi in ſuo ignem faciat, fumum in hortum Iulij immittit, quod ei facere non licet. Vnde Ariſto Cerellio Vitali reſpondit; non putare ſe ex taberna caſearia fumum in ſuperiora ædificia iure immitti poſſe, niſi eius rei ſeruitus talis admittatur: Ideo (ait) quia & ex ſuperiore in inferiora non aquam, nõ quid aliud immitti licet: in ſuo enim alicui hactenus facere licet, quatenus nihil in alienũ immittat, fumi aũt, ſicut aquæ immiſsionẽ eſſe.* ad l. 8. §. Ariſto. *Poteſt ergo quando quis aliquid in ſuo facit quod ad iniuriã uicini ſpectat, talis ſeruitus cõſtitui ut in ſuo facere liceat. Hæc de primi generis exceptionibus, deſumptis ex ſpecie et qualitate ſeruitutis conſtitutæ, ſint dicta: ſed & plures huius generis exceptiones uidere licet infrà inter ſpecies ſeruitutum ruſticorum prædiorum. Secundi generis exceptiones ſumuntur ex re, cui ſeruitus uel imponitur, uel adquiritur: cuius generis ſpecies ſequuntur.*

VI. EXCEPTIO: *Niſi res cui ſeruitus imponitur, eius ſit cui ſeruitus adquiritur. Hæc exceptio approbatur l. 10. ibi: nullam enim. ff. comm. præd. his uerbis*: Nemo ipſe ſibi ſeruitutem debet. *Concordat l. 33. §. fin ff. de ſeruit. ruſticorum prædior. ubi Africanus*: Nullum (*inquit*) prædiũ ipſum ſibi ſeruire poteſt. *item l. 25. in prin. ff. de ſeruit. urban. præd. ubi Paulus: Nulli res ſua ſeruit, inquit. unde ſi prædium ſeruiens, & id cui ſeruitus debetur eiuſdem eſſe cœperit, extinguitur ſeruitus, ut infrà dicetur. Huc pertinet quod ait Scæuola l. ultima, in prin. ff. de ſeruit. urban. præd. his uerbis*: Olympico habitationem & horreum, quod in ea domo erat, quoad uiueret, legauit, iuxta eandem domum hortus & cœnaculũ, quod Olympico legatum non eſt, fuerũt: ad hortum autem & cœnaculum ſemper per domum, cuius habitatio relicta erat, aditus fuit: quęſitum eſt an Olympicus aditum præſtare deberet? Reſpondi, ſeruitutem quidem non eſſe, ſed hæredem tranſire per domum ad ea quæ commemorata ſunt, poſſe, dum non noceat legatario. *Propoſitæ exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi duorum prædiorum dominus alterum tradendo, alteri prædio ſeruitutem uel impoſuerit uel exceperit: quæ replicatio approbatur leg. 3. ff. commun. præd. his uerbis*: Duorum prædiorum dominus, ſi alterum ea lege tibi dederit, ut id prædium, quod datur ſeruiat ei quod ipſe retinet, uel econtrà, iure impoſita ſeruitus intelligitur. *Concordat l. 6. in prin. ff. eod. tit. ubi Vlpianus*: Si quis duas ædes habeat (*inquit*) & alteras tradat, poteſt legem traditioni dicere, ut uel iſtæ quæ non traduntur, ſeruæ ſint his quæ traduntur: uel contrà, ut traditæ retentis ædibus ſeruiant: paruiq; refert, uicinæ ſint ambæ ædes, an non. Idem erit & in prædijs ruſticis. Nam etſi quis duos fundos habeat, alium alij poteſt ſeruum facere tradendo. *Concordat l. 33. ff. de ſeruit. urban. præd. his uerbis*: Et qui duas areas habet, alteram tradendo ſeruam alteri efficere poteſt. *Concordat item l. Proculus. 23. in princip. ff. de uſufr. & quemad. his uerbis*: Proculus putat inſulam ita poſſe legari, ut ei ſeruitus imponatur, quæ alteri inſulæ hæreditariæ debeatur hoc modo: Si ille hæredi meo promiſerit per ſe non fore quo minus altius ea ædificia tollantur, tunc ei eorum ædificiorum uſumfructum do lego: uel ſic, Aedium illarum quoad altius quàm uti nunc ſunt, ædificatæ non erunt, illi uſumfructũ do lego. *Propoſitæ replicationis duplicatio prima hæc eſt: Niſi partem prædij tradendo alteri parti ſeruitutem uel impoſuerit uel exceperit. Hæc duplicatio approbatur l. 6. §. ſi quis. ff. commun. præd. his uerbis:*

uerbis: Si quis partem ædium tradat, uel partem fundi, non poteſt ſeruitutem imponere: quia per partes ſeruitus imponi non poteſt, ſed nec adquiri. *Huius duplicationis triplicatio prima hæc eſt: Niſi prædium regionibus ſit diuiſum. quæ triplicatio approbatur d. §. ſi quis, hiſce uerbis:* Planè ſi diuiſit fundum regionibus, & ſic partem tradidit pro diuiſo, poteſt alterutri ſeruitutem imponere: quia non eſt pars fundi, ſed fundus. Quod & in ædibus poteſt dici, ſi dominus pariete medio ædificato unam domum in duas diuiſerit, ut plerique faciunt. nam & hæc pro duabus domibus accipi debet. *Secunda triplicatio hæc eſt: Niſi cum duobus duo prædia eſſent communia, alter alteri partem ſuam tradiderit, uel alterum tradendo pacti ſint, ut id ei quod retinent ſeruiat, uel contrà. Hæc triplicatio approbatur l. 33. in princip. ff. de ſeruitut. ruſticorum præd. his uerbis:* Cum eſſent mihi & tibi fundi duo communes, Titianus & Seianus, & in diuiſione conueniſſet, ut mihi Titianus, tibi Seianus cederet, inuicem partes eorum tradidimus, & in tradendo dictum eſt, ut alteri per alterum aquam ducere liceret: rectè eſſe ſeruitutem impoſitam ait Africanus, maximè ſi pacto ſtipulatio ſubdita ſit. *Concordat l. 6. §. item ſi duo. ff. commun. præd. his uerbis:* Si duo homines binas ædes communes habeamus, ſimul tradendo idem efficere poſſumus, ac ſi ego ſolus proprias binas ædes haberem. Sed etſi ſeparatim tradiderimus, idem fiet: ſic tamen ut nouiſſima traditio efficiat etiam præcedentem traditionem efficacem. Si tamen alteræ, &c. *Reliqua uerba uide paulo inferius duplic. 5. Secunda duplicatio hæc eſt: Niſi dominus utrunque prædium tradiderit. tunc enim nec imponere nec excipere alteri ſeruitutem poteſt. quæ duplicatio approbatur l. 6. §. 1. ff. commun. præd. his uerbis:* Duas autem ædes ſimul tradendo non poteſt efficere alteras alteris ſeruas: quia neque adquirere alienis ædibus ſeruitutem, neque imponere poteſt. *Huius duplicationis triplicatio hæc eſt: Niſi ſeparatim tradiderit. tunc enim ei quod prius tradit, ſeruitutem imponere poteſt, aut excipere. quæ triplicatio approbatur l. ſi cum duas. 9. ff. commun. præd his uerbis:* Si cum duas haberem inſulas, duobus eodem momento tradidero, uidendum eſt, an ſeruitus alterutris impoſita ualeat? Quia alienis quidem ædibus nec imponi nec adquiri ſeruitus poteſt. Sed ante traditionem peractam ſuis magis adquirit uel imponit is qui tradidit: ideoque ualebit ſeruitus. *Tertia propoſitæ replicationis duplicatio hæc eſt: Niſi ſeruitutis ſpecies non ſit expreſſa. de qua re dictum eſt ſuprà exceptione prima. Quarta propoſitæ replicationis duplicatio hæc eſt: Niſi unum tantum prædium habens, id tradidit. ei enim ſeruitutem realem imponere non poteſt, perſonalem poteſt. quæ duplicatio approbatur l. ſi quis unas. 19. ff. de uſufructu & quemadmodum, his uerbis:* Si quis unas ædes, quas ſolas habet, uel fundum tradiderit, excipere poteſt id quod perſonæ, non prædij eſt, ueluti uſum & uſumfructum. Sed etſi excipiat ut paſcere ſibi uel inhabitare liceat, ualet exceptio, cum ex multis ſaltibus paſtione fructus percipiatur: & habitationis exceptione ſiue temporalis, ſiue uſque ad mortem eius qui excepit, uſus uidetur exceptus. *Hiſce uerbis propoſita duplicatio approbatur, ſimul & diſtinguitur hoc modo: Niſi perſonalis ſit ſeruitus. Quinta duplicatio hæc eſt: Niſi commune prædium tradendo, proprio prædio ſeruitutem excipiat: uel contrà. Hæc duplicatio approbatur l. 6. §. fin. ff. communia prædia, his uerbis:* Si tamen alteræ unius propriæ ſint ædes, alteræ communes, neutris ſeruitutem uel adquirere uel imponere me poſſe, Pomponius ſcribit. *Huius duplicationis ratio eſt: Quia communi prædio alter ſociorum ſeruitutem nec imponere nec adquirere poteſt, ut infrà dicetur. Huius duplicationis triplicatio hæc eſt: Niſi ſocio commune prædium tradat. tunc enim proprio ſeruitutem poteſt imponere. quæ triplicatio approbatur l. 32. ff. de ſeruit. ruſtic. præd. his uerbis:* Fundus mihi tecum communis eſt, partem tuam mihi tradidiſti: & ad eandem uiam per uicinum tuum proprium, rectè eo modo ſeruitutem conſtitutam Africanus ait: neque quod dici ſoleat per partes nec adquiri nec imponi ſeruitutes poſſe, iſto caſu locum habere. Hic enim non per partem ſeruitutem adquiri, utpote cum in id tempus adquiratur, quo proprius meus fundus futurus ſit. *De prima igitur replicatione propoſitæ exceptionis hactenus ſit dictum. Secunda replicatio hæc eſt: Niſi res cui ſeruitus imponitur, ei cui ſeruitus adquiritur, cum alio ſit communis. Hæc replicatio approbatur l. 27. in fin. ff. de ſeruitut. ruſtic. præd. his uerbis:* Proprio fundo per communem ſeruitus deberi poteſt. *Huius replicationis duplicatio hæc eſt: Niſi tempore quo ſeruitus conſtituitur, ſit cōmunis ei cui ſeruitus adquiritur: quia tunc ſeruitus non debetur, ut paulo ſ. dupl. 5. ſed tunc demum debetur, cum poſt conſtitutam ſeruitutem ſit communis. de qua re dicetur infrà inter cauſas amittendæ ſeruitutis, de confuſione.*

VII. EXCEPTIO: *Niſi alieno prædio quis ſeruitutē imponat, uel adquirat. Hæc exceptio approbatur l. 6. §. 1. ff. cōmunia prædia. cuius uerba uide ſ. except. prox. dupl. 2.* Concordat *l. 5. ff. eod. tt. cuius uerba uide paulo inferius replicat. 3.* Concordat *item l. ſi cum duas: 9. ibi: quia alienis. ff. eod. tt. cuius uerba uide ſuprà except. proxim. replic. 1. dupl. 2. tripl. 1.*

Huius

Huius exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi in ipſa rei uenditione ac traditione impoſuerit uel adquiſierit. De hac replicatione dictum eſt ſuprà exceptione proxima, replicat. 1. *Secunda replicatio eſt: Niſi communi prædio impoſuerit uel adquiſierit. Hæc replicatio reprobatur: de qua re dicetur infrà except. 19 & 20.* *Tertia replicatio eſt: Niſi commune prædium uendens, ſibi & ſocio ſeruitutem ſit ſtipulatus. Et hæc replicatio reprobatur l. 5. ff. commun. præd. his uerbis:* Propriũ ſolum uendendo an ſeruitutem talem iniũgere poſsim, ut mihi & uicino ſeruiat? Similiter ſi commune ſolum uendo, ut mihi & ſocio ſeruiat, an conſequi poſsim? Reſpondit Iabolenus, ſeruitutem recipere niſi ſibi nemo poteſt: adiectio itaque uicini pro ſuperuacuo habenda eſt, ita ut tota ſeruitus ad eum qui receperit pertineat: ſolum autem commune uendendo, ut mihi & ſocio ſeruiat, efficere non poſſum: quia per unum ſocium communi ſolo ſeruitus adquiri non poteſt. *Alias propoſitæ exceptionis replicationes uide infrà exceptione 16. item exceptione 21.*

VIII. EXCEPTIO: *Niſi loco publico ſeruitus imponatur. Hæc exceptio approbatur l. 2. ff. commun. præd. his uerbis:* De aqua per rotam tollenda ex flumine, uel haurienda, uel ſi quis ſeruitutem caſtello impoſuerit, quidam dubitauerunt, ne hæ ſeruitutes non eſſent? Sed reſcripto Imper. Antonini ad Iulianum adijcitur, Licet ſeruitus iure nõ ualuit: ſi tamen hac lege comparauit, ſeu alio quocunq; legitimo modo ſibi hoc ius adquiſiuit, tuendum eſſe eum, qui hoc ius poſſedit. *Hiſce uerbis manifeſtè oſtenditur, ſeruitutem quidem in loco publico non eſſe, ſed aliud quoddam ius innominatum. Concordat l. 13. in prin. ff. eod. tit. ubi Vlpianus:* Venditor fundi Geroniani (*inquit*) fundo Botriano, quem retinebat, legem dederat, ne contrà eum piſcatio thynnaria exerceretur: quamuis mari (quod natura omnibus patet) ſeruitus imponi priuata lege non poteſt: quia tamen bona fides contractus legem ſeruari uenditionis expoſcit, perſonæ poſsidentium, aut in ius eorum ſuccedentium per ſtipulationis uel uenditionis legem obligantur. *Plura de hac exceptione uide in iure fluminum publicorum.*

IX. EXCEPTIO: *Niſi loco ſacro aut religioſo ſeruitus ſit impoſita. Hæc exceptio approbatur l. 4. ff. commun. præd. his uerbis:* Caueri ut ad certam altitudinem monumentũ ædificetur non poteſt: quia id quod humani iuris eſſe deſijt, ſeruitutem non recipit: ſicut nec illa quidem ſeruitus conſiſtere poteſt, ut certus numerus hominum in loco uno humetur.

X. EXCEPTIO: *Niſi prædio, in quo alius uſumfructum habet, ſeruitus impoſita ſit. Hæc exceptio approbatur l. ſed etſi quid. 19. §. ſed nec ſeruitutem. ff. de uſufructu & quemadmodum. de qua exceptione cũ ſua replicatione uide ĩ. li. prox. c. 5. reg. 18.*

XI. EXCEPTIO: *Niſi & alij in eodem prædio ſeruitus debeatur. Hæc exceptio reprobatur l. 15. ff. commun. præd. his uerbis:* Qui per certum locum iter aut actum alicui ceſsit, eum pluribus poſſe per eundem locum uel iter uel actum cedere uerum eſt: quemadmodum ſi quis uicino ſuas ædes ſeruas fecit, nihilominus alijs, quot uolet, eaſdem ædes ſeruas facere poteſt. *Cõcordat l. 4. ff. de aqua quot. & æſtiua, ubi Iulianus:* Lucio Titio ex fonte meo ut aquam duceret conceſsi: quæſitum eſt, an & Mæuio concedere poſsim, ut per eundem aquæductum aquam ducat: etſi putaueris poſſe cedi per aquæductum duobus, quemadmodum uti debeant? Reſpondeo, ſicut iter, actus, uia pluribus cedi uel ſimul, uel ſeparatim poteſt, ita aquæ ducendæ ius rectè cedetur. Sed ſi inter eos, quibus aqua conceſſa eſt, nõ conuenit, quemadmodum utantur, non erit iniquum utile iudicium reddi: ſicut inter eos ad quos uſusfructus pertinet, utili communi diuidundo iudiciũ reddi pleriſq; placuit. *Concordat item l. 2. § fin. ff. de ſeruit ruſtic. præd. ubi Neratius:* Si aquæductus uel hauſtus aquæ ſufficiens eſt, poteſt etiam pluribus per eundem locum concedi, ut eiſdem diebus uel horis ducatur. *Planè admittitur exceptio propoſita in caſu, qui proponitur l. 14. ff. de ſeruit. ruſtic. præd. his uerbis:* Per quẽ locum uiam alij ceſſero, per eundem alij aquæductum cedere non potero. Sed etſi aquæductum alij ceſſero, alij iter per eundem locum uendere, uel aliâs cedere non potero.

XII. EXCEPTIO: *Niſi ædificio nondũ facto ſeruitus imponatur uel adquiratur. Hæc exceptio reprobatur l. 22. §. fin ff. de ſeruit. urban. præd. his uerbis:* Futuro quoq; ædificio quod nondum eſt, uel imponi uel adquiri ſeruitus poteſt. *Concordat l. 10. ibi: nam ſi liceat. ff. de ſeruit. ruſt. præd. cuius uerba uide 3. cap. 10. except. 3. Concordat item l. 21. ff. de ſeruit. urban. præd ubi Iulianus:* Qui ædificium habet (*inquit*) poteſt ſeruitutem uicino imponere, ut non ſolum de his luminibus, quæ in præſentia ſunt, ſed etiam de his quæ poſtea fuerint, caueat.

XIII. EXCEPTIO: *Niſi in prouinciali prædio ſeruitus ſit conſtituta. Hæc exceptio reprobatur l. 3. C. de ſeruitutibus, his uerbis:* Et in prouinciali prædio conſtitui aquæductus, uel aliæ ſeruitutes poſſunt, ſi ea præceſſerint, quæ ſeruitutes conſtituunt. tueri enim placita inter contrahentes debent.

XIIII. EXCEPTIO: *Niſi prædijs à ſe*

inuicem

inuicem remotiſsimis ſeruitus ſit impoſita. Hæc ex*ceptio approbatur l.57.cum leg.ſequente. ff de ſeruitut. urbanor præd.his uerbis:* Si ædes meæ à tuis ædibus tantum diſtent ut proſpici non poſsint, aut medius mons earum conſpectum auferat, ſeruitus imponi non poteſt. Nemo enim proprijs ædificijs ſeruitutem imponere poteſt, niſi & is qui cedit, & is cui ceditur in conſpectu habeant ea ædificia, ita ut officere alterum alteri poſſit. *Plura de hac except. uide J.except.30.*

XV. EXCEPTIO: *Niſi parti fundi ſeruitus ſit adquiſita uel impoſita. Hæc exceptio reprobatur l.6.ff.de ſeruitutibus, his uerbis:* Ad certam partem fundi ſeruitus tam remitti, quàm conſtitui poteſt. *Hactenus ſecundi generis exceptiones propoſitæ ſunt: ſequuntur nunc tertij generis exceptiones, deſumptæ ex perſona eius qui ſeruitutem imponit.*

XVI. EXCEPTIO: *Niſi non dominus prædio ſeruitutem imponat, uel is qui prædium non habet. Hæc exceptio cum aliquot replicationibus propoſita eſt ſuprà exceptione 7. ſed & alias recipit replicationes, quarum prima hæc eſt: Niſi ſeruitus ei debeatur. tunc enim uidetur quòd poſsit eam ſeruitutem alij concedere in prædio alieno. Hæc replicatio reprobatur ſub conditione l.33.§.fin.ff.de ſeruit. ruſtic.præd.his uerbis:* Per pluriũ prædia aquam ducis quoquomodo impoſita ſeruitute, niſi pactum uel ſtipulatio etiam de hoc ſubſecuta eſt, neque eorum cuiuis, neque alij uicino poteris hauſtum ex riuo concedere. pacto enim uel ſtipulatione interuenientibus, & hoc concedi ſolet, quamuis nullum prædium ipſum ſibi ſeruire, neq; ſeruitutis fructus conſtitui poteſt. *Ex his uerbis patet, quòd ſi inter dominum prædij, & eum cui ſeruitus conſtituta eſt, conuenit ut eam ſeruitutem etiam alij concedere poſsit, ualere pactum, neq; exceptioni propoſitæ locum relinqui. Secunda replicatio eſt: Niſi maritus prædio dotali ſeruitutem impoſuerit. Et hæc replicatio reprobatur l.5.ff.de fundo dotali, his uerbis:* Iulianus libro XIII. Digeſtor. ſcribit, neque ſeruitutes fundo debitas poſſe maritum amittere, neque ei alias imponere. *Tertia replicatio eſt: Niſi hæres rei legatæ ſeruitutem impoſuerit. Et hæc replicatio reprobatur l.11.§ fin.ff. quemadmodum ſeruitus amitt. his uerbis:* Hæres cùm legatus eſſet, fundus ſub conditione impoſuit ei ſeruitutes: extinguentur ſi legati conditio extiterit? uideamus an adquiſitæ ſequantur legatarium? & magis dicendum eſt, ut ſequantur. *Quarta replicatio hæc eſt: Niſi promittat ſaltem, non cedat. tunc enim quamuis ſeruitus nulla ſit, tamen ſtipulatio ualet, propter id quod intereſt quæ replicatio approbatur l.46.§ ſi per alienum. ff. de euictionibus, his uerbis:* Si per alienum fundum mihi uiam conſtitueris, euictionis nomine te obligari Africanus ait. Etenim quo caſu ſi per proprium conſtituentis fundum conceſſa eſſet uia, rectè conſtitueretur: eo caſu ſi per alienum concederetur, euictionis obligationem contrahi. *Concordat l. 26. §. an ea. ibi: nec dubium. ff. familiæ erciſcundæ, his uerbis:* Viam promittere & is poteſt, qui fundum non habet. *Quinta replicatio hæc eſt: Niſi futuro ædificio imponatur, nondum facto, de hoc ſuprà exceptione 12. eſt dictum. Sexta replicatio eſt: Niſi ſuperficiarius ſeruitutem imponat. Hæc replicatio approbatur l. 1. §.fin. ff. de ſuperficieb. cuius uerba uide ī.lib.29. cap. 9. in fine.*

XVII. EXCEPTIO: *Niſi is à quo dominium poteſt recedere, ſeruitutem prædio impoſuerit. Hæc exceptio reprobatur l. 105. ff. de regulis iuris, his uerbis:* Plerunq; fit, ut etiam ea quæ à nobis poſſunt abire, perinde in eo ſtatu ſint, atq; ſi nõ eſſent eius cõditionis ut abire poſsint: & ideo quod fiſco obligamus, & uendicare interdũ & alienare, & ſeruitutẽ prædio imponere poſſumus. *Planè admittitur exceptio propoſita in hærede, qui rei legatæ ſeruitutẽ imponit: et in marito, ut ī. excep. prox. eſt dictũ.*

XVIII. EXCEPTIO: *Niſi nudæ proprietatis dominus ſeruitutem prædio impoſuerit. De hac exceptione uide ī.lib. prox.cap.5.reg.18.*

XIX. EXCEPTIO: *Niſi unus ex ſocijs prædio communi ſeruitutem impoſuerit. Hæc exceptio approbatur l. 2. ff. de ſeruitutibus, his uerbis.* Vnus ex dominis communiũ ædium ſeruitutem imponere non poteſt. *Concordat l. 34. in prin. ff. de ſeruit. ruſtic. præd. ubi Papinianus:* Vnus ex ſocijs fundi communis (inquit) permittẽdo ius eſſe ire agere nihil agit. *Concordat uẽ l. ultima. §. idem iuris eſt. ibi: & ideo. ff. cõmun. præd. his uerbis:* Non poteſt uni uel unus ex dominis cedere. *Huius autem exceptionis ratio hæc eſt: Quia ſeruitus cum diuiſionem non recipiat, pro parte conſtitui non poteſt, ut oſtenſum eſt ī. cap. prox. in fin. Huius exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi & alter ſocius poſtea idem fecerit. quæ replicatio approbatur d.l.ult. in prin. ff. comm. præd. his uerbis:* Receptum eſt ut plures domini, & non pariter cedentes ſeruitutem imponant uel adquirant, ut tamen ex nouiſsimo actu etiam ſuperiores confirmentur: perindeq; ſit, atq; ſi eodem tempore omnes ceſsiſſent. *Concordat l.11.ff.de ſeruitut. ruſtic. præd. cuius uerba uide paulo J.repl.2. item concordat l. 6. §. item ſi duo. ibi: ſed etſi ſeparatim. ff. comm. præd. cuius uerba uide ī. exception. 6. replicat. 1. dupl. 1. tripl. 2. Propoſitæ replicationis duplicatio prima hæc eſt: Niſi poſtquam is, qui ſeruitutem impoſuit, deceſſerit, uel partẽ ſuam alienauerit, alter ſocius ſeruitutẽ cedat. quæ duplicatio approbatur d. l.ult.§.& ideo, his uerbis:* Si is qui primus ceſſerit uel defunctus ſit, uel alio genere, uel alio modo partẽ ſuã alienauerit, pòſt deinde ſo-

de ſocius ceſſerit, nihil agetuc. Cum enim poſttemus cedat, non retrò adquiri ſeruitus uidetur: ſed periode habetut, ac ſi cum poſttemus cedit, omnes ceſsiſſenc. Igitur rurſus hic actus pendebic, donecno uus ſocius ccdat. *Secunda duplicatio eſt: Niſi poſtremus antequam cedat, mortuus fuerit, uel ſuam partem alienauit. Hæc duplicatio approbatur d.l.ultim.§.ergo & ex diuerſo, bis uerbis* Ergo & ex diuerſo, ſi ei qui non ceſsic, aliquid tale horum contigerit, exintegro omnes cedere debcbuut. tancum enim tempus eis cemiſſum eſt, quo dare facare uel diuerſis temporibus poſsint. *Tertia duplicatio eſt: Niſi cum prior ceſſerit, poſterior legauit ſeruitutem.*

Quarta duplicatio eſt: Niſi cum omnes legaſſent ſeruitatem, diuerſis temporibus eorum bæreditas adeatur Hæ duæ duplicatioaes approbantur d.l. ultima. §.fin. bis acrbis: Idemq; dicendum eſt, & ſi alter cedat, altec leget ſeruirutem. Nam ſi omnes ſocij legent ſeruirutem, & paritec eorum adeatuc hæreditas, poteſt dici utila eſſe legatum. ſi diuerſis cemporibus inutiliter dies legati cedit. Nec enim ſicut uinentiom, ita & defunctorum actus ſuſpendi ceceptum cſt. *Hæc de prima replicatione. Secundæ replicatioais loco aotandum: Quamuis unus ex ſocijs inutiliter prædio communi ſeruitutem imponat: tamen ei qui ceſsit, exceptionem propoſitam non competere. quæ replicatio approbatuc l.11.ff.de ſeruitut.ruſtic.præd. bis uerbis:* Per ſundum qui plurium eſt, ius mihi eſſe eundi agendi poteſt ſeparatim cedi. Ecgo ſubtilicatione non aliter meum fiet ius, quàm ſi omnes cedant, & oouiſsima demum ceſsione ſuperiores omnes confirmabuntuc: benignius tamen dicetuc, & antequam nouiſsimus ceſſerit, eos qui antea ceſſēte, uctace uti ceſſo iure non poſſe. *Hæc de tertij generis exceptionibus ſiat dicta: ſequuntur nunc quarti generis exceptiones, deſumptæ ex perſona eius cui ſeruitus eſt conſtituta.*

XX. EXCEPTIO: *Niſi uni tantum ex ſocijs, non omnibus ſeruitus ſit conſtituta. Hæc exceptio approbatur l.19.ff.de ſeruitut. ruſticor. præd. bis uerbis:* Si unus ex ſocijs ſtipuletuciter ad communem fnndnm, inutilis eſt ſtipulatio: quia ncc ei dari poteſt: ſed ſi omnce ſtipoleutut, ſiue communis ſeruus, ſinguli ex ſocijs ſibi dari oportere, petere poſſunt: quia ita dari eis poteſt, ne ſi ſtipulatocuiæ plures bæredes reliquetit, inutilis ſtipulatio ſiac. *Haius exceptionis ratio eſt, quia ſeruitus cum diuiſionem noa recipiat, per partes adquiri non poteſt, ut dictum eſt ſuprà. Concordat l.5.in fine.ff.communia prædior. cuius uerba uide ſ̄. except. 7. in fine. Concordat item l. 6 §. fin.ff. eod.tt. cuius acrba uide ſ̄. except. 6. replic.1. duplic. 5. Concordat item l. ultim. ibi: & ideo non poteſt.ff. eod.tt. cuius uerba uide ſ̄. except. proxim. in princip. Concordat item l.4.§.ſi fundum. ibi: quamuis. ff. ſi ſeruitus uindicetar. cuius uerba uide J. cap. 4. quæſt. 5. reg. 4. Concordat item l. 140.§.fin.ff. de uerb. obligat. cuius uerba uide J cap. prox. cauſa 4. diſtinct. 5. Coacordat item l.11.ff. de ſeruitutib. cuius uerba uide d. diſtinct. 4. Huius exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi unus ſibi & ſocio ſeruitutem ſit ſtipulatus. Hæc replicatio reprobatur l.5. in fine.ff.commun.præd. cuius uerba aide ſuprà exceptione 7. replicatione 3. Secunda replicatio eſt: Niſi poſtea & alijs ſocijs ſeruitus conſtituatur. quæ replicatio approbatur l.ultim. in princip.ff.commun.præd. cuius uerba uide ſuprà exceptione proxima, replicatione 1. Huius replicationis duplicatio hæc eſt: Niſi antequam alijs ſeruitus ceſſa ſit, prior cui ceſſio facta eſt deceſſerit, uel partem ſuam alienauerit; tunc enim ſi poſtea ſocijs cedatur, nihil agetur. quæ duplicatio approbatar d.l.ultim.§.idem iuris eſt, bis uerbis:* Idem iuris eſt, etſi uni ex dominis cedatur, deinde in perſona ſocij aliquid horum acciderit. *Tertia replicatio eſt: Niſi alter ſocius alteri ſocio ſuam partem tradiderit, & per proprium ſuum fundum ſeruitutem ceſſerit. Hæc replicatio approbatur l.12.ff. de ſeruit. ruſtic.præd. cuius uerba uide ſuprà exceptio.6. replicat.1. duplicatione 5.*

XXI. EXCEPTIO: *Niſi non domino, uel ei qui prædium noa habet, ſeruitus cedatur. Hæc exceptio approbatur Inſtitut. de ſeruitut. prædior.§. ideo autem, bis uerbis:* Idco hæ ſecuitutes prædiorum appellantuc, quoniam ſine prædijs conſtitui non poſſunt. Nemo enim ſeruitutem poteſt adquirere urbani uel ruſtici prędij, niſi qui habet prædium. *Coacordat iiſdem uerbis l.1.§.fin ff. commun. præd. Concordat itē ex l.5.ff.de ſeruit.ruſt.præd. ubi Vlpianus:* Nec hauſtū (aquæ) nec appulſnm pecoris, nec cretæ eximendæ calcisq; coquendæ ius poſſe in alieno eſſe, niſi fundum uicinnm habeat: & hoc Proculum & Attilicinum exiſtimaſſe ait. *Huius exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi ius aliquod perſonale ei qui prædium uicinum aon habet, conſtituatur. quæ replicatio approbatur l.ſi quis uxor. 39.ff. de uſufructu & quemadmod. cuius uerba uide ſ̄. except. 6. replicat. 1. duplicat. 4. Concordat l.4. cum lege ſequente.ff.de ſeruitut.ruſt.prædio. cuius uerba uide J. cap. proxim. cauſa 5. Coacordat item l. 6. in princip. ff. eod. tt. cuius uerba uide ſ̄. except. 3. Secunda replicatio eſt: Niſi is qui fundum noa habet, ſub conditione uiam ſit ſtipulatus, & pendente conditione fundum ſit nactus. Hæc replicatio approbatur l. 98. in prin.ff.de uerb.oblig. bis uerbis:* Exiſtimo poſſe id quod meum eſt, ſub conditione ſtipulari: item uiam ad fundum poſſe, quanquam interim fundus oon ſit meus. Aut ſi hoc uerum non aſt, & aliorum fundum ſub conditione ſtipulatus fucro, isq; cx lucratiua

cauſa

cauſa meus eſſe cœperit, confeſtim perimetur ſtipulatio: & ſi fundi dominus ſub conditione uiam ſtipularus fuerit, ſtatim fundo alienato, euaneſcet ſtipulatio: & maximè ſecundum illorum opinionem, qui etiam ea quæ rectè conſtituerint, reſolui putant cum in eum caſum reciderunt, à quo non potuiſſent conſiſtere. *Ait Iuriſconſultus*: Aut ſi hoc uerum non eſt, perfice Syllogiſmum hoc modo: Sed ſequentia ſunt falſa. Ergo hoc eſt uerum. *Et ita nota hic exceptionē eius cauſæ, quæ habetur ſ. cap. prox. cauſa 4. diſtin. 3.* *Tertia replicatio eſt: Niſi ei qui uſumfructum prædij habet, ſeruitus credatur. Et hoc caſu non quidem ſeruitus eſt, ſed ius quoddam perſonale, quod cum uſufructu extinguitur. quod approbatur l. 1. §. rectè Neratius. ff. ſi ſeruitus uendicetur, his uerbis:* Rectè Neratius ſcribit, ſi medij loci uſusfructus legetur, iter quoq; ſequi, per ea ſcilicet loca fundi, per quę qui uſumfructum conceſsit, conſtitueret, quatènus eſt ad fruendum neceſſarium. Nanq; ſciendum eſt, iter quod fruendi gratia fructuario pręſtatur, non eſſe ſeruitutem: neq; enim poteſt ſoli fructuario ſeruitus deberi: ſed ſi fundo debeatur, & ipſe fructuarius ea utetur. Proinde ſi uſufructuarius ire, agere prohibeatur, non ſeruitutem uindicabit, ſed uſumfructum. *De qua re uide ſ. cap. 4. membr. 5. reg. 1. except. 4.* *Quarta replicatio eſt: Niſi hæredi ſeruitus in re alij legata conſtituta ſit. ea enim legatariū ſequitur. quæ replicatio approbatur l. 12. §. fin. ff. quemadmodum ſeruitus amit. cuius uerba uide ſ. except. 16. repl. 3. Sed & plures propoſitæ exceptionis replicationes uide ſ. except. 7.*

XXII. EXCEPTIO: *Niſi ſeruis ſeruitus ſit conſtituta. Hæc exceptio reprobatur l. 12. ff. de ſeruitut. his uerbis:* Non dubito quin fundo municipum per ſeruum rectè ſeruitus adquiratur. *Concordat l. 19. ibi: ſiue communis ſeruus. ff. de ſeruitut. ruſtic. prædior. cuius uerba uide ſ. except. 10.*

XXIII. EXCEPTIO: *Niſi ei cui bonis interdictum eſt, ſeruitus conſtituatur. Hæc exceptio reprobatur l. 18. §. ſeruum. ff. de caſtrenſi peculio, his uerbis:* Seruitutes & eum cui bonis interdictum eſt, uerum eſt conſequi poſſe. *Nunc ad quinti generis exceptiones, quæ ſumuntur ex modo, tempore, & conditione ſeruitutis conſtitutæ accedamus.*

XXIIII. EXCEPTIO: *Niſi ex tempore, ad tempus, ſub conditione uel ad certam conditionem ſeruitus ſit conſtituta. Hæc exceptio approbatur l. 4. in prin. ff. de ſeruitutib. his uerbis:* Seruitutes ipſo quidē iure neq; ex tempore, neq; ad tempus, neq; ſub conditione, neq; ad certam cōditionem uerbi gratia, Quādiu uolam, conſtitui poſſunt. Sed tamen ſi hęc adijciantur, per pacti uel doli exceptionē occurretur contra placitum ſeruitutem uēdicanti: idq; & Sabinum reſpondiſſe Caſſius retulit, & ſibi placere. *Concordat l. 41. §. placet. ff. de act. et oblig. l. 56. §. qui ita ſtipulatur. ibi: quemadmodum. ff. de uerborū obligat. de qua re uide Comment. de obligationibus in fine: item in Comment. de liberationibus cap. 25. cauſa 58. Planè interualla dierum & horarum quæ in conſtitutione ſeruitutis adijciuntur, non ad temporis cauſam, ſed ad modum pertinent iure conſtitutæ ſeruitutis.* a *Vnde Caius:* Vſus ſeruitutum (*inquit*) temporib. ſecerni poteſt, fortè ut quis poſt horam tertiam uſq; ad horam decimam eo iure utatur, uel ut alternis diebus utatur. b *Et Vlpianus:* Iter (*inquit*) nihil prohibet ſic conſtitui, ut quis interdiu duntaxat eat, quod facere circa prædia urbana etiam neceſſarium eſt. c *Ex his quæ hactenus dicta ſunt, conſtat tempus & conditionem in conſtituenda ſeruitute, ipſo quidem iure inutiliter adijci: & hoc duas potiſsimum recipere diſtinctiones ſeu exceptiones, quarum prima eſt, quòd quamuis ipſo iure inutiliter huiuſmodi pactum in ſeruitute conſtituenda adijciatur, proſit tamen ad pacti conuenti exceptionem. Altera eſt: Niſi ita conuenit, ut certis uicibus ſeruitute utatur: tunc enim modus potius quàm tempus ſeruituti adijci uidetur. quæ duæ diſtinctiones replicationum loco aduerſus propoſitam exceptionem ſunt notandæ.*

a l. 4. §. fin. ff. de ſeruit.

b l. 5. §. fin. ff. eod. tit.

c l. iter. 14. ff. comm. præd.

XXV. EXCEPTIO: *Niſi ſub certo modo ſeruitus ſit conſtituta. Hæc exceptio reprobatur l. 4. §. modum. ff. de ſeruit. his uerbis:* Modum adijci ſeruitutibus poſſe conſtat: ueluti quo genere uehiculi agatur, uel ut equo duntaxat, aut certum pōdus uehatur, uel ut grex ille tranſducatur, aut carbo portetur. *Alia huius exceptionis exempla uide ſ. except. prox.*

XXVI. EXCEPTIO: *Niſi pro parte ſeruitus conſtituatur. De hac re dictū eſt ſ. cap. prox. quæſt. 3. reg. 8. Hæc de quinti generis exceptionibus aduerſus ſeruitutes ſint dicta. Sequuntur nunc ſexti generis exceptiones, deſumptæ ex uarijs circumſtantijs ſeruitutis conſtitutæ.*

XXVII. EXCEPTIO: *Niſi & alij antea in eodem prædio ſeruitus ſit conceſſa. De hac re uide ſ. except. 11.*

XXVIII. EXCEPTIO: *Niſi eius cui ſeruitus conſtituitur, nihil interſit, nec utilis ſit ſeruitus. De hac exceptione uide ſ. except. 4.*

XXIX. EXCEPTIO: *Niſi ad alium quàm ad uicini prædij uſum ſeruitus ſit conſtituta. De hac exceptione uide ſ. except. 3.*

XXX. EXCEPTIO: *Niſi prædium ſeruiens, & id cui ſeruitus adquiritur, non ſint inuicē uicina, aliudq; prædium interueniat. Hæc exceptio approbatur l. 37. cum l. ſequēte. ff. de ſeruit. urbanor. præd. his uerbis:* Si ædes meæ à tuis ædib. tantū diſtent, ut proſpici non poſsint, aut medius mons earum conſpectum auferat, ſeruitus imponi non poteſt. Nemo enim

proprijs ædificijs ſetoitutem imponere poteſt, niſi & is qui cedit, & is cui ceditur, in conſpectu habeaot ea ædificia, ita ut officere alterum alteri poſsit. *Concordat l. 7. §. fin. ff. de ſeruit. ruſt. præd. ubi Paulus:* In ruſticis prædijs (*inquit*) impedit ſeruitutem mediũ prædium quod non ſeruit. *Huius exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi alterũ alteri poßit obeſſe uel prodeſſe. quæ replicatio apparet ex ijs quæ dicta ſunt paulo ſuperius. Cui concordat l. 6. in prin. ff. comm. præd. ubi Vlpianus:* Paruiq; refert (*inquit*) uicinę ſint ambę ædes an non: idẽ erit & in prædijs ruſticis. *Concordat itẽ l. 4. §. fin. cum l. ſequent. ff. ſi ſeruitus uẽdicetur. cuius hæc ſunt uerba:* Hęc ſeruitus altius non tollendi, & ei qui ulteriores ædes debet, deberi poterit: & ideo ſi inter meas & Titij ædes tuæ intercedant, poſſum Titij ædibus ſeruitutem imponere, ne liceat ei altius tollere, licet tuis non imponatur: quia donec tu nõ extollis, eſt utilis ſeruitus. *Plura de hac replicatione uide ȷ. cap. 5. de ſeruit. altius non tollendi, exceptione 7. Secunda replicatio hæc eſt: Niſi medio prædio quod interuenit etiam ſeruitus fuerit impoſita. Hæc replicatio approbatur l. in tradendis 8. §. 1. ff. commun. præd. his uerbis:* Interpoſitis quoq; alienis ædibus ſeruitus imponi poteſt, ueluti ut altius tollere uel non tollere liceat: uel etiã ſi iter debeatur, ut ita cõualeſcat ſi medijs ædib. ſeruitus poſtea impoſita fuerit, ſicuti per pluriũ prædia ſeruitus imponi, etiã diuerſis temporibus poteſt. *Concordat d. l. 8. in fine. cuius uerba uide paulo inferius repl. prox. dupl. 1. Concordat item l. 17. §. fin. ff. de aqua pluuia arcẽda, his uerbis:* Si fundus meus alterius inter me & te intercedat: hauſtus ſeruitutẽ fundo tuo impooere potero, ſi mihi medius dominus iter ad tranſeundum ceſſerit: quemadmodũ ſi ex flumine poblico perenni hauſtu uelim uti, cui flumini ager tuus proximus ſit, iter mihi cedi poteſt. *Tertia replicatio eſt: Niſi medium prædiũ eius ſit cui ſeruitus adquiritur. quæ replicatio approbatur l. 17. §. licet. ff. de aqua pluuia arcenda. his uerbis:* Licet nõ proximo meo prędio ſeruitutẽ uicinus debeat, ſed ulteriori, agere potero ius eſſe mihi ire, agere ad illum fundũ ſuperiorẽ, quãuis ſeruitutẽ ipſe per fundõ meum non habeã, ſicut interueniante uia poblica uel flumine quod uado uel põte tranſiri poteſt. *Huius replicationis duplicatio hæc eſt: Niſi medium prædium alienauerit. quæ duplicatio approbatur, ſimul & diſtinguitur l. 8. in fine ff. commun. præd. his uerbis:* Dici poteſt, ſi tria prædia contioua habeam, & extremũ tibi tradam, uel tuo, uel meis prædijs ſeruitutẽ adquiri poſſe: ſi uerò extremo quod retineã, quia & mediũ meum ſit ſeruitutẽ cõſiſtere: ſed ſi rurſus aut id cui adquiſita ſit ſeruitus, aut medium alienauero, interpellari eam donec medio prædio ſeruitus imponatur. *Plura de hac duplicatione uide ȷ. cap. prox. cauſa 4. diſtinct. 2.*

XXXI. EXCEPTIO: *Niſi inter prædiũ ſeruiens, et id cui ſeruitus debetur, locus publicus, ſacer aut religioſus interueniat. Hæc exceptio in loco quidẽ ſacro & religioſo approbatur l. 17. §. ſed loco. ff. de aqua pluuia arcenda, his uerbis:* Loco ſacro uel religioſo uel ſancto interueniẽte, quo fas non ſit uti, nulla earum ſeruitus imponi poterit. *Concordat l. 14. §. fin. ff. de ſeruitutibus. ubi Paulus:* Sacri & religioſi loci interuẽtus (*inquit*) etiã itineris ſeruitutẽ impedit, cũ ſeruitus per ea loca nulli deberi poſsit. *In loco autem publico exceptio propoſita reprobatur, quod notandũ loco replicationis, quæ talis eſt: Niſi publicus locus interueniat. tunc enim ſeruitus non impeditur. quæ replicatio approbatur l. 17. §. uia publica. ff. de aqua pluuia arcenda, his uerbis:* Via publica intercedente hauſtus ſeruitutẽ conſtitui poſſe placuit, & eſt uerum. Sed non ſolum ſi uia publica interueniat, ſed etiam ſi flumẽ publicum, eodẽ caſu quo interueniente flumine publico uiæ, itineris, actus ſeruitus imponi poteſt: id eſt, ſi non ſit impedimento tranſeunti magnitudo fluminis. *Cõcordat d. l. 17. §. licet. ibi: ſicut interueniente. cuius uerba uide ſ. except. prox. repl. 3. Propoſitæ replicationis duplicatio prima hæc eſt: Niſi aquæductus ſeruitus ſit: item immittendi, protegendi, proijciendi uel ſtillicidiorum. quæ duplicatio in propoſitis ſpeciebus approbatur l. 21. in prin. ff. de ſeruitut. his uerbis:* Si intercedat ſolum publicum, uel uia publica, neq; itineris, actusue, neq; altius tollendi ſeruitutes impedit, ſed immittendi, protegendi, proijciendi: item fluminum & ſtillicidiorum ſeruitutem impedit: quia cœlum, quod ſupra id ſolum intercedit, liberum eſſe debet. *Concordat l. 14. § public. ff. eod. tit. ubi Paulus:* Publico loco interueniente (*inquit*) uel uia publica, hauſtus ſeruitus imponi poteſt, aquæductus non poteſt. *Huius duplicationis triplicatio hæc eſt: Niſi princeps conceſſerit. quæ triplicatio approbatur d. § publico, his uerbis:* A' principe autem peti ſolet, ut per uiam publicam aquam ducere ſine incommodo publico liceat. *Altera propoſitæ replicationis duplicatio hæc eſt: Niſi itineris, actus, aquæ hauſtus ſeruitute cõſtituta, publicũ flumen quo non niſi pontonibus traijcitur, interueniat. quæ duplicatio approbatur l. ult. in prin. ff. de ſeruit. ruſt. præd. his uerbis:* Flumine publico interueniente, uia conſtitui poteſt, ſi aut uado tranſire poteſt, aut pontem habeat: diuerſum ius eſt ſi põtonibus traijciatur. *Concordat l. 17. §. uia publica. in fine. ff. de aqua pluuia arcẽda. cuius uerba uide paulo ſuperius. Huius duplicationis triplicatio hæc eſt: Niſi ſeruitus non incipienda ſit à flumine publico, ſed à prædio*

alterius,

alterius. tunc enim non impedit magnitudo fluminis quo minus ſeruitus conſtitui poßit. quæ triplicatio approbatur d. l. ult. §. hæc ita, his uerbis: Hæc ita, ſi propter unius prædia flumen currat: alioquin ſi tua prædia mihi uicina ſint, deinde flumen, deinde Titij prędium, demum uia publica, in quam mihi iter adquiri uolo, diſpicismus ne nihil uetet, à te mihi dari uiam uſq; ad flumen, deinde à Titio uſq; ad uiam publicam? Sed & uideamus num etſi tu eorum prædiorum dominus ſis, quæ trans flumen inter uiam publicam ſint, idem iuris ſit: quia uis conſummari ſolet, uel uſq; ad ciuitatem, uel uſq; ad uiam publicam, uel uſq; ad flumen in quo pontonibus traijcitur, uel uſq; ad proprium, aliud eiuſdem domini prædium. Quod ſi eſt, nō uidetur interrumpi ſeruitus, quamuis inter eiuſdem domini prædia flumen publicum intercedat.

XXXII. EXCEPTIO: *Niſi uenditor prædij falſo putans prædium uicino ſeruire, ſeruitutem exceperit. Hæc exceptio approbatur l. 7. §. fin. ff. commun. præd. his uerbis:* Si quis uenditus ſit, ne ſeruitus Titio debeatur, ideoque ſeruitutum exceperit, non erit ex uendito actio, ſi nullam ſeruitutem promiſit. *Huius exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi uenditor uicino ad ſeruitutem præſtandam ſit obligatus. quæ replicatio approbatur d. leg. 7. §. ſi quis. hiſce uerbis:* Si quis in tradendo dixerit fundum Titio ſeruire, cum ei non ſeruiret, eſſet autem obligatus uenditor Titio ad ſeruitutem præſtandam, an agere poſsit ex uendito, ut emptor ſeruitutem imponi patiatur prædio quod mercatus eſt? magisq; putat permittendum. *Secunda replicatio habetur ibidem. his uerbis:* Idemq; ait, etſi poſsit uenditor Titio ſeruitutem uendere, æquè agere permittendum. Hoc ita demum, ſi recipiendæ ſeruitutis gratia id non in traditione expreſſum eſt.

XXXIII. EXCEPTIO: *Niſi cum in uenditione ſeruitus excepta eſſet, in traditione eius mentio facta non ſit. Hæc exceptio reprobatur l. 34. ff. de ſeruit. urbanor. præd. de quo uide infrà cap. 4. membr. 10. adſ. remed. 5.*

XXXIIII. EXCEPTIO: *Niſi precario conceſſum ſit, non ſeruitutis conſtituendæ animo. Hæc exceptio approbatur leg. penult. in prin. ff. commun. præd. his uerbis:* Si precario uicinus in tuo maceriam duxerit, interdicto quod precario agi non poterit, nec maceriæ poſitæ donatio ſeruitutis perfecta intelligitur, nec utiliter intendetur ius ſibi eſſe inuito te ædificatum habere, cum ædificium ſoli conditionem ſecutum, inutilem faciat intentionem. *Adeò autem is cui precario conceſſum eſt, aliquid in alieno prædio agere uel habere, ſeruitutem non habet, ut quamuis per legitimū tempus ita habuerit, uel uſus ſit, ſeruitutem diutino tempore non adquirat, ut dictum eſt ſuprà cauſa adquir. ſeruitut. V. exceptione 1.* *Hactenus de exceptionibus contra cauſas ſeruitutum ſit dictum. Sanè non incommodè exceptionum loco huc poſſent annotari, cauſæ ex quibus ſeruitus iure conſtituta amittitur, de quibus nunc ſequitur.*

DE CAVSIS SEV MOdis amittendæ ſeruitutis.
Cap. III.

PRima cauſa amittendæ ſeruitutis eſt: Si is cui ſeruitus debetur, eam remiſit. quæ cauſa ſine dubio iuſta eſt. Eius autem exceptio prima hæc eſt: Niſi iter ſit ad ſepulchrum. Hæc exceptio reprobatur l. 14. §. ſeruitus. ff de ſeruitutibus, his uerbis: Seruitus itineris ad ſepulchrum priuati iuris manet: & ideo remitti domino fundi ſeruientis poteſt, & adquiri etiam poſt religionem ſepulchri hæc ſeruitus poteſt.

Secunda exceptio eſt: Niſi pro parte remittatur ſeruitus. Hæc exceptio approbatur l. 34. in princ. ff. de ſeruitut. ruſtic. prædior. his uerbis: Vnus ex ſocijs fundi communis permittendo ius eſſe, ire, agere, nihil agit: & ideo ſi duo prædia, quæ mutuo ſeruiebant inter eoſdem fuerint communicata (quoniam ſeruitutes pro parte retineri placet) ab altero ſeruitus alteri remitti non poteſt. Quamuis enim unuſquiſque ſociorum ſolus ſit, cui ſeruitus debetur: tamen quoniam non perſonæ, ſed prædio debetur, neque adquiri libertas, neque remitti ſeruitus per partem poterit. *Planè ad certam fundi partem ſeruitus remitti poteſt. quod approbatur l. 6. ff. de ſeruitut. cuius uerba uide ſuprà cap. prox. except. 15. Sed etſi fundus inter ſocios ſit diuiſus, alter ex ſocijs pro ſua parte uiam remittere poteſt. quæ replicatio approbatur l. 6. §. ſed ſi is fundus. ibi: poſſunt tamen alterutrum. ff. quemadmodum ſeruit. amitt. cuius uerba uide ſ. eodem cap. cauſa 10. except. 14. replic. 1.*

Tertiæ exceptionis loco notandum, quòd ſeruitute remiſſa ab uno, non præiudicatur alteri. quæ exceptio approbatur l. 31. in prin. ff. de ſeruitut. urban. præd. his uerbis: Si ædes meæ ſeruiant ædibus Lucij Titij, & ædibus Publij Mæuij, ne altius mihi ædificare liceat, & alter ex his ſeruitutem mihi remiſiſſet, ab eo ſolo liberatur, alteri nihilominus ſeruitutem debebit. *Quarta exceptionis loco notandū, quòd una ſeruitute remiſſa, alia remiſſa non uidetur. quæ exceptio approbatur l. 20. ff. de ſeruit. urb. præd. his uerbis:* Si domus tua ædificijs meis utranq; ſeruitutem deberet, & ne altius tolleretur, & ut ſtillicidium ædificiorum meorum reciperet, & tibi conceſſero, ius eſſe inuito me altius tollere ædificia tua: quod ad ſtil

licidium meum attinet, ſic ſtatui debebit, ut ſi altius ſublatis ædificijs tuis ſtillicidia mea cadere in ea non poſsint, ea ratione altius tibi ædificare non liceat: ſi non impediantur ſtillicidia mea, liceat tibi ea altius tollere. *Concordat l. 20. in prin. ff. de ſeruit. ruſt. præd. ubi Pomponius* Si mihi eodem tempore conceſſeris (*inquit*) & ire & agere per tuum locum, & uti frui eo ius eſſe, deinde ego tibi conceſſero ius mihi uti frui nõ eſſe, nõ aliter eo loco uteris, frueris, quàm ut ire, agere mihi rectè liceat. Item ſi ducere per tuum fundũ aquam iure potero, & in eo tibi ædificare inuito me ius non fuerit, ſi tibi cõceſſero ius eſſe ædificare, nihil ominus hanc ſeruitutẽ mihi pręſtare debebis, ne aliter ędifices quàm ut ductus aquę meus maneat, totiusq; rei cõditio talis eſſe dębet, qualis eſſet, ſi una duntaxat in initio conceſsio facta eſſet. *Quinta exceptio eſt: Niſi maritus ſeruitutem prædio dotali debitam remiſerit. Hæc exceptio approbatur l. 5. ff. de fundo dotali, his uerbis:* Iulianus libro XVI. Digeſt. ſcribit, neq; ſeruitutes fundo debitas poſſe maritum amittere, neq; alias ei imponere.

II. *Cauſa ſeruitutis amittendæ: Si is cui debetur ſeruitus, in loco per quem debetur, ædificari uel quid aliud fieri permiſerit. Hæc cauſa approbatur l. 8 ff. quemadmodum ſeruitus amittatur, his uerbis:* Si ſtillicidij immittendi ius habeam in areã tuam, & permiſero ius tibi in ea area ædificandi, ſtillicidij immittendi ius amitto. Et ſimiliter ſi per tuum fundum uia mihi debeatur, & permiſero tibi in eo loco, per quem mihi uia debetur, aliquid facere, amitto ius uiæ. *Concordat l. ſi precario. 18. in fine ff. commun. præd. cuius uerba ſequuntur infrà proximè. Huius cauſæ exceptio hæc eſt: Niſi non remittendi animo, ſed precario roganti facere conceſſerit. quæ exceptio approbatur d. l. ſi precario. 18. in fine. his uerbis:* Si in ſuo maceriam precario, qui ſeruitutem tibi debuit, duxerit, neq; libertas uſucapietur, & interdicto, quod precario, utiliter cum eo agetur. Quod ſi donationis cauſa permiſeris, hoc interdicto agere non poteris, & ſeruitus donatione tollitur.

III. *Cauſa: Si is cui debetur ſeruitus, mortuus ſit, uel capite deminutus. Hæc cauſa reprobatur l. 1. ff. quemadmodum ſeruit. amittatur, his uerbis:* Iura prædiorum morte & capitis deminutione non perire uulgò traditum eſt. *Huius regulæ exceptio hæc eſt: Niſi aliter actum ſit in ſeruitute conſtituenda. quæ exceptio approbatur l. 4. ff. de ſeruit. ruſtic. præd. his uerbis* Pecoris paſcendi ſeruitutes, item ad aquam appellendi, ſi prædij fructus maximè in pecore conſiſtat prædij magis quàm perſonæ uidétur: ſi tamen teſtator perſonam demonſtrauit, cui ſeruitutem pręſtari uoluit, emptori uel hæredi eius non eadem præſtabitur ſeruitus. Ergo & uindicari poterit. *Sanè hoc caſu non realis, ſed perſonalis ſeruitus eſt, quæ ad hæredẽ non tranſit. Cui concordat l. penult. ff. de ſeruitut. ruſtic. præd. ubi Paulus* Lucius Titius Caio Seio fratri S. P. De aqua fluente in fontem, quem pater meus in Iſthmo inſtruxit, do concedoq; tibi gratuitò digitũ ſiue ad domum quam in Iſthmo tenes, ſiue quocunque tandem uolueris. Quæritur an ex hac ſcriptura uſus aquæ etiam ad hęredes Caij Seij pertineat? Reſpondi, uſum aquæ perſonalem ad hæredem Seij quaſi uſuarij tranſmitti non oportere.

IIII. *Cauſa: Si prædium ſeruiens, uel id cui debetur ſeruitus ſit alienatum. Hæc cauſa reprobatur leg. cum fundus. 23. ff. commun. præd. his uerbis:* Cum fundus fundo ſeruit, uendito quoque fundo ſeruitutes ſequuntur. Aedificia quoque fundis & fundi ædificijs, eadem conditione ſeruiunt. *Concordat l. 20. §. fin ff. ſi ſeruit. uin. dic. cuius uerba uide 3. cap. prox. quæſt. 5. reg. 1. except. 1. Concordat item l. 19 ff. quib. modis uſusfructus amittitur. cuius hæc ſunt uerba:* Neque uſusfructus, neque iter, actus'ue dominij mutatione amittitur. *Concordat l. 3. in fine. C. de ſeruitut. ubi Imp. Alexander:* Non ignorabis (*inquit*) ſi priores poſſeſſores aquam duci per prædia prohibere iure non potuerunt, cum eodem onere perferendæ ſeruitutis tranſire ad emptores eadem prædia poſſe. *Planè admittitur cauſa propoſita, primùm ſi perſonæ non prædio ſeruitus ſit conſtituta. de quo uide ſuprà cauſa proxima. Secundo admittitur cauſa propoſita, ſi quis inter prædium ſeruiens, & id cui ſeruitutem adquirit aliud prædium habet, & alterutrum eorum alienauerit. tunc enim interpellatur ſeruitus. quæ diſtinctio approbatur l. 8. §. fin. ff. commun. prædior. cuius uerba uide ſuprà capite proximo, exceptione 10. replic. 1. duplic. 1. Propoſitæ diſtinctionis exceptio prima hæc eſt: Niſi medio prædio ſeruitus poſtea fuerit impoſita. quæ exceptio approbatur d. l. 8. in fine, his uerbis:* Interpellari eam donec medio prædio ſeruitus imponatur. *Secunda exceptio eſt: Niſi ante præſcriptam libertatem medium prædium receperit is qui alienauerat. quæ exceptio approbatur l. 13. ff. quemadmod. ſeruitut. amittit. his uerbis:* Si quis ex fundo, cui uiam uicinus deberet, uendidiſſet locum proximum ſeruienti fundo, non impoſita ſeruitute, & intra legitimum tempus quo ſeruitutes pereunt, rurſus eum locum adquiſijſſet: habiturus eſt ſeruitutem, quam uicinus debuiſſet. *Tertiò admittitur cauſa propoſita, ſi quis ſeruitutẽ ſtipulatus, ante conſtitutã ſer-*

uitutem

uitutem prædium alienauerit. quæ diſtinctio approbatur l. 136. §. fin. ff. de uerbor. obligat. his uerbis: Si quis uiam ad fundum ſuum dari ſtipulatus fuerit, poſtea fundum partemúe eius ante conſtitutam ſeruitutem alienauerit, euaneſcit ſtipulatio. *Huius diſtinctionis tertiæ exceptio prima hæc eſt: Niſi cum ſub conditione uiam eſſet ſtipulatus, ante exiſtentem conditionem fundum alienatum receperit. quæ exceptio approbatur l. 98. in prin. ibi: cùm fundi. ff. eod. tit. cuius uerba uide s. cap prox. except. 21. replic. 2.* *Secunda exceptio hæc eſt: Niſi non ſtipulatio ſeruitutis facta ſit, ſed legata ſit ſeruitus. quæ exceptio approbatur l. 19. §. fin ff. quemadmodum ſeruitus amitt. his uerbis:* Si intra tempus antequam ſcires tibi legatam ſeruitutem, fundum tuum uendideris, ad emptorem uia pertinebit, ſi reliquo tempore ea uſus fuerit, ſcilicet quia tua eſſe cœperat, ut iam nec ius repudiandi legatum tibi poſsit contingere, cum ad te fundus non pertineat. *Tertia exceptio hæc eſſe uidetur: Niſi partem prædij tantum alienauerit. quæ tamen exceptio reprobatur l. 11. ff. de ſeruitut. his uerbis:* Pro parte dominij ſeruitutem adquiri non poſſe, uulgò traditur. Et ideo ſi quis fundum habens uiam ſtipuletur, & partem fundi ſui poſtea alienet, corrumpit ſtipulationem in eum caſum deducendo, à quo ſtipulatio incipere non poſsit. *Concordat l. 134. § fin. ibi: partem' ue eius. ff de uerb. obligat. cuius uerba uide paulo ſuperius ead. diſtinct. in prin. Concordat item l. 140. §. fin ff. eod. tit. cuius uerba uide in Comment. de uerb. obligat. except. 45. Planè pars pro diuiſo alienata, non uitiat ſtipulationem: quia huic adquiri ſeruitus poteſt: ſecundum ea quæ dicta ſunt s. cap. 1. quæſt. 3. reg. 8. except. 2. Concordat l. 6. §. ſi quis. ff. commun. prædior. cuius uerba uide s. cap. prox. except. 6. repl. 1. dupl. 2.* *Quartò admitti uidetur cauſa propoſita, ſi ſtipulatio, qua pœna promiſſa eſt, in certam perſonam relata eſt, ſi ei frui non licuiſſet. quæ tamen diſtinctio reprobatur l. 36. ff. de ſeruitut. ruſtic. præd. his uerbis:* Cum fundo quem ex duobus retinuit uenditor, aquæducendæ ſeruitus impoſita ſit, empto prædio quæſita ſeruitus, diſtractum denuò prædium ſequitur: nec ad rem pertinet, quòd ſtipulatio, qua pœnam promitti placuit, ad perſonam emptoris (ſi fortè ei frui non licuiſſet) relata eſt. *Quintò admittitur cauſa propoſita, ſi uenditor ſeruitutem noluit ſequi emptorem, idq́; in uenditione eſt expreſſum. de quo infrà cap. 4. quæſt. 5. reg. 3. exception. 1. Poſtremò cauſa propoſita uidetur admitti, ſi pars prædij ſit alienata: quia hoc caſu ſeruitus in eum caſum deducitur, à quo incipere nequit. hoc eſt, pro parte incipit deberi ſingulis partes in prædio habentibus. Verùm hæc diſtinctio in ſtipulatione quidem ſeruitutis admittitur, ut ſuprà diſtinct. 3. eſt dictum: conſtituta autem ſeruitute partis prædij alienatio eam non corrumpit. quod approbatur l. 23. §. quæcunq; ff. de ſeruitut. ruſticor. præd. his uerbis:* Quæcunque ſeruitus fundo debetur, omnibus eius partibus debetur. Et ideo quamuis particulatim uenierit, omnes partes ſeruitus ſequitur, ita ut ſinguli rectè agant, ius ſibi eſſe eundi. Si tamen fundus, cui ſeruitus debetur, certis regionibus inter plures dominos diuiſus eſt: quamuis omnibus partibus ſeruitus debeatur, tamen opus eſt, ut hi qui non proximas partes ſeruienti fundo habebunt, tranſitum per reliquas partes fundi diuiſi iure habeant: aut ſi proximi patiantur, tranſeant.

V. *Cauſa: Si locus ſeruiens perierit. Hæc cauſa ſine dubio iuſta eſt. Quemadmodum enim re extincta uſusfructus eius extinguitur, ut ſuo loco dictum eſt: ita ſeruitus quoque re ſublata ſubſiſtere amplius nequit. Huius cauſæ exceptio hæc eſt: Niſi locus in priſtinam formam ſit reſtitutus. quæ exceptio approbatur l. 14. in prin. ff. quemadmodum ſeruitut. amitt. his uerbis:* Si locus per quem uia, aut iter, aut actus debebatur, impetu fluminis occupatus eſſet, & intra tempus, quod ad amittendam ſeruitutem ſufficit, alluuione facta reſtitutus eſt, ſeruitus quoq; in priſtinum ſtatum reſtituitur: quòd ſi id tempus præterierit ut ſeruitus amittatur, renouare eam cogendus eſt. *Concordat l. 30. ff. de ſeruitut. urban. præd. cuius uerba uide infrà cap. 5. de ſeruit. altius non tollen. membr. 3. in princ. Ait Iuriſconſultus:* Quòd ſi id tempus præterierit ut ſeruitus amittatur, renouare eam cogendus eſt. *Hiſce uerbis prima propoſitæ exceptionis replicatio reprobatur, hæc ſcilicet: Niſi poſt legitimum tempus, quo ſeruitus non utendo amitti ſolet, ſit reſtitutus locus. Cui replicationi reprobatæ concordat l. 34. §. fin. cum l. ſequent. ff. de ſeruit. ruſtic. præd. cuius hæc ſunt uerba:* Si fons exaruerit, ex quo ductum aquæ habeo, iſq́; poſt conſtitutum tempus ad ſuas uenas redierit, an aquæductus amiſſus erit quæritur? Et Atilicinus ait, Cæſarem Statilio Tauro reſcripſiſſe in hæc uerba: Hi qui ex fundo Sutriano aquam ducere ſoliti ſunt, adierunt me, propoſueruntq́;, aquã qua per aliquot annos uſi ſunt ex fonte qui eſt in fundo Sutriano, ducere nõ potuiſſe, quòd fons exaruiſſet, & poſtea ex eo fonte aquam fluere cœpiſſe: petieruntq́; à me, ut quod ius non negligentia aut culpa ſua amiſerant, ſed quia ducere non poterant, his reſtitueretur. Quorum mihi poſtulatio cum non iniqua uiſa ſit, ſuccurrendũ his putaui: itaq; quod ius habuerunt tunc cum primùm aqua ad eos peruenire nõ potuit, id eis reſtitui placet. *Secunda replicatio eſt: Niſi flumen alueo mutato locum ſeruientem occupauit. tunc enim quamuis*

receſſerit flumen, ſeruitus non reſtituitur. quæ replicatio approbatur l. 24. ff. quibus modis uſusfructus amittit. his uerbis: Sed ita id uerũ puto, ſi flumen inũdatione locum occopauit. nam ſi aloeo mutato inde manare cœperit, amitti uſumfructũ exiſtimo: cum is locus aluei publicus eſſe cœperit, nec in priſtinum ſtatum eeſtitui poſsit. Idem iuris in itinere etiam actuq́; cuſtodiendum eſſe ait Labeo: de quibus rebus ego idem quod in uſufructu ſentio.

V I. *Cauſa: Si prædium ſeruiens, uel id cui ſeruitus debetur, ſit publicatum. Hæc cauſa reprobatur l. 23. §. ſi fundus. ff. de ſeruit. ruſtic. præd. his uerbis:* Si fundus ſeruiens, uel is cui ſeruitua debetue, publicetur, utroq; caſu durant ſeruitutes: quia cum ſua quiſq; conditione fundus publicatur.

V I I. *Cauſa: Si prædium, cui ſeruitus debetur, ſit ſablatum Hæc cauſa iuſta quidem eſt. ſed recipit exceptionem hanc: Niſi rurſus ſit reſtitutũ. quæ exceptio approbatur l. 19. §. ſi ſublatum. ff. de ſeruit. urban. præd. his uerbis:* Si ſublatũ ſit ædificium, ex quo ſtillicidium cadit, & esdem ſpecie & qualitate reponatur, utilitas exigit ut idẽ intelligatur nã alioqui (ſi quis ſtrictius interpreretur) aliud eſt quod ſequenti loco ponitur: & ideo ſublato ædificio uſusfructus interijt, quamuis area pars ſit ædificij. *Eſt & aliæ propoſitæ caaſæ exceptio, hæc ſcilicet: Niſi certo genere agrorum ueluti aineis ſeruitute conſtituta genus illud in aliud genus agri ſit mutatũ. quæ exceptio approbatur l. 13. in prin. ff. de ſeruit. ruſtic. præd. his uerbis:* Certo generi agrorũ adquiri ſeruitus poteſt, neluti uineis: quodq́; ea ad ſolũ magis, quàm ad ſuperficiẽ pertineat, ideo ſublatis uineis ſeruitus manebit. *Planè ſubijcitur ibidem replicatio, hiſce uerbis:* Sed ſi in contrahenda ſeruitute aliud actum erit, doli mali exceptio erit neceſſaria.

V I I I. *Cauſa: Si tempus uel conditio ad quam ſeruitus conſtituta eſt, finita ſit: uel tempus ex quo, aut conditio ſub qua, conſtituta eſt, nondum extitit. De hac cauſa uide ſuprà capite proxim. except. 24.*

I X. *Cauſa: Si prædium ſeruiens, & id cui ſeruitus debetur, eiuſdem eſſe cœperit. Hæc cauſa approbatur l. 1. ff. quemad ſeruitut. amit. his uerbis:* Seruitutes prædiorum confunduntue, ſi idem utriuſq; prædij dominua eſſe cœperit. *Concordat l. quidquid 10. in fine. ff. com. præd. cuius uerba uide ſ. cap. proxim. except. 1. concordat item l. 29. in prim. ff. de ſeruit. urb. præd. cuius uerba proponentur J. except. 4. Huius cauſæ exceptio prima hæc eſt: Niſi pro parte tantum alterutrius prædij dominus eſſe cœperit. Hæc exceptio approbatur d. l. 29. §. ſi partem ff. de ſeruit. urban præd. his uerbis:* Si partem prædij nactus ſim, quod mihi aut cui ego ſeruiebam, non confundi ſeruitutem placet: quia pro parte ſeruitus retinetur. Itaque ſi prædia mea prędijs tuis ſeruiant, & tuorum partem mihi, & ego meorum partem tibi tradidero, manebit ſeruitus. *Concordat l. ut pomum. 7. §. fin. ff. de ſeruitut. his uerbis:* Si prædium tuum mihi ſeruiat, ſiue ego partis prædij tui dominus eſſe cœpero, ſiue tu mei: per partes quidem ſeruitus retinetur, licet ab initio per partes adquiri non poterat. *Concordat item l. 27 in fine. ff. de ſeruitut. ruſtic. prædior. cuius uerba uide J. repl. prox. Concordat item l. 14. in prin ff. eod. tt. cuius uerba uide ſ. cauſa 1. except. 2. Concordat item l. 140. §. fin. ff. de uerb. obligat. cuius uerba uide in Comment. de uerb. obligat. except. 41. Huius exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi & alterius prædij pro parte tantũ ſit dominus, & cum ſocio alterum prædiũ adquiſierit. quæ replicatio approbatur l. 27. ff. de ſeruit. ruſt. præd. his uerbis:* Si communi fundo meo & tuo ſeruiat fundus Sempronienus. & eundem in commune redemerimus, ſeruitus extinguitur: quia per utriuſq; dominii ius in utroq; fundo eſſe incipit. At ſi proprio fundo meo, & proprio tuo idem ſeruiat, manebit ſeruitus: quia proprio fundo per communem ſeruitus deberi poteſt. *Secũda propoſitæ cauſæ exceptio eſt: Niſi uſumfructum tantum ſeruientis prædij adquiſierit. quæ exceptio approbatur l. 29. §. fin. ff. de ſeruit. urban. præd. his uerbis:* Vſusfructus in alterutris prædijs adquiſitus non interrumpit ſeruitutem. *Tertia exceptio eſt: Niſi prædium adquiſitum alij ex cauſa legati cogatur reſtituere. Hæc exceptio approbatur l. 18. ff. de ſeruitutibus. his uerbis:* In omnibus ſeruitutibus, quæ aditione confuſæ ſunt, reſponſum eſt doli exceptionem nocituram legatario, ſi non patiatur eas iterum imponi. *Quarta exceptio eſt: Niſi prædiũ alij rurſus alienauerit. quæ exceptio reprobatur l. 29. in prim. ff. de ſeruitut. urban. præd. his uerbis:* Si quis ædes, quæ ſuis ædibus ſeruirent eum emiſſet, traditas ſibi accepit, confuſa ſublataq́; ſeruitus eſt: et ſi rurſus uendere uult, nominatim imponenda ſeruitus eſt: alioqnin liberè ueneunt. *Planè admittitur exceptio propoſita, ſi hæres hæreditatem uendat. quæ diſtinctio approbatur l. ſi ei. 9. ff. comm. præd. his uerbis:* Si ei, cuius prędium mihi ſeruiebat, hæres extiti, & eam tibi hæreditatem uẽdidi: reſtitui in priſtinum ſtatum ſeruitus debet: quia id agitur, ut quaſi tu hæres uidearis extitiſſe. *Quinta exceptio eſt: Niſi ex cauſa dotis alterum prædium adquiſierit. Hæc exceptio reprobatur, certo tamen modo. l. 7. ff. de fundo dotali, his uerbis:* Si maritus fundum Titij ſeruientem dotali prædio adquiſierit, ſeruitus confunditur. Sed ſi eundem fundum Titio reddiderit, ſine reſtauratione ſeruitutis, hoc marito imputabitur.

tur, & hoc caſu maritus litis æſtimationem præſtabit: quòd ſi maritus ſoluendo non erit, utiles actiones aduerſus Titium mulieri ad reſtaurandam ſeruitutem dantur. Sed cum uxor fundum, cui prædia uiri ſeruitutem debebant, in dotem dat, fundus ad maritum peruenit amiſſa ſeruitute: & ideo non poteſt uideri per maritum ius fundi deterius factum. Quid ergo? officio de dote iudicantis continebitur, ut redintegrata ſeruitute iubeat fundum mulieri, uel hæredi eius reddi. *Sexta exceptio hæc eſt: Niſi cum per plura prædia ſeruitus alicui deberetur, unum tantùm ex ijs prædium adquiſierit. tunc enim nihilominus per reliqua prædia ſeruitus manet. quæ exceptio approbatur l. 15. ff. quemadm. ſeruitut. amitt. his uerbis:* Si cum ſeruitus mihi per plures fundos deberetur, medium fundum adquiſiui, manere ſeruitutem puto: quia toties confunditur ſeruitus, quoties uti ea is ad quem pertinet, non poteſt: medio autem fundo adquiſito poteſt conſiſtere, ut per primum & ultimum iter debeatur. *Concordat l. 31. ff. de ſeruit. ruſtic. præd. ubi Iulianus:* Tria prædia continua (*inquit*) trium dominorum obiecta erát, unius prędij dominus ex ſummo fundo in imum fundum ſeruitutem aquæ adquiſierat, & per medium fundum domino concedente in ſuum agrum ducebat: poſtea idem ſummó fundum emit, deinde imum fundum in quê aquam induxerat uendidit: quæſitum eſt, utrum imus fundus id ius aquæ amiſiſſet? quia cum utraq; prædia eiuſdem domini facta eſſent, ipſa ſibi ſeruire nõ potuiſſent. Negaui tamen amiſiſſe ſeruitutem: quia prædium, per quod aqua ducebatur, alterius fuiſſet: & quemadmodum ſeruitus ſummo fundo, ut in imum fundum aqua ueniret, imponi aliter non potuiſſet, quàm ut per medium quoq; fundum duceretur: ſic eadem ſeruitus eiuſdem fundi amitti aliter non poſſet, niſi eodem tempore etiam per medium fundum aqua duci deſijſſet, aut omnia tria ſimul prędia unius domini facta eſſent. *Eſt inſuper exceptionis propoſitæ exemplum l. 20. §. penul. ff. d. tit. de ſeruit. ruſtic. præd. ubi Pomponius:* Si fundo Seiano (*inquit*) confinis fuerit fons, ex quo per fundum Seianũ aquam iure ducebá: meo facto fundo Seiano manet ſeruitus. *Sed & aliud propoſitæ exceptionis exemplum, ſimul etiam replicatio habetur l. 6. §. certè ſi is. ff. quemadmodum ſeruit. amittantur. ubi cum fundus communis ſeruiens regionibus inter ſocios diuiſus eſſet, Celſus inquit:* Certè ſi is coi ſeruitus debebatur, alterum ex ea diuiſione fundum redemerit, non ideo minus ea re fundi alterius ſeruitus permanebit: nec uideo quid abſurdi conſecuturũ ſit eam ſententiam fundo altero manẽte ſeruo, ſi modò & ab initio potuit anguſtior conſtitui uia, quàm lege finita eſt, & adhuc id loci ſupereſt in eo fundo cui remiſſa ſeruitus nõ eſt, ut ſufficiat uiæ. *Sequitur ibidẽ replicatio, his uerbis:* Quòd ſi minus loci ſupereſt quàm uiæ ſufficiat, uterq; fundus liberabitur, alter propter redemptionem: alter quia per eum locum, qui ſupereſt, uia conſtitui nõ poteſt. *Hæc de nona amittendæ ſeruitutis cauſa.*

X. Cauſa: Si is cui ſeruitus debetur, ea intra decem annos non ſit uſus. Hæc cauſa approbatur l. 13. C. de ſeruitutibus, his uerbis Sicut uſumfructum, qui nõ utendo per biennium in ſoli rebus, per anuale ſpacium in mobilibus, uel ſemouentibus deminuebatur, non paſsi ſumus huiuſmodi ſuſtinere compendioſum interitum: ſed ei decennij, uel uiginti annorum dedimus ſpacium: ita & in cæteris ſeruitutibus obtinendum eſſe cenſuimus, ut omnes ſeruitutes non utendo amittantur non biennio (quia tantummodo ſoli rebus adnexæ ſunt) ſed decennio contra præſentes, uel uiginti annorum ſpacio contrà abſentes, ut in omnibus rebus huiuſmodi cauſa ſimilis ſit exploſis differentijs. *Concordat l. 14. ibi: nobis placuit. C. eod. tit. cuius uerba uide ꝟ. except. 6. Concordat item l. 10. C. eod. tit. ubi Imp. Diocletianus:* Si tibi ſeruitutem aquæ deberi præſes animaduerterit, nec hactenus non utentem ſpacio temporis amiſiſſe proſpexerit, uti te iterum iure proprio prouidebit. nam hoc ſi minimè probetur, loco proprio facto opere dominus fundi continere aquam, & facere quo minus ager tuus irrigari poſsit, non prohibetur. *Huius cauſæ exceptio prima hæc eſt: Niſi propter abſentiam non ſit uſus. Hoc caſu uiginti annorum ſpacio ſeruitus amittitur, ut dictum eſt paulo ſuperius. ibi:* Vel uiginti annorum ſpacio contra abſentes. *Secunda exceptio hæc eſt: Niſi propter ignorantiam non ſit uſus. Hæc exceptio reprobatur l. 19. §. ſi per fundum. ff. quemadmodum ſeruit. amitt. his uerbis:* Si per fundum meum uiam tibi legauero, & adita mea hæreditate per conſtitutum tempus ad amittendam ſeruitutem ignoraueris eam tibi legatam eſſe, amittes illam non utendo. *Tertia exceptio: Niſi locus impetu fluminis fuerit occupatus. Hoc caſu amiſſa quidem eſt ſeruitus, ſed reſtituenda. quæ exceptio approbatur l. 14. ff. quemadm. ſeruitus amitt. cuius uerba uide paulo ſuprà cauſa 5. exceptione 2. Quarta exceptio eſt: Niſi per aduerſarium ſteterit, quo minus ſit uſus: quæ exceptio reprobatur l. 4. §. ſi uiam. ff. de uſucap. his uerbis:* Si uiam habeam per tuum fundum, & tu me ab ea ui expuleris, per longum tempus non utendo amittam uiam: quia nec poſſideri intelligitur ius incorporale, nec de

uia quis mero iure etruditur. *Planè ſeruitus ita amiſſa in integrum eſt reſtituenda. quæ diſtinctio approbatur exemplo uſusfructus: de quo dictum eſt ſ. lib. prox. cap. 2. cauſa 22 exceptione 7. Cui concordat l. 8. §. planè ſi non. ff. ſi ſeruitus uindicetur, ubi Vlpianus:* Plenè ſi non utendo poſt litem conteſtetam amiſit dolo melo domini ædium, ei reſtitui oportet, quemadmodum pleeet in dominio ædium. *Sanè in ſeruitutibus prædiorum urbauorum etiam ipſo iure nõ eſt amiſſa, ſi ſcilicet uicinus non uſucepit libertatem. de quo infrà exceptione 9.* Quinta exceptio eſt: *Niſi ab alio ui deiectus uti non potuit. Hæc exceptio reprobatur exemplo uſusfructus: de quo dictum ſ. lib. prox. cap. 2. cauſa 22. except. 7.* Sexta exceptio eſt: *Niſi ſeruitute non uiſi certis temporibus uti potuit. tunc enim non niſi duplicato tempore amittitur. quæ exceptio approbatur l. 7. in princ. ff. quemadmodum ſeruitus amitt. his uerbis:* Si ſic conſtituta ſit equa, ut uel æſtate tantum ducatur, uel uno menſe, quæritur quemadmodum non utendo amittatut? quia non eſt continuum tempus. quo cum uti non poteſt, non ſit uſus? Itaque & ſi alternis ennis uel menſibus quis hebeat equam, duplicato conſtituto tempore amittitur: idem & de itinere cuſtoditur. *Concordat l. ult. C. de ſeruitut. ubi Imp. Iuſtinianus:* Cum talis quæſtio in libris Sabinianis netteretur (Quidem enim pectus erat cum uicino ſuo, ut licetet ei uel per ſe, uel per ſuos hominea, per agrum uicini trenſitum facere, iterq; hebere uno die tantummodo per quioquennium, quetenus ei licennia eſſet in ſuem ſyluem inde tranſire, & erbores excidere, uel facete quidquid uiſum eſſet) & quæreretur quendo huiuſmodi ſetuitus non utendo emitteretur? & quidam putatent, ſi in primo uel ſecundo quinquennio pet eam uiem itum non eſſet, eandem ſeruitutem penitus tolli, quaſi per biennium ea non utendo deperdita ſingulo die qoinquennij pro anno numerando, alijs eutem aliam ſentenriam eligentibus. Nobis placuit ita cauſam dirimere, ut quie iam per legem latem à nobis proſpectum eſt, ne ſeruitutes per biennium non utendo depeteant, ſed per decem uel uiginti ennorum curricula: & in propoſita ſpecie, ſi per quatuor quinquennia nec uno die uel ipſe, uel homines eius eadem ſeruitute uſi ſunt, tunc eem penitus amittat uiginti aonorum deſidia. Qui enim in tam lõgo prolixoq; ſpacio ſuum ius minimè conſecutus eſt, ſere pœnitentie ed priſtinam ſeruitutem reuerti deſideret. *Propoſitæ exceptionis replicatio hec eſt: Niſi alternis diebus ſeruitus debeatur, aut die tautum, non nocte, aut certis horis in die. quæ replicatio approbatur l. 7. §. ſi uerò. ff. quemad. ſeruit. amitt. his uerbis:* Si uerò alternis diebus, aut die tantum, aut nocte, ſtaturo legibus tempore amittitur: qnia una ſetuitus eſt. Nam etſi alternis horis, uel una bore quotidie ſeruitutem hebeat, Seruius ſcribit, perdere eum nõ utendo ſeruirutem: quia id quod bebet, quotidianum ſit. *Septima exceptio eſt: Niſi iter ſepulchro ſit debitum. quæ exceptio approbatur l. 4. ff. quemadmodum ſeruitus amitt. his uerbis:* Iter ſepulchro debitum non utendo non amittitur. *Octaua exceptio eſt: Niſi uia publica ſit. Hæc exceptio approbatur l. 2. ff. de uia publica, his uerbis:* Viam publicam populus non utendo emittere noo poteſt. *Nona exceptio eſt: Niſi dominus prædij ſeruientis libertatem non uſuceperit. quæ exceptio approbatur l. 5. ff. de ſeruitut. urban. præd. his uerbis:* Iura urbanorum prædiorum, ſimiliter ut ruſticorum quoq; prædiorum certo tempore nõ utendo pereunt: niſi quòd bæc diſsimilitudo eſt, quòd non omnino pereunt non utendo, ſed ita ſi uicious ſimul libertetem uſucepiet: ueluti ſi ædes tuæ ædibus meis ſerniant, ne eltius tollantur, ne luminibus mearum ædium oſficierur, & ego per ſtatutum tempus ſeneſtres mess præfixas hebuero uel obſtruxero, ita demum ius meum amitto, ſi tu per hoc tempus ædes tuee altius ſubletas babueris: alioquin ſi nihil noui ſeceris, retineo ſeruirutem. Item ſi tigni immiſsi ædes ruę ſeruitutem debeant, & ego exemero tignum, ite demum smitto ius meum, ſi tu foramen, unde emptum eſt tignum, obtureueris, & per cõſtitutum tempus ita hebueris: alioquin ſi nihil noui feceris, integrum ius meum permenet. *Concordat l. 18. §. fin. ff. quemadmodum ſeruitus amitt. ubi Paulus:* Si cum ius haberes immittendi (*inquit*) uicinus ſtaruto tempore ædificetũ non hsbuerit, ideoq; nec tu immittere potueris, nõ ideo megis ſeruitutem emittes: quie non poteſt uideri uſucepiſſe uicinus tuus libertatem ædium ſuarum, qui ius tuum non interpellauit. *Huius exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi non urbani, ſed ruſtici prædij ſeruitus ſit. quæ replicatio approbatur uerbis ſ. propoſitis biſce:* Niſi quòd hęc diſsimilitudo eſt, &c. *Plura de uſucapienda libertate dicentur infrà cauſa proxima.* *Decima exceptio eſt: Niſi aquæductum habens, riuum uondum fecerit. Hæc exceptio approbatur l. 19. in prin. ff. quemadmodum ſeruitus amitt. his uerbis:* Si partem ſundi uendendo lege eauerim ut per eam partem in teliquum fundum meum aquem ducerem, & ſtatutum tempus interceſſerit antequam riuum ſecerem, oihil iuris amitto (quia nullum iter equæ ſuit) ſed menet mihi ius integrum: quòd ſi feciſſem iter, nec uſus eſſem, emittam. *Vndecima exceptio eſt: Niſi*

rum

cum haberet aquæductum, aqua nihilominus ſua ſponte fluxit, quamuis is cui debetur ſeruitus, ea non ſit uſus, per illud tamen retinetur. Hæc exceptio approbatur l.12. in fine. ff. quemadmodum ſeruitus amitt. his uerbis: Si aqua per riuum ſua ſponte perfluxit, ius aqoæducendæ retinerur: quod & Sabino rectè placet, ut apud Neratium libro quarto membranarum ſcriptum eſt. *Duodecima exceptio eſt: Niſi alius uſus ſit. Hæc exceptio approbatur l.20. cum ll. ſequentibus. ff. quemadmodum ſeruitus amitt. his uerbis:* Vſo retinetur ſeruitus, cum ipſe cui debetur utitur, qui ue in poſſeſsione eius nomine eſt, aut mercenarius, aut hoſpes, aut amicus, uel medicus qui ad uiſitandum dominum uenit, uel colonus, uel fructuarius, licet ſuo nomine. Deniq; quicunqoe quaſi debita uia uſus fuerit, ſiue ad fundum noſtrum facit, uel ex fundo: licet malæ fidei poſſeſſor ſit, retinebitur ſeruitus. *Concordat l.5. cum l. ſequentis principio. ff. eod. tit. ubi Paulus:* Seruitus & per ſocium, & fructuarium, & bonæ fidei poſſeſſorem nobis retinetur. Nam ſatis eſt fundi nomine itum eſſe. *Concordat item l.16. §. quod ſi plurium. ff. eod. tit. ubi Proculus:* Quòd ſi pluriom fundo iter aquæ debitum eſſet (*inquit*) per unum eorum omnibus ijs, inter quos is fundus communis fuiſſet, uſurpari potuiſſet. *Propoſitæ exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi alius ſuo, non noſtro nomine ſit uſus. quæ tamen replicatio reprobatur ſupradictis uerbis hiſce:* Licet ſuo nomine. Deniq; quicunq;, &c. *Secũda replicatio hæc eſt: Niſi alius qui uſus eſt, malæ fidei poſſeſſor fuerit. Et hæc replicatio reprobatur ſupradictis uerbis hiſce:* Licet malæ fidei poſſeſſor ſit, retinebitur ſeruitus. *Concordat l.12. ff. eod. tit. ubi Celſus:* Qui fundum alienum (*inquit*) bona fide emit, ſi itinere quod ei fundo debetur uſus eſt, retinet id ius itineris, idemq; etſi precario, aut ui deiecto domino poſsidet. fondus enim qualiter qualitet ſe habens, cum in ſuo habitu poſſeſſus eſt, ius nõ deterit: neq; refert, iuſtè nec ne poſsideat, qui talem enim poſuidet. *Tertia replicatio eſt: Niſi alius qui uſus eſt ignorauit cuius eſſet fundus ſeruiens. Hæc replicatio reprobatur l.1. §. ſi cuius in fine. ff. de itiner. actuq; priuato, his uerbis:* Is cuius colonus aut hoſpes, aut aliquis alius iter ad fundum fecit, uſus uidetur itinere uel actu uel uia: & hoc ita Pedius ſcribit: & adijcit, Etiamſi ignorauit cuius fundus eſſet, per quem iretur, retinere eum ſeruitutem. *Quarta replicatio eſt: Niſi cum fundus regionibus diuiſus eſſet, alter ſociorum tantum ſit uſus. tunc enim alter qui non eſt uſus, per eum qui uſus eſt ſeruitutem non retinet. quæ replicatio approbatur l. 6. §. 1. ff. quemadmodum ſeruitus amitt. his uerbis:* Si ego uia, quæ nobis per uicini fundum debebatur, uſus fuero, tu autem conſtituto tempore ceſſaueris, an ius tuum amiſeris? Reſpondit Celſus: Si diuiſus eſt fundus inter ſocios regionibus, quod ad ſeruitutem attinet, quæ ei fundo debebatur, perinde eſt, atque ſi ab initio duobus fundis debita ſit, & ſibi quiſq; dominorum uſurpat ſeruitutem, ſibi nõ utendo deperdit, nec amplius in ea re cauſę eorum miſcentur: nec fit iniuria ei cuius fundus ſeruit, qui fit eo melior: quoniam alter dominorum utendo ſibi non toti fundo proficit. *Quinta replicatio eſt: Niſi cum pluribus ſeruitus deberetur, ſed diuerſo tempore & loco non omnes ſint uſi. hiſce enim per eos qui uſi ſunt, ſeruitus non conſeruatur. quæ replicatio habetur l.16. in prin. ff. eod. tit. his uerbis:* Aquam quæ oriebatur in fundo uicini, plures per eundem riuũ iure ducere ſoliti ſunt, ita ut ſuo quiſq; die à capite duceret, primo per eundem riuum, eumque communem, deinde ut quiſque inferior erat ſuo quiſque proprio riuo: unus ſtatuto tempore, quo ſeruitus amittitur, non duxit: exiſtimat Proculus eum ius ducendæ aquę amiſiſſe, nec per cæteros qui duxerunt, eius ius uſurpatum eſſe: proprium enim cuiuſque eorum ius fuit, nec per alium uſurpari potuit. *Hæc de duodecima exceptione, cum quinque eius replicationibus. Decimatertia exceptiò eſt: Niſi pupillus ſit, qui uſus non eſt, uel pupillum ſocium prædij habeat. Hæc exceptio approbatur l. 10. in princip. ff. quemadmodum ſeruitus amitt. his uerbis:* Si communem fundum ego & pupillus haberemus, licet uterque non uteretur, tamen propter pupillum & ego uiam retineo. *Decimaquarta exceptio eſt: Niſi pro parte uſus ſit. Hæc exceptio approbatur l. 8. in fine. ff. quemadm. ſeruitus amitt. his uerbis:* Is qui per partem itineris it, totum ius uſurparé uidetur. *Concordat l.9. ff. eodem tit. ubi Iabolenus:* Si in partem aquægij aqua influxit, etiamſi non ad ultima loca peruenit, omnibus tamen partibus uſurpatur. *Concordat item l.18. ff. de ſeruitut. ruſtic. prædior. ubi Vlpianus:* Vna eſt uia (*inquit*) etſi per plures fundos imponatur, cum una ſeruitus ſit. Denique quæritur, an ſi per unum fundum iero, per alium non, per tantum tempus, quanto ſeruitus amittitur, an retineam ſeruitutem? Et magis eſt, ut aut tota amittatur, aut tota retineatur. Ideoque ſi nullo uſus ſum, tota amittitur: ſi uel uno, tota ſeruatur. *Huius exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi cum per fundum communem deberetur ſeruitus, is fundus inter ſocios regionibus ſit diuiſus. tunc enim per alteram partem eundo, per alteram ſeruitutem non retinet. quæ replicatio approbatur, ſed cum diſtinctione l. 6. ff. quemadm. ſeruitut. amittat. his uerbis:* Si uicinus, cui uia per noſtrum

ſtruct

ſtrum fundum debebatur, per meam partem ierit, egerit, tuam partem ingreſſus non fuerit, an partem tuam liberauerit? Reſpondit Celſus: Si is fundus, qui ſeruierit, inter ſocios regionibus diuiſus eſt, pluſculum dubitationis ea res habet. nam ſi certus ac finitus uiæ locus eſt, tunc ſi per lougitudinem eius fundus diuiſus eſt, eadem omnia ſeruanda erunt, quaſi in initio conſtituendæ eius ſeruitutis ſimiliter hi duo fundi fuiſſent: ſi uerò per latitudinem uiç fundus diuiſus eſt (nec multum refert, æqualiter id factum ſit, an inæqualiter) tunc manet idem ius ſeruitutis, quod fundo indiuiſo fuerat, nec aut uſu detineri, aut non utendo deperire, niſi tota uia poterit. Nec, ſi fortè inciderit, ut ſemita, quæ per alterum duntaxat fundum erat, uteretur, idcirco alter fundus liberabitur: quoniam unum atque eo modo indiuiduum ius uiæ eſt: poſſunt tamen alterutrum fundum liberare, ſi modò hoc ſpecialiter conuenit. Cæterùm ſi ita conſtitutum eſt ius uiæ, ut per quamlibet partem fundi ire, agere liceat, liceatq́; uel ſubinde mutare: aut ſi ita diuiſus eſt fundus, ut per quamlibet eius partem æquè iri atque agi poſsit: tunc perinde obſeruabimus, atq; ſi ab initio duobus fundis duæ ſeruitutes iniunctæ fuiſſent, ut altera retineri, altera non utendo poſsit deperire. Nec me fallit alieno facto, ius alterius immutatum iri: quoniam antè ſatius fuerat per alteram partem fundi ire, agere, ut idem ius ei in alteram partem fundi retineretur. Contrà illud commodum acceſsiſſe ei, cui uia debebatur, quod per duas pariter uias ire, agere poſsit, bisq́; octenos in porrectum, & biſſenos denos in anfractum. *Hiſce uerbis replicatio propoſita approbatur ſimul & duplicatio aduerſus eam introducitur talis: Niſi cum certus uiæ locus eſſet in fundo ac finitus, non per longitudinem eius loci, ſed per latitudinem fundus ſit diuiſus, quæ duplicatio approbatur in dictis uerbis hiſce:* Si uerò per latitudinem uiæ, &c. *Siue ergo certus uiæ locus ſit, & in longitudinem uiæ fundus diuiſus ſit, ſiue incertus uiæ locus: ut per quamlibet fundi partem ire licuerit. & fundo diuiſo per alteram partem ſtatuto tempore itum non ſit, propoſitæ replicationi locus eſt, eaq́; pars à ſeruitute non utendo liberatur.* *Decimaquinta exceptio eſt: Niſi ſeruitute intra legitimum tempus ſit uſus. Hæc exceptio conſtat ex contrario ſenſu. Si enim is qui ſeruitute ſtatuto tempore non eſt uſus, eam amittit: ſequitur quòd is qui ſeruitute intra ſtatutum tempus uſus eſt, eam retineat. Sunt tamen huius exceptionis quædam replicationes hic proponendæ, quarum prima hæc eſt: Niſi connumerato tempore, quo auctor eius, qui ſeruitute uſus eſt, ea uſus non ſit, ſtatutum tempus eo tempore quo is uſus eſt, ſit finitum. quæ replicatio approbatur l. 18. §. 1. ff. quemadmodum ſeruitus amitt. his uerbis:* Tempus quo non eſt uſus præcedens fundi dominus, cui ſeruitus debebatur, imputatur ei, qui eius loco ſucceſsit. *Secunda replicatio eſt: Niſi pro parte tantũ ſit uſus. De hac re dictum ſuprà exceptione proxima. Tertia replicatio eſt: Niſi actum habens, ierit tantum. Hæc replicatio reprobatur l. 2. ff. quemadmodum ſeruitus amittatur, his uerbis:* Qui iter & actum habet, ſi ſtatuto tempore tantum ierit, non periiſſe actum, ſed manere, Sabinus, Caſsius & Octauenus aiũt. nam ire quoq; per ſe, eum poſſe qui actum haberet. *Quarta replicatio eſt: Niſi aquæductum habens, alia aqua ſit uſus. Hæc replicatio approbatur l. 18. in prin. ff. quemadmodum ſeruitus amitt. his uerbis:* Si quis alia aqua uſus fuerit, quàm de qua in ſeruitute imponenda actum eſt, ſeruitus amittitur. *Huius replicationis duplicatio hæc eſt: Niſi alia aqua aquæ debitæ mixta ſit. Hæc duplicatio approbatur l. 9. §. fin. ff. ſi ſeruitus uindicetur. cuius uerba uide infrà replicatione proxima. Concordat l. 11. in prin. ff. quemadmodum ſeruitus amitt. cuius uerba uide paulo inferius replic. 6.* *Quinta replicatio eſt: Niſi uiam habens latiore uel anguſtiore uia ſit uſus. Hæc replicatio reprobatur l. 9. §. fin. ff. ſi ſeruitus uindicetur, his uerbis:* Qui latiore uia uel anguſtiore uſus eſt, retinet ſeruitutem: ſicuti qui aqua, ex qua ius habet utendi, alia mixta uſus eſt, retinet ius ſuum. *Concordat l. 11. in prin. ff. quemadmodum ſeruitus amitt. cuius uerba uide infrà proximè. Sexta replicatio eſt: Niſi iter uel actum habens alio genere uehiculi ſit uſus, quàm de quo conuenit. Hæc replicatio reprobatur l. 11. in prin. ff. quemadmodum ſeruitus amitt. his uerbis:* Si cui uia uel actus debebatur, ut uehiculi certo genere uteretur, alio genere fuerit uſus: uideamus ne amiſerit ſeruitutem, & alia ſit eius conditio, qui amplius oneris quàm licuit uexit: magisq́; hic plus quàm aliud egiſſe uideatur, ſicuti ſi latiore itinere uſus ſit, aut ſi plura iumenta egerit quàm licuit, aut aquæ admiſcuerit aliam. Ideoq́; in omnibus iſtis quæſtionibus ſeruitus quidem non amittitur, nõ autem conceditur plus quàm pactum eſt, in ſeruitute habere. *Septima replicatio eſt: Niſi alio tempore ſit uſus, quàm quo debetur. Hæc replicatio approbatur l. 10. §. ſi is. ff. quemadmodum ſeruitus amitt. his uerbis:* Si is qui nocturnam aquam habet, interdiu per conſtitutum ad amiſsionem tempus uſus fuerit, amiſit nocturnam ſeruitutem, qua uſus non eſt. Idem eſt in eo qui certis horis aquæductum habens, alijs uſus fuerit, nec ulla parte earum horarum uſus eſt. *Concordat l. 17. in prin. ff. de aqua pluuia arcenda. ubi Paulus:* Si prius nocturnæ aquæ ſeruitus mihi cõceſſa fuerit, deinde poſtea alia ceſſione

ſione diurnæ quoq; ductus aquæ conceſſus mihi fuerit, & per conſtitutum tempus nocturna dũtaxat aqua uſus fuerim, amitto ſeruitutem aquæ diurnæ: quia hoc caſu plures ſunt ſeruitutes diuerſarum cauſarum factæ. *Propoſitæ replicationis duplicatio hæc eſt: Niſi cum duobus diuerſis temporibus ſeruitus deberetur, illi inter ſeſe tempus commutauerint. quæ duplicatio approbatur l. 5. §. fin. ff. de aqua quotid. et æſtiua, his verbis:* Inter duos, qui eodẽ riuo aquam certis horis ſeparatim ducebãt, conuenit ut permutatis inter ſe temporibus aqua uterentur: quæro cum amplius tempore ſeruitutibus præfinito ita duxiſſent, ut neuter eorum ſuo tempore uſus eſſet, an ius utendi amiſiſſent? Negaui amiſiſſe, Iulianus ait. *Hæc de decima amittendæ ſeruitutis cauſa cum ſuis exceptionibus, cui ſimilis eſt cauſa ſequens.*

XI. *Cauſa: Si dominus prædij ſeruientis libertatem uſucepit. Hæc cauſa approbatur l. 4. §. fin. ff. de uſucap. his uerbis:* Libertatem ſeruitutum uſucapi poſſe uerius eſt: quia eam uſucapionẽ ſuſtulit lex Scriboniana, quæ ſeruitutem conſtituebat, non etiam eam quæ libertatem præſtat ſublata ſeruitute. Itaq; ſi cum tibi ſeruitutem deberem, ne mihi puta liceret altius ædificare, per ſtatutum tempus altius ædificatũ habuero, ſublata erit ſeruitus. *Concordat l. 5. ff. de ſeruitut. urban. præd. cuius uerba uide ſ. cauſa prox. except. 9. Huius cauſæ exceptio prima hæc eſt: Niſi ante impletam uſucapionem dominus prædium poſſidere deſijt. quæ exceptio approbatur l. 31. §. libertas. ff. de ſeruit. urban. præd. his uerbis:* Libertas ſeruitutis uſucapitur, ſi ædes poſſideantur: quare ſi is, qui altius ædificatum habebat, ante ſtatutũ tempus ædes poſſidere deſijt, interpellata uſucapio eſt. Is autem qui poſtea eaſdem ædes poſſidere cœperit, integro ſtatuto tempore libertatem uſucapiet. Natura enim ſeruitutum ea eſt, ut poſſideri non poſſint, ſed intelligatur poſſeſſionem earum habere qui ædes poſſidet. *Secunda exceptio hæc eſt: Niſi is cui ſeruitus debetur, precario conceſſerit domino ſeruientis prædij ædificatum habere. quæ exceptio approbatur l. 18. §. cæterùm ſi in ſuo. ff. commun. præd. his uerbis:* Si in ſuo maceriam, qui ſeruitutem tibi debuit, duxerit, neque libertas uſucapietur, & interdicto Quod precario, utiliter cum eo agetur. *Huius exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi cum duobus uicinis ſeruitus deberetur, alter precario conceſſerit. tunc enim aduerſus alterum nihilominus libertas uſucapietur. quæ replicatio approbatur l. 32. in prin. ff. de ſeruit. urban. prædior. his uerbis:* Si ædes meæ ſeruiant ædibus Lucij Titij, & ædibus Publij Mæuij ne altius ædificare mihi liceat, & à Titio precario petierim ut altius tollerẽ, atq; ita per ſtatutum tempus ædificatum habuero, libertatem aduerſus Publiũ Mæuium uſucapiam. non enim una ſeruitus Titio & Mæuio debebatur, ſed duæ: argumentum rei præbet, quod ſi alter ex his ſeruitutem mihi remiſiſſet, ab eo ſolo liberarer, alteri nihilominus ſeruitutem deberem. *Tertia exceptio hæc eſt: Niſi arborem loco ædificij poſitam habuerit. Hæc exceptio approbatur l. 6. ff. de ſeruit. urban. præd. his uerbis:* Quod ædificio meo me poſſe conſequi ut libertatem uſucaperem dicitur, idem me non conſecuturum ſi arborem in eodem loco ſitam habuiſſem, Mutius ait, & rectè: quia nõ ita in ſuo ſtatu & loco maneret arbor, quemadmodum paries propter motus naturales arbores. *Hactenus de cauſis amittendæ ſeruitutis. Sed de amittenda ſeruitute & hoc quæri ſolet, quid & quantum amittatur. cuius loci eſt l. 17. ff. quemadmodum ſeruitus amitt. cuius hæc ſunt uerba:* Labeo ait, ſi is qui hauſtum habet, per tempus quo ſeruitus amittitur, nõ ierit ad fontem, nec aquam hauſerit, iter quoq; eum amiſiſſe. *Eſt inſuper huius etiam loci l. 20. ff. de ſeruitut. urban. prædior. & l. 20. in prin. ff. de ſeruit. ruſticor. prædior. de quibus uide ſ. eod. cap. cauſa 1. exceptione 4. Poſtremò quæritur de euentu amiſſæ ſeruitutis l. 16. §. fin. ff. quemadmodum ſeruitus amittatur, cuius hæc ſunt uerba:* Si quis eorum quibus aquæductus ſeruitus debebatur, & per eundem riuum aquam ducebant, ius aquæ ducendæ non ducendo eam amiſerit, nihil iuris eo nomine cæteris qui riuo utebantur, adcreuit: idq; commodũ eius eſt, per cuius fundũ id iter aquæ non utendo pro parte unius amiſſum eſt: libertate enim huius partis ſeruitutis fruitur. *Planè quomodo unus ex pluribus pro ſua parte ſeruitutem uel aquæductum amittat, uide ſ. eod. cap. cauſa 10. except. 11. repl. 3 & 4.*

DE ACTIONE SERVITVTUM tam confeſſoria, quàm negatoria in rem. Cap. IIII.

CVm dictum ſit de cauſis tam adquirẽdæ quàm amittendæ ſeruitutis, nunc dicendum eſt de actionibus quæ ex huiuſmodi cauſis competunt pro ſeruitute præſtanda, retinenda & libertate recuperanda. 1. Genus. *Huiuſmodi actiones in rem dicuntur, earumq;* 1 L. Diuiſio *diuiſio habetur l. 2. in prin. ff. ſi ſeruitus uindicetur, his uerbis:* De ſeruitutibus in rem actiones competunt nobis ad exemplum earũ quæ ad uſumfructum pertinent, tam confeſſoria, quàm negatoria. Confeſſoria ei, qui ſeruitutem ſibi competere contendit: negatoria, domino qui negat. *Concordat Inſtitution. de action. §. æquè ſi agat quis, cuius hæc ſunt uerba.* Si agat quis, ius ſibi eſſe fundo

fortè

ta ſeparari poſſunt. *Quarta exceptio eſt: Niſi antea eiuſdem ſeruitutis nomine actum ſit. Hæc exceptio ipſo quidem iure ſubſiſtit, de quo dictum eſt in Comment. de liberationibus cap. 19. Eius autem replicatio prima hæc eſt: Niſi antea alius egerit. Hæc replicatio approbatur l. 19 ff. ſi ſeruitus uēdicetur, his uerbis:* Si de cōmuni ſeruitute quis bene quidem deberi intendit, ſed aliquo modo litem perdidit culpa ſua, non eſt æquū hoc cæteris damno eſſe: ſed ſi per colluſionem ceſsit litē aduerſario, cæteris dandam eſſe actionē de dolo Celſus ſcribit: idq́; ait Sabino placuiſſe. *Plura de hac replicatione uide d. cap. 19. exceptione prima. Secunda replicatio eſt: Niſi alia actione antea ſit actum. Hæc replicatio approbatur exemplo l. 19. ff. de operis noui nūciatione, his uerbis:* Siendū eſt, denegata executione operis noui, nihilominus integras legitimas actiones manere: ſicut in his quoque cauſis manent, In quibus ab initio operis noui nunciationem prætor denegat. *Plura de hac replicatione & tota except. uide d. cap. 19. Alias except. huc pertinentes, uide ſ̄. cap. 2 & 3.*

V. QVIBVS ACTIO CONfeſſoria competat?

Huius loci regula prima hæc eſt: Quòd hæ actiones non niſi domino prædij competant. Quæ regula approbatur l. 1. in prin. ff. ſi ſeruitus uindicetur, his uerbis: Actiones de ſeruitutibus, ſiue ruſticis, ſiue urbanis eorum ſunt, quorū prædia ſunt. *Concordat l. 2. §. hæc autem. ff. eod. tt. ubi Vlpianus:* Hęc in rem actio confeſſoria (*inquit*) nō alij quàm domino fundi competit: ſeruitutē enim nemo uindicare poteſt, quàm qui dominium in fundo uicino habet, cui ſeruitutē dicit deberi. *Huius regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi iter ſit ſepulchro debitum. Quæ exceptio approbatur l. 1. in fin. ff. eod. tt. his uerbis:* Sepulchra autem dominij noſtri nō ſunt: atquin uiam ad ſepulchrū poſſumus uindicare. *Secunda exceptio hæc eſt: Niſi creditori, cui fundus pignori eſt obligatus: itē, Niſi emphyteuticario. quæ exceptio approbatur l. 16 ff. de ſeruit. his uerbis:* Ei qui pignori fundū accepit, non eſt iniquū utilem petitionē ſeruitutis dari, ſicuti ipſius fundi utilis petitio datur. Idēq́; ſeruari cōuenit & in eo, ad quē uectigalis fundus pertinet. *Concordat l. 9 ff. de operis noui nunciat. his uerbis:* Creditori cui pignoris nomine prædiū tenetur, permittendū eſt de iure, id eſt, de ſeruitute nouū opus nunciare. nā ei uindicatio ſeruitutis datur. *Cōcordat itē l. unica. §. fin. ff. de remiſsionib. his uerbis:* Ei qui pignori fundū accepit, ſcribit Iulianus non eſſe iniquū detentionē ſeruitutis dari. *Tertia exceptio eſt: Niſi ſuperficiario. Hæc exceptio approbatur l. 3. §. penult. ff. de operis noui nūciat. his uerbis:* Si ego ſuperficiarius ſim, & opus nouū faciat uicinus, an poſsim nūciare? Mouet quòd quaſi inquilinus ſum. Sed prætor mihi utilē in rē actionē dat: & ideo & ſeruitutū cauſa actio mihi dabitur, & operis noui nūciatio debet mihi concedi. *Quarta exceptio eſt: Niſi fructuario fundi. Hæc exceptio approbatur l unica §. itē Iuliano. ff. de remiſsionibus, his uerbis:* Iuliano placet, fructuario uindicandarū ſeruitutū ius eſſe. *Contradicit l. 1. in prin ff. ſi uſusfructus petatur, his uerbis:* Si fundo fructuario ſeruitus debeatur. Marcellus lib. VII. apud Iulianū, Labeonis & Neratij ſententiā probat, exiſtimantiū ſeruitutē quidem eum uendicare non poſſe, uerùm uſumfructū uendicaturū: ac per hoc uicinū, ſi non patiatur eū ire agere, teneri ei quaſi nō patiatur uti frui. *Cui contradictioni concordat l. 5. §. utrū. ibi: nam etſi. ff. eod. tt. his uerbis:* Si fundo fructuario ſeruitus debeatur, fructuarius non ſeruitutē, ſed uſumfructū uindicare debet aduerſus uicini fundi dominū. *Concordat itē l. 2. §. rectè Neratius. ff. ſi ſeruitus uindicetur. cuius uerba uide ſ̄. ca. 2. exc. 21. repl. 3. Plura de regula propoſita, cum ſuis exceptionibus uide ſ̄. cap. 2. except. 21. Secūda regula eſt: Quòd interdū & poſſeſſori hæ actiones competant. de qua re uide ſ̄. cap. eod. quæſt. 3. Tertia regula eſt: Quòd ſeruitus prædij emptorē ſequatur. de qua re dictū ſ̄. cap. prox. cauſa 4. Præter exceptiones autē huius regulæ ibi propoſitas, & aliæ notādæ ſunt, quarū prima talis eſt: Niſi inter emptorē & uenditorē aliud cōuenit. quæ exceptio approbatur l. 20. §. plures. ff. ſi ſeruitus uindicetur, his uerbis:* Plures ex municipib. qui diuerſa prædia poſsidebāt, ſaltum communē, ut ius compaſcendi haberent, mercati ſunt, idq́; etiā à ſucceſſoribus eorū eſt obſeruatū. Sed nonnulli ex his qui hoc ius habebant, prædia illa ſua propria uenū dederūt. Quæro an in uēditione etiā ius illud ſecutū ſit prædia, cū eius uoluntatis uēditores fuerint, ut hoc alienarent? Reſpondit Scæuola, id obſeruandū quod actū inter cōtrahentes eſſet: ſed ſi uoluntas contrahentiū manifeſta non ſit, & hoc ius ad emptores trāſire. Item quæro, an cū pars illorū propriorū fundorū legato ad aliquē tranſmiſſa ſit, aliquid ſecū compaſcui iuris traxit? Reſpōdit, cū id quoq; ius fundi, qui legatus eſſet, uideretur, id quoq; ceſſurū legatario. *Ait Iuriſcōſultus:* Id obſeruādū, quod actū inter cōtrahentes eſſet. *Hiſce uerbis exceptio propoſita approbatur, ut ſi inter emptorē & uēditorē actū ſit, ne ſeruitus ad emptorē prædij trāſeat, hoc ſit ſeruandū. Secūda exceptio hæc eſt: Niſi pars tantū prædij ſit uendita. Hæc exceptio reprobatur l. 23. §. quæcunq; ff. de ſeruit. ruſt. præd. cuius uerba uide ſ̄. ca. prox. cauſa 4. in fine. Planè uidetur exceptio propoſita admitti, ſi partis retētæ gratia uēditor ſeruitute magis ſit uſus, uel precioſior pars retineatur. quæ tamē diſtinctio reprobatur l. 23. ff. d. tt. his uerbis:*

Si parté fundi mei certá uédidero, aquęductus ius, etiáſi alterius partis cauſa plerúq; ducatur, te quoq; ſequetur: neq; ibi, aut bonitatis agri, aut uſus eius aquæ ratio habéda eſt, ita ut eá ſolam parté fundi, quæ precioſiſsima ſit, aut maximè uſum eius aquę deſideret, ius eius ducendæ ſequatur, ſed pro modo agri detenti & alienati fiat eius aquæ diuiſio. *Quarta regula: Etiã uni ex pluribus hæc actio cõpetit. quæ regula approbatur l. 4. §. ſi fundus. ff. ſi ſeruitus uindicetur, his uerbis:* Si fundus cui iter debetur, pluriũ ſit, unicuiq; in ſolidũ competit actio, & ita Põponius lib. XLI ſcribit: ſed in ęſtimatione id quod intereſt, ueniet: ſcilicet quod eius intereſt qui experietur. Itaq; de iure quidẽ ipſo ſinguli experientur, & uictoria etiã alijs proderit: æſtimatio aũt ad id quod eius intereſt reuocabitur, quamuis per unũ ſeruitus adquiri non poſsit. *Cõcordat l. 19. ff. de ſeruit. ruſt. præd. cuius uerba uide ſ. cap. 2. exc. 20. in prin. Concordat item l. 17. ff. de ſeruit. cuius uerba uide ſ. cap. 1. quæſt. 3. reg. 8. Plura de regula propoſita uide in Comment. de actionibus cap. 4. reg 6.*

VI. ADVERSVS QVOS Actio confeſſoria competat?

Huius loci regula prima hæc eſt: Quòd actio hæc aduerſus quẽuis ſeruitute uti prohibentẽ cõpetit. quæ regula approbatur l. 10. §. agi. ff. ſi ſeruitus uindicetur, his uerbis: Agi hac actione poterit non tantũ cũ eo, in cuius agro aqua oritur, uel per cuius fundũ ducitur: uerùm etiam cũ omnibus agi poterit, quicunq; aquá ducere impediunt, exemplo cęterarũ ſeruitutũ. Et generaliter quicunq; aquá ducere impedit, hac actione cum eo experiri potero. *Concordat l. 3. in fin. C. de ſeruitutibus. cuius uerba uide ſ. cap. prox. cauſa 4. in prin. Concordat item l. 1. §. competit. ibi: nã etſi. ff. de aqua quotid. & æſtiua, ubi Vlpianus:* Si ſeruitus cœperit (*inquit*) aduerſus quemuis poſſet uendicari. *Ait Vlpianus:* Si ſeruitus cœperit: *hoc ideo, quia antequã ſeruitus cœperit, hoc eſt, ceſſa ſit à domino prædij, non confeſſoria actio aduerſus quẽuis prohibentẽ, ſed perſonalis actio aduerſus dominũ prædij ad præſtandam ſeruitutẽ locum habet. quod notandũ loco primæ exceptionis. Secunda exceptio eſt: Niſi nõ quia prohibitus ſit, agit: ſed potius ut paries oneri ferendo reficiatur. tunc enim aduerſus dominũ tantum ædiũ agitur: de quo infrà in ſeruitute oneris ferendi. Secunda regula eſt: Quòd ſi fundus pluriũ ſit, etiam aduerſus unũ competit. quæ regula approbatur l. 4. §. ſed etſi duorũ. ff. ſi ſeruitus uindicetur, his uerbis:* Si duorũ ſit fundus qui ſeruit, aduerſus unũquenq; eorũ poterit ita agi, & (ut Pomponius ſcribit) quiſquis defendit, ſolidũ debet reſtituere: quia diuiſionem hæc res nõ recipit. *Concordat l. 17. ff. de ſeruit. cuius uerba uide ſ. lib. eod. cap. 2. quæſt. 3. reg. 8.*

VII. QVID VENIAT IN HAC actione confeſſoria?

Huius loci regula prima hæc eſt: quòd hac actione agatur non ad id, ut quis faciat aliquid. ſed ut patiatur, uel ne faciat. quæ regula approbatur l. 15. §. fin. ff. de ſeruitut. cuius uerba legesq; concordantes uide ſ. cap. 1. quæſt. 1. reg. 3. Secunda regula: Agitur inſuper hac actione, ut aduerſarius id opus quo ſeruitutem impedit, deſtruat. quæ regula approbatur l. 5. C. de ſeruitutibus, his uerbis: Si quid pars diuerſa contra ſeruitutem ædibus tuis debitam iniurioſè extruxit, præſes prouinciæ reuocare ad priſtinam formam, damni etiam ratione habita, pro ſua grauitate curabit. *Concordat l 9. C. eod. tit. ubi Imp. Dioclet.* Si in ædibus uicini tibi debita ſeruitute parietem altius ædificauit Heraclius, nouum opus ſuis ſumptibus per præſidem prouinciæ tollere compelletur. *Concordat item l. 15. in fin. ff. ſi ſeruit. uindicetur. cuius uerba uide ſ. quæſt. 4. except. 2. Tertia regula: Fructus quoq; & id quod intereſt, in hanc actionem ueniunt. quæ regula approbatur l. 4. §. in confeſſoriam. ff. ſi ſeruitus uindicetur, his uerbis:* In confeſſoriam actionem, quæ de ſeruitute mouetur, fructus etiam ueniũt. Sed uideamus qui poſſunt eſſe fructus ſeruitutis? & eſt uerius id demum fructuum nomine computandũ, ſi quid interſit agentis ſeruitutem nõ prohiberi. *Quarta regula: Quid in perſonalem ſeruitutum actionem ueniat, declarat l. 20 ff. de ſeruitutibus, his uerbis:* Quoties uia aut aliquod ius fundi emeretur, cauendum putat Labeo per te non fieri, quo minus eo iure uti poſsim: quia nulla eiuſmodi iuris uacua traditio eſſet. Ego puto uſum eius iuris pro traditione poſſeſsionis accipiendum eſſe: ideoq; & interdicta ueluti poſſeſſoria conſtituta ſunt. *Concordat l. 3. in prin. ff. de uſu fruct. & quemad. his uerbis:* Dare intelligitur uſumfructũ, ſi induxerit in fundum legatarium, ſinéue patiatur uti frui. *Concordat itẽ l. 1. in fine. ff. de ſeruit. ruſt. præd. his uerbis:* Traditio & patientia ſeruitutũ inducit officium prætoris. *Ait Iuriſconſultus:* Et patientia. *Et uocabulum gloſſa interpretatur, pro id eſt. Quinta regula: Vni ex pluribus agenti in ſolidum competit actio, & aduerſus unum in ſolidum: de qua re dictum eſt ſ. quæſt. 5. reg. 4. & quæſt 6. reg. 2.*

VIII. ADIVNCTA CONFESſoriæ actionis.

1 *De cautione ab actore præſtanda, regula habetur l. 7. ff. de aqua quotid. & æſtiua, his uerbis:* Si de uia, itinere, actuq; & aquęductu agatur, huiuſmodi cautio præſtanda eſt, quamdiu quis de iure ſuo doceat, ſe non impediturum agentem, & aquam ducentem, & iter facientem: quòd ſi neget ius eſſe aduerſario agendi, aquamúe ducendi, cauere

ſine

ſine præiudicio amittendæ ſeruitutis debet, donec quæſtio finiatur non ſe uſurũ. *Sed de hac lege uide etiam ſ.cap.8.memb.6.*

II. *Regula: Si reus latitat, nec rem defendat, nec ædificatũ habet, cauere debet actori. quæ regula ſeu cautio proponitur l.15.in prin.ff.de operis noui nunciat. his uerbis:* Si priuſquam ædificatum eſſet, ageretur ius uicino non eſſe altius ędes tollere, nec res ab eo defenderetur, partes iudicis nõ alias futuras fuiſſe, Caſſius ait, quàm ut eum cum quo ageretur, cauere iuberet, non prius ſe ædificaturum quàm ultrò egiſſet, ius ſibi eſſe inuito aduerſario altius tollere. Eaq; ratione hactenus is qui rem non defendet, punietur: ut de iure ſuo probare neceſſe habeat. id enim eſt petitoris partes ſuſtinere. *Ait Iuriſcõſultus:* Ageretur. *ſcilicet per confeſſoriam, quæ uerbis negatiuis hic proponitur. a actor enim dicit, quòd ſibi debeatur ſeruitus altius non tollendi. Ergo uicino ius altius tollendi non eſſe.*

a gloſ. in d. uerbo Ageretur.

III. *Regula: Si reus latitat, nec rem defendit atque ædificatum habet, poſſeſsio transfertur ad actorem. quæ regula approbatur l.45.ff.de damno infecto. his uerbis:* Aedificatum habes: ago tibi ius non eſſe habere: non defendis, ad me poſſeſsio transferenda eſt: non quidem ut protinus deſtruatur opus (iniquum enim eſt demolitionem protinus fieri, ſed ut id fiat, niſi intra certum tempus egeris, ius tibi eſſe ædificatum habere.

IIII. *Regula de reo latitãte, habetur l.18.ff.ſi ſeruitus uindicetur, his uerbis:* Is cuius familia uicinum prohibebat aquam ducere, ſui poteſtatem nõ faciebat, ut ſecum agi poſſet: quęrit actor quid ſibi faciendum eſſet? Reſpondit Iulianus, oportere prætorem cauſa cognita iubere bona aduerſarij poſſideri, & non antè inde diſcedere, quàm is actori ius aquæ ducendæ reſtituiſſet: & ſi quid qui aquam ducere prohibitus eſſet, ſiccitatibus detrimenti cepiſſet, ueluti ſi prata arboresúe exaruiſſent.

IX. EVENTVS ACTIONIS confeſſoriæ.

I. *Euentus habetur l.8.§.ſed ſi quæratur. ibi: etſi quidem.ff.ſi ſeruitus uindicetur. his uerbis:* Si quidem is obtinuerit, qui ſeruitutem ſibi defendit, non debet ei ſeruitus cedi, ſiue rectè pronunciatum eſt (quia habet) ſiue perperam: quia per ſententiam non debet ſeruitus conſtitui, ſed quæ eſt, declarari. Planè ſi non utendo poſt litem conteſtatam amiſit dolo malo domini ædium, ei reſtitui oportet, quemadmodum placet in dominio ædium.

II. *Euentus: Si unus ex pluribus egerit, ſiquidem obtinuerit, uictoria cæteris quoq; prodeſt. quod approbatur l.4.§.ſi fundus. ibi: & uictoria etiam alijs proderit.ff.ſi ſeruitus uindicetur. cuius uerba uide ſ. eodem cap.queſt.5.reg.4 Sin autem ſuccubuerit, cæteris non præiudicat. quod approbatur l.19.ff.eodem titulo. cuius uerba uide ſ.eod.cap.queſt.4.except.4.*

X. ADFINIA CONFESSOriæ actionis remedia.

1 *Interdictũ Quod ui aut clàm, item lapilli iactus. quod approbatur l.6.§.ſciendum ff.ſi ſeruitus uindicetur. cuius uerba uide ſ.eod.cap.memb.3.*

2 *Operis noui nunciatio. quod remedium approbatur l.14.in fine.ff.de ſeruitut.urban.præd.his uerbis:* Quodcunque faciat ad luminis impedimentum, prohiberi poteſt, ſi ſeruitus debeatur: opus quoque nouum ei nunciari poteſt, ſi modò ſic faciat ut lumini noceat. *Approbatur inſuper l.6.§.finali. ff. ſi ſeruitus uindicetur, his uerbis:* In ſeruitute oneris ferendi, parietem meliorem quidem, quàm in ſeruitute impoſitum eſt, facere licet: deteriorem ſi faciat, aut per hanc actionem, aut per operis noui nunciationem prohibetur.

3 *Interdictum Vti poßidetis, ſi quis ſuo qualiter uelit uti, prohibeatur. quod approbatur l.8.§.Ariſto. ibi: ſed & interdictum. ff.ſi ſeruitus uindicetur, his uerbis:* Et interdictum Vti poſsidetis, poterit locũ habere, ſi quis prohibeatur qualiter uelit ſuo uti.

4 *Vſusfructus uindicatio. Si uſufructuarius ſeruitute uti prohibeatur. de quo dictum ſuprà eodem capite, membr.5. regula prima, exceptione quarta.*

5 *Actio perſonalis. Si ſeruitus promiſſa quidẽ ſit, ſed nondum impoſita. quod remedium approbatur l.34.ff.de ſeruitut.urbanor.præd. his uerbis:* Si binarum ædium dominus dixiſſet eas quas uenderet ſeruas fore, ſed in traditione nõ feciſſet mentionẽ ſeruitutis: uel ex uendito agere poteſt, uel incerti cõdicere ut ſeruitus imponatur. *Concordat l.6.§.ſi in uenditione.ff.commun.prædior. cuius uerba uide ſ.cap.2.except.1.in fine. Concordat item l.22.§.fin.ff.de condict.indebiti. ubi Pomponius:* Cùm iter excipere deberem (*inquit*) fundum liberum per errorem tradidi: incerti condicam ut iter mihi concedatur. *Idem iuris eſt in rei uẽdicatione, de quo dictum ſ.lib.22.cap.2.cauſa 18.exceptione 1. Quid autem ueniat in actionem ſeruitutum perſonalem, dictum eſt paulo ſuprà queſtion.7. regula 4.*

6 *Exceptio. Quod remedium approbatur l.16.ff.ſi ſeruitus uindicetur, his uerbis:* Si à te emero, ut mihi liceat ex ædibus meis in ædes tuas ſtillicidium immitere, & poſtea te ſciente ex cauſa emptionis immiſſum habeam: quæro an ex hac cauſa, actione quadam uel exceptione tuendus ſim? Reſpondit Iulianus, utroque auxilio me uſurum.

7 *Si reus latitat, nec rem defendit. quod remedium*

competat,uide paulo ſ.quæſt.V I I I.reg.2. cum ſequentibus.

8 *Actio tutelæ. Si tutor uel curator eius cui ſeruitus debetur fecit. quod remedium approbatur l. 15. ff. ſi ſeruitus uindicetur. cuius uerba uide ſuprà eodem capite, quæſtion. I I I I. exceptione ſecunda.*

De actione negatoria.

Hactenus de confeſſoria actione dictum eſt: reſtant pauca quædam de negatoria actione dicenda. Quid autem ſit hæc actio, & quando competat, dictum eſt ſuprà capite eodem in princ. Sed & ſpecies cauſarum,ex quibus hæc actio competit, proponentur ſ. lib. proxim. Inter exceptiones autem huius actionis numeratur & hæc: Niſi prædium ſeruitutem debeat. tunc enim propoſita actio non competit. quæ exceptio ſine dubio iuſta eſt, ſed habet ſuas replicationes, quarum prima hæc eſt: Niſi aliter ſeruitute utatur, quàm debet. Huius replicationis leges et exempla propoſita ſunt ſuprà cap. prox. cauſa 10. exceptione 15. replic. 4. cum ſequentibus, præſertim replic. 6. in fine. Huius etiam loci eſt l. 1 §. Trebatius. ff. de aqua quotidiana. cuius uerba uide ſuprà membr. 4. in in fine.

Secunda replicatio eſt: Niſi alij, non ei cum quo agitur, ſeruitutem debeat. quæ replicatio approbatur l. 4. §. competit. ff. ſi ſeruitus uindicetur, his uerbis: Competit etiam de ſeruitute actio domino ædificij negauti ſeruitutem ſe uicino debere, cuius ædes non in totum liberæ ſunt, ſed ei cum quo agitur ſeruitutem oon debent: uerbi gratia, habeo ædes quibus ſunt uicinæ, & Seianæ & Sempronianæ, Sempronianis ſeruitutem debeo, aduerſus dominnm Seianarum uolo experiri altius me tollere prohibentem: in rem actione experiar. licet enim ſeroiant ædes meæ, ei tamen cum qno agitur, non ſeruiunt. Hoc igitur intendo habere me ius altios tollendi inuito eo, cum quo ago: quantum enim ad eum pertinet, liberas ædes habeo. *Porrò in hanc actionem uenit, ut reus opus ſuis ſumptibus tollat. quæ regula approbatur l. 8. C. de ſeruitutibus, his uerbis:* In pariete tuo ſi feneſtram Iulianus ui uel clàm feciſſe conuincatur, ſumptibus ſuis opus tollere, & in integrum parietem reſtituere compellitur. *Concordat l. 14. in prin. ff. de ſeruitut. uindic. cuius uerba uide infrà capite proximo, de ſeruitute tigni immittendi except. 1. Deinde in hanc actionem uenit cautio de futuro opere præſtanda. quæ regula approbatur exemplo l. 12. ff. ſi ſeruitus uindicetur, his uerbis:* Egi ius illi non eſſe, tigna in parietem meum immiſſa habere: an & de futuris non immittendis cauendum eſt? Reſpondit Iaboleous: iudicis officio contineri puto, ut de futuro quoque opere caueri debeat. *Tertiò uenit in hanc actionem cautio ab aduerſario præſtanda, ſi rem non defendat. quæ cautio definitur & approbatur l. 15. §. idemq́;. ff. de noui operis nunciat. his uerbis:* Si cum agere uellet quis ſibi ius eſſe inuito adnerſario altius tollere, eo non defendente officio iudicis continebitur, nt cauere aduerſarium iubeat, nec opus nouum ſe nunciatutum, nec ædificio obfuturum, eaque ratione, hactenus is qui rem non defendet punietur ut de iure ſuo probare neceſſe habeat, id enim eſt peritoris partes ſuſtinere. *Priora huius legis uerba cum gloſſa, uide paulo ſuprà membr. 8. reg. 2. Poſtremò ueniunt in hanc actiooem etiam fructus. quæ regula approbatur, ſimul & declaratur l. 4. §. in confeſſoriam. in fin. ff. ſi ſeruitus uindicetur, his uerbis:* Et in negatoria actione (ut Labeo ait) fructus computantur quanti intereſt petitoris, non uti fundi ſui itinere aduerſarium. Et hanc ſententiam & Pompooius probat. *Hæc de ijs quæ ueniunt in negatoriam actionem ſint dicta. Nunc de adiunctis ſeu actoris officijs dicendum, quid ſcilicet actor in hoc iudicio præſtare debeat. cuius loci regula prima hæc eſt: quod actor tenetur cauere reo conuento. quæ cautio approbatur & definitur lege ſatis intricata ac dubia, nempe l. 7. ff. de aqua quotidiana & æſtiua. cuius uerba uide ſuprà eod. cap. membr. 8. regula prima.*

Secunda regula de ſumptibus in opus factis reo conuento ab actore reſtituendis, proponitur l. 2. C. de ſeruitutibus. de qua re uide plura ſuprà libro 21. capite 8. reg. 7. Poſtremò reſtant adfinia propoſitæ actionis negatoriæ remedia, quorum primum eſt interdictum, Ne quid in loco publico fiat: ſecundum, Cautio damni infecti. quæ duo remedia approbantur exemplo l. 17. §. fin. ff. ſi ſeruitus uindicetur, his uerbis: Secundum cuius parietem uicinus ſterquilinium fecerat, ex quo paries madeſcebat, conſulebatur quemadmodum poſſet uicinum cogere, ut ſterqnilinium tolleret? Reſpondit Alfenus: Si in loco publico id feciſſet, per interdictum cogi poſſe: ſed ſi in priuato, de ſeruitute agere oportere. Sed ſi damni infecti ſtipulatus eſſet, poſſe per eam ſtipulationem, ſi quid ex ea te ſibi damni datum eſſet, ſeruare. *Concordat ſecundo remedio l. 17. ff de ſeruitut. urban. præd. cuius uerba uide paulo inferius. Concordat item l. 28 ff. eod. tt. his uerbis:* Si quid ex eo foramine, ex quo ſeruitus non conſiſtit, damni uicinus ſenſiſſet: dicendū eſt, damni infecti ſtipulationem locum habere.

Tertium

Tertium eſt, Actio in factum. quod approbatur d.l. 17.ff.de ſeru.urb præd. his uerbis: Si fiſtulæ per quam aquam ducis, ædib. meis applicatæ damnum mihi dent, in factum actio mihi competit: ſed & damni infecti ſtipulari à te potero. *Competit etiam actio negatoria. quæ approbatur l.13.ff.ſi ſeruitus uindicetur, his uerbis:* Fiſtulas quibus aquam duco, in uia publica habeo: & hæ ſupra inundant parietem tuum: puto poſſe te mecum rectè agere, ius mihi non eſſe flumina ex meo in tuum parietem fluere. *Quartum eſt, communi diuidundo actio, ſi ſocius in re communi inuitis cæteris aliquid fecit. quod approbatur l.25.ff.de ſeruitut. urb. præd. cuius uerba uide ỹ. li. prox. cap. 19. quæſt. 2. reg. 1. Reliqua de hac actione negatoria uide ſ. lib. prox. cap. 7. in fine.*

DE SERVITVTIBVS urbanorum prædiorum.

Cap. V.

HActenus de ſeruitutibus prædiorum in genere dictum eſt, ſequitur nunc de ſingulis ſeruitutum ſpeciebus. Sunt enim ſeruitutes aut urbanorũ, aut ruſticorum prædiorum, quæ diuiſio habetur l. 1. in fine. ff de ſeruit. cuius uerba uide ſ. cap. 1. in princ. Concordat l. 3. ff eod. tt. ubi Paulus: Seruitutes prędiorum (*inquit*) aliæ in ſolo, aliæ in ſuperficie conſiſtunt. Quæ in ſolo conſiſtunt, ſeruitutes ruſticorum prædiorũ dicũtur: quæ in ſuperficie, dicuntur ſeruitutes prędiorũ urbanorum. *De huius generis ſeruitutibus in hoc capite dicetur. de illius generis ſeruitutibus dicetur ỹ. cap. prox. cum ſequentibus.*

1. DEFINITIO SERVITVTVM urbanorum prædiorum.

Vrbanorum prædiorũ ſeruitutes definiũtur Inſt. de ſeruitut: præd. §. prædiorum, his uerbis: Prędiorum urbanorum ſunt ſeruitutes quæ ædificijs inhærent: ideo urbanorum prædiorũ dictæ, quoniã ædificia omnia urbana prædia appellamus, etſi in uilla ędificata ſunt. *Concordat l. 1. in prin. ff. communia præd. his uerbis:* Aedificia urbana quidem prædia appellamus: cæterùm etſi in uilla ædificata ſint, æquè ſeruitutes urbanorum prædiorum conſtitui poſſunt. *Concordat itẽ l. 198. in prin. ff. de uerb. ſignif. his uerbis:* Vrbana prędia omnia ædificia accipimus, non ſolum ea quæ ſunt in oppidis, ſed etſi fortè ſtabula ſunt, uel alia meritoria in uillis, & in uicis, uel ſi prætoria uoluptati tantum deſeruiant: quia urbanum prædium non locus facit, ſed materia. *Planè quod iam dictum eſt de ſtabulis, ei contradicit l. 4. §. ſtabula. ff. ex quib. cauſis pignus contrah. ubi Neratius:* Stabula (*inquit*) quæ non ſunt in continentibus ædificijs, quorum ea prędiorum numero habenda ſunt, dubitari poteſt. & quidem urban. ſine dubio non ſunt, cum à cæteris ædificijs ſeparata ſint: quod ad cauſam tamen taciti pignoris pertinet, non multum ab urbanis prædijs differunt.

II. SPECIES SERVITVTIS urbanor. prædior.

Nunc ſpecies ſeruitutum urbanorum prædiorum uideamus, quæ enumerantur l. 1. cum l. ſequente. ff. de ſeruit. urban. præd. his uerbis: Vrbanorum prædiorũ iura talia ſunt: Altius tollendi & officiendi luminib. uicini, aut non extollendi: item ſtillicidium auertendi in tectum, uel aream uicini, aut non auertendi, item immittendi tigna in pariaté uicini: & deniq; proijciendi, protegendiúe, cætaraq; iſtis ſimilia. Eſt & hęc ſeruitus eorum, ne proſpectui officiatur. *Concordat Inſt. de ſeruitutibus præd. §. item urbanorum. cuius hæc ſunt uerba:* Vrbanorũ prædiorum ſeruitutes ſunt, ut uicinus onera uicini ſuſtineat: ut in parietem eius liceat uicino tignũ immittere: ut ſtillicidiũ uel flumẽ recipiat quis in ædes ſuas, uel in areã, uel in cloacã, ne altiùs quis tollat ædes ſuas, ne luminibus uicini officiat. *Planè quod ad ſeruitutem altius tollendi & officiendi luminibus uicini attinet, de eo dicetur ỹ. cap. proxim. in fin.*

De ſeruitute altius non tollendi, & non officiendi luminibus uicini cum ſua actione.

1. *Differentia ſeruitutis luminũ, & ne luminibus officiatur, proponitur l. 3. ff. de ſeruit. præd. urban. his uerbis:* Luminum ſeruitute cõſtituta id adquiſitũ uidetur, ut uicinus lumina noſtra excipiat. Cùm autem ſeruitus imponitur ne luminibus officiatur, hoc maximè adepti uidemur, ne ius ſit uicino inuitis nobis altius ædificare, atq; ita minuère lumina noſtrorum ædificiorum. *Concordat l. 15. in prin. ff. eod. tt. his uerbis:* Lumen, id eſt ut cœlum uideatur. *Differentiam huius ſeruitutis et eius, Ne proſpectui officiatur: uide ỹ. eod. cap. de ſeruitute, Ne proſpectui. &c.*

2. *Vter poſſeſſor ſit, uter petitor in hac actione, definitur l. 6. §. ſciendum. ff. ſi ſeruitus uindicetur. de quo ſ. cap. prox. quæſt. 3.*

3. *Cauſa ex qua hæc actio competit? Si quis altius ædificando, uel quid aliud faciendo luminibus actoris officiat. quæ cauſa approbatur l. 14. §. quodcunq;. ff. de ſeruitutibus urbanorum prædiorum, his uerbis:* Quodcunq; faciat ad luminis impedimẽtum, prohiberi poteſt, ſi ſeruitus debeatur. *Concordat l. 30. ff. eod. tt. ubi Paulus:* Si teſtamento damnatus hæres, ne officeret uicini luminibus, ſeruitutemq; præſtaret depoſuit ædificium, cõcedenda erit legatario actio utilis, qua prohibeatur hæres, ſi poſtea extollere ſupra priorẽ modum ædificiũ conabitur. *Concordat item l. 4. §. fin. ff. ſi ſeruitus uin-*

dicetur, ubi Vlpianus: Si cui omnino (*inquit*) altius tollere non liceat, aduerſus eum rectè agetur, ius ei non eſſe altius tollere. *Concordat item l.1.C.de ſeruit. cuius uerba uide ȷ. except. 4. repl.1. Concordat item l.9.C.eod.tit. cuius uerba uide ȷ. cap. prox. quæſt. 7. reg. 2. Huius cauſæ exceptiones ſequuntur, quarum prima hæc eſt: Niſi non ædificiũ, ſed arborem uel quid aliud ponat, quo luminibus officit. Hæc exceptio reprobatur uerbis ſupradictis hiſce:* Quodcunq; faciat, &c. *Cui concordat l. 16. in prin. ff. de ſeruitut. urbanorum prædiorum, ubi Vlpianus:* Si arborem ponat (*inquit*) ut lumini officiat, æquè dicendũ erit, contra impoſitam ſeruitutem eum facere. nam & arbor efficit, quo minus cœlũ uideri poſsit. *Planè uiridarium habere conceditur. quæ diſtinctio approbatur l.12 ff.eod.tit. his uerbis:* Aedificia quæ ſeruitutem patiuntur ne quid altius tollatur, uiridaria ſupra eam altitudinẽ habere poſſunt: at ſi de proſpectu eſt, eaq; obſtatura ſunt, non poſſunt. *Si ergo uiridaria habuerit ædificium, quod ſeruitutem altius non tollendi, nec officiendi luminibus debet, propoſitæ exceptioni eſt locus. Ait Iuriſconſultus:* At ſi de proſpectu eſt, eaq; obſtatura ſunt, non poſſunt. *Hiſce uerbis prima aduerſus exceptionem propoſitam replicatio introducitur, hæc ſcilicet: Niſi ſeruitus debeatur, ne proſpectui officiatur. Altera replicatio eſt: Niſi ſeruitus ſit, ne quid in eo loco uicinus poſitum habeat. quæ replicatio approbatur l.17.§.1.ff. ſi ſeruitus uindicetur, his uerbis:* Cùm in domo Caij Seij locus quidam ædibus Annij ita ſeruiret, ut in eo loco poſitum habere ius Seio non eſſet. & Seius in eo ſyluam ſeuiſſet, in qua labra & tenebras cucumellas poſitas haberet, Annio conſilium omnes periti iuris dederunt, ut cum eo ageret, ius ei non eſſe, in eo loco ea poſita habere inuito ſe.

II. EXCEPTIO: *Niſi non ponat, ſed tollat ædificium, aut deprimat. Hæc exceptio approbatur leg.16.§. per contrarium. ff. de ſeruitutibus urbanorum prædiorum, his uerbis:* Per contrarium ſi deponat ædificiũ uel arboris ramos, quo facto locus opacus quondam cœpit eſſe ſolis plenus, non facit contra ſeruitutẽ. hanc enim debuit, ne luminibus officiat: nunc non luminibus officit, ſed plus æquo hominia facit. *Huius exceptionis replicatio talis eſt: Niſi reuerberatione quadam ſolis lumen in ædes quibus ſeruitus debetur, deuoluatur. quæ replicatio approbatur d.l.16.§. interdum, his uerbis:* Interdum dici poteſt eum quoq;, qui tollit ædificium uel deprimit, luminibus officere, ſi forte κατ᾽ ἀνάκλασιν (id eſt per repercuſsionem) lumen in eas ædes deuoluatur.

III. EXCEPTIO: *Niſi lumen quidem non impediat, ſolem tamen auferat. Hæc exceptio approbatur l.16. in princip. ff. de ſeruitutibus urbanorum prædiorum, his uerbis:* Si id quod ponitur, lumen quidem non impediat, ſolem autem auferat, ſi quidem eo loci, quo gratum erat eum non eſſe, poteſt dici nihil contra ſeruitutem fieri. ſin uerò heliocamino uel ſolario, dicendum erit, quia umbram facit in locum cui ſol fuit neceſſarius, contra ſeruitutem impoſitam fieri.

IIII. EXCEPTIO: *Niſi ſeruitus non debeatur, uel non ſit conſtituta. Hæc exceptio approbatur l.8.ff. de ſeruitutibus urbanorum prædiorum, his uerbis:* Cum eo qui tollendo obſcurat uicini ædes, quibus non ſeruiat, nulla competit actio. *Concordat l.13.ff.eod. tit. ubi Impp. Antoninus et Verus Auguſti reſcripſerũt, in ea area, quæ ſeruitutem nulli deberet, poſſe dominũ uel alium uoluntate eius ædificare, intermiſſo legitimo ſpacio à uicina inſula. Concordat item l. 8. C. de ſeruitutibus. cuius hæc ſunt uerba:* Altius quidem ædificia tollere, ſi domus ſeruitutem non debeat, dominus eius minimè prohibetur. *Concordat item l.9. in fine. C. eod. tit. his uerbis:* Si te ſeruitutem habuiſſe non probetur, tollendi altius ædificium uicino non eſt interdictum. *Huius exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi in area, in qua quis altius ædificare uolet, ædes fuerint peruetuſtæ humiliores. tunc enim ſeruitus altius non tollendi longo tempore uicino eſt acquiſita: de quo dictum eſt ſuprà capite ſecundo, cauſa 5. approbatur inſuper replicatio propoſita l.20. in prin. ff. de ſeruitutibus urbanorũ prædiorum, his uerbis:* Qui luminibus uicinorũ officere, aliudúe quid facere contra commodũ eorum uolet, ſciat ſe formam ac ſtatum antiquorum ædificiorum cuſtodire debere. *Concordat l.2.C. de ſeruitut. cuius hæc ſunt uerba:* Si quas actiones aduerſus eũ, qui ædificiũ cõtra ueterem formã extruxit, ut luminibus tuis officeret, cõpetere tibi exiſtimas, more ſolito exercere non prohiberis. Is qui iudex erit, longi temporis conſuetudinem uicem ſeruitutis obtinere ſciet, modò ſi is qui pulſatur, nec ui, nec clàm, nec precario poſsidet. *Secunda replicatio eſt: Niſi altius ædificando ultra modum uicini ædes oneret & obſcuret. quæ replicatio approbatur l.29. ff. de ſeruitut. urbanorum prædiorum, his uerbis:* Cuius ædificium iure ſuperius eſt, ei ius eſt in infinito ſupra ſuum ædificium imponere, dummodo inferiora ædificia non grauiore ſeruitute oneret, quàm pati debent. *Concordat l.9. §. fin. ff. eod. tit. cuius hæc ſunt uerba:* Ita officere luminibus & obſcurare legatas ędes conceditur, ut non penitus lumẽ recludatur: ſed tantũ relinquatur, quantũ ſufficit habitãtibus, in uſus diurni moderationẽ. *Concordat item l. ſi is qui binas. 27. in fine. ff. de uſufructu & quẽadmodum. cuius uerba uide ȷ. lib. prox. cap. 5. reg. 30. except. 1. Sanè ad quam altitudinem extolli poſsint uel*

uel debeant ædes, ad arbitrium iudicis pertinet, ut paulo inferius except. 6. dicetur. *Tertia replicatio proponitur l. 14. §. fin. C. de ſeruitutibus, his uerbis:* Cùm apertiſsimi iuris eſt, fructus aridos conculcatione, quæ in area fit, ſuam naturam & utilitatem oſtendere: aliquis uicinum ſuum uetabat, ita ædificium extollere iuxta aream ſuam, ut uentus excluderetur, & paleę ex huiuſmodi obſtaculo ſecerni à frugibus non poſſent, quaſi uento non totam ſuam uim per omnem locum inferre ex huiuſmodi ædificatione, cum ſecundum ſitum regionis auxiliũ uenti ad aream accedit. Sancimus itaq; nemini licere ſic ædificare, uel alio modo uerſari, ut idoneum uentum & ſufficientem ad præfatum opus infringat, & inutilem domino areã, & fructuũ inutilitatẽ faciat. *Quarta replicatio eſt: Niſi hæres ædes ſuas uel hæreditarias altius tollendo luminibus legatarum ædium officiat. Hæc replicatio reprobatur l. 9. ff. de ſeruitutibus urbanorum prædiorũ, his uerbis:* Binas ædes habeo, alteras tibi lego, hæres alteras ędes altius tollit, & luminibus tuis officit: nunquid cum illo agere potes? & an intereſſe putes, ſuas ædes altius tollat, an hæreditarias? Sed & de illo quęro, cum uſusfructus loci legatus eſt, ad quem locum accedi niſi per alienum non poteſt. Marcellus reſpõdit: Qui binas ędes habebat, ſi alteras legauit, non dubiũ eſt, quin hæres poſsit altius tollendo obſcurare lumina legatarum ædium. Idem dicendum, ſi alteri ædes, alteri aliarum ædium uſumfructum legauerit. Non autem eſt ſimile itineris argumentũ: quia ſine acceſſu nullum eſt fructus legatum, habitari autẽ poteſt etiam ædibus obſcuratis. Cæterùm uſufructu loci legato etiam acceſſus dandus eſt: quia & hauſtu aquæ relicto iter quoq; ad hauriendum pręſtaretur. Sed ita oſtẽdere, &c. *Reliqua uide paulo ſuperius repl. 2.*

V. EXCEPTIO: *Niſi lumina, quibus officitur, tempore quo conſtituitur ſeruitus, non fuerint, ſed poſtea facta ſint. Hæc exceptio reprobatur l. 23. §. quod ſi ita. ff. de ſeruitutibus urbanorum prædiorũ, his uerbis:* Si ita ſit cautũ, Ne luminibus officiatur: quia ambigua eſt ſcriptura, Verumne his luminibus officiatur, quę nũc ſunt, an etiã his quę poſtea quoq; fuerint: humanius eſt uerbo generali omne lumẽ ſignificari, ſiue quod in præſenti, ſiue quod poſt tempus conuentionis contigerit. *Plenè admittitur exceptio, ſi in conſtituenda ſeruitute ita conuenit, lumina quæ nunc ſunt, ut ita ſint. quæ diſtinctio approbatur d. l. 23. in prin. his uerbis:* Si ſeruitus impoſita fuerit, lumina quæ nunc ſunt, ut ita ſint: de futuris luminibus nihil cautũ uidetur.

VI. EXCEPTIO: *Niſi non conuenit ad quam altitudinem ædificium ſit tollendum. Hæc exceptio reprobatur l. 10. §. fin. ff. de ſeruitutibus urbanorum prædiorum, his uerbis:* Si inter te & uicinũ tuum non conuenit ad quam altitudinem extolli ædificia, quę facere inſtituiſti, oporteat, arbitrum accipere poteris.

VII. EXCEPTIO: *Niſi aliæ ædes intercedant, uel ædes à ſe ſint remotiſsimæ. Hæc exceptio approbatur l. 37. cum l. ſequente. ff. de ſeruitutibus urbanorum prædiorum. de qua re uide s. cap. 2. except. 30. Huius exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi ædes mediæ luminibus non officiant. quæ replicatio approbatur l. 5. ff. ſi ſeruitus uindicetur. de quo dictum s. d. except. 30. replic. 1. Eius autem replicationis duplicatio hæc eſt: Niſi poſt ſeruitutem conſtitutam ædes mediæ altius tollantur, ut ædes ſeruientes altius ſublatæ luminibus non officiant. quæ duplicatio approbatur l. 6. in prin. ff. d. tit. ſi ſeruitus uindicetur, his uerbis:* Et ſi fortè qui medius eſt (quia ſeruitutem non debebat) altius extulerit ædificià ſua, ut iam ego non uidear luminibus tuis obſtaturus, ſi ædificauero, fruſtra intendes ius mihi non eſſe, ita ædificatum habere inuito te. *Sequitur triplicatio his uerbis:* Sed ſi intra ſtatutum tempus rurſus ædificium ſuum depoſuerit uicinus, renaſcetur tibi uindicatio.

VIII. EXCEPTIO: *Niſi alius uicinus parietem ſeruientibus ædibus communem altius extulerit. Hæc exceptio approbatur l. 14. §. fin. ff. de ſeruit. urbanorum prædiorũ, his uerbis:* Si ex tribus ædibus in loco impari poſitis, ędes medię ſuperioribus ædibus ſeruiant, inferiores autem nulli ſeruiant, & paries communis, qui ſit inter ædes inferiores & medias, altius à domino inferiorum ædium ſublatus ſit, iure eum altius habiturum, Sabinus ait. *Hactenus cauſa propoſitæ actionis altius non tollendi, cum ſuis exceptionibus propoſita eſt: ſequuntur nunc alij huius actionis loci.*

IIII. QVIBVS DATVR hæc actio?

De eo cui ſeruitus non debetur, ei non competit hæc actio. quæ regula approbatur argumento l. 4. §. competit. ff. ſi ſeruitus uindicetur. cuius uerba uide s. cap. prox. de actione negatoria, in prin.

V. QVID VENIAT IN hac actione?

Vt id quod factum eſt tollatur. quæ regula propoſita eſt ſuprà capite proximo. membr. 7. reg. 2. Reliquos propoſitæ actionis locos uide s. cap. prox. de actione confeſſoria.

DE SERVITVTE, NE PROſpectui officiatur.

s *Genus definitur l. 2. ff. de ſeruitutibus urbanorum prædiorum, his uerbis:* Eſt & hæc ſeruitus urbanorum prædiorum, Ne proſpectui officiatur.

S 4 Diffi-

2 *Differentia inter hanc & ſuperiorem ſeruitutem proponitur l.14.ff.de ſeruitutibus urbanorũ prædiorum,his uerbis:* Inter ſeruitutes, Ne luminibus officiatur, & Ne proſpectus offendatur, aliud & aliud obſeruatur: quod in proſpectu plus quis habet, ne quid ſcilicet officiatur ad gratiorem proſpectum & liberum: in luminibus autem, ne lumina cuiuſquam obſcuriora fiant. *Alia harum ſeruitutum differentia proponitur l.15.ff.eodem tit. his uerbis:* Intereſt inter lumen & proſpectum. nam proſpectus etiam ex inferioribus locis eſt, lumen ex inferiore loco eſſe non poteſt. *Alia differentia proponitur l.11.ff.eod.tit. cuius uerba uide ſ.eod.cap.except.1.*

3 *De proſpectu in mare non impediendo, agitur Nouell. c.61. item Nouell.c.165.de qua re uide ſ.lib.12.cap.11.reg.3.*

De ſeruitute ſtillicidij.

1 *Genus. Seruitus eſt urbani prædij. quod approbatur l.1.ff. de ſeruitutibus urbanorum prædiorum. cuius uerba uide ſupra eodem capite, in principio.*

2 *Proprium. Stillicidij naturalis atq; perpetua cauſa eſſe debet. approbatur l.27.§.fin.ff. de ſeruit. urb. præd. cuius uerba uide ſ.cap.2.cauſa 5.except.1.*

3 *Euentus & iura huius ſeruitutis. Huius loci prima regula proponitur l.19.§.ſi ſeruit. ff.de ſeruit.urban.præd.his uerbis:* Si ſeruitus ſtillicidij impoſita ſit, non licet domino ſeruientis areæ ibi ædificare, ubi caſitare cœpit ſtillicidiũ. *Vnde Iulianus ſcribit:* Si uicinus in ſuo ædificando effecerit, ne ſtillicidium meum reciperet, poſſe me agere de iure meo, id eſt ius mihi eſſe immittendi ſtillicidium. ª *Planè aſq; ad ſtillicidij locum ædificium perducere poteſt: quod notandum loco primæ exceptionis. quæ exceptio approbatur d.l.19.§.his uerbis:* Qui in area in qua ſtillicidium cadit ædificat, uſque ad eum locum perducere ædificium poteſt, unde ſtillicidium cadit. Sed etſi in ædificio cadit ſtillicidium, ſupra ædificare ei conceditur, dum tamen ſtillicidium rectè recipiatur. *Secunda exceptio eſt: Niſi cum utranq; ſeruitutem deberet eidem altius non tollendi, & ſtillicidij recipiendi, altius non tollendi ſeruitus illi ſit remiſſa. Hæc exceptio reprobatur l.20 ff. eodem titulo. de quo ſ. cap.3. cauſa 1.except.4.* *Secunda regula eſt: Quòd ei cui debetur ſeruitus ſtillicidij, tam actionem quàm exceptionem eius nomine habeat. quæ regula approbatur l.16. ff. ſi ſeruit. uindicetur. cuius uerba uide ſ.cap.prox. membr.10. Cõcordat l.9.§.1.ff.eod.tit. cuius uerba uide paulo ſuperius regula proxima, ibi: unde Iulianus.* *Tertia regula habetur l.19.§. ſi antea. ff. de ſeruitutibus urbanorum prædiorum, his uerbis:* Si antea ex regula caſitauerit ſtillicidium, poſtea ex tabulato uel ex alia materia caſitare non poteſt. *Quarta regula habetur d.l.19.§.ſtillicidium, his uerbis:* Stillicidium quoquo modo adquiſitum ſit, altius tolli poteſt. leuior enim fit eo pacto ſeruitus, cum quòd ex alto cadit lenius cadat, & interdictum nec directè perueniat ad locum ſeruientem. Inferius demitti non poteſt: quia fit grauior ſeruitus, id eſt, pro ſtillicidio flumen. Ea de cauſa retrò quoq; duci poteſt ſtillicidium, quia in noſtro magis incipit cadere, produci non poteſt, ne alio loco cadat ſtillicidiũ, quàm in quo impoſita eſt ſeruitus. Lenius facere poterimus, acrius non. Et omnino ſciendum eſt, meliorem uicini conditionem fieri poſſe, deteriorem non poſſe, niſi aliquid nominatim in ſeruitute imponenda immutatum fuerit.

ª l.9.§.1.ff.ſi ſeru.uin.

De ſeruitute tigni immittendi.

1 *Differentia huius ſeruitutis & inferioris quæ dicitur oneris ferendi, proponitur paulo inferius quæſt.1.*

2 *Cauſæ ex quibus debetur hæc ſeruitus: Si uicinus mihi hoc ius ceſſerit. quæ cauſa approbatur l.8.§.cõpetit.ff.ſi ſeruitus uindicetur, his uerbis:* Competit mihi actio aduerſus eum qui ceſſit mihi ſeruitutem, ut in parietem eius tigna immittere mihi liceat, ſuperq; ea tigna (*uerbi gratia*) porticum ambulatoriam facere, ſuperq; eum parietem columnas ſtructiles imponere, quæ tectum porticus ambulatoriæ ſuſtineant. *Videtur & alia huius ſeruitutis cauſa eſſe, ſi ſcilicet quis binas ædes habens una contignatione tectas utraſq; diuerſis alienauit. quæ cauſa reprobatur l.35.cum l.ſequente.ff.de ſeruitutibus urbanorum prædiorũ, his uerbis:* Binas quis ædes habebat una contignatione tectas, utraſq; diuerſis legauit: dixi (quia magis placet poſſe duorum tignum eſſe, ita ut certæ partes cuiuſq; ſint) ex regione contignationis cuiuſque domini tigna fore, nec ullam inuicem habituros actionem ius non eſſe immiſſum habere: nec intereſt purè utriſque, an ſub conditione alteri ædes legatæ ſint, itidemq; eſſe, & ſi duobus ædes ceſſerit. *Ex his conſtat, quia tignum utriſq; commune eſt, neutri ſeruitutem eius nomine deberi. Nunc propoſitæ primæ cauſæ exceptiones uideamus.* *Prima exceptio eſt: Niſi cum paſſus quis eſſet tigna, quæ antea uicinus habuerat, immittere, is noua nunc uelit immittere. quæ exceptio approbatur l.14. in prin. ff. ſi ſeruitus uindicetur, his uerbis:* Si cum meus proprius paries eſſet, paſſus ſim te immittere tigna, quæ antea habueras, ſi noua uelis immittere, prohiberi à me potes: immò etiam agere tecum potero, ut ea quæ noua immiſeris, tollas. *Secunda exceptio eſt: Niſi non habeat ædificium uicinum qui immittit, ac non ex ſuo immittat tignum in parietem uicini. Hæc exceptio approbatur l.24. in prin. ff. de ſeruitutibus*

urbanorum

urbanorum prædiorum, his uerbis: Hoc quod dictum eſt de immiſsis, locum habet ex ædificio alio in aliud. Aliter enim ſupra alienum ædificium ſuperius habere nemo poteſt. *Tertia exceptio eſt: Niſi ſtatuto tempore immiſſum non habuerit. hæc exceptio ipſo quidem iure ſubſiſtit. de quo dictum ſ.cap.3. cauſa 10. cuius tamen replicatio hæc eſt: Niſi uicinus, qui ſeruitutem debet, nos habuerit ædificatum. quæ replicatio approbatur l.18.§.fin.ff. quemadmodum ſeruit. amitt. cuius uerba uide ſ. dicta cauſa 10. except. 9.*

3 *Quid ueniat in actione huius ſeruitutis. Huius loci regula prima hæc eſt: Quòd dominus ſeruientis prædij, parietem reficere non tenetur. quæ regula approbatur l.8.§. diſtant. ff. ſi ſeruitus uindicetur, his uerbis:* Diſtant hæ actiones inter ſe, quòd ſuperior quidem (ſcilicet oneris ferendi) locum habeat etiam ad compellendum uicinum reficere parietem: hæc uerò locum habet ad hoc ſolum, ut tigna ſuſcipiat: quod non eſt contra genera ſeruitutum. *Secunda regula: Quòd ſi negatoria actione agatur aduerſarius etiam de futuris tignis non immittendis, cauere teneatur. quæ regula approbatur l.12.ff. ſi ſeruitus uindicetur. cuius uerba uide ſ.cap.4. in fine de actione negatoria.*

4 *Vter poſſeſſor, uter petitor ſit in hac actione, dictum eſt ſ.cap.prox.membr.3.*

DE SERVITVTE ONERIS FERENDI.

1 *Euentus & iura huius ſeruitutis. Huius loci regula prima hæc eſt, quòd dominus ſeruientis ædificij, parietem reficere tenetur. quæ regula approbatur l.33.ff. de ſeruitut. urbanor. prædior. his uerbis:* Eum debere columnam reſtituere, quæ onus uicinarum ædium ferat, cuius eſſent ædes quæ ſeruirent, non eum qui uellet imponere. nam cum in lege ędium ita ſcriptum eſſet, Paties oneri ferundo, uti nunc eſt, ita ſit: ſatis apertè ſignificari, in perpetuum parietem eſſe debere. Noo enim his uerbis, In perpetuum hoc dicitur, ut idem paries æternus eſſet (quod ne fieri quidem poſſet) ſed uti eiuſdem modi paries in perpetuum eſſet, qui onus ſuſtineret: quemadmodum ſi quis alicui cauiſſet, ut ſeruitutem præberet, quæ ſuum opus ſuſtineret, ſi ea res quæ ſeruiret, & tuum onus ferret, perijſſet, alia in locum eius dari debeat. *Concordat l.6.§. etiam de ſeruitute. ff. ſi ſeruitus uindicetur. cuius uerba uide paulo inferius quæſt.4. reg.1. Concordat item l.8.§. diſtant. ff. eod. tit. cuius uerba uide paulo ſuperius ſeruitute prox. in fine. Modus autem refectionis in hac ſeruitute ſeu actione ad eum modum pertinet, qui in ſeruitute impoſita continetur, fortè ut reficiat lapide quadrato, uel lapide ſtructili, uel quouis alio opere, quod in ſeruitute dictum eſt.*[a] *Sicut autem refectio parietis ad uicinum pertinet, ita fultura ædificiorum uicini, cui ſeruitus debetur, quamdiu paries reficitur. ad inferiorem uicinum non debet pertinere. Nam ſi non uult ſuperior fulcire, deponat & reſtituat, cum paries fuerit reſtitutus.*[b] *Et hic quoque ſicut in cæteris ſeruitutibus contraria actio dabitur: hoc eſt, ius tibi non eſſe, me cogere.*[c] *Secunda regula habetur l.6.§. finali. ff. ſi ſeruitus uindicetur, his uerbis:* Parietem meliorem quidem quàm in ſeruitute impoſitum eſt, facere licet, deteriorem ſi faciat, aut per hanc actionem, aut per operis noui nunciationem prohibetur.

a d.l.6.§. mo dus.

b l.8 in prin. ff. ſi ſeruit. uindicet.

c Ibidem.

II. QVAE ACTIO DETVR, & adfinia remedia.

Actio tam confeſſoria, quàm negatoria de hac ſeruitute datur, cuius adfine remedium eſt operis noui nunciatio. quod approbatur l. 6. §. fin. ff. ſi ſeruitus uindicetur. cuius uerba uide paulo ſuperius.

III. QVIBVS ET ADVERſos quos hæc actio detur?

In rem actio eſt, dominoq; & in dominum ædium datur. quæ regula approbatur l.6. §. Labeo, cum ſequent. ff. ſi ſeruitus uindicetur, his uerbis: Labeo ait, hanc ſeruitutem non hominem debere, ſed rem. Deniq; licere domino rẽ derelinquere ſcribit. Hæc aũt actio in rẽ magis eſt, quàm in perſonam: & non alij competit, quàm domino ædium, & aduerſus dominum, ſicuti cæterarum ſeruitutum intentio. *Vnde Paulus:* Si uſusfructus (*inquit*) tuus ſit ædium, proprietas mea quæ onera uicini ſuſtinere debeant: mecum in ſolidum agi poteſt, tecum nullo modo.[d]

d l.ult.§.fin. ff. de ſeruit.

IIII. QVID VENIAT IN hac actione?

Huius loci prima regula proponitur l. 6.§. etiam. ff. ſi ſeruitus uindicetur, his uerbis: Etiam de ſeruitute, quæ oneris ferendi cauſa impoſita erit, actio nobis competit, ut & onera ferat, & ędificia reficiat ad eum modum, qui ſeruitute impoſita comprehenſus eſt. *De hac re uide plura paulo ſuperius. Secunda huius loci regula habetur l.7. ff. eodem tit. his uerbis:* Harum actionum euentus hic eſt, ut uictori officio iodicis aut res præſtetur, aut cautio: res ipſa, hoc eſt, ut iubeat aduerſarium iudex emendare uitium parietis, & idoneum præſtare: cautio aotem hæc eſt, ut eum iubeat de reficiendo pariete cauere, neq; ſe, neq; ſucceſſores eius prohibituros altius tollere, ſublatumq; habere. Et ſi cauerit, abſoluetur: ſi uerò neq; rem præſtat neque cautionem, taoti coodemnet, quanti actor in litem iurauerit.

Tertia regula de fructibus habetur l.6.§. ueniunt.

ff. ſi ſeruitus uindicetur, his uerbis: Veniunt & fructus in hac actione, id eſt, commodũ quod haberet, ſi onera ædium eius uicinus ſuſtineret. *Quarta regula eſt, de uno ex pluribus, qui uel agit uel conuenitur. & habetur l. 6. §. ſi ædes. ff. eod. tt. his uerbis:* Si ædes plurium dominorum ſint, an in ſolidum agatur? Pap. lib. 3. Quæſtio. tractat, & ait: Singulos dominos in ſolidum agere, ſicuti de cæteris ſeruitutibus, excepto uſufructu: ſed non idem reſpondendum, inquit, ſi communes ædes eſſent, quæ onera uicini ſuſtinerent.

DE SERVITVTIBVS RVſticorum prædiorum.
Cap. VI.

S*Pecies ſeruitutis ruſticorum prædiorum enumerantur Inſt. de ſeruitutibus prædiorum, in prin. his uerbis:* Ruſticorum prædiorum iura ſunt hæc, iter, actus, uia, aquæductus. *Item paulo inferius. §. inter ruſticorum. Inſt. eod. tt. enumerantur & aliæ ſpecies, his uerbis:* Inter ruſticorum prædiorum ſeruitutes quidam computari rectè putant aquæhauſtum, pecoris ad aquã adpulſum, ius paſcendi, calcis coquendæ, arenæ fodiendæ. *Concordat iiſdem uerbis l. 1. in prin. & §. in prædijs. ff. de ſeruitutibus ruſticorum prædiorum. Sed enumerantur & aliæ huiuſmodi ſeruitutes l. 2. in prin ff. d. tt. his uerbis:* Ruſticorum prædiorum ſeruitutes ſunt, licere altius tollere, & officere prædio uicini, uel cloacam habere licere per uicini domum uel prætorium, uel protectum habere licere. *Quòd ad cloacam attinet, ei concordat l. 7. ff. de ſeruitutibus, ubi Vlpianus:* Ius cloacæ immittendæ (*inquit*) ſeruitus eſt. *Quòd ad protectum attinet, ei concordat l. 6. §. fin. ff. de ſeruitutibus ruſticorum prædiorũ. de quo paulo inferius. Enumerantur inſuper & aliæ ſeruitutis huiuſmodi ſpecies l. 3. in prin. ff. de ſeruitutibus ruſticorum prædiorum, his uerbis:* Item ſic poſſunt ſeruitutes imponi ut & boues, per quos fundus colitur, in uicino agro paſcantur, quam ſeruitutem imponi poſſe Neratius libro ſecũdo membr. ſcribit. Idẽ Neratius etiam ut fructus in uicini uilla cogantur, coactiq́; habeantur: & ut pedamenta ad uineam ex uicini prædio ſumantur, conſtitui poſſe ſcribit. Eodem libro ait, uicino, cuius lapidicinæ fundo tuo immineant, poſſe te concedere ius ei eſſe terram in fundum iacere, ſaxaq́; poſita habere, & ut in tuum lapides prouoluantur, ibiq́; poſiti habeantur, indeq́; exportentur. *Eſt etiam ſeruitus ruſtici prædij ſpecies, ut mihi tugurium in alieno ſolo habere liceat. quæ ſpecies approbatur l. 6. §. fin ff. eodem titulo, his uerbis:* Et talem ſeruitutem conſtitui poſſe putat Metianus, ut tugurium mihi habere liceret in tuo, ſcilicet ſi habeam paſcui ſeruitutem, aut pecoris appellendi, ut ſi hyems ingruerit, habeam quò me recipiam. *Item ſeruitutis ſpecies alia proponitur l. 23. §. ſi lacus. ff. de ſeruitutibus ruſticorum prædiorum, his uerbis:* Si lacus perpetuus in fundo tuo eſt, nauigandi quoq; ſeruitus ut perueniatur ad fundum uicinum imponi poteſt. *Eſt & illa ſeruitutis ſpecies, ut aquam in alieno quærere liceat. quæ ſpecies approbatur l. 10. ff. de ſeruitutibus ruſticorum prædiorum. cuius uerba proponentur infrà de aquæductu. Planè hæc conuentio ut pomum decerpere, ſpaciari uel cœnare in alieno liceat, ſeruitus non eſt. de qua re dictum ſuprà capite ſecundo, exceptione tertia. Quæ ergo ſint ruſticorum prædiorum ſeruitutes, ex iis quæ hactenus dicta ſunt, conſtat. Planè inter has ſeruitutes enumerata eſt & hæc ſeruitus, Licere altius tollere, & officere prædio uicini: quemadmodum & ſimilis ſeruitutis ſpecies propoſita eſt ſuprà inter ſpecies ſeruitutis urbanorum prædiorum, ſcilicet altius tollendi & officiendi luminibus uicini. quæ tamen ſeruitutis ſpecies eſſe non uidetur hac ratione, quia quando id quod ſeruitutis nomine conſtitutum eſt, etiam ſine conuentione ipſo iure licet, ſeruitus dici non poteſt, ut demonſtratum ẽ. cap. 2. excep. 5. Sed in ſuo altius ædificare, & ædificando luminibus uicini officere ipſo iure licet, etiamſi de hoc nihil conuenerit.* a *Ergo conuentio de eo ut in ſuo altius ædificare liceat, ſeruitus dici non poteſt. Ad hoc argumentum reſpondendo dico, minorem propoſitionem non ſemper eſſe ueram. Quidam enim ſunt caſus, quibus quis in ſuo altius ædificare prohiberi poteſt. Veluti ſi uetus ædificium quod deſtruitur fuit humilius. tunc enim nouũ erigendo ueterem formam & altitudinem cuſtodire debet.* b *item ſi altius ædificando ex area uicini, in qua fructus purgantur, uentum excludat, poteſt prohiberi.* c *Hiſce igitur & alijs ſimilibus caſibus quibus quis in ſuo altius ædificare prohiberi poteſt, conueniri poteſt, ut in ſuo altius ſibi ædificare liceat: quo caſu ualet conuentio, ſeruitusq́; altius tollendi & officiendi prædio uicini conſtituitur. Sed nunc ad ſpecies ſeruitutum uberius deſcribendas accedamus.*

a l. 8. ff. de ſeru. urban. præd. l. 8. & l. 9. in fin. C. de ſeru.

b l. 10. in pr. ff. de ſeru. urban. præd. & l. 1. C de ſeruitutibus.

c l. alt. in fin. de ſeru.

DE ITINERE, ACTV & uia. Cap. VII.

D*Efinitiones ac differentiæ harum ſeruitutum proponuntur Inſtitut. de ſeruitutibus prædiorum, in prin. his uerbis:* Iter eſt ius eundi, ambulandi hominis, non etiam iumentum agendi, uel uehiculum. Actus eſt ius agendi uel iumentum uel uehiculum. Ita qui habet iter, actum non habet: qui actum habet, & iter habet, eoq́; uti poteſt etiam ſine iumento. Via eſt ius eundi, agendi & ambulandi: nam & iter & actum uia in ſe continet. *Concordat iiſdem uerbis l. 1. §. 1 ff. de ſeruitut. ruſt. prædior. Concordat item l. 7. in princip. ff. eod. tt. cuius uerba uide ʒ. quæſt. 4. reg. 3. Concordat item l. 12. ff. eod. tt. his uerbis:* Inter actum & iter

iter nonnulla eſt differentia. Iter eſt enim quo quis pedes uel eques commeare poteſt: actus uerò ubi & armenta traijcere, & uehiculum ducere liceat. *Planè interdum uia pro itinere accipitur, ut l. 13. ff. de ſeruitutibus, ubi Pomponius*: Si tam anguſti loci demonſtratione facta uia conceſſa fuerit, ut neq; uehiculum, neque iumentum eà ire poſsit, iter magis quàm uia aut actus adquiſitum uidebitur: ſed ſi iumentum per eam duci poterit, nō etiā uehiculū, actus uidebitur adquiſitus. *Huic concordat l. 107. ff. de uerb. ſignif. his uerbis*: Via eſt, ſiue ſemita ſiue iter eſt.

2 *Diuiſio uiarum habetur l. 2. §. uiarum. ff. ne quid in loco publico, his uerbis*: Viarum quædam publicæ ſunt, quædam priuatæ, quædam uicinales. Publicas uias dicimus, quas Græci *τὰς ὁδὰς βασιλικὰς*, noſtri prætorias, alij conſulares uias appellant. Priuatæ ſunt, quas agrarias quidam dicunt. Vicinales uiæ ſunt, quæ in uicis ſunt, uel quæ in uicos ducunt. Has quoq; publicas eſſe quidam dicunt: quod ita uerum eſt, ſi non ex collatione priuatorum hoc iter conſtitutum eſt: aliter atq; ſi ex collatione priuatorum reficiatur. nam ſi ex collatione priuatorum reficiatur, non utiq; priuata eſt. Refectio enim idcirco de cōmuni fit, quia uſum, utilitatemq; communem habet. Priuatæ uiæ dupliciter accipi poſſunt, uel eæ quæ ſunt in agris, quibus impoſita eſt ſeruitus, ita ut ad agrum alterius ducant: uel eæ quæ ad agros ducunt, per quas omnibus commeare liceat, in quas exitur de uia conſulari: & ſic poſt illam excipit uia, uel iter, uel actus ad uillam ducens. Has ergo quæ poſt conſularem excipiunt, in uillas uel in alias colonias ducentes, putem & ipſas publicas eſſe. *Huc pertinet etiam l. ult. ff. de locis et itineribus publicis, cuius hæc ſunt uerba*: Viæ uicinales quæ ex agris priuatorum collatis factæ ſunt, quarum memoria non extat, publicarū uiarum numero ſunt. Sed inter eas & cæteras uias militares hoc intereſt, quòd uiæ militares exitum ad mare, aut in urbem, aut in flumina publica, aut ad aliam uiam militarem habent: harum autem uicinaliū uiarum diſsimilis eſt conditio. nam pars earum in militares uias exitum habent, pars ſine ullo exitu intermoriuntur. *Hæc de uiarum diuiſione ac ſingulorū membrorū deſcriptione in iure habentur. Cum autem triplex ſit uiarum genus, nec de publicis, nec de uicinalibus uijs hic agitur, ſed de uijs priuatis.*

3 *De cauſis itineris, actus & uiæ tam conſtituendæ, quàm amittendæ cum ſuis exceptionibus, hic non eſt differendi locus, cum de ijs ſupra in generali ſeruitutum tractatu ſatis ſit dictum. Hoc tantum admonuiſſe ſat eſt, quod Vlpianus dicit*:[a] *Iter nihil prohiberi ſic conſtitui, ut quis interdiu duntaxat eat, quod facere circa prædia urbana etiam neceſſarium eſt.*

a l. 11. ff. com mun. præd.

4 *Nunc ad propria & effectus propoſitarum ſeruitutum nobis tranſeundum. cuius loci prima regula de latitudine uiæ habetur l. 8 ff. de ſeru. ruſt. præd. his uerbis*: Viæ latitudo ex lege duodecim tabularum in porrectum octo pedes habet, in anfractum, id eſt ubi flexum eſt, ſedecim. *Concordat l. 13. §. latitudo. ibi: in uia. ff. eod. tit. cuius uerba uide 3. except. prox. Concordat item l. 6. §. fin. ff. quemad. ſeruit. amitt. cuius uerba uide 3. cap. 1. cauſa 10. except. 14. replic. 1. Huius regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi non uia, ſed iter, aut actus debeatur. quæ exceptio approbatur d. §. latitudo, his uerbis*: Latitudo actus itineriſq; ea eſt, quæ demonſtrata eſt: quod ſi nihil dictum eſt, hoc ab arbitro ſtatuendum eſt. In uia aliud iuris eſt: nam ſi dicta latitudo non eſt, legitima debetur. *Secunda exceptio eſt: Niſi aliud in conſtituenda ſeruitute conuenerit. quæ exceptio approbatur l. 23. in prin. ff. de ſeruit. ruſtic. præd. his uerbis*: Via conſtitui uel latior octo pedibus, uel anguſtior poteſt, ut tamen eam latitudinem habeat, qua uehiculum ire poteſt: alioquin iter erit, non uia. *Secunda regula de loco uiæ talis eſt: Quòd ſi in conſtituenda ſeruitute certus uiæ locus non eſt demonſtratus, per quamlibet fundi partē ire liceat ei cui ſeruitus debetur. quæ regula approbatur l. 9. ff. de ſeruit. his uerbis*: Si cui ſimpliciter uia per fundum cuiuſpiam concedatur, uel relinquatur, in infinito uidelicet per quamlibet eius partem ire agere licebit, modò ciuiliter. Nam quædam in ſermone tacitè excipiuntur. non enim per uillam ipſam nec per medias uineas ire, agere ſinendus eſt, cum id æquè commodè per alteram partem facere poſsit, & minore ſeruientis fundi detrimento. *Concordat l. 26. ff. de ſeruitut. ruſt. præd. his uerbis*: Si uia, iter, actus, aquæductus legetur ſimpliciter per fundum: facultas eſt hæredi per quam partem fundi uelit conſtituere ſeruitutem, ſi modò nulla captio legatario in ſeruitute ſit. *Ait Iuriſconſultus*: Modò ciuiliter. nā quædam in ſermone tacitè excipiuntur: non enim per uillam ipſam, &c. *Hiſce uerbis prima aduerſus regulam propoſitam exceptio approbatur, hæc ſcilicet: Niſi per aliquam fundi partem eat cum fundi ſeruientis detrimento, cum poſsit per aliam fundi partem æquè commodè minore detrimento ire tūc enim inhibenda eſt malicia eius, cui ſeruitus debetur. Concordat in ſimili ſpecie l. 22. ff. de ſeruit. ruſt. præd. cuius uerba uide 3. cap. 10. quæſt. 4. exc. 3. Concordat item l. 26. in fin. ff. eod. tit. cuius uerba uide paulo ſuperius. Secunda exceptio hæc eſt: Niſi per aliquam partem uiam elegerit, ſemelq; atq; iterum iuerit. tunc enim aliæ partes liberæ ſunt. quæ exceptio approbatur d. l. 9. §. uerum. ff. de ſeruitut. his uerbis*: Verùm cōſtitit, ut qua primū uiā direxiſſet, ea demum

mum ite, agere deberet, nec amplius mutandæ eius poteſtatem haberet: ſic & Sabino quoq; uidebatur, qui argumento riui utebatur, quem primò qua liberet, ducere licuiſſet: poſteaquam ductus eſſet, transferre non liceret: quod & in uia ſeruandũ eſſe uerum eſt. *Huius rxceptionis replicatio talis eſt: Niſi cum duobus iter deberetur, unus tantum ex ijs per certam partem uiam elegerit. quæ replicatio approbatur l.28.ff. dr ſeruitut. ruſt. prædiorum. bis uerbis:* Itinere ad prædium commune duorum legato, niſi uterq; de loco itineris conſentiat, ſeruitus neq; adquiritur neq; deperit. *Tertiæ exreptionis loco notandum, quòd ſi inter eum cui iter debrtur, & eam qui debrt, de loco itineris non conueniat: arbitrio tertij locus certus ſit conſtituendus. quæ exceptio approbatur l. 13. §. ſi totus. ff. de ſeruit. ruſt. præd. bis uerbis:* Si totus ager itineri aut actui ſeruit, dominus in eo agro nihil facere poteſt quo ſeruitus impediatur: quoniam ita diffuſa eſt, ut omnes glebæ ueniant. At ſi iter actusue ſine ulla determinatione legatus eſt: modò determinabitur, & qua primum iter determinatum eſt, ea ſeruitus conſiſtit, cæteræ partes agri liberæ ſunt. Igitur arbiter dandus qui utroq; caſu uiam determinare debet. *Concordat d.l.13.§.fin. bis uerbis:* Si locus non adiecta latitudine nominatus eſt, per eum qua libebit iri poterit. Sin autem prætermiſſus eſt æquè latitudine non adiecta: per totum fundum una poterit eligi uia, duntaxat eius latitudinis quæ lege comprehenſa eſt: pro quo ipſo ſi dubitabitur, arbitri officium inuocandum eſt. *Tertia regula: De proprio itineris, quòd is qui iter habet, nec agendi iumenti, nec uehiculi ducendi ius habeat, ſed tantũ eundi. quæ regula conſtat ex ijs quæ dicta ſunt ſuprà eodem capite in princip. Planè qui iter habet, etiã eqao commeare, & lectica uehi poteſt. quod approbatur l. 7 in princip. ff. de ſeruitut. ruſtic. prædiorum, bis uerbis:* Qui ſella aut lectica uehitur, ire, non agere dicitur. *Concordat l.12. ff. eod. tt. ubi Modeſtinus:* Iter eſt, quo quis pedes uel eques commeare poteſt. *Præterea is qui iter habet, trahendi lapidis uel ligni, item haſtæ rectæ ferendæ ius non habet.* De quo paulò ſ. reg. prox. *Quarta regula de proprijs actus: Qui actum habet, iumentum agere poteſt, & uehiculum ducere. quæ regula conſtat ex ijs quæ dicta ſunt ſ. eod. cap. in prin. Sed & eundi ius habet, ut ibidem etiam eſt dictũ. Cui concordat l.1. in fine. ff. de adimẽdis legatis, ubi Paulus:* Nunquam actus ſine itinere eſſe poteſt, quanquam Vlpianus: Qui iter ſine actu (inquit) uel actum ſine itinere habet, actione de ſeruitute utetũr.

at.4.4.1.ff.ſi ſeru.uind.

Planè qui actum habet, ius trahendi lapidem uel lignum non habet, nec haſtam rectam ferre poteſt. quæ regula approbatur l.7. ff. de ſer. ruſtic. præd. bis uerbis: Iumentum ducere nõ poteſt, qui iter tantũ habet, qui actum habet & plauſtrum ducere, & iumenta agere poteſt: ſed trahendi lapidem aut tignũ neutri eorum ius eſt: quidam nec haſtam rectã ei ferre licere: quia neq; eundi neq; agendi gratia id faceret, & poſſent fructus eo modo lædi. *Quinta regula de proprijs uiæ. Hæc regula habetur d.l.7. in fin. bis uerbis:* Qui uiã habent, eundi agendiq; ius habent, pleriq; & trahendi quoq;, & rectam haſtam ferendi, ſi modò fructus non lædant. *Plura huius loci uide ſ. eod. cap. in prin. Sexta regula habetur l.10. ff. de ſeru. bis uerbis:* Si iter legatũ ſit, quo niſi opere facto iri nõ poſsit, licere fodiendo, ſubſtruendo iter facere. Proculus ait. *Concordat l.19. §. ſi domo. ff. de ſeru. urb. præd. ubi Paulus:* Si domo mea (*inquit*) altior area tua eſſet, tuq; mihi per areã tuam in domũ meam ire agere conceſsiſti, nec ex plano aditus ad domũ meam per aream tuã eſſet, uel gradus uel cliuos propius ianuam meam iure facere poſſum. *Planè ſequitur ibidem exceptio aduerſus regulã propoſitã, bis uerbis:* Dum ne quid aliud ultrà quàm quod neceſſe eſt, itineris cauſa demoliar. *Septima regula: Is cui iter debetur, in eo loco ædificare non poteſt. quæ regula approbatur l. 9. §. penult. ff. ſi ſeruitus uindic. bis uerbis:* Si in itinere quod per fundũ tibi debeo ædifices, rectè intendam ius tibi nõ eſſe ædificare, uel ędificatum habere: quemadmodũ ſi in area mea quid ædifices. *Huius exceptio eſt ſ. reg. prox. item paulo inferius reg. 9. Octaua regula: Iter reficere poteſt. de quo infrà de itinere actuq; reficiendo, cap. 9. Nona regula: Nec dominus prædij neque is cui iter debetur, arcum facere poteſt. quæ regula cum alijs quibuſdam approbatur l.11. in prin. ff. de aqua pluuia arcenda, bis uerbis:* Supra iter alienũ arcus aquæducendæ cauſa nõ iure fiet, nec is cui iter uel actus iure debetur faciet: ſed pontẽ quo poſsit ire agere iure extruet. At ſi ſpacũ, nõ cuniculum ſub riuo agat, aqua corrumpetur: quia ſuffoſſo eo aqua manabit, & riuus ſiccabitur. *Decima regula: Dominus prædij ſeruiẽtis nihil in eo loco facere poteſt, quo ſeruitus impeditur. Approbatur hæc regula l. 13. §. 1. ff. de ſeruit. ruſt. præd. bis uerbis:* Si totus ager itineri aut actui ſeruit, dominus in eo agro nihil facere poteſt, quo ſeruitus impediatur. *Concordat l.9. in prin. ff. ſi ſeruitus uindicetur, de qua re dictum etiam ſ. cap.4. membr.4. Vndecima regula: Dominus prædij ſeruientis, alij per eundem locum aquæductum concedere nõ poteſt. de qua re uide ſ. cap. 2. except. 11. in fine. Duodecima regula: Via ad ſepulchrum priuati iuris manet. quæ regula approbatur l.14. §. ſeruitus. ff. de ſeruitutib. cuius uerba uide ſ. cap.3. cauſa 2. in prin. Concordat l.1. §. finali. ff. ſi ſeruitus uindicetur, bis uerbis:* Sepulchra noſtri dominij nõ ſunt: atqui uiam ad ſepulchrum poſſumus uindicare.

Drama-

Decimatertia et ultima regula eſt, de actione propoſitarum ſeruitutum, & habetur l. 4. §. ſi quis mihi. ff. ſi ſeruitus uindicetur, his uerbis: Si quis mihi itineris, uel actus, uel uiæ controuerſiam non faciat, ſed reficere, uel ſternere non patiatur: Pomponius ſcribit, confeſſoria actione mihi utendum, nam etſi arborem impendentem habeat uicinus, quæ uiam uel iter inuium uel inhabile facit, Marcellus quoque apud Iulianum notat, iter petendum uel uiam uendicandam. Sed de refectione uiæ, interdicto uti poſſumus, quod de itinere actuq; reficiendo competit: non tamen ſi ſilice quis ſternere uelit, niſi nominatim id conuenit. *Ex uerbis propoſitis duo potiſſimùm ſunt notanda: primum, ex quibus cauſis actio de itinere, actu & uia competat. Alterum, quæ competat actio, quodq; eius adfine ſit remedium. Cauſæ huius actionis ſunt: Si quis iter agere prohibeatur, ſi uiam reficere uel ſternere uicinus non patiatur, ſi deniq; uicinus arborem impendentem habeat, qua uſus uiæ incommodior reddatur. Sed & plures huiuſmodi cauſæ patent ex regulis præcedentibus. Ad alterum quod attinet, dicit Iuriſconſultus confeſſoriam actionem competere, item in caſu interdictum de itinere actuq; reficiendo. De confeſſoria actione dictum eſt ſ. cap. 4. Vnde petenda ſunt quæ huc pertinent. De interdicto dicetur ſ. duobus capitibus proximis.*

DE INTERDICTO DE itinere actuq; priuato. Cap. VIII.

1. *Genus huius interdicti proponitur l. 1. §. 1. ff. de itinere, actuq; priuato, his uerbis:* Hoc interdictum prohibitorium eſt, pertinens ad tuendas tantummodo ruſticas ſeruitutes.

2 *Differentia huius interdicti & actionis confeſſoriæ proponitur l. 2. §. fin. ff. ſi ſeruitus uindicetur, his uerbis:* Pomponius dicit fructuarium interdicto de itinere uti poſſe, ſi hoc anno uſus eſt. alibi enim de iure, id eſt in confeſſoria actione: & alibi de facto, ut in hoc interdicto quæritur. *Differunt ergo confeſſoria actio & interdictum propoſitum, quòd in actione quidem confeſſoria de iure quæratur, hoc eſt, an actor ſeruitutem habeat iure impoſitam: in interdicto autem de facto tantum quæritur, hoc eſt, de quaſi poſſeſſione ſeruitutis. Confeſſoria igitur actio petitorio, interdictum autem poſſeſſorio iudicio ſubijcitur. Eandem differentiam apertioribus uerbis Vlpianus indicat l. 1. §. hoc interdicto. ff. de itin. actuq; priuato, his nimirum uerbis:* Hoc interdicto Prætor non inquirit, utrum habuerit ſeruitutem iure impoſitam, an non: ſed hoc tantum, an itinere actuq; hoc anno uſus ſit non ui, non clàm, non precario: & in hoc tuetur eum, licet eo tempore quo interdictum redditur, uſus non ſit. Siue igitur habuit ius uiæ, ſiue non habuit, in ea conditione eſt, ut ad tuitionem Prætoris pertineat, ſi modò hoc anno uſus eſt, uel modico tempore, id eſt, non minus quàm triginta diebus.

3 *Cauſa ergo interdicti hæc eſt: Si quis itinere, actu uel uia uti hoc anno uſus eſt, uti prohibeatur. quæ cauſa approbatur, ſimulq; interdictum proponitur l. 1. in prin. ff. de itinere actuq; priuato, ubi, referente Vlpiano, Prætor ait:* Quo itinere actuq; priuato, quo de agitur, uel uia, hoc anno nec ui, nec clàm, nec precario ab illo uſus es, quo minus ita utaris, uim fieri ueto. *Si quis igitur itinere, actu uel uia uti prohibeatur, & in quaſi poſſeſſione ſeruitutis uim patiatur, ad retinendam poſſeſſionem hoc interdicto defenditur. Huius cauſæ plures ſunt exceptiones ordine nunc diſcutiendæ.*

I. EXCEPTIO: *Niſi actor uti prohibitus, intra annum antea non ſit uſus. Hæc exceptio conſtat ex contrario ſenſu. Si enim uis prohibetur fieri ei, qui agenti ob id quod antea eo anno itinere uel actu ſit uſus: ſequitur, quòd ſi non ſit uſus antea itinere uel actu, non defendatur interdicto propoſito. Annus autem hic computatur non ex die quo prohibitus eſt actor, ſed ex die interdicti, de quo infrà eadem exceptione, repl. 4. in fine. Huius autem exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi alius actoris nomine ſit uſus, uel actor per alium. Hæc replicatio approbatur l. 1. §. uti uidemur. ff. de itinere actuq; priuato, his uerbis:* Vti uidemur ſeruitutibus etiam per ſeruos, uel colonos, uel amicos, uel etiam hoſpites, & ferè per eos omnes qui nobis retinent ſeruitutes. *Concordat l. 1. §. is cuius. ff. eodem tit. ubi Vlpianus:* Is cuius colonus (inquit) aut hoſpes, aut aliquis alius iter ad fundum fecit, uſus uidetur itinere uel actu uel uia: & idcirco interdictum habebit, & hoc ita Pedius ſcribit. *Concordat item d. l. 1. §. ſi tibi fundum. ibi: quoties enim. ff. eod. tit. his uerbis:* Quoties colonus meus, aut is cui precario fundũ dedi, uia utitur, ego ire intelligor: propter quod & rectè dico me itinere uſum. *Concordat item l. 1. §. ſi quis ex. ff. eod. tit. ubi Vlpianus:* Si quis ex mandato meo (inquit) fundum emerit, æquiſſimum eſt mihi hoc interdictum dari, ubi ille uſus eſt, qui mandato meo emit. *Propoſitæ replicationis duplicatio prima hæc eſt: Niſi is qui actoris nomine uſus eſt, ignorauit cuius fundus eſſet per quem iret. Hæc duplicatio reprobatur d. §. is cuius in fine, his uerbis:* Et adijcit Pedius, etiamſi ignorauit, cuius fundus eſſet per quem iretur, retinere eũ ſeruitutem. *Secunda duplicatio eſt: Niſi alius ſuo, non actoris nomine ſit uſus. Hæc duplicatio approbatur d. l. 1. §. ſi quis autem, his uerbis:* Si quis autem cum putaret fundum ad ſe pertinere, ſuo nomine iter fecerit amicus meus, utiq; ſibi, non mihi interdictum adquiſiuiſſe intelligitur. *Tertia duplicatio eſt: Niſi a-*

lum tanquam uſufructuarius uia ſit uſus. Hæc duplicatio approbatur l. 1. §. uti uidemur. ff. de itinere actuq́; priuato, his uerbis: Per fructuarium nobis quidem ſeruitus retinetur, per fructuarium autem interdictum hoc domino non competere, Iulianus ait. *Hæc de prima replicatione. Secunda replicatio eſt: Niſi propter iuſtam cauſam uti ſeruitute non potuit. Hæc replicatio approbatur, ſimul & exemplis declaratur l. 1. §. ſi quis propter. ff. de itinere actuq́; priuato, his uerbis:* Si quis propter inundationem uſus non ſit itinere actuq́; hoc anno, cum ſuperiore uſus ſit, poteſt repetita die hoc interdicto uti per in integrum reſtitutionem ex illa parte, ſi qua mihi iuſta cauſa eſſe uidebitur. Sed etſi per uim hoc ei contigerit, in integrũ eum reſtitui oportere, Marcellus probat. *Planè ipſo quidem iure replicatio propoſita non competit ex d. l. 1. §. Iulianus rectè. in fine. cuius uerba proponentur J. except. 8. uerùm competit ope in integrum reſtitutionis. Tertia replicatio eſt: Niſi talis fuerit cauſa non utendi, ex qua in integrum reſtitutio competit. Hæc replicatio approbatur d. l. 1. §. præterea, his uerbis:* Præterea & alijs caſibus interdictum repetita die competit, ex quibus quis in integrum reſtitutionẽ impetrare ſolet. *Quarta replicatio eſt: Niſi ob dilationem aduerſario datam, annus exierit. Hæc replicatio approbatur d. l. 1. §. præterea. his uerbis:* Præterea ſciendum eſt, ſi dilatione data aduerſario futurum eſt, ut cauſa interdicti mei deterior fiat, æquiſsimum eſſe repetita die interdictum reddi. *Ad intelligenda hæc uerba ſciendum eſt, annum quo uſus ſit actor ſeruitute, uel non ſit uſus. ex die interdicti retrorſum computandum, nõ ab eo tempore quo uti prohibitus eſt. Sic enim Vlpianus:* Annũ (*inquit*) ex die interdicti retrorſum computare debemus. *d. l. 1. §. annum. Quinta replicatio eſt: Niſi author eius eo anno ſit uſus. Hæc replicatio approbatur l. 2. §. fin. ff. ſi ſeruitus uindicetur. de qua re uide J. eod. cap. quibus detur hoc interdictum, memb. 4.*

II. EXCEPTIO: *Niſi minus quàm triginta dieb. eo anno ſit uſus. Hæc exceptio approbatur l. 1. §. ſiue igitur. ff. de itinere actuq́; priuato, his uerbis:* Siue habuit ius uiæ, ſiue non habuit, in ea conditione eſt, ut ad tuitionem prætoris pertineat, ſi modò hoc anno uſus eſt, uel modico tempore: id eſt, non minus quàm triginta diebus.

III. EXCEPTIO: *Niſi eo tempore quo interdictum redditur, nõ ſit uſus actor. Hæc exceptio reprobatur d. l. 1. §. hoc interdicto. ibi: & in hoc tuetur, his uerbis:* Et in hoc tuetur eum, licet eo tempore quo interdictum redditur, uſus non ſit. *Concordat d. §. hoc interdicto. in fine. ubi ſubijciuntur hæc uerba:* Neq; ad præſens tempus refertur uſus: quia plerunq; itineribus uel uia non ſemper utimur, niſi cum uſus exegerit. itaq; annui temporis ſpacio concluſit uſum.

IIII. EXCEPTIO: *Niſi non eouſq; antea ſit uſus, quouſq; nunc utitur cum prohibetur. Hæc exceptio approbatur l. 1. §. Iulianus ait. ff. de itin. actuq́; priuato, his uerbis:* Iulianus ait, Quoaduſq; ingreſſus eſt fundum, eouſq; interdictum ei competere: quod uerum eſt.

V. EXCEPTIO: *Niſi ierit tantum actor, non egerit antea. Hæc exceptio uidetur reprobari l. 1. §. ſi quis hoc. ff. de itinere actuq́; priuato, his uerbis:* Si quis hoc interdicto utatur, ſufficit alterutrum probare uel iter uel actum in uſu habuiſſe.

VI. EXCEPTIO: *Niſi ſeruitus actori nõ debeatur. Hæc exceptio reprobatur l. 1. §. hoc interdicto. ff. de itinere actuq́; priuato: de qua re uide ſ. eod. membr. 2. Huius autẽ exceptionis reprobatæ elegans proponitur ratio l. 2. §. hoc autẽ à ſup. uerſ. qui enim uult. ff. eod. tt. his uerbis:* Qui uult ire agere tãtiſper, quoad de ſeruitute cõſtet, nõ debet de ſuo iure docere. Quid enim perdit, qui patitur eum hoc facere, q̃ hoc anno fecit?

VII. EXCEPTIO: *Niſi ui, clàm uel precario ſit uſus actor. Hæc exceptio approbatur uerbis interdicti ſuprà propoſitis hiſce:* Nec ui, nec clàm, nec precario ab illo uſus es, &c. *Si ergo ui, clàm uel precario ſeruitute uſus ſit actor, hoc interdicto non defenditur. Quid autem ſit ui, clàm uel precario uti, dictum eſt ſ. cap. 2. cauſa 5. except. 3. Huius exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi alius non actor ſeruitute uti prohibitus ſit. tũc enim actor ſeruitute ui uel clàm uti non uidetur, cum alius non ipſe ire ſit prohibitus. Hæc replicatio quamuis ipſo iure ſubſiſtat, recipit tamẽ duplicationẽ hanc: Niſi alius qui prohibitus eſt, nomine actoris uſus ſit, actorq́; per eum ius ſuum retinere potuit. quæ duplicatio approbatur l. 3. §. item ſciendum. ff. de itin. act. priuato, his uerbis:* Sciendũ eſt, non tantum eum clàm uia uti, qui ipſe prohibitus utitur: uerùm eum quoq; per quẽ quis id ius retinebat, ſi eo prohibito, per quem retinebat utatur. *Huius duplicationis triplicatio prima hæc eſt: Niſi actor ignorauit eum, per quem utebatur prohibitum eſſe. Hæc triplicatio approbatur d. §. item ſciendũ, his uerbis:* Planè ſi ignoraui prohibitũ, & perſeuerauero uti, nihil mihi nocere dicendũ eſt. *Altera triplicatio eſt: Niſi is per quem actor utebatur, non ſit prohibitus, ſed precario rogauerit. Hæc triplicatio approbatur l. 1. §. ſi tibi fundum. ibi: quæritur enim ff. eod tt, his uerbis:* Quæritur ſi ego tibi fundũ precario dedero, cui uia debebatur, & tu rogaueris precario, ut ea uia utaris, nihilominus interdictum utile mihi eſſe: quia ſicuti me precarium rei meæ non tenet, ita etiam nec per te precario poſsidere intelligor. *Hæc de prima propoſitæ exceptionis replicatione. Secunda replicatio eſt: Niſi alius nõ actor precario rogauerit. Et hæc re*

plicatio

plicatio regulariter quidem uera eſt, ſed admittit duplicationem hanc: Niſi author actoris precario rogauerit. quæ tamen duplicatio reprobatur l. 1. §. penult. ibi: tu tamen (ut credo) ff. de itin. act. priuato. cuius uerba uide paulo inferius rep. ult. in fin. Tertia replicatio eſt: Niſi ab alio, non ab aduerſario actor ſeruitute ui, clàm uel precario ſit uſus. Et hæc replicatio ipſo quidẽ iure ſubſiſtit ex uerbis ſuprà in interdicto propoſitis, hiſce nimirum: Ab illo uſus es, &c. *Veruntamen recipit duplicationem hanc: Niſi ab authore aduerſarij ui, clàm uel precario ſit uſus actor. Hæc duplicatio approbatur l. 1. §. ſi quis ab. ff. itin. act. priuato, his uerbis:* Si quis ab authore meo, aut ui, aut clàm, aut precario uſus eſt, rectè à me uia uti prohibetur, & interdictũ ei inutile eſt: quia à me uidetur uel ui, uel clàm, uel precario poſsidere, qui ab authore meo uitioſè poſsidet. Nam & Pedius ſcribit: Si ui, aut clàm, aut precario ab eo uſus ſit, in cuius locum hæreditate uel emptione alióue quo iure ſucceſsi, idem eſſe dicendum. Cum enim ſucceſſerimus in locũ eorum, æquum non eſt aduerſus nos nocere hoc quod aduerſus eum non nocuit, in cuius locum ſucceſsimus. *Quarta replicatio eſt. Niſi ab initio anni rectè, non uitioſè ſit uſus. Hæc replicatio approbatur l. 1. §. fin. cum l. ſequente. ff. de itin. act. priuato, his uerbis:* Si quis ſupradicto tempore anni non ui, non clàm, non precario itinere uſus ſit, uerùm poſtea non ſit uſus, ſed clàm precarióue, uidendum eſt, an ei noceat? Et magis eſt, ut nihil ei noceat, quod attinet ad interdictum. Nec enim corrumpi aut commutari, quod rectè tranſactum eſt, ſuperueniente delicto poteſt. *Concordat l. 3. in prin. ff. eod. tit. ubi Vlpianus:* Labeo ſcribit, ſi cum à me rectè uia uteba-ris, fundum uẽdidero per quem utebaris: deinde emptor te prohibuit, licet clàm uidearis ab eo uti (nã qui prohibitus utitur, clàm utitur) tamen interdictum tibi competere intra annum: quia hoc anno nõ ui, non clàm, non precario uſus ſis. *Concordat item l. 6. ff. eod. tit. cuius uerba ſequuntur. Quinta replicatio eſt: Niſi author actoris rectè, non uitioſè ſit uſus. Hæc replicatio approbatur l. 6 ff. d. tit. his uerbis:* Sicut non nocet ei qui ſine uitio uſus eſt, quod eodem anno uitioſè uſus eſt: ita emptori hæredíq; non nocebit quod ipſi uitioſe uſi ſunt, ſi teſtator, uẽditorúe rectè uſi ſunt. *Huius replicationis duplicatio eſt in precario. quando enim ſucceſſor precario utitur ſeruitute, non ei prodeſt autorem ſine uitio uſum. quæ duplicatio approbatur l. 1. §. ſi tibi fundum. ff. eod. tit. his uerbis:* Si tibi fundum precario conceſſero, cui uia debebatur, deinde tu à domino fundi precario rogaueris ut hac uia ad eũ fundum utaris: an noceat tibi exceptio, ſi aduerſus eum uelis interdicere, à quo precario uiam rogaſti? Et magis eſt ut noceat. *Sexta replicatio eſt: Niſi is per quem actor utitur, ſine uitio utatur ſeruitute. Hæc replicatio reprobatur exemplo precarij d. §. ſi tibi fundum. uerſ. quoties. his uerbis:* Quoties colonus meus aut is cui precario fundum dedi, uia utitur, ego ire intelligor: propter quod rectè dico, me itinere uſum eſſe. Quæ ratio efficit, ut ſi ego uiam precario rogauero, & tibi fundum precario dedero, quamuis hac mente ieris, quaſi fundo meo deberetur, interdictum inutile ſit. & precario eo itinere uſus eſſe uidear non immeritò. non enim opinio tua, ſed mea quærenda eſt: tu tamen (ut credo) poteris interdicto uti, etſi de hoc nihil ſcribat Iulianus. *Hæc de ſeptima exceptione cum ſuis replicationibus.*

VIII. EXCEPTIO: *Niſi non tanquam ſuo iure ſit uſus actor. Hæc exceptio approbatur l. ult. ff. de itin. act. priuato, his uerbis:* Si per fundum tuum nec ui, nec clàm, nec precario commeauit aliquis, non tamen tanquam id ſuo iure faceret, ſed ſi prohiberetur non facturus, inutile eſt ei hoc de itinere actuq; interdictum. Nam ut hoc interdictũ competat, ius fundi poſſediſſe oportet. *Concordat l. ult. ff. quemadmodum ſeruitus amitt. ubi Paulus:* Seruitute (*inquit*) uſus non uidetur, niſi is qui ſuo iure uti ſe credidit. Ideoque ſi quis pro uia publica, uel pro alterius ſeruitute uſus ſit, nec interdictũ nec actio utiliter competit. *Huius exceptionis exemplũ etiam proponitur l. 1. §. Iulianus rectè. ff. de itin. act. priuato, his uerbis:* Iulianus rectè ait, eum qui propter incommoditatem riui, aut propterea quia uia publica interrupta erat, per proximi uicini agrum iter fecerit, quamuis id frequenter facit, non uideri omnino uſum eſſe: itaq; inutile eſſe interdictum, non quaſi precario uſum, ſed quaſi nec uſum. Ergo ſecundum hoc neutro agro uſus uidetur. multo enim minus illo uſus eſt, per quem non iuit, propter incommoditatem riui, aut propterea quia uia publica interrupta erat. Idem erit dicendum, etſi non erat uia publica, ſed iter priuatum. nam & hic eadem quæſtio eſt.

IX. EXCEPTIO: *Niſi actor non ſit dominus fundi, ad quem iuit, uel fundum iſtum ex cauſa lucratiua ſit nactus. Hæc exceptio reprobatur l. 3. §. hoc interdictum. cum ſequentib. ff. de itin. act. priuato, his uerbis:* Hoc interdictum & ei competit, qui donationis cauſa fundi uacuã poſſeſsionem adeptus eſt. Sed etſi quis uſumfructũ emerit uel uſum, uel cui legatus eſt & traditus, hoc interdicto uti poterit. Hoc amplius & is, cui dotis cauſa fundus traditus eſt, experiri hoc interdicto poterit. Et

generaliter ex omnibus cauſis, quæ inſtar uenditionis habenr, uel alterius contractus, dicendum eſt huic interdicto locum fore. *Quod dictum eſt de uſufructu, ei concordat d. l. 3. §. idem Iulianus. cuius uerba uide J. except. 11. Concordat item l. 2. §. fin. ff. ſi ſeruitus uind. cuius uerba uide ẜ. eod. cap. memb. 2.*

X. EXCEPTIO: *Niſi pro parte tantum dominus ſit actor fundi, ad quem iuit. Et hæc exceptio reprobatur l. 3. ff. ſi ſeruitus uindicetur, his uerbis:* Etſi partem fundi quis emerit, dicendum eſt eum interdicto de itinere uti poſſe.

XI. EXCEPTIO: *Niſi nudam tantum proprietatem fundi habeat actor. Et hæc exceptio reprobatur l. 3 §. idem Iulianus. ff. de itin. act. priuato, his uerbis:* Iulianus ſcribit: Si meus uſusfructus in fundo tuo eſt, proprietas uerò tua fuerit, & uterq; noſtrûm per uicini fundum ierit, utile interdictum de itinere nos habere.

XII. EXCEPTIO: *Niſi non ruſtica, ſed urbana ſit ſeruitus, qua uti prohibitus eſt actor. Hæc exceptio approbatur l. 1. §. 1. ff. de itin. act. priuato. cuius uerba uide ẜ. eod. cap. in prin.*

XIII. EXCEPTIO: *Niſi alius quàm dominus prædij prohibuerit. Hæc exceptio reprobatur l. 1. §. idem Iulianus. ff. d. tt. his uerbis:* Siue fortè ab extraneo fructuarios prohibeatur, ſiue etiam à domino: ſed etſi dominus à fructuario, competet. Nam etſi quilibet prohibeat ire, interdictum aduerſus eum cõpetit. *Hactenus de cauſa propoſiti interdicti, eiusq; exceptionibus eſt dictum.*

IIII. QVIBVS DETVR HOC interdictum?

Huius loci regula prima hæc eſt: Quòd ſucceſſori tam ſingulari, quàm uniuerſali competat. quæ regula approbatur l. 2. §. fin. ff. ſi ſeruitus uindicetur, his uerbis: Labeo ſcribit, etiamſi teſtator uſus ſit, qui legauit uſumfructum, debere utile interdictum fructuario dari, quemadmodum hæredi uel emptori competunt hæc interdicta. *Concordat l. 1. §. ait prætor inter. ibi nam ſicuti ff. de aqua quotidiana & æſtiua. cuius uerba uide J. cap. 11. de aqua quotid. quæſtion. 5. except. 2. Secunda regula eſt: Quòd ſi quis alterius nomine ſeruitute uſus prohibitus eſt, ei cuius nomine uſus eſt, interdictum competit, non ei qui eſt prohibitus: de qua re uide ẜ. eod. cap. except. 1. repl. 1. cum ſuis duplicat. Planè interdum euenit, ut non ei qui per alium uſus eſt ſeruitute, competat interdictum: ſed ei qui ipſe uſus atq; prohibitus eſt, quamuis alterius nomine ſit uſus. cuius exemplum uide ẜ. d. repl. 1. dupl. 1. item ẜ exceptione 7. replicatione ultima, in fine. Tertia regula eſt: Quòd etiam fructuario hoc interdictum competit. quæ regula approbatur l. 2. §. Pomponius. ff. ſi ſeruit. uind. cuius uerba uide ẜ. eod. cap. quæſt. 2. in prin.*

V. ADVERSVS QVOS DAtur interdictum?

Aduerſus quemuis prohibentem etiam non dominum: de quo dictum ẜ. except. ult.

VI. QVID VENIAT IN hoc interdictum?

Huius loci regula habetur l. 3. §. in hoc interdicto. ff. de itin. act. priuato, his uerbis: In hoc interdicto æſtimatur quanti eius intereſſet, uia non prohiberi, ſiue itinere. *Sed & cautio à reo præſtanda in hoc interdicto uenit. quæ cautio approbatur & declaratur l. 7. in prin. ff. de aqua quotidiana & æſtiua, his uerbis:* Si de uia, itinere, actu, aquæductu agatur, huiuſmodi cautio præſtanda eſt, quamdiu quis de iure ſuo doceat ſe non impediturum agentem & aquam ducentem & iter facientem. *Sed etſi actor in hoc interdicto ſuccubuerit, eum quoq; ad cautionem præſtandam reo conuento poſſe condemnari, puto ex uerbis d. l. 7. in fin. hiſce nimirũ:* Quòd ſi neget ius eſſe aduerſario agendi, aquam ue ducendi, cauere ſine præiudicio amittendæ ſeruitutis debebit, donec quæſtio finiatur, non ſe uſurum. *Ita enim interpretor uerba hæc:* Quòd ſi neget, &c. *ſcilicet iudex actorem in quaſi poſſeſſione ſeruitutis conſtitutum: & ob id pronunciet eum rectè à reo conuento prohibitum eſſe, debebit ſcilicet actor, donec quæſtio ſcilicet petitorium iudicium, ſeu actio confeſſoria finiatur.*

VII. QVAMDIV COMPETIT hoc interdictum?

Intra annum ab eo tempore numerandum, quo poſtremo uſus eſt actor itinere: de quo uide ẜ. eod. cap. except. 1.

DE ITINERE ACTVQVE reficiendo interdictum.

Cap. IX.

VErba interdicti de itinere actuq; reficiendo habentur l. 1. §. ait prætor. ff. de itinere actuq; priuato. Sunt autem uerba hæc: Quo itinere, actuque hoc anno non ui, non clàm, non precario ab alio uſus es, quo minus iter actumque ut ius tibi eſt, reficias: uim fieri ueto. 1

2 *Ratio huius interdicti proponitur d. l. §. utilitas, his uerbis:* Vtilitas ſuaſit hoc quoq; interdictum proponere. Nanq; conſequens erat ei qui itinere utitur, interdictum proponere ut refici iter poſsit. Quemadmodum enim aliàs uti poteſt itinere uel actu commodè, quàm ſi refecerit? Corrupto enim itinere, minus commodè frui aut agi poteſt.

3 *Differentia huius interdicti & ſuperioris proponitur d. l. 3. §. hoc autem. cuius uerba proponentur paulo inferius except. 1.*

4 *Cauſa huius interdicti prima eſt: Si quis iter*

actum-

actum'ue reficere prohibeatur. Quæ cauſa conſtat ex uerbis interdicti ſuprà propoſitis. Eius autem cauſæ exceptiones hæ ſunt.

I. EXCEPTIO: *Niſi itinere uel actu hoc anno uſus non ſit. Hæc exceptio approbatur d. l. 3. §. hoc autem. ibi: itaq; qui hoc. cuius uerba paulo ĩ. proponentur except. 3.*

II. EXCEPTIO: *Niſi ui, clàm uel precario ſit uſus. Hæc exceptio conſtat ex uerbis interdicti ſuprà propoſitis hiſce:* Non ui, non clàm, non precario, &c. *de qua re ſatis dictum eſt ſ. cap. prox. except. 7. quæ igitur ibi dicta ſunt, & hic poſſunt repeti.*

III. EXCEPTIO: *Niſi ſeruitus actori nõ debeatur. Hæc exceptio approbatur l. 3. §. hoc autẽ. ff. de itin. act. priuato, his uerbis:* Hoc à ſuperiori diſtat, quòd illo quidem interdicto uti omnes poſſunt, qui hoc anno uſi ſunt: hoc autem interdicto eum demũ uti poſſe; qui hoc anno uſus eſt, & ius ſibi eſſe reficiendi doceat. Ius autem uidetur ei eſſe reficiendi, cui ſeruitus debetur. Itaq; qui hoc interdicto utitur, duas res debet docere, & hoc anno ſe uſum, & ſibi ſeruitutẽ competere. Cæterùm ſi deſit alterutrum, deficit interdictum, nec immeritò. Qui enim uult ire agere tantiſper, quoad de ſeruitute conſtet, non debet de ſuo iure docere. Quid enim perdit, qui patitur eum hoc facere quod hoc anno fecit? Enimuerò qui uult reficere, aliquid noui facit, neq; debet ei permitti id moliri in alieno, niſi uerè habeat ſeruitutem. *Planè ſi quis ſeruitutem iure impoſitam non habeat, habeat autẽ uelut longæ poſſeſſionis prærogatiuam, ex eo quod diu uſus eſt ſeruitute, hoc interdicto uti poteſt, inquit Vlpian. l. 5. §. penultim. ff. eodem titulo.*

IIII. EXCEPTIO: *Niſi modum in conſtituenda ſeruitute impoſitum reficiendo excedat. Hæc exceptio approbatur l. 3. §. fieri. ff. de itin. act. priuato, his uerbis:* Fieri poteſt ut quis ius eundi habeat & agendi, reficiendi ius non habeat: quia in ſeruitute conſtituenda cautum ſit ne ei reficiendi ius ſit: aut ſic, ut ſi uelit reficere, uſq; ad certum modũ reficiẽdi ius ſit. Meritò ergo ad refectionẽ ſe prætor retulit: ut tibi (inquit) ius eſt, reficias. uti antè ius eſt, hoc eſt reficias, ſicuti per ſeruitutem impoſitam licet.

V. EXCEPTIO: *Niſi priſtinam formam excedat, aliud'ue faciat. Hæc exceptio approbatur d. l. 3. §. reficere, his uerbis:* Reficere ſic accipimus, ad priſtinam formam iter & actum reducere: hoc eſt, ne quis dilatet, aut producat, aut deprimat, aut exaggeret. aliud enim eſt reficere. longè aliud facere. *Huius exceptionis exemplum eſt, ſi ſilice quis iter ſternere uelit. quod proponitur l. 4. §. ſi quis mihi. ibi: non ſicut. ff. ſi ſeruitus uindicetur. cuius uerba uide ĩ. cap. 7. reg. ult. Replicatio huius exceptionis hæc eſt: Niſi pontem nouum uiæ muniendæ cauſa uelit facere, ſine quo commeari non poſſit. quæ replicatio approbatur l. 1. §. fin. ff. de itinere actuq; priu. his uerbis:* Apud Labeonem quæritur, ſi pontem quis nouum uelit facere uiæ muniendæ cauſa, an ei permittatur? & ſit permittendum, quaſi pars ſit refectionis huiuſmodi munitio. Et ego puto ueram Labeonis ſententiam: ſi modò ſine hoc commeari non poſſit.

VI. EXCEPTIO: *Niſi actor de damno infecto non caueat. Hæc exceptio approbatur l. 3. §. qui hoc interdicto. ff. de itin. act. priuato, his uerbis:* Qui hoc interdicto uti uolet, is aduerſario dãni infecti, quod per eius uitium datum ſit, caueat. *Concordat l. 5. §. fin. ff. eod. titul. ubi Vlpianus:* Qui hoc interdicto uſurus eſt, de uitio operis cauere aduerſario debet. *Hæc de prima propoſiti interdicti cauſa cum ſuis exceptionibus ſint dicta. Altera interdicti cauſa eſt: Si quis apportare ea quæ ad refectionem itineris neceſſaria ſunt, prohibeatur. quæ cauſa proponitur l. 4. in prin. ff. de itin. act. priuato, his uerbis:* Veteres nominatim adijciebant, ut ea quoque quæ ad refectionem utilia eſſent, apportari uis non fieret. quod ſuperuacuum eſt: quoniam qui apportari non patitur ea, ſine quibus refici iter non poſſit, uim facere uidetur, quo minus reficiatur. *Concordat l. 5. in prin. ff. eod. tit. his uerbis:* Apparet ergo eum qui non patitur hæc congeri, uim facere quo minus quis reficiat. *Huius cauſæ exceptio hæc eſt: Niſi cum poſſet actor alia parte agri minore incommodo apportare, alia parte adportet. quæ exceptio approbatur d. l. 4. §. ſi quis, hiſce uerbis:* Si quis cum poſſit per compendiaria apportare quæ refectioni neceſſaria ſunt, longiore itinere uelit ita adportare, ut deteriorem cauſam eundi faciat, impunè uis ei fiet: quia ipſe ſibi impedimento ſit, quo minus reficiat. *Concordat l. 5. §. 1. ff. eodem titulo, his uerbis:* Si quis cum poſſet alia parte agri ſine incõmodo domini fundi impenſam adportare, id egit ut alterá parte adportaret: impunè ei uim fieri rectè placuit.

V. QVIBVS ET ADVERſus quos hoc interdictum datur?

Huius loci regula habetur d. l. 5. §. hoc interdictum, his uerbis: Hoc interdictum non ſolum ipſi, uerùm ſucceſſoribus quoque eſſe dandum, non eſt ambigendum: emptori quoq; dabitur, & in emptorem. *Hactenus de itinere, actu & uia: ſequitur de aquæductu.*

DE AQVAEDVCTV.
Cap. X.

1 DEfinitio *aquæductus proponitur l.1.§.aquæductus.ff.de ſeruitutibus ruſticorum prædiorum,his uerbis:* Aquæductus eſt ius aquæ ducendæ per fundum alienum. *Concordat iiſdem uerbis Inſtit. de ſeruit.præd.§.aquæductus.*

2 *Cauſæ aquæductus,cauſarumq; exceptiones eædem ſunt,quæ & aliarum ſeruitutum: de quibus uide ſ.cap.2.Sunt tamen & aliæ quædam ſpeciales exceptiones aquæductus hic proponendæ.*

I. EXCEPTIO:*Niſi non omnium,ad quos ius aquæ ſpectat, conſenſu aquæductus conſtituatur. Hæc exceptio approbatur,ſimul etiam quorum conſenſus requiratur,definitur l.8.cum ll. ſequentib. ff. de aqua pluuia arcenda, his uerbis:* In concedendo iure aquæducendæ non tantùm eorũ in quorum loco aqua oritur, uerumetiam eorum, ad quos eius aquæ uſus pertinet, uoluntas exquiritur, id eſt,eorum quibus ſeruitus aquę debebatur:nec immeritò.cũ enim minuitur ius eorum, conſequens fuit exquiri an conſentiant. Et generaliter ſiue in corpore, ſiue in iure loci ubi aqua oritur, uel in ipſa aqua habeat quis ius,uoluntatem eius eſſe ſpectandam placet. In diem addicto prædio & emptoris uoluntas & uenditoris exquirenda eſt, ut ſiue manſerit penes emptorem,ſiuę receſſerit, certum ſit uoluntate domini factam aquæ ceſsionem. Ideo autem uoluntas exigitur, ne dominus ignorans iniuriam accipiat.Nullam enim poteſt uideri iniuriam accipere,qui ſemel uoluerit.Non autem ſolius eius ad quem ius aquæ pertinebit, uoluntas exigitur in aquæ ceſsione:ſed etiam domini locorum,etſi dominus uti ea aqua non poſsit: quia recidere ius in ſolidum ad eum poteſt.Si autem plures ſint eiuſdem loci domini, unde aqua ducitur,omnium uoluntatem eſſe ſequendam non ambigitur Iniquum enim uiſum eſt,uoluntatem unius ex modica fortè particula domini præiudicium ſocijs facere: an tamen ſubſequi uoluntas poſsit, uideamus.Et placet nihil intereſſe,utrum præcedat uoluntas aquæductionem, an ſubſequatur: quia & poſteriorem uoluntatem prætor tueri debet. *Propoſitæ exceptioni cõcordat ſ. cap.2.except.19.*

II. EXCEPTIO:*Niſi pluribus ex eodem fonte,uel per eundem locum aquæductus conſtituatur.Hæc exceptio reprobatur l. 2. §. aquæductus. ff. de ſeruitutibus ruſticorum prædiorum ,his uerbis:* Aquæductus & hauſtus aquæ, per eundem locum ut ducant,etiam pluribus concedi poteſt, etiam ut diuerſis diebus uel horis ducatur. Si aquæductus, uel hauſtus aquæ ſufficiens eſt, poteſt etiam pluribus per eundem locum cõcedi,ut eiſdem diebus uel horis ducatur. *Concordat l.2.§.1.ff. de aqua quotid.cuius uerba uide ſ.cap.prox.de aqua ex caſtello.exception.4.Concordat item l.4.in prin. ff.eod.tt.cuius uerba cum alijs concordantib. uide ſ. cap.2.except.12.*

III. EXCEPTIO:*Niſi eius aquæ, quæ nondum apparet, aquæductus conſtituatur. Hæc exceptio reprobatur l.penult.& ult.ff.ſi ſeruitus uindicetur, his uerbis:* Si qua aqua nondum apparet, eius aquæductus conſtitui non poteſt. Immò puto (*inquit Paulus I.C.*) idcirco id falſum eſſe, quia cedi poteſt aquam quærere.ſed & inuentam ducere licere. *Concordat l.10.ff. de ſeruit. ruſticorum prædior. ubi Labeo ait:* Talem ſeruitutem conſtitui poſſe, ut aquam quærere,& inuentam ducere liceat.nam ſi liceat nondum ędificato ędificio ſeruitutem conſtituere: quare non ęquè liceat nondum inuenta aqua eandem conſtituere ſeruitutem? etſi ut quærere liceat, cedere poſſumus: etiam ut inuenta ducatur,cedi poteſt.

IIII. EXCEPTIO:*Niſi non ex capite conſtituatur aquæductus. Hæc exceptio reprobatur l.9.ff.de ſeruitutibus ruſticorum prædiorũ, his uerbis:* Seruitus aquæ ducendę uel hauriẽdæ niſi ex capite uel ex fonte conſtitui non poterat. Hodie tamen ex quocunque loco conſtitui ſolet. *Declaratur exceptio propoſita l.1.§.caput.ff.de aqua quotid.cuius uerba uide ſ. cap.prox.de aqua quotid.except.7. Ait iuriſconſultus:* Hodie tamen ex quocunq; loco conſtitui ſolet. *Ergo iure quidẽ antiquo approbatur exceptio propoſita:reprobatur autem iure nouo.Huius exceptionis ratio,ſimul etiã exemplũ proponitur l.27.§ omnes autem.ff. de ſeruitutibus urbanorũ prædiorum,his uerbis:* Omnes ſeruitutes prædiorum perpetuas cauſas habere debent: & ideo neq; ex lacu,neq; ex ſtagno concedi aquæductus poteſt.

V. EXCEPTIO:*Niſi per eum locũ aquæductus conſtituatur, per quem alij ſeruitus debetur. Hæc exceptio approbatur l.14.in prin.ff.de ſeruitutibus ruſticorum prædiorum, his uerbis:* Per quem locum uiam alij ceſſero, per eundẽ alij aquæductum cedere non potero. *Concordat l.11.in prin.ff.de aqua pluuia arcenda.ubi Paulus:* Supra iter alienum (*inquit*) arcua aquæ ducendæ cauſa, non iure fiet. *Huius exceptionis replicatio eſt: Niſi ſupra aquæductum alterius alteri aquæductus concedatur. quæ replicatio approbatur l.3.§.fin. ff. de aqua quotid. his uerbis:* Si aqua ducatur, & ſupra eam aqua alia per pontem, qui ſupra riuum factus ſit, iure ducitur, dum inferiori riuo non noceatur.

VI. EXCEPTIO:*Niſi publicus locus interueniat.*

teruenit. Hæc exceptio approbatur l.14.§. publico. ff. de ſeruitutibus, his uerbis: Publico loco interueniente, uel uia publica hauſtus ſeruitus imponi poteſt, aquæductus non poteſt. *Concordat l.21. in prin. ff. eod. tt. cuius uerba uide ſ. cap.2. except.31. repl.1. dupl.1. Planè recipit replicationē hanc: Niſi princeps permiſerit. quæ replicatio approbatur d.§. publico, his uerbis:* A' principe autem peti ſolet, ut per uiam publicam aquam ducere ſine incommodo publico liceat. *Concordat l.18.§.fin. ff. de aqua pluuia arcenda, ubi Iabolenus:* Sine permiſſu principis (*inquit*) aqua per uiam publicam duci non poteſt. *Sed de exceptione propoſita dictum etiam eſt ſ. cap.2. except.3.*

VII. EXCEPTIO: *Niſi ex flumine publico ducatur. Hoc tractabitur in iure fluminis publ.*

VIII. EXCEPTIO: *Niſi fons ex quo ductus aquæ debetur, exaruerit. Hæc exceptio ſine dubio eſt iuſta, ueruntamen recipit replicationem hanc: Niſi poſtea rurſus ex eo fonte aqua fluere cœperit. quæ replicatio approbatur l.14.§.fin. cum l. ſequente. ff. de ſeruitutibus ruſticorum prædiorū. cuius uerba uide ſ. cap.3. cauſa 5.*

IX. EXCEPTIO: *Niſi aliter aquam ducat, quàm ei ius eſt. Hæc exceptio approbatur exemplo l.2. ff. de aqua quotidiana, his uerbis:* Si diurnarum aut nocturnarum horarum aquæductum habeam, non poſſum alia hora ducere, quàm qua ius habeam ducendi. *Huius exceptionis exempla plura continentur in iis quæ ſequuntur, eſtq; ei adfinis ſ. cap.11. de aqua quotidiana, except.13. Hæc de cauſis aquæductus, earumq; exceptionibus dicta ſufficiant.*

III. QVIBVS AQVAEDVctus debeatur, & in quantum?

Huius loci prima regula eſt, quòd ei quoque qui partem fundi dominantis comparauit, debeatur. quæ regula approbatur l.25. ff. de ſeruitutibus ruſticorum prædiorum, his uerbis: Si partem fundi mei tibi certam uendidero, aquæductus eius, etiamſi alterius partis cauſa plerunq; ducatur, te quoq; ſequetur: neq; ibi aut bonitatis agri, aut uſus eius aquæ ratio habenda eſt, ita ut eam ſolam partē fundi quæ pretioſiſsima ſit, aut quæ maximè uſum eius aquæ deſiderat, ius eius ducendæ ſequatur: ſed pro modo agri detenti & alienati fiat eius aquæ diuiſio. *Secunda regula eſt de eo cui is qui aquæductum habet, ex eo aquæductu commodauit. & habetur l.24. ff. de ſeruitutibus ruſticorum prædiorum, his uerbis:* Ex meo aquæductu, Labeo ſcribit, cuilibet poſſe me uicino meo commodare. Proculus contrà: Ut ne in meam partem fundi aliam, quàm ad quam ſeruitus adquiſita ſit, uti ea poſſim. Proculi ſententia uerior eſt. *Concordat l. 33.§. fin. ff. eod. tt. cuius uerba uide ſ. cap. 2. except. 16. repl.1.* *Tertia regula eſt, quòd in aliam partem fundi aqua duci non poßit, quàm ad quam ſeruitus eſt adquiſita. quæ regula approbatur uerbis ſuprà proximè propoſitis. Concordat l.12. C. de ſeruitutibus. ubi Imp. Diocletianus:* Non modus prædiorum (*inquit*) ſed ſeruitus aquæ ducendæ terminum facit. *Propoſitæ regulæ quodammodo contradicere uidetur l.1.§. illud Labeo. ff. de aqua quotidiana. cuius uerba uide infrà cap. proximo, de aqua quotidiana, except.13. repl.1.* *Quarta regula eſt, de domino fundi ſeruientis. quæ proponitur l. 6. C. de ſeruitutibus, his uerbis:* Præſes prouinciæ uſu aquæ quam ex fonte iuris tui profluere allegas, contra ſtatutam conſuetudinis formam carere te non permittet: cum ſit durum, & crudelitati proximum, ex tuis prædiis aquæ agmen ortum ſitientibus agris tuis, ad aliorum uſum uicinorum iniuria propagari.

IIII. PER QVAM FVNDI PARtem aquæductus debeatur?

Huius loci regula eſt, quòd per quamlibet fundi partem ducere liceat. quæ regula approbatur l.21. ff. de ſeruitutibus ruſt. præd. his uerbis: Si mihi conceſſeris iter aquæ per fundum tuum, non deſtinata parte, per quam aquam ducerē, totus fundus tuus ſeruiet. *Concordat l. ult. ff. de aqua quotidiana. ubi Scæuola:* Cui per fundū iter aquæ debetur, quacunq; uult in eo riuum facere licet, dum ne aquæductum interuerteret. *Huius regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi in conſtituenda ſeruitute certa fundi pars ſit deſtinata. quæ exceptio conſtat ex uerbis ſuprà propoſitis hiſce:* Non deſtinata parte. *Secunda exceptio eſt: Niſi is cui aquæductus debetur, per certam fundi partem riuum fecerit. quæ exceptio approbatur l.9.§.fin. ff. de ſeruitutibus, his uerbis:* Riuum primò quà libet ducere licet, poſteaquam ductus eſt, transferre non licet. *Huc uidentur pertinere uerba Scæuolæ iuriſconſulti paulo ſuperius poſita, hæc ſcilicet:* Dū ne aquæductū interuerteret. *Tertia exceptio hæc eſt: Niſi per eam partem ducere uelit, quæ ædificiis, arboribus, uineisq; ſit occupata. quæ exceptio approbatur l.22. ff. de ſeruitutibus ruſt. præd. his uerbis:* Sed quæ loca fundi eius, tunc cum ea fieret ceſsio, ædificiis, arboribus, uineis uacua fuerint, ea ſola eo nomine ſeruient. *Alias huiuſmodi exceptiones uide ſ. in ſpecie itineris cap.7. memb.4. reg.2.*

V. EVENTVS ET RELIQVA aquæductus iura.

Huius loci prima regula de materia per quam aqua ducenda ſit, proponitur l.17.§.1. ff. de aqua pluuia arcenda, his uerbis: Placuit non aliàs per lapidem aquam duci poſſe, niſi hoc in ſeruitute conſtituenda comprehenſum ſit. Non enim conſuetudinis eſt, ut qui aquam habeat, per lapidem ſtratum ducat. Illa autē quæ ferè in conſuetudine eſſe ſolent, ut

per fiſtulas aqua ducatur, etiamſi nihil ſit comprehenſum in ſeruitute conſtituenda, fieri poſſunt; ita tamen ut nullum damnũ domino fundi ex his detur. *Secunda regula de deprimendo & alleuando riuo habetur l. 12. §. ſed & depreſ. ff commun. præd. his uerbis*: Sed & depreſſurum uel alleuaturum riuum, per quem aquam iure ducis poteſtatem habes, niſi ne id faceres cautum ſit. *Hic locus menda non caret.* *Tertia regula de riuo reficiendo habetur d. l. 12. §. ſi per tuum. his uerbis*: Si per tuum fundum ius mihi eſt aquam riuo ducere, tacitè hęc iura ſequuntur: Vt reficere mihi riuũ liceat: ut adire quàm proximè poſſim ad reficiendum eum, ego ſabriq; mei. Item, ut ſpacium relinquat mihi dominus fundi, quo dextra & ſiniſtra ad riuũ eam, & quo terram, limum, lapidem, arenam, calcem iacere poſsim. *Quarta regula habetur itidem de reficiendo, d. l. 12. in prin. his uerbis.* Refectionis gratia accedendi ad ea loca quæ non ſeruiant, facultas tributa eſt his, quibus ſeruitus debetur: quà tamen accedere eis ſit neceſſe, niſi in ceſsione ſeruitutis nominatim præfinitum ſit, quà accederetur.

Quinta regula, de fiſtulis ponendis, & alijs in riuo faciendis, proponitur l. 15. ff. de ſeruitutibus ruſticorum prædiorum, his uerbis: Quintus Mutius ſcribit, Cum iter aquæ uel quotidianę, uel æſtiuæ, uel quæ longiora interualla habeat, per alienum fundum erit, licere fiſtulã ſuam uel fictilem, uel cuiuslibet generis in riuo ponere, quæ aquam latius exprimeret: & quod uellet in riuo facere licere, dũ ne domino prædij aquagiũ faceret deterius. *Concordat l. 3. §. 11 qui tut. ff. de aqua quotid. his uerbis*: Is qui ius aquæ quotidianæ habet, uel fiſtulam in riuo ponere, uel aliud quod libet facere poteſt: dummodo ne fundum domino, aut aquagium riualibus deterius faciat. *Sexta regula, de arcu non faciendo ſupra iter alienum, habetur l. 11. in prin. ff. de aqua pluuia arcenda. cuius uerba uide 3. eod. cap. except. 5.* *Septima regula: Alijs aquam commodare non poteſt is, qui habet aquæductum. quæ regula approbatur l. 24. ff de ſeruitutibus ruſticorum prædiorum. cuius uerba uide ſuprà eod. cap. membr. 3. reg. 2.* *Octaua regula, de loco non faciendo religioſo. proponitur l. 12. §. 1. ff. commun. præd. his uerbis*: Nec ſecundum riuum, nec ſupra eum, ſi fortè ſub terra aqua ducatur, locum religioſum dominus ſoli facere poteſt, ne ſeruitus intereat. & id uerum eſt.

VI. DE ACTIONIBUS aquæductua.

De aquæductu perinde ac de alijs ſeruitutibus actio confeſſoria nobis competit: de qua l. 10. ff. ſi ſeruitus uindicetur. cuius uerba uide 3. cap. 2. cauſa 3. except. 1. item cap. 4. memb. 6. reg. 1. Huius autem actionis adfinia remedia ſunt interdicta de aquæducta poſſeſſoria: de quibus ſequitur.

DE INTERDICTIS AQVAEductus. Cap. XI.

QVatuor potiſsimùm ſunt interdicta ad aquæductum pertinentia. Vnum de aqua quotidiana, alterum de aqua æſtiua, tertium de aqua ex caſtello ducenda, quartum de riuis. Quod igitur ad priora duo attinet, notanda eſt aquæ diuiſio & differentia, quæ habetur l. 1. §. duo autem. ff. de aqua quotidiana, his uerbis: Duo ſunt genera aquarum: eſt quotidiana aqua, & æſtiua. Quotidiana ab æſtiua differt uſu, non iure. Quotidiana aqua ea eſt, quæ duci aſsiduè ſolet uel æſtiuo tempore, uel hyberno, etiamſi aliquando ducta non eſt. Ea quoq; dicitur quotidiana, cuius ſeruitus intermiſsione temporis diuiſa eſt. Aeſtiua autem ea eſt, qua æſtate ſola uti expedit, ſicut dicimus ueſtimenta æſtiua, ſaltus æſtiuos, caſtra æſtiua, quibus interdum etiam hyeme, plerunq; autem æſtate utamur. Ego probandum puto ex propoſito utentis, & ex natura locorum aquam æſtiuam ab aqua quotidiana diſcerni. Nam ſi ſit ea aqua, quæ perpetuò duci poſsit, ego tamen ſola æſtate ea utar, dicendum eſt hanc aquam eſſe æſtiuam. Rurſus ſi ea ſit aqua, quæ non niſi æſtate ſui natura duci poſsit, æſtiua dicetur. Et ſi ea ſint loca, quæ natura non admittant aquam niſi æſtate, dicendum erit, rectè æſtiuam dici. Quod autem ſcriptum eſt, in interdicto hoc, Vti hoc anno aquam duxiſti: hoc eſt, nõ quotidie, ſed hoc anno, uel una die, uel una nocte. Ergo quotidiana quidẽ aqua ea eſt, quæ quotidie duci poſsit, uel hyeme uel æſtate, etſi aliquo momento temporis ducta non ſit. Aeſtiua autem ea eſt, quæ quotidie quidem duci poſsit uel æſtate uel hyeme: ducitur autem æſtate tantum, non etiam hyeme: non quia non poſsit & hyeme, ſed quia non ſolet. *Concordat l. 6. ff eod. tit. cuius hæc ſunt uerba*: De interdicto de aqua æſtiua, item quotidiana quærentes, primùm conſtituendum exiſtimamus, quæ eſſet aqua æſtiua, de qua proprium interdictum ad prioris æſtatis tempus relatum reddi ſolet: hoc eſt, æſtiua aqua, utrum'ne ex iure æſtiuo duntaxat tempore utendi duceretur: an ex mente propoſitoq; ducentis, quod æſtate eam ducendi conſilio haberet: an ex natura ipſius aquæ, quæ æſtate tantum duci poteſt: an ex utilitate locorum, in quæ aqua duceretur? Placebat igitur, aquam ob has duas res, id eſt, ob naturam ſuam, utilitatemq; locorum in quæ deducitur, propriè appellari: ita ut ſiue eius natura erit, ut niſi æſtate duci nõ poſsit,

poſait, etiamſi hyeme quoq; deſiderare-tut:ſiue omoi tempore anni duci eam ipſiua natura permitteret, ſi utilitaa locorum in quæ ducitur, ęſtate duntaxat uſum eiua exigeret, æſtiua rectè diceretur. *Ex his ergo quæ ſit aqua quotidiana, quæ æſtiua, conſtat. Nunc igitur ad interdicta ueniamus, & primùm ad interdictū de aqua quotidiana.*

DE AQVA QVOTIDIANA, interdictum I.

1 *Verba huius interdicti proponuntur l. 1. in prin. ff. de aqua quotidiana, hæc ſcilicet:* Ait prętor. Vti hoc anno aquam, de qua agitur, nec ui, nec clàm, nec precario ab illo duxiſti: quo minus ita ducas, uim fieri ueto.

2 *Genus huius interdicti proponitur d. l. 1. §. 1. his uerbis:* Hoc interdictum prohibitorium eſt, & interdum reſtitutorium eſt, & pertinet ad aquam quotidianam.

3 *Cauſa huius interdicti. Prima cauſa eſt: Si quis aquam uti hoc anno duxit, ducere prohibeatur. quæ cauſa conſtat ex uerbis interdicti ſuprà propoſitis. Diſtinguitur autem per exceptiones ſequentes. Secunda huius interdicti cauſa proponitur l. 1. §. Labeo putat. ff. de aqua quotidiana, his uerbis:* Labeo portat per hoc interdictum prohiberi, quem ne quid in illo fundo faciat. fodiat, ſerat, ſuccidat, putet, ędificet, qoa ex re ea aqua, quam ille hoc anno per fundum tuum ſine uitio duxit, inquinetur, uitietur, corrūpatur, deterioruè fiat: & ſimiliter de æſtiua aqua debere ei interdici ait. *Nunc ad exceptiones harum cauſarum tranſeundum.*

I. EXCEPTIO: *Niſi non ſit aqua quotidiana. Hæc exceptio approbatur d. l. 1. §. 1. his uerbis:* Hoc interdictum pertinet ad aquam quotidianam. *Subijcitur ibidem definitio aquæ quotidianæ his uerbis:* Quotidiana autem aqua nō illa eſt, quæ quotidie ducitur: ſed ea qua quia quotidie poſſet uti, ſi uellet, qoanquā quotidianam interdum hyeme ducere non expediat, etſi poſsit duci. *Plura de hac definitione uide ſ. eod. cap. in prin. Exceptionis propoſitæ replicatio hæc eſt: Niſi ex ſecundo genere cauſarum agatur. tunc enim quamuis æſtiua ſit aqua, interdici poteſt, ut dictum paulo ſuperius §. ſecunda huius. ibi: & ſimiliter.*

II. EXCEPTIO: *Niſi non ſit aqua perennis. Hæc exceptio approbatur l. 1. §. loquitur. ff. de aqua quotidiana, his uerbis:* Loqoitur prætor in hoc interdicto de ea aqua ſola, quæ perennia eſt. Nulla enim alia duci aqua poteſt, niſi quæ perennia eſt.

III. EXCEPTIO: *Niſi aqua ſit, quæ duci non poßit. Hæc exceptio approbatur & declaratur d. §. loquitur, his uerbis:* Quanquam ad perennes aqua a dixerimua hoc interdictum pertinere: ad eas tamen perennea pertinet, quæ duci poſſunt. Cęterùm ſunt quædam aquæ, quæ etſi perennes ſint, duci tamen non poſſunt, utputa puteales, & quæ ita ſunt ſubmerſæ ut defluere extra meatua ſitos, & uſui eſſe non poſſunt. Sed huiuſmodi aquia quę duci noo poſſunt, hauſtus ſeruitua imponi poteſt.

IIII. EXCEPTIO: *Niſi non ad irrigandos agros pertineat aqua, ſed ad alium uſum. Hæc exceptio reprobatur l. 1. §. illud quæritur. ff. de aqua quotidiana, his uerbis:* Illud quęritur, utrum ea tantum aqoa hia interdictis contineatur, quę ad agrū irrigandum pertinet: an uerò omnia etiā ea quæ ad uſum quoq; & commodum noſtrum pertinet? Et hoc iure utimur, ut hæc quoque contineatur: propter quod etiam ſi in urbana prædia quis aquā ducere uelit, hoc interdictum locum habère poteſt. prætetea Labeo ſcribit: Et ſiquidem ductua aquarum non ſint fundi (quia quocunq; duci poſſunt) tamen ad hoc interdictum pertinere. *Concordat d. l. 1. § idem Labeo. in fine. ff. eod. tit. cuius uerba uide ʒ. except. prox. Concordat item l. 1. in prin. ff. eod. tit. ubi Pomponius:* Hoc iure utimur (*inquit*) ut nō ſolùm ad irrigandum: ſed etiam pecoria cauſa uel amœnitatia aqua duci poſait.

V. EXCEPTIO: *Niſi calida ſit aqua. Hæc exceptio reprobatur l. 1. §. idem Labeo. ff. d. tit. his uerbis:* Labeo ſcribit: Etiamſi prætor hoc interdicto de aquis frigidia ſentiat, tamē de calidia aquia interdicta non eſſe denegan-da. Namq; harum quoq; aqoarū uſum eſſe neceſſarium. nonnunquam enim refrigeratæ uſum irrigandis agris præſtant. His accedit quòd in quibuſdam locis & cùm calidæ ſunt, irrigandis tamen agris neceſſariæ ſunt, ut Hierapoli. Conſtat enim, apud Hierapolitanoa in Aſia agrum aqua calidā irrigari. & quamuia ea ſit aqua quę irrigando non ſit neceſſaria: tamen nemo ambiget hia interdictia locum fore.

VI. EXCEPTIO: *Niſi nō extra, ſed intra urbē ſit aqua. Hæc exceptio reprobatur d. l. 1. §. ſiue aūt, his uerbis:* Siue aūt intra urbem ſit aqua, ſiuè extra urbem, huic interdicto locua erit.

VII. EXCEPTIO: *Niſi non à capite, ſed aliunde ducatur. Hæc exceptio approbatur l. 1. §. hæc interdicta. ff. de aqua quotidiana, his uerbis:* Hęc interdicta de aqua, item de fonte ad eam aquam pertinere uidentur, quæ à capite ducitur, non aliunde. harum enim aquarum etiam ſeruitua imponi iure ciuili, & conſtitui poteſt. *Declaratur exceptio propoſita ibidem, hiſce uerbis:* Caput aquæ illud eſt, unde aqua naſcitur: ſi ex fonte naſcatur, ipſe fons: ſi ex flumine uel lacu, prima incilia uel principia foſſarum, quibus aquę ex flumine, uel ex lacu in primum riuum compelli ſolent.

ſolent. Planè ſi aqua ſudoribus manando in aliquem primum locum confluere, atq; ibi apparere incipit, eius hoc caput dicemus, ubi primum emergit.

VIII. EXCEPTIO: *Niſi actor intra annum aquam non duxit. Hæc exceptio conſtat ex uerbis interdicti ſuprà propoſitis biſce:* Vti hoc anno, &c. *Huius exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi cum ante annum aquam duxiſſet, intra annum ſua ſponte influxerit. Hæc replicatio approbatur l. 1. §. quæſitum eſt. ff. de aqua quotidiana, his uerbis:* Quæſitum eſt, ſi quis ante annum aquam duxerit, deinda ſequenti tempore, hoc eſt intra annum aqua influxerit, ipſa ſibimet non ducente aliquo, an huic interdicto locus ſit? Et refert Seuerus Valerius, competere ei hoc interdictum, quaſi duxiſſe uideatur, licet penitus perſpicienribus non uideatur iſte duxiſſe. *Altera replicatio eſt: Niſi aqua ſit æſtiua: de qua uide infrà proxim. interdict. quæſt. 2.*

IX. EXCEPTIO: *Niſi una tantū die uel nocte anni duxit. Hæc exceptio reprobatur l. 1. §. quod autē ff. de aqua quotidiana. his uerbis:* Quod ſcriptum eſt in interdicto hoc, uti hoc anno duxiſti: hoc eſt, oon quotidie, ſed hoc anno, uel una die, uel uoa nocte. *Concordat d. l. 1. §. item quæſitum, cum ſequentib. cuius uerba uide ↄ. except. 15.*

X. EXCEPTIO: *Niſi non putauit actor ſe ſuo iure ducere. Hæc exceptio approbatur d. l. 1. §. Ariſto, his uerbis:* Ariſto putat, eum demum interdictum hoc habere, qui ſe putat ſuo iure uti: non eum qui ſcit nullum ſe ios habere, & utitur. *Concordat d. l. 1. §. qualitercunq; cuius uerba uide paulo ↄ. except. 14.*

XI. EXCEPTIO: *Niſi in iure, non in facto errauit actor. Hæc exceptio approbatur d. §. & qualitercunq; ibi: cū non in iure. cuius uerba proponentur ↄ. except. 14.*

XII. EXCEPTIO: *Niſi ui, clàm uel precario duxerit actor. Hæc exceptio conſtat ex uerbis edicti ſuprà propoſitis biſce:* Necui, nec clàm, nec precario, &c. *De ſignificatione autem horum uerborum uide ſ. cap. 2. cauſa 5. except. 1. Huius exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi ſemel eo anno non uitioſè duxerit. quæ replicatio approbatur l. 1. §. Ariſto. ibi: idem ait. ff. de aqua quotidian. his uerbis:* Ariſto ait, eum qui hoc anno aquam duxerit, nec ui, nec clàm, nec precario, & eodem anno uitioſe uſus eſt, rectè tamen hoc interdicto uſurum: quod referri ad id tempus poteſt, quod ſine uitio fuerit. eſt enim uerum, hoc anno non ui, non clàm, noo precario uſum.

XIII. EXCEPTIO: *Niſi aliter aquam ducat, quàm hoc anno duxit. Hæc exceptio approbatur l. 1. §. illud tamen. ff. de aqua quotidiana. his uerbis:* Illud illic intelligendū eſt, eodem modo prætorem duci aquam iuſsiſſe, quo ducta eſt hoc anno. Proinde neq; ampliori amodi, neq; aliam permiſiſſe poteſt uideri. Quare ſi alia aqua ſit, quam quia oelit ducere, quàm hoc anno duxerit, uel eandē, per aliam tamen regionem uelit ducere, impunè ei uia fiet. *Ibidem paulo pòſt ſequitur aliud exemplum, biſce uerbis:* Item quæritur, ſi quis aquę, quam hoc anoo ducebat, aliam aquam admiſcuerit, an impunè prohibeatur? Et extat Offilij ſenteotia, exiſtimantis rectè eum prohiberi: ſed eo loci, in quo primum aquam aliam in riuum admittit: & Offilius in totam aquam eum rectè prohiberi ait. Ego Offilio aſſeotio, oon poſſe diuidi: quia non poteſt ita in parte uis fieri, ut non io rota aqua uia fiat. *Aliud item propoſitæ exceptionis exemplum eſt, ſi cum antea quinto quoq; die duxiſſet aquam actor, poſtea alternis diebus ducat. tunc enim impunè prohibetur, quod indicari puto d. l. 1. §. illud autem. ibi: nihil refert, his uerbis:* Nihil refert qualem aquæ ductum habens duxerit, dum tamen ſi quis quinto quoquo die uteretur, quaſi alternis diebus ducens interdixerit. nihil enim prodeſſe uidetur. *Concordat l. 2. ff. eod. tt. cuius uerba uide ā. cap. prox. except. 8. Propoſitæ exceptionis replicatio prima habetur d. l. 1. §. illud Labeo, his uerbis:* Illud Labeo dicit, omnes parteis illius fundi, in quem locum aqua ducitur, eiuſmodi eſſe. Ergo etſi fortè actor confinem agrum emerit, & ex agro in quem hoc anno aquam duxerit, poſtea fundi empti nomine uelit aqoam ducere: ita demum rectè eum hoc ioterdicto oti, ut de iriere actuq; uti putant, ut ſemel in fuodum ſuum ingreſſus, inde egredi quà uelit, poſsit: niſi ei nocitum ſit, ex quo aquam duxit. *Altera replicatio in aqua quæ in riuo nata accedit, approbatur l. 3. §. aqua. ff. eod tt. his uerbis:* Aqua quæ in riuo naſcitur, tacitè lucrifit ab eo qui ducit.

XIIII. EXCEPTIO: *Niſi non debeatur aqueductus actori. Hæc exceptio reprobatur l. 1. §. & qualitercunq; ff. de aqua quotid. his uerbis:* Etſi iore aqua noo debetur alicui, ſi tamen iure ducere ſe putauit, cum non in iure, ſed in facto errauerit, dicendum eſt, eoq; iure utimur, ut interdicto hoc uti poſsit. Sufficit enim, ſi iure ſe ducere putauit, nec ui, nec clàm, nec precario duxit.

XV. EXCEPTIO: *Ex modo quo ſeruitus eſt conſtituta. Hæc exceptio reprobatur d. §. & qualitercunq; his uerbis:* Qualitercunq; ſit conſtitutum ius aquæ, dicendum eſt, hoc interdictum locum habere. *Concordat d. l. 1. §. item quæſitum. cuius hæc ſunt uerba:* Quæſitum eſt, ſi quis dum putat, tertio qooquo die habere ſe ius aquæ ducendæ, duxerit una die,

die, an rectè & ſine captione poſſeſſoria duxiſſe nideatur, ut hoc interdictum locum b habeat? Ait enim prætor: Vti hoc anno aquam duxiſti. Idem, ſi alternia diebua. Illud autem nihil intereſt, utrum quinto die aqua debeatur, an alternia diebus, an quotidie ei, qui hoc interdicto uti nelit. nam cum ſufficiat uel uno die hoc anno aquam d duxiſſe; nihil refert qualem aquæductum habena duxerit.

XVI. EXCEPTIO: *Niſi aquam ducere probibitus, fundũ uendiderit. Hæc exceptio reprobatur l. 1. §. ſi fundum. ff. de aqua quotiduana, bis uerbis:* Si fundum ad qnem aquam ducebas, uendideris & tradideris, nihilominua interdictum utile eſt.

XVII. EXCEPTIO: *Niſi non dominus, ſed alius probibuerit. uide infrà aduerſus quos. Hæc de cauſa interdicti propoſiti, eiuſq; exceptionib.*

4 *Quibus datur? De bæredibus & emptoribus ui de paulo inferius quæſt. prox. in fine.*

5 *Aduerſus quos competit? Aduerſus quemuis probibentem. quæ regula approbatur l. 1. §. competit. ff. de aqua quotidiana bis uerbis:* Competit hoc interdictum aduetſus eum, qui ptohibet me aquam ducere. *Huius regulæ exceptio prima bæc eſt: Niſi non ſit dominus prædij. quæ tamen exceptio d. §. competit, reprobatur biſce uerbis:* Et nihil intereſt utrum dominium quis fundi habeat, an non: idcirco is tenetur interdicto: nam etſi ſeruitus cœpetit, aduerſua qnemuis poſſet uendicari. *Secunda exceptio eſt: Niſi inter corriuales de aquæductu ſit contentio. Hoc caſu duplex interdictum datur, & quaſi communi diuidundo iudicium. quod approbatur d. l. 1. §. ſi inter, bis uerbis:* Si inter corriuales, id eſt, qui per eundem tiuum aqnam ducunt, ſit contentio de aquæ uſu, utroque ſuum eſſe cõntendente, duplex interdictum utriq; competit. *Concordat d. l. 1. §. deinde ait. in fine, ubi Prætor ait:* Inter bætedes & emptores & bonorum poſſeſſores Interdicam. *Concordat item d. l. 1. §. ait prætor. ubi Vlpianus:* Ait prætor (*inquit*) inter hæredes & emprores & bonorum poſſeſſorea interdicam. Hæc uetba (*inquit Vlpianus*) non ſolum ad æſtiuam, uerum etiam ad quotidianam aquam teferenda eſſe ſciendum eſt. Nam ſicuti de itinere actuq; & ſucceſſotibus dantur interdicta & emptori, ita hæc quoq; danda prætor putauit. *Concordat item l. 4. § fin. ff. eod. tt. ubi Iulianus:* Si inter eos (*inquit*) quibus aqua conceſſa eſt, nõ conuenit, quemadmodum utantur, non erit iniquum utile iudicium reddi: ſicut inter eos, ad quoa uſusfructus pertinet, utile communi diuidundo iudiciũ reddi pleriſq; placuit.

6 *Quid ueniat in hoc interdicto? Huius loci prima regula de cautione præſtanda, habetur l. 7. ff. de aqua quotidiana: de qua re uide s. cap. 8. memb. 6. Secunda regula proponitur l. 1. §. preterea illud. ff. d. tt. bis uerbis:* Illud ſciendum eſt, ſi cum aquam duxiſſes, aduerſariua te prohibuerit, deinde tu interim iua aquę ducendæ amiſeria: in teſtitutionem hoc uenire, ut tibi præſtetur per hoc interdictum quod amiſiſti: & hoc uerum puto.

7 *Adfine remedium eſt, actio confeſſoria: de qua ſuprà dictum eſt. Item inter corriuales, utile communi diuidundo iudicium: de quo paulo ſuperius memb. 5. in fine. Hæc de prime interdicto.*

DE AQVA AESTIVA, INterdictum II.

Alterum interdictum eſt de aqua æſtiua. Quid aũt ſit aqua æſtiua, dictum eſt ſuprà in principio capitis.

1 *Verba huius interdicti proponuntur l. 1. § deinde ait. ff. de aqua quotidiana, bæc ſcilicet:* Deinde ait prętor, Vti priore æſtate aquam, qua de agitur, nec ui, nec clàm, nec precario ab illo duxiſti, quo minus ita ducas, uim fieri ueto. Inter hęredes & emptores & bonorum poſſeſſores interdicam.

2 *Proprium huius interdicti & differentia à ſuperiore, proponitur d. l. 1. §. hoc interdictũ le. 2 bis uerbis:* Hoc interdictum de aqua æſtiua proponitur. Quod autem diximua, ęſtiuam aquam aliquando diſtare ab aqua quotidiana, ſciendum eſt etiam in interdictis diſtare. Quod qui de aqua quotidiana interdicit, ita interdicit: Vti hoc anno aquam duxiſti. At qui de æſtiua, ſicuti priore æſtate: nec immeritò. Nam qui byeme nõ utitur, referre ſe non ad præſentem æſtatem, ſed ad ptiorem debuit. *Pro declarando proprie huius interdicti, remitto Lectorem ad principium huius capitis, ubi definitio aquæ æſtiuæ propoſita eſt. Sed & ad declarationẽ huius loci pertinet definitio æſtatis prioris propoſita d. l. 1. §. æſtatem, bis uerbis:* Aeſtatem incipere, ſic petitiores tradiderunt ab ęquinoctio uernali, & finiri ęquinoctio autumnali: & ita ſenia menſibus ęſtaa diuiditur, atq; byems. Priorem æſtatẽ ex comparatione duarum ęſtatum accipi. Propter hoc, ſi æſtate interdicatur, nonnunquam annum & ſex menſes continete. qnod ita contingit, ſi in initio uerni æquinoctij ducta ſit aqua, & ſequenti æſtate pridie æquinoctij autumnalis interdicatur: & proinde ſi hyeme interdicatur, hæc res etiam in biennium extendetur.

3 *Cauſa huius interdicti eſt: Si quis aquam quam priore æſtate duxit, ducere prohibeatur. quæ cauſa approbatur, ſimul & declaratur in præcedentibus. Eius autem cauſæ exceptio prima hæc eſt: Niſi non æſtate, ſed hyeme duxit. Hæc exceptio reprobatur l. 1. §. ſi quis hyeme. ff. de aqua quotidiana, bis uerbis:* Si quis hyeme tantum aquam ſolitus fuerit ducere, æſtate non fuerit ſolicitus

litus, utile interdictum ei competit.

II. EXCEPTIO: *Niſi non priore, ſed hac æſtate duxerit. Et hæc exceptio reprobatur d. l. 1. §. qui hac, his uerbis:* Qui hac æſtate duxit, non ſuperiore, utile interdictum habet. *Alias huius loci exceptiones uide ſ. de aqua quotid.*

4 *Quibus datur hoc interdictum? Heredibus & emptori. de qua re uide ſuprà de aqua quotidiana, quæſt. 5. except. 2.*

DE AQVA EX CASTELLO ducenda, interdictum III.

1 *Verba huius interdicti proponitur l. 1. §. ait prætor. ff. de aqua quotidiana. ubi ait prætor:* Quo ex caſtello illi aquam ducere ab eo, cui eius rei ius fuit, permiſſum eſt, quo minus ita uti permiſſum eſt ducat, uim fieri ueto. Quandoq; de opere faciendo interdictũ erit, damni infecti caueri iubebo.

2 *Ratio huius interdicti & differentia à ſuperioribus proponitur ibidem, hiſce uerbis:* Hoc interdictum neceſſariò propoſitũ eſt. nam quia ſuperiora interdicta ad eos pertinent, qui à capite ducunt, uel impoſita ſeruitute, uel quia putant impoſitam: æquiſsimum uiſum eſt, ei quoq; qui ex caſtello ducit (id eſt ex eo receptaculo quod aquam publicam ſuſcipit) interdictum dari. *Alia differentia huius interdicti & ſuperiorũ eſt, quòd in hoc interdicto cauſa etiã proprietatis uertatur. quæ differentia proponitur d. l. 1. §. fin. his uerbis:* Meminiſſe debemus in hoc interdicto totam quæſtionem fieri aſsignationis. Non enim præparat hoc interdictum cauſam, ut ſuperiora interdicta, nec ad poſſeſsionem temporariam pertinet: ſed aut habet ius aſsignatum ſibi, aut nõ habet: & hoc interdictum finitur totum.

3 *Cauſa huius interdicti eſt: Si quis aquam ex caſtello ducere prohibeatur. tunc enim ei datur hoc interdictum. quæ cauſa conſtat ex uerbis interdicti ſuprà propoſitis. Caſtellum autem dicitur receptaculum, quod aquam publicam ſuſcipit: ut paulo ſuperius eſt dictum. Habet & hæc cauſa ſuas exceptiones, quarum prima hæc eſt: Niſi ei qui aquam ducit, ducere non ſit permiſſum. Item. Niſi aliter quàm ei permiſſum eſt, ducat. Hæc exceptio conſtat ex uerbis interdicti ſuprà propoſitis. Concordat d. l. 1. §. caſtellum, his uerbis:* Caſtellum accipe, ſi ex caſtello permiſſum eſt. *Concordat item d. l. 1. §. fin. ibi:* Aut habet ius aſsignatum ſibi, &c. *De quo paulo ſuperius quæſt. prox. in fine.*

II. EXCEPTIO: *Niſi non à principe ei ſit permiſſum. Hæc exceptio approbatur d. l. 1. §. permittitur, his uerbis:* Permittitur aquam uel ex caſtello, uel ex riuo, uel ex quo alio loco publico ducere: idq; è principe conceditur, alij nulli competit ius aquæ dandæ.

III. EXCEPTIO: *Niſi flumen nauigabile ſit, uel aliud per id nauigabile efficiatur. Hæc exceptio approbatur l. 10. §. fin. ff. de aqua pluuia arcenda, his uerbis:* Si flumen nauigabile ſit, non oportere prætorem cõcedere ductionem ex eo fieri, Labeo ait: quia flumen minus nauigabile efficeretur. Idemq; eſt, etſi per hoc aliud flumen fiat nauigabile. *Concordat l. 2. in fine. ff. de fluminibus, & ne quid, &c. cuius uerba uide 3. lib. prox. cap. 6. quæſt. 5. reg. 8.*

IIII. EXCEPTIO: *Niſi alijs noceat aquæductus. Hæc exceptio approbatur l. 17. in fine. ff. de ſeruitutibus ruſt. præd. his uerbis:* Imperatores Antoninus & Seuerus Auguſti reſcripſerunt, aquam ita demum permitti duci, ſi ſine iniuria alterius id fiat. *Concordat l. 3. §. 1. ff. de aqua quotidiana, ubi Pomponius:* Ex flumine aquam ducere plures poſſunt, ita tamen ut uicinis non noceant: uel ſi anguſtus amnis ſit, etiam ei qui in alia ripa ſit.

V. EXCEPTIO: *Niſi ex alio loco quàm ex caſtello aqua ducatur. Hæc exceptio reprobatur l. 1. §. hoc interdictum l. 3. in fin. ff. de aqua quotidiana, his uerbis:* Etſi alio ex loco permiſſum eſt, dandum erit interdictum. Permittitur autem aquam uel ex caſtello, uel ex riuo, uel ex quo alio loco publico ducere.

VI. EXCEPTIO: *Niſi flumen, ex quo ducere permiſſum eſt, mutauerit alueum. Hæc exceptio approbatur l. 3. §. ſi aquam. ff. de aqua quotidiana, his uerbis:* Si aquam ex flumine publico duxeris, & flumen receſſerit, non potes ſubſequi flumen: quia ei loco ſeruitus impoſita non ſit, quamuis is locus meus ſit. Sed ſi alluuione paulatim acceſſerit fundo tuo, ſubſequi potes: quia locus totus fluminis ſeruiat ductioni: ſed ſi circumfluere cœperit mutato alueo, non potes: quia medius locus non ſeruiat, interruptaque ſit ſeruitus.

VII. EXCEPTIO: *Niſi cum perſonæ nõ prædio aquæductus permiſſus eſſet, perſona ſit extincta. Hæc exceptio approbatur l. 1. §. permittitur. ff. de aqua quotidiana, his uerbis:* Datur interdũ prædijs ius aquæ ducendæ, interdum perſonis. Quod prædijs datur, extincta perſona non extinguitur: quod datur perſonis, cum perſonis amittitur. Ideoq; neque ad alium dominum prædiorum, neque ad hæredem uel qualemcunque ſucceſſorem tranſijt. Planè ei ad quem dominium tranſit, impetrabile eſt. Nam ſi docuerit prædijs ſuis aquam debitam, etſi nomine eius fluxiſſet, à quo dominium ad ſe tranſijt, indubitatè impetrat ius aquæ ducendæ. Nec eſt hoc beneficium, ſed iniuria, ſi quis fortè non impetrauerit. *Hæc de tertio interdicto.*

DE RIVIS, INTERDICTUM IIII.

1 *Verba huius interdicti proponuntur l. 1. in prin. de riuis.*

de riuis, ubi pretor ait: Riuos, ſpecus, ſepta reficere, purgare, aquæ ducendæ cauſa quo minus liceat illi, dũ ne aliter aquã ducat, quàm uti priore æſtate non ui, non clàm, non precario à te duxit, uim fieri ueto.

2 *Ratio & uſus huius interdicti proponitur d.l.1. §.1. his uerbis:* Hoc interdictum utiliſsimũ eſt. Nam niſi permittatur alicui reficere, alia ratione uſus incommodabitur.

3 *Cauſæ huius interdicti. Prima cauſa eſt: Si quis riuos, ſpecus, ſepta reficere, purgare prohibeatur. quæ cauſa approbatur uerbis interdicti ſuprà propoſitis. Declaratur autem definitionibus ſequentibus: & primàm definitione riui d.l.1.§. riuus. his uerbis:* Riuus eſt locus, per longitudinem depreſſus, quo aqua decurrat: cui nomen eſt, *ἀπὸ τοῦ ῥεῖν.* *Deinde declaratur definitione ſpecus d.l.1.§. ſpecus, his uerbis:* Specus autem locus eſt, ex quo deſpicitur, unde ſpectacula ſunt dicta. *Tertiò definitione ſeptorum d.l.1.§. ſepta, his uerbis:* Septa ſunt ea quæ ad incile opponuntur aquæ deriuandæ compellendæue ex flumine cauſa, ſiue ea lignea ſunt, ſiue lapidea, ſiue ex alia qualibet materia ad continendam tranſmittendamq; aquam excogitata. Incile autem eſt locus depreſſus ad latus fluminis, ex eo dictus, quòd incidatur. Inciditur enim uel lapis uel terra, unde primùm aqua ex flumine agi poſsit. *Quartò declaratur definitione uerbi reficere, d.l.1.§. deinde ait, his uerbis:* Reficere eſt quod corruptum eſt, in priſtinum ſtatum reſtaurare. Verbo reficiendi, tegere, ſubſtruere, ſarcire, ædificare: item aduehere, adportareque ea quæ ad eandem rem opus eſſent, continentur. *Poſtremò declaratur definitione uerbi purgare, d.l.1.§. purgandi, his uerbis:* Purgandi uerbum pleriq; putant ad eum riuũ pertinere, qui integer eſt: ſed palàm eſt, & ad eum riuum pertinere qui refectione indiget. Plerunq; enim & refectione & purgatione indiget. *Hactenus ea, quib. cauſa propoſita prima declaratur, uidimus. Antequam autem ad modos quibus diſtinguitur, ſeu exceptiones eius uenimus, altera interdicti cauſa proponenda. Altera igitur interdicti cauſa eſt: Si quis exportare, uehereq; ea quæ refectioni neceſſaria ſunt, prohibeatur. quæ cauſa approbatur l.3.§. fin. ff. de riuis, hiſce uerbis:* Si quis eũ exportare, uehereq; ea quæ refectioni neceſſaria ſunt prohibeat, hoc interdictum competere ei Ofilius putat: quod uerum eſt. *Concordat l.1.§. deinde. ff. eod. tit. cuius uerba uide paulo ſuperius. §. quartò declaratur. Nunc ad exceptiones propoſitarum cauſarum nobis tranſeundum.*

I. EXCEPTIO: *Niſi riuus in publico ſit. Hæc exceptio reprobatur l.1.§. hoc interdictum. ff. de riuis, hiſce uerbis:* Hoc interdictum ad omnes riuos pertinet, ſiue in publico, ſiue in priuato ſint conſtituti.

II. EXCEPTIO: *Niſi non riuum, ſed foſſam uel puteũ, aliud'ue quid reficiat uel purget. Hæc except. reprobatur l.1.§. utile. ff. d. tit. his uerbis:* Sed & foſſæ & putei hoc interdicto continentur. *Concordat l.3.§. ſi aqua. ff. eod. tit. ubi Vlpianus:* Si aquã (*inquit*) in unum lacum ducatur, & inde per plures ductus ducatur, hoc interdictum utile erit uolenti reficere ipſum lacum. *Concordat item d.l.3.§. Ariſto. cuius hæc ſunt uerba:* Ariſto & de cuniculo reſtituendo, per quem uapor trahitur in balnearijs uaporib putat utilem actionem competere: & erit dicẽdum, utile interdictum ex hac cauſa competere.

III. EXCEPTIO: *Niſi non aquæ ducendæ cauſa reficiat. Hæc exceptio approbatur l.1.§. aquæ. ff. de riuis, hiſce uerbis:* Aquæ (inquit) ducendę cauſa. Meritò hoc additur, ut ei demum permittatur & reficere, & purgare riuum, qui aquæ ducendæ cauſa id facit.

IIII. EXCEPTIO: *Niſi calidam aquam ducat. Hæc exceptio reprobatur l.1.§. hoc interdictũ. ff. d. tit. his uerbis:* Etſi calidæ aquę riuus ſit, de hoc reficiendo competit interdictum.

V. EXCEPTIO: *Niſi non hoc anno uel priore æſtate aquam duxerit item niſi ui, clàm uel precario duxerit. Hæ exceptiones conſtant uerbis edicti ſuprà propoſitis. Concordat l.1.§. hoc interdictum cõpetit. ff. eod. tit. cuius uerba uide ∫. except. prox.*

VI. EXCEPTIO: *Niſi ius aquæ ducendæ non habeat. Hæc exceptio reprobatur l.1.§. hoc interdictum. ff. de riuis, hiſce uerbis:* Hoc interdictũ cõpetit etiam ei, qui ius aquæ ducendæ non habet, ſi modò aut priore æſtate, aut eodẽ anno aquam duxerit: cũ ſufficiat non ui, non clàm, non precario duxiſſe. *Concordat l.4. ff. eod. tit. ubi Venul.* De riuis reficiendis ita interdicetur (*inquit*) ut non quæratur an aquam iure ducere actori liceret. Nõ enim tam neceſſariã refectionem itinerũ, quàm riuorum eſſe: quoniam non refectis riuis omnis uſus aquæ auferetur, & homines ſiti necarentur. Et ſanè aqua peruenire niſi refecto riuo non poteſt: at non refecto itinere difficultas tantum eundi agendique fieret, quæ temporibus ęſtiuis leuior eſſet. *Ad intelligenda hæc uerba uide quæ dicta ſunt ∫ cap. 9. excep. 3.*

VII. Exceptio: *Niſi aliter ducat, atq; antea duxit: Hæc exceptio conſtat ex uerbis interdicti ſuprà propoſitis hiſce.* Dum ne aliter aquam ducat, quàm uti priore æſtate duxit. *Huius exceptionis exemplũ eſt, ſi per alium locum aquã uelit ducere: itẽ ſi riuũ mutet ex terreno lapideũ faciendo. Quod exẽplũ proponitur l.1.§. ſi quis terrenũ. ff. de riuis. ubi Vlpianus:* Si quis terrenũ riuũ (*inquit*) ſigninũ, id eſt, lapideũ facere uelit, uideri eũ nõ rectè hoc interdicto uti. nõ enim reficit, q

hoc facit. Proinde etſi per alium locum uelit ducere, impunè prohibetur. Sed etſi eũdem riuum (idem inquit) deprimat uel attollat, aut dilatet uel extendat, uel operiat apertum, uel contrà; ego cæteros quidem (*inquit*) impunè prohiberi puto: at eum qui operiat apertum, uel contrà, non puto prohibendum, niſi ſi quam maiorem utilitatẽ ſuam aduerſarius oſtendat. *Proponitur inſuper huius exceptionis exemplum l.5.in prin.ff. de riuis, hiſce uerbis:* Seruius ſcribit, aliter duci aquam, quæ antè per ſpecũ ducta eſt, ſi nunc per apertũ ducatur. Nam ſi operis aliquid faciat quis, quo magis aquam conſeruet uel contineat, non impunè prohiberi. Ego puto & in ſpecu contrà, ſi non maior utilitas uerſatur aduerſarij. *Proponuntur inſuper plura exempla & diſtinctiones ſeu replicationes propoſitæ exceptionis in legibus ſequentibus, nimirum l.2.ff.d.tt.his uerbis:* Labeo non poſſe ait, ex aperto riuo terrenum fieri: quia commodum domino ſoli auferretur appellendi pecus, uel hauriendi aquã. quod ſibi nõ placere Pomponius ait: quia id domino magis ex occaſione, quàm ex iure contingeret, niſi ab initio in imponenda ſeruitute id actum eſſet. *item l.3.§.1.ff.eod.tt.his uerbis:* Seruius & Labeo ſcribunt, ſi riuum qui ab initio terrenus fuerit, qui aquam non continebat, cęmenticium uelit facere, audiendum eſſe. Sed etſi eum riuum, qui ſtructilis fuerit, poſtea terrenum quis faciat, aut partem riui: æquè non eſſe prohibendum. Mihi uidetur uerius (*inquit Vlpian.*) urgẽtem & neceſſariam refectionem eſſe admittendã. *item & alia diſtinctio proponitur d.l.3.§.ſi quis nouum, his uerbis:* Si quis nouum canalem uel fiſtulam in riuo uelit collocare, cum id nũquam habuerit, utile ei hoc interdictum futurum, Labeo ait. Nos & hic opinamur (*inquit Vlpianus*) utilitatem eius qui ducit ſine incommoditate eius, cuius ager eſt, ſpectandam.

VIII. EXCEPTIO: *Niſi actor de damno infecto non caueat reo. Hæc exceptio approbatur l.3.§.penult. ff. de riuis, hiſce uerbis:* De damno quoq; infecto cauere eum debere, minimè oportet dubitari. *Hactenus de cauſis huius interdicti, eiusq; exceptionibus eſt dictum.*

4 *Quibus & aduerſus quos competit hoc interdictum? Huius loci regula proponitur l.3.§. iiſdem. ff.de riuis, hiſce uerbis:* Iiſdem perſonis & in eaſdem interdictum hoc datur, quibus & in quas de aqua interdicta redduntur, quę ſuprà ſunt enumerata. *Hactenus de aquæductu, eiusq; interdictis eſt dictum. Sequitur alia ſpecies ſeruitutis ruſt. præd. aquæ hauſtus ſcilicet.*

DE AQVAE HAVSTV, eiusq; interdicto de fonte.
Cap. XII.

G*Enus. Non perſonalis, ſed realis eſt ſeruitus. quod approbatur l.20.§.fin.ff.de ſeruit.ruſt. præd. his uerbis:* Hauriendi ius non hominis, ſed prædij eſt. 1.

2. *De cauſis huius ſeruitutis tã conſtituendæ quàm amittendæ, cauſarumq; exceptionib. uide ſ.in generali tractatu ſeruitutum. Inter exceptiones autẽ huiusmodi numeratur & hæc: Niſi non ex capite uel ex fonte aquæhauſtus concedatur. de qua uide ſ.cap.10. except.4.*

3 *Euentus & iura huius ſeruitutis. Huius loci regula prima hæc eſt, quòd aquæ hauſtu conceſſo iter quoq; ad hauriendum conceſſum uidetur. quæ reg. approbatur l.3.§.qui habet.ff.de ſeruit.ruſt.præd.his uerbis:* Qui habet hauſtum, iter quoq; habere uidetur ad hauriendum: & ut ait Nerat. lib.3. membr. ſiue ei ius hauriendi & adeundi conceſſum ſit, utrunq; habebit, ſiue tantum hauriẽdi, ineſſe & aditum: ſiue tantum adeundi ad fontem, ineſſe & hauſtum. Hæc de hauſtu ex fonte priuato. Ad flumen autem publicũ idem Neratius eodem libro ſcribit, iter debere cedi, hauſtũ non oportere: & ſi quis tantum hauſtũ ceſſerit, nihil eum agere. *Concordat l.9.§.cæterùm uſufructu.ff.de ſeruitutibus urbanorum prædiorum. cuius uerba uide ſ.cap.5.de ſeruitute alt.nõ toll.ex.4. repl.4. Secunda regula eſt, quòd de aquæhauſtu in rẽ competat actio. quæ regula approbatur l.4.§.ſed & de hauſtu.ff ſi ſeruitus uindicetur, his uerbis:* Et de hauſtu (quia ſeruitus eſt) competũt nobis in rem actiones. *Tertia regula eſt, quòd ratione aquæhauſtus competant nobis duo interdicta: unum de fonte utendo, alterum de fonte reficiendo et purgando: de quibus interdictis ſequitur.*

De fonte utendo, interdictum I.

1 *Verba huius interdicti proponuntur l. unica. in prin.ff.de fonte. ubi prætor ait:* Vti de eo fonte, quo de agitur, hoc anno aqua nec ui, nec clàm, nec precario ab illo uſus es, quo minus ita ea utaris, uim fieri ueto: de lacu, piſcina, puteo ita interdicam.

2 *Ratio huius interdicti proponitur d.l.unica.§.1. his uerbis:* Hoc interdictum proponitur ei, qui fontana aqua uti prohibetur. ſeruitutes enim non tantum aquæ ducendæ eſſe ſolent, uerumetiam hauriendæ. Et ſicut diſcretæ ſunt ſeruitutes ductus aquæ & hauſtus aquæ, ita interdicta ſeparatim redduntur.

3 *Cauſa huius interdicti. Prima cauſa eſt: Si quis aqua de fonte, uti hoc anno uſus eſt, uti prohibetur. quæ cauſa conſtat ex ijs quæ ſuprà proximè ſunt propoſita: item ex ijs quæ infrà proximè proponentur. Secũda cauſa eſt: Si pecus ad aquam appellere*

lere prohibeatur. quæ cauſa approbatur d. l. unica. § hoc autem, his uerbis: Hoc interdictum locum habet, ſi quis uti prohibeatur aqua: hoc eſt, ſiue haurire prohibeatur, ſiue etiá pecus ad aquam appellere. *Tertia cauſa eſt: Si quis ire ad hauriendam prohibeatur. quæ cauſa approbatur d. l. unica. §. planè, his uerbis:* Planè ſi quis ire ad hauſtum prohibeatur, æquè interdictum ſufficiet. *Nunc exceptiones harum cauſarum ſunt proponendæ.*

I. EXCEPTIO: *Niſi non fonte, ſed lacu, piſcina, puteo uti prohibeatur. Hæc exceptio reprobatur uerbis interdicti ſuprà propoſitis hiſce:* De lacu, piſcina, puteo ita interdicam.

II. EXCEPTIO: *Niſi loco, qui uiuá aquá non habet, uti prohibeatur. Hæc exceptio approbatur d. l. un. §. hoc interdictum, his uerbis:* Hoc interdictum de ciſterna non competit. Nam ciſterna non habet perpetuá cauſam, nec uiuam habet aquam. Ex quo apparet, in his omnibus exigendú ut uiua aqua ſit: ciſternæ autem imbribus concipiuntur. Deniq; conſtat interdictum ceſſare, ſi lacus, piſcina, puteus aquam uiuam non habeat.

III. EXCEPTIO: *Niſi hoc anno fonte non ſit uſus: uel uſus quidem ſit, ſed ui, clàm, uel precario. Hæ duæ exceptiones conſtant ex uerbis interdicti ſuprà propoſitis.*

4 *Quibus & aduerſus quos competat hoc interdictum, definitur d. l. un. §. hoc autem. in fine, his uerbis:* Eadem ſunt hic dicenda, quæ ad perſoná attinent, quæcunq; in ſuperioribus interdictis diximus.

De fonte reficiendo & purgando, interdictum alterum.

1 *Verba huius interdicti proponuntur l. un. §. deinde. ff. de fonte. ubi ait prætor:* Quo minus fontem, de quo agitur, purges, reficias, ut aquam coercere, utiq; ea poſsis, dum ne aliter utaris, atq; uti hoc anno non ui, non clam, non precario ab illo uſus es, uim fieri ueto.

2 *Ratio & uſus huius interdicti proponitur ibidé hiſce uerbis:* Hoc interdictum eandem habet utilitatem, quam habet interdictum de riuis reficiendis. Niſi enim purgare & reficere fontem licuerit, nullus eius uſus erit.

3 *Cauſa huius interdicti eſt, ſi quis fontem purgare uel reficere prohibeatur. quæ cauſa conſtat ex præcedentibus. Huius autem cauſæ aliquot ſunt exceptiones.*

I. EXCEPTIO: *Niſi non ad aquam coercendam reficere uelit. Hæc exceptio conſtat ex uerbis interdicti ſuprà propoſitis. Cui concordat d. l. unica. §. purgandus. ubi Vlpianus:* Purgandus (*inquit*) & reficiendus eſt ad aquam coercendam, ut uti quis aqua poſsit: dummodo non aliter utatur, quàm ſicuti hoc anno uſus eſt. *Declaratur hæc exceptio d. l. unica. §. coercere. cuius uerba uide ∫. except. prox.*

II. EXCEPTIO: *Niſi aliter utatur atq; hoc anno eſt uſus. Hæc exceptio conſtat ex uerbis interdicti ſuprà propoſitis, eiusq; exemplum proponitur d. l. unica. §. coercere, his uerbis:* Coercere aquá, eſt continere ſic, ne defluat uel dilabatur, dummodò non permittatur ei nouas uenas quærere uel aperire. hic enim innouat aliquid præter id quod præcedente anno uſus eſt. *Concordat item d. l. unica. §. purgandus. in fine. cuius uerba uide ∫. except. prox.*

III. EXCEPTIO: *Niſi non fontem, ſed lacum, piſcinam, uel puteum reficere uel purgare prohibeatur. Hæc exceptio reprobatur d. l. unica. §. fin. his uerbis:* Sed & de lacu, puteo & piſcina reficiendis, purgandis, interdictum competit.

4 *Quibus datur hoc interdictum, definitur d. §. fin. his uerbis:* Omnibus perſonis dabitur hoc interdictum, quibus permittitur interdictum de aqua æſtiua. *Hactenus de aquæ hauſtu, eiusq; interdictis.*

DE CLOACIS.
Cap. XIII.

INter ſeruitutes ruſticorum prædiorum numeratur ius cloacæ immittendæ, a cuius peculiare eſt interdictum de cloacis reficiendis & purgandis. de quo hic nobis eſt dicendum.

a l. 8. ff. de ſeru. & l. 2. in prin ff. de ſeruit. ruſt. præd.

1 *Verba huius interdicti proponuntur l. 1. in prin. ff. de cloacis. ubi prætor ait:* Quo minus illi cloacam, quæ ex ædibus eius in tuas pertinet ædes, qua de agitur, purgare reficere liceat, uim fieri uero. Damni infecti, quod opeeis uitio factum ſit, caueri iubebo.

2 *Genus huius interdicti. Prohibitorium eſt. Approbatur d. l. 1. §. 1. his uerbis:* Sub hoc titulo duo interdicta prætor ſubijcit: unum prohibitorium, alterum reſtitutorium, & primum prohibitorium. *Concordat d. l. 1. §. hoc interdictum. cuius uerba uide paulo inferius. De reſtitutorio interdicto, cuius hic ſit mentio, dicetur ∫. eod. cap. in fin.*

3 *Ratio huius interdicti proponitur d. l. 1. §. curauit, his uerbis:* Curauit prætor per hæc interdicta, ut cloacæ purgentur & reficiantur: quorum utrunq; ad ſalubritatem ciuitatū, & ad tutelam pertinet. nam & cœlum peſtilens & ruinas minátur immúdiciæ cloacarum, etſi non reficiantur.

4 *Cauſa huius interdicti proponitur uerbis interdicti ſuprà propoſitis, item d. l. 1. §. hoc interdictum, his uerbis:* Hoc interdictum, quod primum proponitur, prohibitorium eſt: quo prohibetur uicinus uim facere, quo minus cloacæ purgentur & reficiantur. *Declaratur hæc cauſa definitione cloacæ d. l. 1. §. cloaca. his uerbis:* Cloaca autem, eſt locus concauus, per quē collu-

colluuies quædam fluat. *Diſtiuguitur cauſa propoſita exceptionibus ſequentibus.*

I. EXCEPTIO: *Niſi publica ſit cloaca. Hæc exceptio approbatur d.l.1. §.hoc autem.his uerbis:* Hoc interdictum propoſitum eſt de cloacis priuatis. Publicæ enim cloacæ publicam curam metentur.

II. EXCEPTIO: *Niſi non cloacam, ſed tubos ac fiſtulas purgare prohibeatur. Hæc exceptio reprobatur l.1.§.cloacæ.ff. de cloacis, biſce uerbis:* Cloacæ appellatione & tubus & fiſtulæ continentur.

III. EXCEPTIO: *Niſi non ex ædib.eius in prohibentis ædes cloaca pertineat. Hæc exceptio approbatur uerbis interdicti ſuprà propoſitis biſce:* Quæ ex ædibus eius, &c. *Verba autem hæc declarantur, ſimul & diſtinguuntur d.l.1.§.deinde, his uerbis:* Ait prætor. Quę ex ędib. eius in tuas pertinet ædes. Hic ædes accipere debea pro omni ædificio, hoc eſt ex ædificio eius in tuum ædificiũ. Hoc amplius Labeo putabat, huic interdicto locum eſſe, etſi area ab utralibet parte ædium ſit: etſi fortè (inquit) cloaca ducta ſit ex utbano ædificio in proximum agrum. Idem Labeo ait, etiam eum qui priuatam cloacam in publicam immittere uelit, tuẽdum ne ei uis fiat. Sed etſi quis uelit talem cloacam facere, quæ exitum habeat in publicam cloacam, non eſſe eum impediendum, Pomponius ſcribit. *Declaratur inſuper uerbum hoc Pertinet d.l.1.§.quod ait, his uerbis:* Quod ait prætor Pertinet, hoc ſignificat, quod ex ædibus eius in tuas ædes pertinet: hoc eſt, dirigitur, extenditur, peruenit.

IIII. EXCEPTIO: *Niſi non uicinæ ſint ædes ſeruientes, ſed ulteriores. Hæc exceptio reprobatur d.l.1.§.& tam ad. his uerbis:* Tam ad proximum uicinum hoc interdictum pertinet, quàm aduerſus ulteriores, per quorum ædes cloaca currit.

V. EXCEPTIO: *Niſi pauimenta reſcindere uelit. Hæc exceptio reprobatur d.l.1. §. unde Flauium, his uerbis:* Flauius Mela ſcribit, competere hoc interdictum, ut in uicini ædes ueniat, & reſcindat pauimenta purgandæ cloacę gratia. Verendum tamen eſſe, Pomponius ſcribit, ne in eo caſu damni infecti ſtipulatio non committatur. Sed hæc ſtipulatio non committetur, ſi paratus ſit teſtaurare id quod ex neceſſitate reficiendę cloacæ cauſa teſcindat.

VI. EXCEPTIO: *Niſi non reficere cloacam, ſed nouam facere uelit. Hæc exceptio reprobatur l. 2. ff. de cloacis, biſce uerbis:* Quanquam de reficienda cloaca, non etiam de noua facienda hoc interdicto comptehendatur: tamen æquè intetdicendum Labeo air, ne facienti cloacam uis fiat: quia eadem utilitas ſit. prætorem enim ſic interdixiſſe ait: Ne uis fieret, quo minus cloacam in publico facere licerer, idq; Ofilio & Trebario placuiſſe. Idem dicendum ait: Vt factam cloacam purgare & reſtituere permittendum ſit per interdictum, nouam uerò facete is demùm concedere debeat, cui publicarum uiarum cura ſit.

VII. EXCEPTIO: *Niſi reficiens de dãno infecto nolit cauere. Hæc exceptio approbatur uerbis interdicti ſuprà propoſitus biſce:* Damni infecti, quod operis uitio factum ſir, caueri iubebo. *Concordat d.l.1.§.ſed & damni, ubi Vlpianus:* Sed & damni infecti cautionem pollicetur (*inquit*) ſi quid operis uitio factũ ſit. Nam ſicuti reficere cloacas, & purgare permittendum fuit: ita dicendum eſt, ne damnum alienis ædibus detur.

VIII. EXCEPTIO: *Niſi reficiens cloaca ui, clàm, uel precario ſit uſus. Hæc exceptio reprobatur l.1.§. quia autem. ff. de cloacis, biſce uerbis:* Quia cloacarũ purgatio & refectio ad publicam utilitatem ſpectare uidetut, idcirco placuit non eſſe interdicto addendum quod non ui, non clàm, non precario ab illo uſus es: ut etiamſi quis ralem uſum habuerit, ramẽ non prohibeatur, uolens cloacam reficere uel purgare. *Hactenus de interdicto de cloacis reficiendis. Sunt autem præter hoc & alia duo de cloacis interdicta: primùm quidẽ de noua cloaca facienda: de quo uide paulo ſuperius except. 6. Alterum autem eſt de eo quod in cloacam publicam factum uel immiſſum eſt: quod proponitur l.1.§.penult. ff. de cloacis. biſce uerbis:* Quod in publicã cloacam factũ ſiue immiſſum habes, quo uſus eius deterior ſit, fiat, reſtituatur. Item ne quid fiat, immittaturúe, interdicam. *Subiicit Vlpianus ibidem hæc uerba:* Hoc interdictũ ad publicas cloacas pertinet, ne quid in publicam cloacam immittas, neúe facias quo uſus eius deterior ſit, neúe fiat. *Hactenus de ſeruitutibus, earumq; actionibus ſit dictum. Sequuntur nunc reliqua rerum iura pro rerum generibus diſtincta.*

DIGESTORVM LIBRI XXV. FINIS.

DIGESTORVM LIBER VICESIMVSSEXTVS.

DE RELIQVO RERVM IVRE.

DE RERVM DIVISIONIBVS. Cap. I.

Preter hactenus propoſita rerum iure, ſunt inſuper & alia pro rerum diuerſitate nunc proponenda: primũ tamen rerum diuiſiones ac ſpecies.

Eſt igitur prima rerum diuiſio, quòd aliæ ſint diuini iuris, aliæ iuris humani quæ diuiſio proponitur l. 1. in pri. ff. de diuiſ. rer. his uerbis: Summa rerum diuiſio in duos articulos diducitur: nam aliæ ſunt diuini iuris, aliæ humani.

De rebus diuinis. Species harum rerum proponuntur d. l. 1. §. 1. his uerbis: Diuini iuris ſunt res ſacræ & religioſæ. Sanctæ quoq; res, ueluti muri & portæ quodámodo diuini iuris ſunt. Proprium harum rerum proponitur d. l. 1. §. quod autem. cuius uerba uide. 3. diuiſ. 3. de rebus quæ nullius ſunt.

II. Rerum diuiſio, quòd aliæ publicæ ſunt, aliæ priuatæ, proponitur d. l. 1. §. hæ autem res, his uerbis: Hæ res quæ humani iuris ſunt, aut publicæ ſunt, aut priuatæ. Quæ publicæ ſunt, nullius in bonis eſſe uidentur: quæ autem priuatæ ſunt, ſingulorum exiſtunt.

III. Rerum diuiſio proponitur Inſt. de rerũ diuiſ. in prin. his uerbis: Res uel in noſtro patrimonio, uel extra patrimonium noſtrũ habentur. Quædam enim naturali iure communia ſunt omniũ, quædam publica, quædam uniuerſitatis, quædã nullius, pleraq; ſingulorum, quæ ex uarija cauſa cuiq; adquiruntur. Concordat iiſdem uerbis l. 2. ff. eod. tit. Declaratur diuiſio propoſita ſpeciebus ſingulorum membrorum: & primum quidem eorum quæ natura li iure communia ſunt omnium, Inſt. d. tit. §. & quidẽ, his uerbis: Naturali iure communia ſunt omnium hæc: aer, aqua profluens, & mare, & per hoc litora maris. Concordat iiſdẽ uerbis d. l. 2. in fine. Publicorum ſpecies proponũtur Inſt. d. tit. §. flumina cum ſequentib his uerbis: Flumina omnia & portus publica ſunt. Riparum quoq; uſus publicus eſt iure gentiũ; ſicut ipſius fluminis. litorum quoq; uſus publicus eſt & iure gentiũ, ſicut & ipſius maris. Concordat iiſdem uerbis l. 4. cum lege ſequente. ff. de diuiſ. rerum. Rerum uniuerſitatis ſpecies proponũtur Inſt. d. tit. §. uniuerſitatis, hiſce uerbis: Vniuerſitatis ſunt non ſingulorum, quæ in ciuitatib. ſunt theatra, ſtadia, & ſi qua alia ſunt communia ciuitatum. Concordat iiſdem uerbis l. 6. §. uniuerſitatis. ff. eod. tit. ubi adduntur & aliæ ſpecies, ſeruus ſcilicet cõmunis & libertus, his uerbis: Nec ſeruus communis ciuitatis ſingulorũ pro parte intelligitur, ſed uniuerſitatis. Et libertus ciuitatis non habet neceſſe ueniã edicti petere, ſi uocet in ius aliquem ex ciuibus. Rerum quæ nullius ſunt, ſpecies enumerantur Inſt. d. tit. §. nullius, his uerbis: Nullius ſunt res ſacræ, & religioſæ, & ſanctæ. quod enim diuini iuris eſt, id nullius in bonis eſt. Concordat iiſdem uerbis l. 6. §. ſacræ res. ff. eod. tit. Concordat item l. 1. §. quod autem. ff. eod. tit. his uerbis: Quod diuini iuris eſt, id nullius in bonis eſt. Sed & aliæ ſpecies rerum quæ nullius ſunt, proponuntur ibidem, his uerbis: Quod humani iuris eſt, plerunq; alicuius in bonis eſt. Poteſt enim & nullius in bonis eſſe. Nam res hæreditariæ, antequam aliquis hæres exiſtat, nullius in bonis ſunt. Hactenus ſpecies eorum quæ communia ſunt omnium, quæ publica, quæ uniuerſitatis & quæ nullius ſunt. Sed & plures harum ſpecies uide in capitib. ſequentib. Singulorum res aut propriæ ſunt, aut quorundam communes, aut alienæ: de quibus ſingulis in ſequentibus dicetur capitib.

IIII. Diuiſio, quòd aliæ res ſint corporales, aliæ incorporales, proponitur Inſt. de reb. corpor. & incorp. his uerbis: Quædam præterea res corporales ſunt, quædam incorporales. Corporales hæ ſunt, quæ tangi poſſunt: ueluti fundus, homo, ueſtis, aurum, argentum, & denique aliæ res innumerabiles. Incorporales autem ſunt, quæ tangi non poſſunt: qualia ſunt ea quæ in iure conſiſtunt: ſicut hæreditas, uſusfructus, uſus & obligationes quoquo modo contractæ. Nec ad rem pertinet quod in hæreditate res corporales continentur. Nam & fructus qui ex fundo percipiuntur, corporales ſunt: & id quod ex aliqua obligatione nobis debetur, plerunque corporale eſt: ueluti fundus, homo, pecunia. nam ipſum ius hæreditatis, & ipſum ius utendi fruendi, & ipſum ius obligationis incorporale eſt. Eodem numero ſunt iura prædiorum urbanorum & ruſticorum, quæ etiam ſeruitutes uocantur. Concordat iiſdem uerbis l. 1. §. quædam. ff. eod. tit.

V. Diuiſio eſt, quòd aliæ res mobiles ſint, aliæ immobiles: ſecundum quam diuiſionem ſæpius iura diſtinguuntur. Sed ad ſingulas ſpecies ſupradictæ tertiæ diuiſionis deſcribendas accedamus.

DE REBVS SACRIS, ſanctis & religioſis.

Cap. II.

De rebus ſacris.

I. DIFFERENTIA SACRI loci & ſacrarij

PRoponitur l. 9. §. illud not. ff. de diuiſ. rerum; his uerbis: Illud notandum eſt, aliud eſſe ſacrum locum, aliud ſacrarium: Sacer locus, eſt locus conſecratus; ſacrarium, eſt locus in quo ſacræ res ponuntur: quod etiã in ædificio priuato eſſe poteſt. Et ſolent qui liberare eum locum religione uolunt, ſacra inde euocare.

II. CAVSAE EX QVIBVS res ſacræ efficiuntur, & quæ res ſacræ dicantur.

I. *Cauſa: Dedicatio. quæ cauſa approbatur Inſt. de rerum diuiſ. §. ſacræ, his uerbis:* Sacræ res ſunt, quę ritè per põtifices Deo cõſecratæ ſunt: ueluti ædes ſacræ, & donaria quæ ritè ad miniſterium Dei dedicata ſunt: quę etiam per noſtram cõſtitutionem alienari & obligari prohibuimus, excepta cauſa redemptionis captiuorum. *Ait Imp.* Per noſtram conſtitutionem. *quæ habetur l. 17. C. de ſacroſ. Eccleſ. cuius uerba cum concordantibus & exceptionibus uide S. lib. 10. cap. 8. membr. 3. except. 4. repl. 3. Planè propoſitæ cauſæ exceptio prima hæc eſt: Niſi non publicè, ſed priuatim res ſit conſecrata. Hæc exceptio approbatur Inſt. d. §. ſacræ: in fine, his uerbis:* Si quis autem authoritate ſua quaſi ſacrũ ſibi conſtituerit: ſacrũ non eſt, ſed profanũ. *Concordat l. 6. §. ſacræ. ff. de rerum diuiſ. his uerbis:* Sacræ res ſunt, quæ publicè conſecratæ ſunt, non priuatim. Si quis ergo priuatum ſibi ſacrum conſtituerit, ſactũ non eſt, ſed profanum. *Secunda exceptio eſt: Niſi non in ciuitate, ſed in agro locus ſit conſecratus. Hæc exceptio reprobatur l. 9. in prin. ff. d. tit. his uerbis:* Sacra loca ſunt, quæ publicè dedicata ſunt, ſiue in ciuitate ſiue in agro. *Tertia exceptio eſt: Niſi locus publicus ſit dedicatus. Hæc exceptio ipſo quidem iure ſubſiſtit, uerùm eius replicatio hæc eſt: Niſi princeps uel is cui princeps dedicandi poteſtatem dedit, locum publicum dedicauerit. quæ replicatio approbatur d. l. 9. §. 1. his uerbis:* Sciendũ eſt locum publicum tunc ſacrum fieri poſſe, cum princeps eum dedicauit, uel dedicandi dedit poteſtatẽ. *Quarta exceptio eſt: Niſi ædes ſacra ſit diruta: hoc enim caſu locus rurſus profanus fieri uidetur. Hæc exceptio reprobatur Inſt. de rerũ diuiſ. §. locus, his uerbis:* Locus, in quo ędes ſacræ ſunt ædificatæ, etiã diruto ædificio ſacer adhuc manet, ut & Papinianus ſcripſit. *Cõcordat l. 6. §. ſacræ. in fine. ff. eod. tit. his uerbis:* Semel æde ſacra facta, etiã diruto ędificio locus ſacer manet. *Quinta exceptio eſt: Niſi res ſacra ab hoſtibus ſit occupata. hæc exceptio approbatur, ſimul & diſtinguitur l. 36. ff. de religioſis, hiſce uerbis:* Cum loca capta ſunt ab hoſtibus, omnia deſinunt religioſa uel ſacra eſſe: & ſicuti homines liberi in ſeruitutem perueniunt. Quod ſi ab hac calamitate fuerint liberata, quaſi poſtliminio reuerſa priſtino ſtatui reſtituuntur.

II. *Cauſa, uotum eſt. quæ cauſa approbatur ſimul & diſtinguitur l. 2. ff. de pollicitationib. his uerbis:* Si quis rem aliquam uouerit, uoto obligatur. Quæ res perſonam uouentis, nõ rem quæ uouetur obligat. Res enim, quæ uouetur, ſoluta quidem liberat uota, ipſa uerò ſacra non efficitur. Voto autem patres familiarũ obligantur puberes, ſui iuris. filius enim familias uel ſeruus ſine patris dominiue authoritate uoto non obligantur. Si decimã quis bonorum uouit: decima nõ prius eſſe in bonis deſijt, quàm fuerit ſeparata. Et ſi fortè qui decimam uouit, deceſſerit ante ſepoſitionem: hæres ipſius hereditario nomine decimæ obſtrictus eſt. uoti enim obligationem ad hæredem tranſire conſtat.

III. PROPRIA RERVM SAcrarum iura.

I. *Regula: Res ſacræ in nullius bonis ſunt. quæ regula approbatur per ea quæ propoſita ſunt cap. proxim. diuiſ. 3. §. rerum quæ.*

II. *Regula: Res ſacræ alienari uel obligari nõ poſſunt. quæ regula approbatur Inſt. de rerũ diuiſ. §. ſacræ. cuius uerba uide S. quæſt. prox. cauſa 1. Cõcordat l. 1. C. de ſepulchro uiolato, his uerbis:* Res religioni deſtinatas, quinimò religionis effectas ſcientes qui cõtigerint, & emere & diſtrahere non dubitauerint: tametſi iure uenditio non ſubſiſtat, læſæ tamen religionis in crimen inciderunt. *Plura de hac re uide S. lib. 10. cap. 8. membr. 3. except. 5.*

III. *Regula: Res ſacra inæſtimabilis eſt. quæ regula approbatur l. 9. §. fin. ff. de rerum diuiſ. his uerbis:* Res ſacra non recipit æſtimationem.

IIII. *Regula: Per locũ ſacrum & religioſum ſeruitus nulli deberi poteſt. quæ regula approbatur l. 14. §. fin. ff. de ſeruit. cuius uerba uide S. lib. prox. cap. 2. except. 11.*

IIII. DE INTERDICTO, NE quid in loco ſacro fiat.

I. *Regula: Verba huius interdicti proponũtur l. 1. in prin. ff. ne quid in loco ſacro, hæc nimirum:* Ait prætor, In loco ſacro facere, inue eum immittere quid ueto.

II. *Regula, de cauſa huius interdicti: Si quid in loco ſacro quid factum uel immiſſum ſit, huic interdicto eſt locus: ut ex uerbis iam propoſitis conſtat. cuius regulæ exceptio prima hæc eſt; Niſi non in ſacro loco, ſed alibi ſit factum. quæ exceptio approbatur d. l. 1. §. 1. his uerbis:* Hoc interdictum de loco ſacro, non de ſacrario competit. *Huius exceptionis replicatio hæc eſt; Niſi in muris, portis & aliis*

& alijs ſanctis locis fit factum. quæ replicatio approbatur l. 2. ff. eod. tt. his uerbis: In muris irēq; portis, & alijs ſanctis locis aliquid facere, ex quo damnum aut incommodum irrogetur, non permittitur. *Secunda exceptio eſt: Niſi ornamenti cauſa factum ſit. Hæc exceptio approbatur d. l. 1. §. quod ait, his uerbis:* Quod ait prætor, Ne quid in loco ſacro fiat: non ad hoc pertinet qood ornamenti cauſa fit, ſed quod deſormitatis uel incommodi.

III. *Regula de adſini remedio, proponitur d. l. 2. §. fin. his uerbis:* Sed & cura ædium, locorumq; ſacrorum mandata eſt his, qui ędes ſacras curant. *Hactenus de rebus ſacris.*

De rebus ſanctis.

I. DEFINITIO SANCTI

Proponitur l. 8. ff. de diuiſ. rer. his uerbis: Sanctū eſt, quod ab iniuria hominum defenſum atq; munitum eſt. Sanctum autem dictum eſt à ſagminibus. Sunt enim ſagmina quędam herbæ, quas legati populi Romani ferre ſolebant, ne quis eos uiolaret: ſicut legati Græcorum ea quæ uocantur κηρυκεῖα, id eſt caducei. *Concordat l. 9. §. propr. è. ff. eod. tt. his uerbis:* Propriè dicimus ſancta, quæ nec ſacra, nec profana ſunt, ſed ſanctione quadam cōfirmata: ut ſunt leges, quia ſanctione qoadam ſubnixæ ſunt. Quod enim ſanctione quadam ſubnixum eſt, id ſanctū eſt, etſi Deo nō ſit conſecratum. Erinrerdum in ſanctionibus adijcitur, ut qui ibi aliquid commiſit, capite puniatur.

II. SPECIES SANCTORVM.

I. *Species ſunt leges. quæ ſpecies approbatur uerbis iam dictis hiſce:* Vt ſunt leges, &c. *Concordat Inſt. de rerum diuiſ. §. ſanctæ, in fine. cuius uerba uide J. ſpecie prox.*

II. *Species, eſt muri & portæ ciuitatis. quæ ſpecies approbatur d. §. ſanctæ, his uerbis:* Sāctæ quoque res ueluti muri & portæ ciuitatis quodammodo diuini iuris ſunt, & ideo nullius in bonis ſunt. Ideo autem muros ſanctos dicimus: quia pœna capitis conſtituta eſt in eos, qui aliquid in muros deliquerint. Ideo & legum eas partes, quibus pœnas conſtituimus aduerſus eos, qui contra leges fecerint, ſanctiones uocamus. *Concordat l. 8. in fine. ff. eod. tt. his uerbis:* In municipijs muros eſſe ſanctos, Sabinum recte reſpondiſſe Caſsius refert, prohiberiq; oportere, ne quid in his immitteretur. *Plura de hac ſpecie uide S. lib. 12. cap. 10. reg. 16 cū duabus ſeqaentib.*

III. PROPRIVM.

Res ſanctæ in nullius bonis ſunt. Qgod approbatur Inſt. de rerum diuiſ. §. ſanctæ. cuius uerba uide S. reg. prox. Concordant ea quæ propoſita ſunt S. cap. prox. diuiſ. 1. §. rerum quæ.

De loco religioſo.

I. SPECIES ET PARTES loci religioſi.

I. *Regula. De ſepulchro definitio proponitur l. 2. §. ſepulchrum. ff. de religioſis, hiſce uerbis:* Sepulchrum eſt, ubi corpus, oſſaue hominis condita ſunt.

II. *Regula. Sepulchra familiaria & hæreditaria quæ ſint, definitur l. 5. cum l. ſequente. in prin. ff. d. tt. his uerbis:* Familiaria ſepulchra dicūtur, quę quis ſibi familiæq; ſuæ conſtituit. Hæreditaria autem, quę quis ſibi hęredibusq; ſuis conſtituit, uel quæ paterfamiliās iure hæreditario adquiſijt.

III. *Regula. De cenotaphio proponitur l. 6. §. fin. cum lege ſequente. ff. de diuiſ. rer. his uerbis:* Cenotaphium magis placet locum eſſe religioſum, ſicut teſtis eſt in ea re Vergilius. Sed diui fratres contrà reſcripſerunt. *Quod hic dicitur de reſcripto diuorum fratrum, ei concordat l. 6. §. fin. ff. de religioſis. cuius uerba uide J. reg. 5. Definitur cenotaphiū l. 42. §. fin. ff. de religioſis. cuius uerba uide J. reg. prox.*

IIII. *Regula. De monumento definitio proponitur d. l. 42. his uerbis:* Monumentum generaliter res eſt memorię cauſa in poſterū prodita: in qua ſi corpus uel reliquiæ inferantur, fiet ſepulchrum. Si uerò nihil eorū, erit monumentū memoriæ cauſa factū, quod Græci κενοτάφιον appellant. *Concordat l. 2. §. monumentum. ff. eod. tt. his uerbis:* Monumentū eſt, quod memoriæ ſeruādæ gratia exiſtit.

V. *Regula. De monumento alienando proponitur l. 6. §. fin. ff. de religioſis, hiſce uerbis:* Si adhuc monomentum purum eſt, poterit quis hoc & uendere & donare. Si cenotaphiū ſit, poſſe hoc uenire dicendū eſt. nec enim hoc eſſe religioſum diui fratres reſcripſerunt.

VI. *Regula. De ſtatua monumenti, an pars ſit monumenti, definitur l. 2. ff. de ſepulchro uiolato, his uerbis:* Celſus quærit, ſi ſtatua monumenti neque adplūbata fuerit, neq; adfixa: an pars monomenti effecta ſit, an uerò maneat in bonis noſtris? & ſcribit ſic eſſe monumenti, ut oſſaria. Et ideo Quod ui aut clàm interdicto locum fore.

VII. *Regula. Monumentum ſepulchri quid ſit, definitur l. 37. §. monumentum. ff. de religioſis, hiſce uerbis:* Monumentum ſepulchri id eſſe diuus Hadrianus reſcripſit, quod cauſa muniēdi eius loci factum ſit, in quo corpus impoſitum ſit. Itaq; ſi amplum quid ædificari teſtator iuſſerit (ueluti in circuitu porticatiōnes) eos ſomptus funeris cauſa non eſſe.

VIII. *Regula. De uia ad ſepulchrum. Hæc priuati iuris eſt. Quæ regula approbatur l. 14. §. ſeruitus. ff. de ſeruitutib. cuius uerba uide S. lib. prox. cap. 3. cauſa 2. exe. 1. Cōcordat l. 1. §. fin ff. ſi ſeruitus uindicetur. cuius uerba uide S. lib. prox. cap. 7. quæſt. 4. reg. 12.*

II. CAVSA EX QVA LOCVS fit religioſus, cum ſuis exceptionibus.

Si quis mortuum in locum aliquem intulerit, locus regulariter efficitur religioſus. quæ regula approbatur Inſt. de rerum diuiſ. §. religioſum, his uerbis: Religioſum locum unusquiſq; ſua uoluntate facit, dum mortuum infert in locum ſuum. *Concordat iiſdem uerbis l. 6. §. religioſum. ff. eod tit. Huius regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi nõ in ſuum, ſed in alienum locum mortuũ intulerit. quæ exceptio approbatur, ſimul & diſtinguitur l. 2. C. de religioſis. hiſce uerbis:* Iouiro uel ignorante te ab alio corpus illatum in puram poſſeſsionem tuam, uel lapidem, locum religioſum facere nõ poteſt. Sin autem uoluntate tua aliquis mortuum in locum tuum intulerit, religioſus iſte efficitur. Quo facto monumentum neq; uenire, neque obligari à quoquam prohibente iuris religione poſſe, in dubium non uenit. *Huius exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi dominus loci conſenſerit. quæ replicatio approbatur uerbis iam propoſitis hiſce:* Sin autem uoluntate tua. &c. *Concordat Inſt. d. §. religioſum in fine, his uerbis:* In alienum locũ conſentiente domino licet inferre: & licet poſtea ratũ nõ habuerit, quàm illatus eſt mortuus, tamẽ locus religioſus fit. *Concordat iiſdem uerbis d. l. 6. §. religioſum. in fine. Huius replicationis duplicatio prima uidetur eſſe: Niſi dominus poſtea mutauerit uoluntatem. quæ tamen duplicatio reprobatur uerbis iam propoſitis hiſce:* Et licet poſtea ratum non habuerit, &c. *Altera duplicatio eſt: Niſi non omnes domini conſenſerint quæ duplicatio approbatur l. 41. ff. de religioſis. cuius uerba uide* ☞ *except. prox. Secunda replicatio eſt: Niſi hæres ante aditam hæreditatem, uel quis alius teſtatorem in locum hæreditariũ intulerit. quæ replicatio approbatur l. 4. ff. eod. tit. his uerbis:* Scriptus hæres priuſquam hæreditatem adeat patrem familiàs mortuum inferendo, locum facit religioſum: nec quis putet hoc ipſo pro hærede eum gerere. Finge enim adhuc eum deliberare de adeunda hæreditate. Hoc ego etiam puto, ſi non hæres eum intulerit, ſed quiuis alius hærede uel ceſſante uel abſente, uel uetante ne pro hærede gerere uideatur: tamen locum religioſum facere puto. Plerumq; enim defuncti ante ſepeliuntur, quàm quis hæres eis exiſtat. Sed tunc locus fit, &c. *Secunda exceptio eſt: Niſi in locum ſibi cum alio cõmunem mortuum intulerit. Hæc exceptio approbatur Inſt. d. §. religioſum, his uerbis:* In communem locum purum inuito ſocio inferre non licet. *Concordat l. 6. §. ſi quis in. ff. communi diuid. his uerbis:* Si quis in communem locum mortuum intulerit, an religioſum fecerit uidendum? Et ſanè ius quidem inferendi in ſepulchrum unicuiq; in ſolidum competit, locum autem purum alter non poteſt facere religioſum. Trebatius autem & Labeo, quanquam putant non eſſe locum religioſum factum, tamen putant in factum agendum. *Huius exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi in commune ſepulchrum intulerit. quæ replicatio conſtat ex uerbis iam propoſitis hiſce:* Et ſanè ius quidem inferendi in ſepulchrum unicuiq; in ſolidum competit, &c. *De qua re uide* ☞ *cap. prox. Altera replicatio eſt: Niſi unus ex ſocijs in locum communem inferatur. Hæc replicatio approbatur l. 41. ff. de religioſis, hiſce uerbis:* Si plures ſint domini eius loci ubi mortuus infertur: omnes conſentire debent. cum extranei inferantur. Nam ex ipſis dominis quemlibet rectè ibi ſepeliri conſtat, etiam ſine cæterorum conſenſu: maximè cum aliàs non ſit locus, in quo ſepeliretur. *Tertia replicatio eſt: Niſi ſocij conſentiant. quæ replicatio approbatur uerbis iam propoſitis hiſce:* Omnes conſentire debent, &c. *Tertia exceptio eſt: Niſi proprietarius in locum cuius uſusfructus alienus eſt, mortuum intulerit. Hæc exceptio approbatur Inſtit. de rer. diuiſ. §. religioſum. ibi: item ſi alienus, his uerbis:* Si alienus uſusfructus eſt, proprietarium placet niſi conſentiente uſufructuario, locum religioſum non facere. *Concordat l. 2. § ſi uſumfructum. ff. de religioſis, hiſce uerbis:* Si alius proprietatem, alius uſumfructum habeat: non facit locum religioſum proprietarius, niſi fortè ipſum qui uſum fructum legauit, intulerit: cum in alium locum inferri tam oportunè non poſſet. Et ita Iulianus ſcribit. Aliàs autem inuito fructuario locus religioſus non fiet. Sed ſi conſentiat fructuarius, magis eſt ut locus religioſus fiat. *Concordat l. 45. ff. eod. tit. cuius uerba uide* ☞ *cap. 3. quæſt. 1. except. 2. repl. 1. Huius exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi uſufructuarius cõſentiat. Quæ replicatio approbatur uerbis d. § religioſum, hiſce:* Niſi cõſentiẽte uſufructuario. *Cõcordat d. § ſi uſumfructũ, uerbis iam propoſitis hiſce:* Sed ſi conſentiat fructuarius, magis eſt ut locus religioſus fiat. *Concordat item l. locum autem 22. in prin. ff de uſufr. & quemad. his uerbis:* Locum religioſum facere poteſt conſentiente uſufructuario. & hoc uerum eſt: ſed fauore religionis. *Secunda replicatio eſt: Niſi hæres teſtatorem, qui uſumfructum legauit, intulerit. Hæc replicatio approbatur d. l. 22. in prin his uerbis:* Sed interdum & ſolus proprietatis dominus locũ religioſum facere poteſt. Finge enim eum teſtatorem inferre, cum nõ eſſet tam opportunè ubi ſepeliretur. *Concordat l. 2. § ſi uſumfructum. ff de religioſis. cuius uerba uide* ☞ *ead. except. in princip. Concordat item l. 46. in prin. ff. eod. tit. his uerbis:* Si plura prædia quis habuerit, & omnium uſumfructum ſeparatim legauerit:

gſuerit:poterit in unum Inſerri, & electio erit hæredis, & gratificationi locus. Sed fructoario utilis acto in hæredem danda ad id recipiendum, quod propter eam electionem imminutus eſt uſusfructus. *Quarta exceptio eſt: Niſi in locum, in quo alij ſeruitus debetur, mortuum intulerit. Hæc exceptio approbatur, ſimul & diſtinguitur l.2.§.locum.ff.de religioſis, hiſce uerbis:* Locum qui ſeruit, nemo religioſum facit, niſi coonſentiat is cui ſeruitus debeatur. *Huius exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi is cui ſeruitus debetur, conſentiat. Hæc replicatio approbatur uerbis iam propoſitis hiſce:* Niſi conſentiat is cui ſeruirus debeatur. *Concordat l.3.ff.eod.tt.cuius uerba uide J.except.6. Secunda replicatio eſt: Niſi per alium locum æquè commodè ſeruitute uti poſſit. Hæc replicatio approbatur d.§.locũ. his uerbis:* Sed ſi non minus commodè per alium locum ſeruirute uti poteſt, non uidetur ſeruitutis impediendę cauſa id fieri: & ideo religioſus fit. Et ſanè habet hoc rationem. *Quinta exceptio eſt: Niſi uſufructuarius in locum, cuius tantum uſumfructum habet, mortuum intulerit. Hæc exceptio approbatur l.2.§.ſi uſumfructum ff.de religioſis, hiſce uerbis:* Si uſum fructũ quis habet, locum religioſum non faciet. *Huius exceptionis replicatio eſt: Niſi proprietarius conſentiat. quæ replicatio approbatur l.3.ff.eod.tt.cuius uerba uide J.except. prox. Sexta exceptio eſt: Niſi in locum alij pignori obligatum mortuum intulerit. Hæc exceptio approbatur, ſimul & diſtinguitur l.2.§.fin.ff.de religioſis, hiſce uerbis:* Is qui pignori dedit agrum, ſi in eum ſuom mortuum intulerit, religioſum eum facir. Sed etſi ipſe inferatur, idem eſt. Cæterùm alij concedere non poteſt. *Huius exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi debitor ſuum mortuum, cui funus facere habet neceſſe, inferat. Altera replicatio eſt: Niſi ipſe debitor inferatur. Hæ duæ replicationes approbãtur uerbis iam propoſitis. Tertia replicatio eſt: Niſi creditor conſentiat. Hæc replicatio cum aliquot præcedentibus approbatur l.3.ff.eod.tt. his uerbis:* Ex conſenſu tamen omnium utilius eſt dicere religioſum poſſe fieri: idq́; Pomponius ſcribit. *Septima exceptio eſt: Niſi hæres in locum legatum mortuum inferat. Hæc exceptio approbatur l.34.ff.de religioſis, hiſce uerbis:* Si locus ſub conditione legatus ſit, interim hæres inſerendo mortuum non facit religioſum locum. *Huius exceptionis replicatio eſt: Niſi teſtator in locum legatum inferatur. Hæc replicatio approbatur l.4.§.fin.ff.eod.tt. cuius uerba uide ſ. except.1.repl.2. Octaua exceptio eſt: Niſi ſeruum intulerit. Hæc exceptio reprobatur l.2.in prin.ff.de religioſis, hiſce uerbis:* Locum in quo ſeruus ſepultus eſt, religioſom eſſe Ariſto ait. *Nona exceptio eſt: Niſi partem tantum, non totum hominem intulerit. Hæc exceptio approbatur, ſimul & diſtinguitur l.44.ff.de religioſis, hiſce uerbis:* Cum in diuerſis locis ſepultum eſt, uterq; quidẽ locus religioſus non fit: quia unius ſepultura ſepulchra plura efficere non poteſt. Mihi autem oidetur illum eſſe religioſum locum, ubi quod principale eſt conditur, id eſt, caput, unde qualis cuiuſq; imago ſit cognoſcitur. Cum autem impetratur ut reliquiæ transferantur, deſinit locus religioſus eſſe. *Decima exceptio eſt: Niſi intulit, poſtea aliò translaturus. Hæc exceptio approbatur l.40.ff.d.tt.his uerbis:* Si quis eo animo corpus intulerit, quod cogitaret inde aliò poſtea transferre, magisq́; temporis gratia deponere, quàm quòd ibi ſepeliret mortuum, & quaſi æternam ſedem daret, deſtinaoerit: manebit locus profanus. *Vndecima exceptio eſt: Niſi non cadauer hominis, ſed theſaurũ uel quid ſimile intulerit. Hæc exceptio approbatur l.4.§.non fit.ff.ad l.Iul.peculatus, his uerbis:* Non fit locus religioſus, ubi theſaurus inuenitur, nam et ſi in monumento inuentus fuerit, nõ quaſi religioſus tollitur. Quod enim ſepelire quis prohibetur, id religioſum facere non poteſt. at pecunia ſepeliri non poteſt, ut & mandaris principalibus cauetur. *Reliquas exceptiones uide paulo J.quæſt.4.*

III. QVID ET QVANTVM fiat religioſum?

I. Regula: Non totus, qui ſepulturæ deſtinatus eſt locus, fit religioſus: ſed quatenus corpus humatum eſt. Quæ regula approbatur l.2.§.Celſus.ff.de religioſis, his uerbis: Celſus ait, non totus qui ſepulturæ deſtinatus eſt locus, religioſus fit, ſed quatenus corpus humatum eſt.

II. Regula: Si idem in diuerſis locis ſepultus ſit, is locus fit religioſus, qui caput continet. quæ regula approbatur l.44.ff.de religioſis. cuius uerba uide ſ.except.9.

IIII. CAVSAE, EX QVIBVS locus religioſus rurſus fit profanus.

I. Regula: Si locus ab hoſtibus ſit occupatus. Hæc regula approbatur l.36.ff.de religioſis. cuius uerba uide ſ.cod. cap. de rebus ſacris. quæſtio. 2, cauſa 1, except.5.

II. Regula: Si reliquiæ aliò transferantur. Hæc cau approbatur l.44.in fine.ff.eod.tt.cuius uerba (ut dixi) uide ſ.except.9.

V. PROPRIA IVRA LOCI religioſi.

I. Regula: In nullius bonis eſt. Quæ regula approbatur l.1.ff.ſi ſeruitus uindicetur, his uerbis: Sepolchra dominij noſtri non ſunt. *Concordant ea quæ dicta ſunt ſ. cap. proxim. diuiſ.1.§.rerum.*

II. Regula: Locus religioſus ſeruitutem nulli debere poteſt. quæ regula approbatur l.14.§.fin.ff.de

ſeruitut:

ſeruitut. cuius uerba uide ſ̄.lib.prox.cap.2.except.31.

III I. *Regula. Ne ſepulchrum alterius conuerſationis uſum accipiat uel alienetur, præcipitur l.12.§.ſenatuſconſulto.ff.de religioſis, biſce uerbis:* Senatuſconſulto cauetur, ne uſus ſepulchrorum permurationibus polluatur: id eſt, ne ſepulchtum alienę conuerſationis uſum accipiat. *Concordat l. 2. in fine. C.de religioſis. cuius uerba uide ſ̄ .quæſt.2.except.1.*

IIII I. *Regula. De itinere ad ſepulchrum concedendo proponitur l 12. in prin. ff. de religioſis, biſce uerbis:* Si quis ſepulchrum habeat, uiam autem ad ſepulchrum non habeat, & à uicino ire prohibeatur: Imp. Antoninus cum patre reſcripſit, iter ad ſepulchrū peti precario & concedi ſolere: ut quoties non debetur, impetretur ab eo qui ſundum adiunctum habeat. Non ramen hoc reſcriptum, quod impetrandi dat facultatem, etiam actionem ciuilem inducit, ſed extra ordinem interpelletur. Præſes etiam compellere debet iuſto precio iter ei præſtari: ita tamē ut iudex etiam de opportunitate loci proſpiciat, ne uicinus magnum patiatur detrimentum. *Concordat l.10.ff. eod.tt. his uerbis:* Si uenditor ſundi exceperit locum ſepulchri ad hoc, ut ipſe poſteriq; eius illò inferrentur: ſi uia uti prohibeatur, ut mortuum ſuum inferret agere poteſt. Videtur enim etiam hoc exceptum inter ementem & uendentem, ut ei per fundū ſepulturæ cauſa ire liceret.

V. *Regula. De iure inferendi mortuum, & ſepeliendi proponitur ſ.cap.prox.*

VI. *Regula. De iure ſepulchrum ædificandi & reficiendi proponitur ſ.cap.4.*

VII. *Regula. De ſepulchro uiolato proponitur ſ.cap.5.*

DE INTERDICTO DE MORTUO inferendo, & iure ſepeliendi. Cap. III.

I. VERBA HVIVS interdicti

P*Roponuntur l.1.in prin.ff.de mortuo inferendo, his uerbis:* Prætor ait, Quo quaúe illi mortuum iuſerre inuito te ei ius eſt: quo minus illi eo eaúe mortuum inferre, & ibi ſepelire liceat, uim fieri ueto.

II. GENVS HVIVS inretdicti.

Prohibitorium eſt: quod approbatur d. l. 1. §. hoc interdictum. his uerbis: Hoc interdictum prohibitorium eſſe palàm eſt.

III. CAVSA EX QVA competit.

Si quis mortuum, quo ei ius eſt, inferre prohibeatur. Hæc cauſa conſtat ex uerbis interdicti iam propoſitis. Concordat d.l.1.§.1.his uerbis: Qui inferendi mortuū ius haber, non prohibetur inferre. Prohibere aūt iuſerre uidetur, ſiue in locū inferre prohibeatur, ſiue in itinere arceatur. *Concordat itē l.8.§.fin ff.de religioſis, biſce uerbis:* Ei qui prohibitus eſt inferre in eū locū, quo ei ius iuſerendi eſſet, in factū actio cōpetit: & iuterdū etiáſi non ipſe prohibitus ſit, ſed procurator eius: quia intellectu aliquo prohibitus & ipſe uidetur. *Propoſitæ regulæ exceptio prima hec eſt: Niſi ius inferendi & ſepeliendi prohibitus non habeat. Hæc exceptio conſtat ex uerbis iam propoſitis. Eius replicatio prima hec eſt: Niſi ſemel domino ſciente, & non prohibente mortuum intulerit. Hæc replicatio approbatur l.5.§.ſi propius.ff.de mortuo inferendo, his uerbis:* Si propius ædificium alienum intra legitimum modum mortuus illatus ſit: poſtea eum prohibere non poterit ædificij dominus, quo minus alium mortuum eò inſerat, uel monumentum ædificet: ſi ab initio domino ſciente hoc fecerit. *Secunda replicatio eſt: Niſi longo tempore iſto iure ſit uſus. Hæc replicatio reprobatur l.4.ff.eod.tt.his uerbis:* Longa poſſeſsio ius ſepulchri non tribuit ei, cui iure non competit. *Tertia replicatio eſt. Niſi dominus proprietatis in locū in quo alij ius cōpelit, inferre uelit, uel ſocius in locum communem. Hæc replicatio approbatur l.43.ff. de religioſis, biſce uerbis:* Sunt perſonæ quæ quanquam religioſum locum facere non poſſunt, interdicto tamen de mortuo inſerendo utiliter agūt: utputa dominus proprietatis ſi in ſundū, cuius fructus alienus eſt, mortuū inferat, aut inſerre uelit. nam ſi intulerit, non facit iuſtum ſepulchrum. Sed ſi prohibeatur, utiliter interdicto, quo de iure dominij quæritur, aget. Eademque ſunt in ſocio qui in fundum communem inuito ſocio mortuum inferre uult. Nam præter publicam utilitatem, ne inſepulta cadauera iacerent, ſtrictam rationem inſuper habemus, quæ nunquam in ambiguis religionum quæſtionibus omitti ſolet: nam ſummam eſſe rationem quæ pro religioſis facit. *Concordat l.1. §. hoc interdicto. ff. de mortuo inferendo, his uerbis:* Hoc interdicto de mortuo inferendo dominus proprietatis uti poteſt: quod etiam de loco puro competit. *Secunda propoſitæ regulæ exceptio eſt: Niſi in locum purū quis inferre prohibeatur. Hæc exceptio reprobatur uerbis iam propoſitis biſce:* Quod etiam de loco puro competit. *Concordat d.l.1.§.facere, his uerbis:* Facere ſepulchrum ſiue monumentum in eo loco in quo ei ius eſt, nemo prohibetur. *Tertia exceptio eſt: Niſi prohibitus fundum uendiderit. Hæc exceptio reprobatur l.5.ff.de ſepulchro uiolato, his uerbis.* Vtimur eo iure ut dominis fundorum, in quibus ſepulchra fecerint,

rint, etiam poſt uenditos fundos adeundorum ſepulchrorum ſit iua. Legibus nanq; prædiorum uendendorum cauetur, ut ad ſepulchra quæ in fundis ſunt, iter ei, aditus, ambitus funeris faciendi cauſa ſiut. *Quarta exceptio eſt: Niſi hac lege fundus uenditus ſit, ne uenditori mortuum liceat inferre. Hæc exceptio ipſo quidem iure ſubſiſtit, uerùm eius replicatio hæc eſt: Niſi ſtipulatio non interuenerit. quæ replicatis approbatur l. 11. ff. de religioſis, hiſce uerbis:* Si locus monumenti hac lege nenierit, ne in eum inferantur quos ius eſt inferri: pactum qoidem ad hoc non ſufficit, ſed ſtipulatione id caueri oportet. *Quinta exceptio eſt: Niſi uia tantum prohibeatur, non ut inferat in fundum. Hæc exceptio reprobatur l. 1. §. item ſi mihi. ff. de mortuo inferendo, his uerbis:* Si mihi in fundum uia debeatur, in quem fundum inferre uolo, & uia prohibear, hoc interdicto poſſe me experiri placuit: & quia inferre prohibeor, & quia uia uti prohibeor. Idq; erit probandum, etſi alia ſeruitus deberetur. *Concordat d. l. 1. §. 2. cuius uerba uide ſ. ead. quæſtio. in princip.*

IIII. QVIBVS INTERDIctum & ius inferendi competit?

I. Regula: De hæredibus cæteriſq; ſucceſſoribus proponitur l. 5. cum lege ſequente. ff. de religioſis, hiſce uerbis: Familiaria ſepulchra dicũtur, quæ quis ſibi familiæq; ſuæ conſtituit. Hæreditaria autem, quę quis ſibi hęredibusq; ſuis conſtituit: uel qoæ paterfamiliãs iure hæreditario adquiſijt. Sed in utroq; hæredibus quidem, cæteriſq; ſucceſſoribus (qualeſcuuq; ſint) licet ſepelire, & mortuum inferre, etiamſi ex minima parte hætedes ex teſtamento, uel ab inteſtato ſint: licet non conſentiant alij. liberis etiam cuiuſcunq; ſexua uel gradus, & filijsfamiliãs, & emancipatis idem ius conceſſum eſt, ſiue extirerint hæredes, ſiue ſeſe abſtineant. Exhæredatis autem (niſi ſpecialiter teſtator iuſto odio commotus, eos uetuerit) humanitatis gratia tantum ſepelire, non etiam alios præter ſuam poſteritatem inferre licet. *Huius regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi teſtator heredem inferre prohibuit. Hæc exceptio approbatur l. 3. §. ſi quis in. ff. de ſepulchro uiolato. cuius uerba uide ſ. cap. 5. quæſt. 2. cauſa 9. Secunda exceptio uidetur: Niſi hæredi tanquam indigno hæreditas ſit ablata. Hæc exceptio reprobatur l. 33. ff. de religioſis, hiſce uerbis:* Si quis fuerit hæres, cui deinde hæreditas ablata ſit quaſi indigno, magis eſt ut penes eum iura ſepulchrorum remaneant.

II. Regula: De liberis eius qui ſepeliendi ius habet. His quoq; ius inferendi & ſepeliendi competit. quæ regula approbatur, ſimul & diſtinguitur l. 6. §. liberis etiã. ff. de religioſis. cuius uerba uide ſ. reg. prox. in prin.

III. Regula: De libertis proponitur d. l. 6. §. liberti, his uerbis: Liberti nec ſopeliri, nec alios inferri poterunt, niſi hæredes extiterint patrouo: quamuis quidam inſcripſerint monumentum ſibi libertiſq; ſuis feciſſe. & ita Papinianus reſpondit, & ſæpiſſimè idem conſtitutum eſt.

IIII. Regula: Socius in commune ſepulchrum inferendi ius habet. quæ regula approbatur Inſt. de rerum diuiſ. §. religioſum, his uerbis: In commune ſepulchrum etiam inuitis cæteris licet inferre. *Concordat ijſdem uerbis l. 6. §. in commune. ff. de diuiſ. rerum. Concordat item l. 6. §. ſi quis in. ff. communi diuid. cuius uerba uide ſ. cap. prox. de religioſis, quæſt. 2. except. 2. Huius regulæ exceptio hæc eſt: Niſi in purum locum unus ex ſocijs inferre uelit. quæ exceptio approbatur per ea quæ propoſita ſunt ſ. d. except. 2. Planè exceptio hæc locum habet in eo, ne locus fiat religioſus: ne autem interdicto propoſito agere non poßit prohibitus, non obſtat ex l. 41. ff. de religioſis. cuius uerba uide paulo ſuperius quæſtio. prox. except. 1. repl. 1.*

V. Regula: Procuratore prohibito dominus habet interdictum. Quæ regula approbatur l. 8. §. fin. ff. de religioſis. cuius uerba uide ſ. quæſt. prox. in prin.

VI. Regula: De hæredibus prohibiti proponitur l. 9. in fine. ff. de religioſis. cuius uerba uide infrà quæſt. 6.

V. ADVERSVS QVOS competit?

De hæredibus prohibentis proponitur d. l. 9. in fine.

VI. QVID VENIAT IN hanc actionem?

De eo quod intereſt, definitur d. l. 9. his uerbis: Liberum eſt ei qui prohiberur mortuum inferre, aut ſtatim interdicto uti quo prohibetur ei uis fieri: aut aliò inferre, & poſtea in factum agere. Per quam conſequetur actor, quanti eius interfuit prohibitum non eſſe, in quam computationem cadit loci empti precium: aut ſi conduxerit, conducti merces, item ſui loci precium, quem quis (niſi coactus) religioſum facturus non eſſet. Vnde miror quare cõſtare uideatur, neq; hęredi neq; in hæredem dandã hanc actionem. Nam cum (ut apparet) pecuniariæ quantitatis ratio in eam deducitur: certè perpetuò ea inter ipſos competit.

VII. QVAMDIV competit?

Actio perpetua eſt. quæ regula approbatur uerbis iam propoſitis hiſce: Certè perpetuò ea inter ipſos competit.

DE SEPVLCHRO AEDIficando interdictum. Cap. IIII.

I. VERBA HVIVS ioterdicti

PRoponuntur *l.1.§.Pretor ait.ff.de mortuo inferendo,his uerbis:* Prętor ait, Quo illi ius eſt inuito te mortuum inferre: quo minus illi in eo loco ſepulchrum ſine dolo malo ædificare liceat, uim fieri ueto.

II. RATIO HVIVS interdicti

Proponitur d.l.1.§.interdictum,his uerbis: Interdictum hoc propterea propoſitũ eſt, quia religionis intereſt monumenta extrui & exornari.

III. CAVSAE HVIVS inrerdicti.

I. *Cauſa. Si quis ſepulchrum ædificare prohibeatur. Hæc cauſa conſtat ex uerbis interdicti iam propoſitis. Concordat d. l. 1. §. facere. cuius uerba uide ī. cap. prox. quæſt. 3. except. 2.*

II. *Cauſa. Si quis ea quæ ad ædificandum ſepulchrum neceſſaria ſunt aduehi prohibeat, uel operi neceſſarios nenire, &c. Hæc cauſa approbatur d. l. 1. §. ædificare, his uerbis:* Aedificare uidetur prohibere, & qui prohibet eò materiam conuehi, quę ędificationi neceſſaria ſit. Proinde etſi operi neceſſarios prohibuerit quis uenire, interdictum locum haber. Etſi machinam quis alligare prohibeat: ſi tamen eo loci prohibeat qui ſeruiturem debeat. Cæterùm ſi in meo ſolo uelis machinam imponere: oon tenebor interdicto, ſed iure te non patiar.

III. *Cauſa. Si reficere ſepulchrum quis prohibeatur. Hæc cauſa approbatur d. l. 1. §. penult. his uerbis:* Aedificare non ſolum, qoi oouũ opus molirur, intelligendus eſt: uerùm is quoq; qui uult reficere.

IIII. *Cauſa. Si id agat quis ut ſepulchrum labatur. Hæc cauſa approbatur d. l. 1. § fin. his uerbis:* Is qui id agit ut labarut ſepulchrum, hoc interdicto renerur.

Exceptiones prædictarum cauſatum generales.

I. EXCEPTIO: *Niſi quis mortnum inferendi ius non habens, ædificare prohibitus ſit. Hæc exceptio conſtat ex uerbis interdicti ſuprà propoſitis.*

II. EXCEPTIO: *Niſi in alieno ſolo ſepulchrum ædificare, uel quid aliud facere uolens, prohibeatur. Hæc exceptio approbatur l. 1. §. ædificare. in fine. ff. de mortuo inferendo. cuius uerba uide ī cauſa 2. Huius exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi locus facienti ſeruitutem debeat. quæ replicatio approbatur d. §. ædificare. ibi: ſi tamen eò loci.*

III. EXCEPTIO: *Niſi propius ædes alienas ſepulchrum ædificare prohibeatur. Hæc exceptio approbatur l. 3. in prin. ff d. tt. his uerbis:* Si propius ædea tuas quis ædificet ſepulchrum, & opus nouum ounciare poteris: ſed facto opere nullam habebis actionem, niſi Quod ui aut clam. *Huius exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi ſemel ſciente uicino, & non prohibente mortuum eò intulerit. quæ replicatio approbatur d. l. 1. §. ſi propius. cuius uerba uide ī. cap. prox. quæſt. 3. except. 1. repl. 1.*

IIII. EXCEPTIO: *Niſi in ciuitate ſepulchrum ædificare quis uelit. Hæc exceptio approbatur l. 3. §. Diuus Hadrianus ff. de ſepulchro uiolato. cuius uerba uide ī. lib. 10. cap. 11. membr. 5. quæſt. 3.*

V. EXCEPTIO: *Niſi eum locum qui religioſus factus eſt, ſine authoritate Pontificis reficere uelit. Hæc exceptio approbatur l. 5. ff. de mortuo inferendo, his uerbis:* Si in eo monumento, qood imperfectum eſſe dicirur, reliquiæ hominis condiræ ſunt: nihil impedit quo minus id perficiatur. Sed ſi religioſus locus iam factus ſit, Pontifices explorari debent, quarenus ſalua religione deſiderio reficieodi operis medendum ſit. *Huius exceptionis replicatio eſt: Niſi monumentum nondum perfectum perficere uelit. quæ replicatio approbatur uerbis iam propoſitis hiſce:* Quod imperfectum eſſe dicitur, &c.

DE SEPVLCHRI VIOlati actione. Cap. V.

I. GENVS ET propria.

I. *Regula: In factum actio eſt. quod approbatur l. 3. in prin. ff. de ſepulchro uiolato. cuius uerba uide J. quæſt. prox.*

II. *Regula: Popularis eſt actio. quæ regula approbatur d. l. 3. §. fin. his uerbis:* Hæc actio popularis eſt.

III. *Regula: Famoſa eſt actio. Approbatur l. 1. ff. de ſepulchro uiolato, his uerbis:* Sepulchri oiolati actio infamiam irrogat.

IIII. *Regula: In bonum & æquum concepta eſt. Quæ regula approbatur l. 10. ibi: quæ in bonum. ff. d. tt. cuius uerba uide J. quæſt. 1. reg. 2. except. 1. repl. 3.*

V. *Regula: Non ad rem familiarem, ſed ad ultionē pertinet. Hæc regula approbatur l. 6 in fine ff. de ſepulchro uiolato. cuius uerba uide J. quæſt. prox. except. 6. Concordat d. l 10. in fine.*

VI. *Regula: Pecuniaria eſt actio. quæ regula approbatur l. 9. ff. d tt. his uerbis:* De ſepulchro uiolaro actio quoq; peconiaria datur.

II. CAVSAE EX QVIBVS datur actio propoſita.

I. *Cauſa, eaq; generalis eſt, ſi ſepulchrum quis uiolauerit quæ cauſa approbatur edicto pratoris l. 3. in prin. ff. de ſepulchro uiolato, his uerbis:* Prætor ait: Cuius dolo malo ſepulchrum uiolatum

tum eſſe dicetur, in eum in factum iudiciũ dabo: ut ei ad quem pertineat, quanti ob eam rem æquũ uidebitur, condemnetur. Si nemo erit ad quem pertineat, ſiue agere nolet: quicunq; agere uolet, ei centum au reorum actionem dabo. Si plures agere uolent: cuius iuſtiſsima cauſa eſſe uidebitur, ei agendi poteſtatem faciam. *Concordat l. 4. in prin. C. eod. tit. cuius uerba uide ↓. cauſa 4. Declaratur cauſa propoſita d. l. 3. §. ſepulchri. his uerbis:* Sepulchri appellatione omnem ſepulturę locum contineri exiſtimandum eſt.

II. *Cauſa: Si ſepulchrum diruit. Hæc cauſa approbatur l. 2. in prin ff. de ſepulchro uiolato. cuius uerba uide ↓. quæſt. ult.*

III. *Cauſa: Si terram ſepulchri euertit, & ceſpitem euellit. Hæc cauſa approbatur l. 5. C. eod. tit. his uerbis:* Pergit audacia ad buſta diem functorum & aggeres conſecratos: cum & lapides hinc mouere, & terrã euertere, & cęſpitem uellere proximũ ſacrilegio maiores ſemper habuerint. Sed & ornamenta quædam triclinijs atq; porticibus auferri de ſepulchris, quibus primò conſulentes, ne in piaculum incidat contaminata religio defunctorum, hoc fieri prohibemus, pœna ſacrilegij cohibentes.

IIII. *Cauſa: Si ſaxa uel quid aliud de ſepulchro abſtulit. Hæc cauſa approbatur l. 4. C. d. tit. his uerbis:* Qui ſepulchra uiolant domos (ut ita dixerim) defunctorũ, geminũ uidentur facinus perpetrare: nã & ſepultos ſpoliant deſtruẽdo, & uiuos polluũt fabricãdo. Si quis igitur de ſepulchro abſtulerit ſaxa, uel marmora, uel columnas, aliamúe quamcũq; materiam fabricandi gratia, ſiue id fecerit uenditurus: decẽ pondo auri cogatur fiſco inferre: ſiue quis propria ſepulchra defendens, hanc in iudicium querelã detulerit, ſiue quicunq; alius accuſauerit, uel officio nunciauerit, quæ pœna priſcę ſeueritati accedit: nihil enim derogatum eſt illi ſupplicio, quod ſepulchra uiolantibus uidetur impoſitum. Huic autẽ pœnæ ſubiacebunt & qui corpora ſepulta aut reliquias contrectauerint. *Concordat l. 5. C. eod. tit. cuius uerba uide ↑. cauſa prox.*

V. *Cauſa: Si cadauera ſpoliauerit, proponitur l. 3. §. aduerſus eos. ff. de ſepulchro uiolato, his uerbis:* Aduerſus eos qui cadauera ſpoliant, Præſides ſeuerius interuenire debent: maximè ſi manu armata aggrediantur. Vt ſi armati more latronũ id egerint, etiam capite plectantur, ut diuus Seuerus reſcripſit. Si ſine armis, uſq; ad pœnam metalli procedatur.

VI. *Cauſa: Si ſtatua in monumento poſita, ſaxis cæſa ſit. Reprobatur hæc cauſa l. 27. ff. de iniurijs. cuius uerba uide ↓. quæſt. ult.*

VII. *Cauſa: Si cadauera aut reliquias detinuit, uexauit, tranſtulit, contrectauit, extraxit uel eruit. Hæc cauſa approbatur l. ult. ff. de ſepulchro uiolato, his uerbis:* Rei ſepulchrorũ uiolatorũ ſi corpora ipſa extraxerint, uel oſſa eruerint: humilioris quidẽ fortunæ ſummo ſupplicio adficiuntur: honeſtiores in inſulã deportantur: aliàs aut relegantur, aut in metallũ damnãtur. *Concordat l. 18. ff. de religioſis. cuius uerba uide ↑. lib. 10. cap. 11. act. 5. quæſt. 4. reg. 2. Cõcordat l. 19. ff. eod. tit. cuius uerba uide ↑. d. reg. 2 & reg. 3. except. 2. Concordat item l. 1. §. non perpetua. ff. de ſepulchro uiolato. cuius uerba uide ↑. d. reg. 1. exc. 1. Concordat item l. 4. in fine. C. eod. tit. cuius uerba uide ↑. cauſa 4.*

VIII. *Cauſa: Si fecit quo minus quis funeretur, ſepeliatur' ue. Hæc cauſa approbatur d. l. 18. ff. de religioſis. Cui concordat l. 8. ff. de ſepulchro uiolato. cuius uerba uide ↑. lib. 4. cap. 2. quæſt. 1. cauſa 19. Cõcordat item l. 6. C. eod. tit. his uerbis:* Cum ſit iniuſtũ & noſtris alienũ temporibus iniuriã fieri reliquijs defunctorum, ab ijs qui debitorẽ ſibi eſſe mortuum dicendo debitumq; exigendo ſepulturã eius impediunt: ne in poſterũ eadem iniuria procederet, cogẽdis his ad quos funus pertinet, ſua iura perdere: ea quidem quæ mortuo poſito ante ſepulturam eius facta fuerint, uel exigendo quod debitum eſſe dicitur, uel confeſsiones aliquas, aut fideiuſſores, aut pignora capiendo, penitus amputari præcipimus: redditis uerò pignoribus, uel pecunijs quæ ſolutæ ſunt, uel abſolutis fideiuſſoribus, & generaliter omnib. ſine ulla innouatione in priſtinum ſtatũ reducendis, principale negocium ex integro diſceptari: eum uerò qui in huiuſmodi comprehẽſus fuerit flagitio, quinquaginta libras auri dependere: uel ſi minus idoneus ad eã perſoluendã ſit, ſuo corpore ſub cõpetenti iudice pœnas luere.

IX. *Cauſa: Si ius inferendi mortuũ non habens, inferat. Hæc cauſa approbatur l. 3. §. ſi quis in. ff. de ſepulchro uiolato, his uerbis:* Si quis in hæreditarium ſepulchrum inferat, quamuis hæres, tamen poteſt ſepulchri uiolati teneri, ſi fortè contra uoluntatem teſtatoris intulit. Licet enim cauere teſtatori ne quis eò inferatur, ut reſcripto Imp. Antonini cauetur. Seruari enim uoluntatẽ eius oportere. Ergo etſi cauit ut unus tantùm hæredum inferat: ſeruabitur, ut ſolus inferat.

X. *Cauſa: Si quis in ſepulchro dolo malo habitauerit, uel ædificium in eo habuerit. Hæc cauſa approbatur edicto Prætoris l. 3. in prin. ibi: ſi quis in. ff. de ſepulchro uiolato. his uerbis:* Si quis in ſepulchro uiolato dolo malo inhabitauerit, ædificiũ ue aliud quàm quod ſepulchri cauſa factũ ſit, habuerit: in eum ſi aliquis eo nomine agere uolet, ducentorum aureorum iudicium dabo. *Concordat d. l. 3. §. ſi quis in ſepul. his uerbis:* Si quis in ſepulchro habitaſſet,

ædificiumúe habuiſſet: ei qui uelit, agendi poteſtas eſt.

Exceptiones præcedentium cauſarum generales.

I. EXCEPTIO: *Niſi ſine dolo malo ſit factũ. Hæc exceptio approbatur d.l.3.§.prima, his uerbis:* Prima uerba oſtendunt, eum demũ ex hoc plecti, qui dolo malo uiolauit. Si ergo dolus abſit, ceſſabit in eiuſdẽ perſona pœna. *Ait Iuriſconſultus:* Prima uerba. *Scilicet edicti ſ̃.cauſa 1.propoſiti.*

II. EXCEPTIO: *Niſi is qui doli capax nõ eſt, fecerit. Hæc exceptio approbatur d.§.prima, his uerbis:* Perſonę igitur doli non capaces, ut impuberes & omnes qui non animo uiolandi accedunt, excuſati ſunt.

III. EXCEPTIO: *Niſi hoſtiũ ſepulchrũ uiolauerit. Hæc exceptio approbatur l.4.ff.de ſepulchro uiolato, his uerbis:* Sepulchra hoſtiũ religioſa nobis non ſunt. Ideoq; lapides inde ſublatos in quẽlibet uſum cõuertere poſſumus, nec ſepulchri uiolati actio competit.

IIII. EXCEPTIO: *Niſi monumenti reficiẽdi cauſa fecerit. Hæc exceptio approbatur l.7 ff. d.tt. his uerbis:* Sepulchri deteriorẽ conditionem fieri prohibitum eſt: ſed corruptum & lapſum monumentum corporibus non contactis, licet reficere.

V. EXCEPTIO: *Niſi iuſſu iudicis fecerit. Hæc exceptio approbatur l.4. in prin. ibi: etſi iuſſu. ff. de aqua pluuia arcẽda. cuius uerba uide ſ.lib.prox. cap.7.quæſt.2.except.13.*

VI. EXCEPTIO: *Niſi ſemel ſit actũ. Hæc exceptio approbatur l.6.ff.de ſepulchro uiolato, his uerbis:* Sepulchri uiolati actio in primis datur ei, ad quẽ res pertinet. Quo ceſſante, ſi alius egerit (quãuis reipublicę cauſa abfuerit dominus) nõ debebit ex integro aduerſus eum qui litis æſtimationem ſuſtulerit, dari. Nec poteſt uideri deterior fieri conditio eius qui reipublicæ cauſa abfuit: cum hæc actio non ad rem familiarem eius, ſed magis ad ultionem pertineat.

III. QVIBVS DATVR actio propoſita?

I. Regula: *De eo ad quem ea res pertinet, proponitur l.3.in prin.ff.de ſepulchro uiolato. cuius uerba uide ſ̃.quæſt.prox.cauſa 1. Huius regulæ exceptiones uide ſ.reg.prox. except.1.repl. 1.cum ſequentibus.*

II. Regula: *De extraneo. Huic quoq; actio propoſita cõpetit, quicunq; ſit qui agere uolet. quæ regula approbatur d.l.3.§.1.cuius uerba uide, ut dixi, d.cauſa 1. Cõcordat d.l.3.§.ſi quis in ſepul.cuius uerba uide ſ̃.quæſt.prox.cauſa 10. Huius regulæ exceptio hæc eſt: Niſi is ad quẽ ea res pertinet ſuperſit. quæ exceptio approbatur d.l.3 in pr. Huius exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi is ad quẽ ea res pertinet, agere nolit. quæ exceptio approbatur d.l.3.§.1. Huius replicationis duplicatio hæc eſt: Niſi poſtea mutata uoluntate, ante litẽ ab alio conteſtatã agere uelit. quæ duplicatio approbatur d.l.3.§.ſi is cuius, his uerbis:* Si is cuius intereſt, ſepulchri uiolati agere nolet, poteſt pœnitentia acta antequã lis ab alio cõteſtetur, dicere ſe uelle agere, & audietur. *Secũda replicatio eſt: Niſi alius egerit. tũc enim is cuius intereſt admittẽdus amplius nõ eſt. quæ replicatio approbatur l.6.ff.eod.tt. cuius uerba uide ſ̃.quæſt.prox.in fine. Tertia replicatio eſt: Niſi is cuius intereſt defuncti hæreditatẽ nõ adiuerit. Hæc replicatio reprobatur l.10.ff. de ſepulchro uiolato, his uerbis:* Quæſitũ eſt an ad hęredem neceſſariũ, cum ſe bonis nõ immiſcuiſſet, actio ſepulchri uiolati pertineret? Papinianus dixit, rectè eũ ea actione experiri, quæ in bonũ & æquũ concepta eſt. Nec tamen ſi egerit, hæreditarios creditores timebit: cũ etſi per hæreditatem obtingat hęc actio, nihil tamẽ ex defuncti capiatur uoluntate: neq; id capiatur quod rei perſecutionem, ſed in ſola uindicta ſit conſtitutum.

III. Regula: *Si plures agere uelint, is cuius iuſtior cauſa eſt, præferendus erit. quæ regula approbatur l.3.in prin. ibi: ſi plures. ff. de ſepulchro uiolato. cuius uerba uide ſ̃.quæſt.prox.cauſa 1. Huius regulæ exceptio hæc eſt: Niſi plures quorum intereſt agant. tunc enim omnibus competit. quæ exceptio approbatur d.l.3.§.ſi ad plures, his uerbis:* Si ad plures ius ſepulchri pertineat, utrum omnibus damus actionem, an ei qui occupauit? Labeo omnibus dandam dicit, rectè: quia in id quod cuiuſq; intereſt, agitur.

IIII. ADVERSVS QVOS competit?

Si ſeruus in ſepulchro habitat, uel ædificauit, non contra dominum, ſed contra ipſum ſeruum actio datur. quæ regula approbatur, ſimul & diſtinguitur d.l.3.§.penult. his uerbis: Si ſeruus in ſepulchro habitat, uel ædificauit, noxalis actio ceſſat, & in eum Prætor hanc actionem pollicetur. Si tamen non habitet, ſed domunculam habeat ibi ſeruus, noxale iudicium erit dandum: ſi modò habere poſſe uidetur.

V. PER QVOS DAtur?

Per procuratorem etiam exerceri poteſt. quæ regula approbatur l.42.in prin. ff. de procuratoribus. cuius uerba uide ſ̃.lib.5.cap.6.queſtion.4.except.26.

VI. QVID VENIAT IN hac actione?

I. Regula: *Si is agit ad quem ea res pertinet, in id quanti intereſt & iudici uidebitur, condemnatio fiet. Sin autem extraneus agit, centum aureorum actio datur. quæ regula approbatur l.3. in prin. ff. de ſepulchro uiolato. cuius uerba uide ſ̃.queſt.2.cauſa 1. Concordat d.l.3.§.qui de ſepulchri, his uerbis:*

Qui de ſepulchri uiolati actione iudicant, æſtima-

æſtimabunt quatenns interſit, ſcilicet ex iniuria quę facta eſt, item ex lucro eius qui uiolauit, uel ex damno quod contigit, uel ex temeritate eius qui fecit. Nunquam tamen minoris debẽr condemnare his quorum intereſt, quá ſolent extraneo agenre.

II. *Regula: De pœna uiginti librarum auri proponitur l. 3. C. de ſepulchro uiolato. cuius uerba uide J. queſt. prox.*

III. *Regula: De pœna decẽ pondo auri proponitur l. 4. C. eod. tt. cuius uerba uide ē. quæſt. 2. cauſa 4.*

IIII. *Regula: Si ſeruus fecerit, quid ueniat definitur l. 2. C. de ſepulchro uiolato, bis uerbis:* Si ſeruus in demoliendis ſepulchris fuerit adprehenſus. ſi id ſine domini ſcientia faciat, metallis adijcietur. Si uerò domini aurhoritate uel iuſsione, relegarione plectetur. Etſi fortè detractũ aliquod de ſepulchris ad domum eius, uillamq; prouectum reperietur: uilla ſiue domus aut ædificiũ, quodcunq; erit, fiſci iuribus uindicetur. *Cõcordat l. 3. §. penult. ff. eod. tt. cuius uerba uide ē. queſt. 4.*

Diſtinguitur inſuper queſtio propoſita ex ſpecie delicti: de qua re uide ē. cauſas huius actionis.

VII. EVENTVS HVIVS actionis.

I. *Regula: Infamat hæc actio. quæ regula approbatur l. 1. ff. de ſepulchro uiolato. cuius uerba uide ē. quæſt. 1. reg. 3.*

II. *Regula: Heres qui hac actione egit. ſi hæreditate ſe abſtinuit, ob id creditorib. hæreditarijs non tenetur. quæ regula approbatur l. 10. ff. d. tt. cuius uerba uide ē. quæſt. 3. reg. 2. except. 1. repl. 1.*

III. *Regula: De pœna iudicis non uindicantis delictum proponitur l. 3. C. d. tt. bis uerbis:* Si quis ſepulchrum uiolaturus attigerit, locorum iudices ſi hoc uindicare neglexerint, non minus quàm uiginti librarũ auri iu ſepulchrotum uiolarores ſtatuta pœna mulctentur, ut eam largitionibus noſtris inferre cogantur.

VIII. ADFINIA REmedia.

I. *Regula: De lege Iulia de ui publica, proponitur l. 8. ff. de ſepulchro uiolato. cuius uerba uide ē. lib. 4. cap. 2. quæſt. 1. cauſa 19.*

II. *Regula: De pœna ſacrilegij proponitur l. 5. C. d. tt. cuius uerba uide ē. quæſt. 2. cauſa 3.*

III. *Regula: De actione legis Aquiliæ & interdicto quod ui aut clàm proponitur l. 2. ff. de ſepulchro uiolato, bis uerbis:* Si ſepulchrum quis diruit, ceſſat Aquilia. Quod ui tamen aut clàm agendum erit. Et ita de ſtatua de monumẽto euulſa Celſus ſcribit. Idem quęrit, ſi neque, &c. *reliqua uerba uide ē. cap. 2. de religioſis, quæſt. 1. reg. 6.*

IIII. *Regula: De iniuriarum actione proponitur l. 27. ff. de iniurijs, bis uerbis:* Si ſtatua patris tui in monumento poſita, ſaxis cæſa eſt: Sepulchri uiolati agi non poſſe, Iniuriarũ poſſe, Labeo ait. *Sed cõpetũt aliæ quoq; actiones pro uarietate cauſæ. de qua re uide ē. quæſt. 2. Hactenus de rebus ſacris, ſanctis & religioſis, earumq; actionibus ſit dictum.*

DE REBVS OMNIVM communibus & publicis. *Cap. VI.*

I. SPECIES RERVM COMMVnium & publicarum.

I. *Species: Aqua profluẽs et mare proponitur Inſt. de rer. diuiſ. §. et quidem naturali. cuius uerba uide ē. cap. 1. diuiſ. 5. Concordat ijſdem uerbis l. 2. in fine. ff. eod. tt. Concordat item l. 4. §. fin. ff. eod. tt. bis uerbis:* Flumina penè omnia & pottus publici ſunt. *item ijſdem uerbis concordat Inſt. d. tt. §. flumina. Concordat item l. 1. in prin. ff. de fluminibus. cuius uerba uide paulo inferius ſpecie 3.*

II. *Species: De littore maris proponitur Inſt. d. §. et quidẽ naturali. itẽ d. l. 2. in fine. item Inſt. d. §. flumina. itẽ Inſt. d. tt. §. litorũ. cuius uerba uide J. quæſt. 3. reg. 5.*

III. *Species: De ripa fluminis proponitur Inſt. de rer. diuiſ. §. riparũ. cuius uerba uide J. quæſt. 4. reg. 3. Concordat ijſdem uerbis l. 5. in prin. ff. eod. tt. itẽ concordat l. 3. ff. de fluminib. bis uerbis:* Flumina publica quæ ſemper fluuur, ripæq; eorum publicæ ſunt. Ripa ea putatur eſſe, quę pleniſſimum flumen continet. Secundum ripsã fluminum loca non omnia publica ſunt: cum ripæ cedant ex quo primum à plano uergere incipit uſq; ad aquam.

IIII. *Species: De eo quod à flumine occupatũ eſt, proponitur l. 10. ff. de rerum diuiſ. bis uerbis:* Ariſto air, ſicut id quod in mari ędificatũ eſſet, fieret priuatum: ita quod à mari occupatũ ſit, fieri publicum. *Concordat l. 1. §. ſimili. in fine. ff. de fluminib. cuius uerba uide J. cap. prox. quæſt. 2. except. 1. repl. 1.*

II. PROPRIA IVRA.

I. *Regula: In nullius bonis ſunt. quæ regula approbatur l. 1. §. hæ autem. ibi: quæ publicæ. ff. de rerum diuiſ. bis uerbis:* Quæ res publicæ ſuut, nullius in bonis eſſe creduntur.

II. *Regula: De locis publicis à priuatis ſecernẽdis proponitur l. 5. §. fin. ff. de operib. publicis, biſce uerbis:* Fines publicos à priuatis detineri nõ oportet. Curabit igitur Pręſes prouincię ſi qui publici ſunt, à priuatis ſeparare, & publicos porius reditus augere. Si qua loca publica uel ædificia in uſus priuarorũ inuẽnerit, æſtimare urrum ne uindicãda in publicũ ſint, an uectigal ſatius ſit imponi: & q; utilius eſſe reipublicę intellexerit, ſequi.

III. DE LITTORE MARIS.

I. *Regula: De eius definitione proponitur Inſt. de rer. diuiſ. §. flumina. in fine. bis uerbis:* Littus maris eſt, quatenus hybernus fluctus maximus excurrit. *Concordat l. 96. in prim. ff. de uerb.*

ſignif.his uerbis: Littus eſt quouſq; maximus fluctus à mari peruenit: idq; Marcũ Tulliũ aiunt, cum arbiter eſſet, primũ conſtituiſſe. *Concordat item l.112.ff.eod.tt.his uerbis*: Littus publicum eſt eatenus, quatenus maximè fluctus exæſtuat. Idem iuris eſt in lacu, niſi is totus priuatus eſt.

II. *Regula: Littus publicum eſt. quæ regula approbatur per ea quæ propoſita ſunt ſ.quæſt.1.reg.2. Cõcordat l.65.§.& littora.ff.de rerum dom. his uerbis*: Littora mari proxima publica ſunt, non ſecus atq; in continenti agro. *Concordat l.1.in prin.ff ne quid in loco publico.his uerbis*: Littora in quę populus Romanus imperium habet, populi Romani eſſe arbitror.

III. *Regula: Proprietas littoris nullius eſt. quæ regula approbatur Inſt. de rerum diuiſ.§. littorum. ibi: proprietas. cuius uerba uide J.reg.5.*

IIII. *Regula: Nemo ad littus maris accedere prohibetur. quæ regula approbatur Inſt.d.tt.§. & quidẽ naturali, his uerbis*: Nemo ad littus maris accedere prohibetur, dũ tamẽ à uillis & monumentis & ædificijs abſtineat: quia non ſunt iuris gentium, ſicut eſt mare. *Cõcordat l.4.ff.eod.tt.his uerbis*: Nemo ad littus maris accedere prohibetur piſcandi cauſa, dum tamen à uillis, monumentis, & ædificijs abſtineat: quia non ſunt iuris gentium, ſicut & mare. Idq; diuus Pius piſcatoribus Formianis & Capenatis reſcripſit.

V. *Regula: Cuilibet liberum eſt in littore maris ædificare, uel caſam ponere, in quã ſe recipiat. Itẽ retia ſiccare, &c quæ regula approbatur Inſt.de rer.diuiſ.§.littorũ, his uerbis*: Littorũ uſus publicus eſt, & iuris gentiũ, ſicut & ipſius maris. Et ob id cuilibet liberũ eſt caſam ibi ponere, in quã ſe recipiat, ſicut retia ſiccare, & ex mari deducere. Proprietas autẽ eorum poteſt intelligi nullius eſſe, ſed eiuſdẽ iuris eſſe, cuius & mare, & quæ ſubiacet mari terra uel arena. *Concordat l.5.§.fin.cũ lege ſequente.ff.eod.tt.his uerbis*: In mari piſcãtibus liberũ eſt caſam in littore ponere, in quã ſe recipiãt: in tantum ut ſoli domini conſtituãtur, qui ibi ædificãt: ſed quamdiu ædificiũ manet. Alioquin ędificio dilapſo, quaſi iure poſtliminij reuertitur locus in priſtinã cauſam: etſi alius in eodem loco ædificauerit, eius fiet. *Huius regulæ exceptio hæc eſt: Niſi uſus publicus impediatur. Hæc exceptio approbatur l. 4. ff. ne quid in loco publico, his uerbis*: Scæuola reſpondit, In littore iure gentium ędificare licere, niſi uſus publicus impediretur. *Plura de regula propoſita uide ſ.lib. 21. cap.1.cauſa 11.*

VI. *Regula: Lapilli, gẽmæ, ceteraq; quæ in littore maris inueniuntur, inuentoris fiunt. quæ regula approbatur, ſimul & diſtinguitur per ea quæ propoſita ſunt ſ. d. cap. 1. cauſa 5.*

IIII. DE RIPIS FLVMINVM.

I. *Regula: De definitione ripæ proponitur l.3.§.ripa.ff.de fluminib. cuius uerba uide ſ.quæſt.2.ſpecie 3. Cõcordat l.1.§.ripa.ff.eod.tt.cuius uerba uide J.cap.prox.quæſt.2.in prin.*

II. *Regula: Proprietas riparũ illorũ eſt, quorũ prædijs ripæ adhærẽt. Et ideo arbores quoq; ibi natæ eorundẽ ſunt. quæ regula approbatur Inſt. de rer.diuiſ.§.riparũ.in fine cuius uerba uide J.reg.prox. Cõcordat ijſdẽ uerbis l.5.in prin.ff.eod tt. Cõcordat uẽ l.30.§.1.ff.de rer.dom.his uerbis*: Celſus filius, Si in ripa fluminis, quæ ſecundũ agrum meũ ſit, arbor nata ſit, meã eſſe ait: quia ſolũ ipſum meũ priuatũ eſt, uſus aũt eius publicus intelligitur. Et ideo cũ exiccatus eſt alueus, ꝓximorũ fit: quia iã populus eo nõ utitur.

III. *Regula: Naues ad ripas adpellere cuilibet licet, funes arborib. ibi natis religare, & onus aliquod in hiſce ponere. quæ regula approbatur Inſt. de rer. diuiſ.§.riparũ, his uerbis*: Riparũ uſus publicus eſt iure gentiũ, ſicut ipſius fluminis. Itaque naues ad eas adpellere, funes arborib. ibi natis religare, onus aliquod in his reponere cuilibet liberũ eſt, ſicut per ipſum flumẽ nauigare. Sed proprietas earũ illorum eſt, quorũ prædijs hærent. Qua de cauſa arbores quoq; in eiſdẽ natæ eorundẽ ſunt. *Concordat ijſdem propè uerbis l.5 in prin ff.eod.tt. Concordat item l.unica. in prin. ff. ut in flumine publico nauigare. cuius uerba uide J.quæſt.prox.reg.5.*

IIII. *Regula: De ripa muniẽda proponitur l.unica.in pri.ff.de ripa muniẽda, his uerbis*: Prætor ait, Quo minus illi in flumine publico ripáue eius opus facere ripę agriúe, qui circa ripã eſt, tuendi cauſa liceat: (dũ ne ob id nauigatio deterior fiat) ſi tibi damni infecti in annos decẽ boni uiri arbitratu uel cautũ uel ſatiſdatũ eſt, aut per illũ nõ ſtat quo minus boni uiri arbitratu caueatur, uel ſatiſdetur, uim fieri ueto. *Ratio huius interdicti proponitur d.l.unica.§.1.his uerbis*: Ripas fluminũ publicorum reficere, munire utiliſsimum eſt. Sicut igitur de uia publica reficienda interdictũ propoſitum eſt: ita etiam de ripa fluminis munienda proponendũ fuit. *Huius regulæ ſeu interdicti exceptio prima hæc eſt: Niſi nauigatio fiat deterior. quæ exceptio approbatur d. l. unica. §. meritò, his uerbis*: Meritò adijcit, Dum ne ob id nauigatio deterior fiat. Illa enim ſola refectio toleranda eſt, quæ nauigationi impedimento non eſt. *Secunda exceptio eſt: Niſi de damno infecto non caueatur. Hæc exceptio approbatur uerbis interdicti ſ. propoſitis hiſce*: Si tibi damni infecti in annos decem boni uiri arbitratu uel cautum uel ſatiſdatum eſt. *Concordat d. l. unica. §. is autem, his uerbis*: Is qui ripam uult munire, de damno futuro debet uel cauere, uel ſatiſdare ſecũdũ qualitatem perſonæ: & hoc interdicto expreſ-

ſum

ſum eſt, ut damni infecti in annos decem uiri boni arbitratu uel caueatur uel ſatiſdetur. Dabitur autem ſatis uicinis, ſed & his qui trans flumen poſsidebunt. *Huius exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi non per actorẽ ſtet, quo minus ſatiſdet. quæ replicatio approbatur uerbis interdicti ſ. propoſitis hiſce:* Aut per illum nõ ſtat, quo minus boni uiri arbitratu caueatur uel ſatiſdetur, &c. *Secunda replicatio eſt: Niſi opus factum ſit. tunc enim cautio dicta amplius exigi non poteſt. quæ replicatio approbatur d. l. unica. §. etenim curandum, his uerbis:* Curandum fuit ut eis ante opus factum caueretur. nam poſt opus factum perſequẽdi hoc interdicto nulla facultas supereſt, etiamſi quid damni poſtea datum fuerit: ſed lege Aquilia experiendum eſt. *Tertia propoſitæ regulæ exceptio eſt: Niſi non fluminis, ſed lacus, foſſæ uel ſtagni ripam quis uelit munire. Hæc exceptio reprobatur d. l. unica. §. fin. his uerbis:* Illud notandum eſt, quòd ripę, lacus, foſſæ, ſtagni muniendi cauſa prætor nihil cauit. ſed idem erit obſeruandum, quod in ripa fluminis munienda.

V. Regula: *Ne quid in ripa fiat, quo iter nauigij deterius fiat, uel quo aqua aliter fluat quàm priore æſtate fluxit. De hac regula uide ſ. cap. prox.*

V. DE FLVMINIbus.

I. Regula: *De differentia fluminis & riui proponitur l. 1. §. 1. ff. de fluminib. his uerbis:* Flumen à riuo magnitudine diſcernendum eſt, aut exiſtimatione circumcolentium.

II. Regula: *De diuiſione fluminis in perenne & torrens, proponitur d. l. 1. §. item fluminum, his uerbis:* Fluminum quædam ſunt perennia, quædam torrentia. Perenne eſt, quod ſemper fluit, id eſt *ἀέναος*: torrens quod hyeme, hoc eſt *χειμάῤῥους*. Si tamen aliqua æſtate exaruit, quod alioquin perẽne fluebat: non ideo minus perenne eſt.

III. Regula: *De diuiſione fluminis in publicum, & non publicum proponitur d. l. 1. §. fluminũ, his uerbis:* Fluminum quædam publica ſunt, quædã non. Publicum flumen eſſe Caſsius definit, quod perenne ſit. Hęc ſentẽtia Caſsij, quã Celſus ꝓbat, uidetur eſſe probabilis.

IIII. Regula: *Fluminum publicorum communis eſt uſus. Hæc regula approbatur l. 24. in prin. ff. de damno infecto, his uerbis:* Fluminum publicorũ communis eſt uſus, ſicuti uiarum publicarum & litorum. In his igitur publicè licet cuilibet ædificare, & deſtruere: dum tamẽ hoc ſine incommodo cuiuſq; fiat. *Concordat l. 3. ff. ne quid in loco publico fiat, his uerbis:* Celſus ait, maris eſſe communem uſum omnibus hominibus, ut aeris, iactasq; in id pilas eſſe eius qui iecerit. Sed id concedendum non eſſe, ſi deterior litoris marisue uſus quo eo modo futurus ſit.

V. Regula: *De iure nauigandi proponitur l. unica. in prin. ff. ut in flumine publico nauigare liceat, his uerbis:* Prætor ait, quo minus illi in flumine publico nauem, ratem agere: quoúe minus per ripã onerare, exonerare liceat, uim fieri ueto. Item ut per lacum, foſſam, ſtagnum publicum nauigare liceat, interdicam. *Ratio huius interdicti proponitur d. l. unica. §. hoc interdicto, his uerbis:* Hoc interdicto proſpicitur ne quis flumine publico nauigare prohibeatur. Sicut enim ei qui uia publica uti prohibetur, interdictũ propoſitũ eſt: ita hoc quoq; proponendũ Prætor putauit. *Concordat Inſt. de rer. diuiſ. §. riparum. ibi: ſicuti per ipſum flumen. cuius uerba uide ſ. quæſt. prox. reg. 1. Declaratur interdictum propoſitum definitione lacus, ſtagni, foſſæ. d. l. unica. §. lacus, his uerbis:* Lacus eſt, quod perpetuam habet aquam. Stagnum eſt, quod temporalem cõtinet aquam ibidem ſtagnantem, quæ quidem aqua plerunq; hyeme cogitur. Foſſa receptaculum aquæ manufactum. Poſſunt autem etiam hęc publica eſſe, & non publica. *Huius interdicti ſeu regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi id in quo quis nauigare prohibetur, priuatum ſit, non publicum. quæ exceptio approbatur d. l. unica. §. ſi priuata, his uerbis:* Si priuata ſunt ſuprascripta, interdictum ceſſat. *Secunda exceptio eſt: Niſi non nauigare, ſed piſcari prohibitus quis ſit. Hæc exceptio reprobatur d. l. unica. §. planè qui ſtagnum, his uerbis:* Planè qui ſtagnum uel lacum conduxit, ſi piſcari prohibeatur, utile interdictum competere Sabinus conſenſit. Et ita Labeo. Ergo etſi à municipibus conductum habet, æquiſsimum erit ob uectigalis fauorem interdicto eum tueri. *Tertia exceptio eſt: Niſi quis non nauigare, ſed locum deprimere prohibeatur. Hæc exceptio approbatur d. l. unica. §. ſi quis uelit. his uerbis:* Si quis uelit interdictum tale mouere, ut locus deprimatur pecoris adpellendi gratia: non debet audiri. Et ita Mela ſcribit.

VI. Regula: *De iure adpellendi pecoris ad flumen proponitur d. l. unica. §. fin. his uerbis:* Mela ait, tale interdictum competere, ne cuiuis fiat quo minus pecus ad flumen publicum, ripamúe fluminis publici adpellatur.

VII. Regula: *De iure piſcandi. Hoc omnibus commune eſt in portu, fluminibuſq;. quæ regula approbatur Inſt. de rerum diuiſ. §. flumina, his uerbis:* Flumina omnia & portus publica ſunt. Ideoq; ius piſcandi omnibus commune eſt in portu fluminibuſq;. Si quis igitur in flumine publico piſcari prohibeatur, iniuriarum actione experiri poteſt. *Quod approbatur l. 2. §. ſi quis m. ff. ne quid in loco publico fiat, his uerbis:* Si quis in mari piſcari aut nauigare prohibeatur, non habebit interdictum:

dictum. Quemadmodū nec is qui in campo publico ludere, uel in publico balneo lauare, aut in theatro ſpectare arceatur. Sed in omnibus his caſibus iniuriarum actione utendum eſt. *Concordat l. 13. §. ſi quis me. ff. de iniurijs. cuius uerba uide ſ. Ait iuriſconſultus:* Non habebit interdictum. *Huius exceptio hæc eſt: Niſi quis ſtagnum uel lacum, in quo piſcari prohibetur, habeat conductum. quæ exceptio approbatur l. unica. §. planè qui ſtagnum. ff. ut in flumine publico nauigare. cuius uerba uide ſ. reg. 5 except. 2.*

VIII. *Regula: De aquæductu ex flumine publico. Regulariter aquam ex flumine publico ducere licet. quæ regula approbatur l. 2. ff. de fluminibus his uerbis:* Quo minus ex publico flumine ducatur aqua, nihil impedit: niſi Imperator aut Senatus uetet, ſi modò ea aqua in uſu publico non erit: ſed ſi aut nauigabile eſt, aut ex eo aliud nauigabile ſit: non permittitur id facere. *Huius regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi Imperator uel Senatus prohibeat. quæ exceptio conſtat ex uerbis iam propoſitis hiſce:* Niſi Imperator aut Senatus uetet. *Secunda exceptio eſt: Niſi flumen nauigabile ſit, aut ex eo aliud nauigabile fiat. Hæc exceptio approbatur uerbis iam dictis hiſce:* Si modò ea aqua in uſu publico non erit: ſed ſi aut nauigabile eſt, &c. *Concordat l. 10. §. fin. ff. de aqua pluuia arcenda. cuius uerba uide ſ. lib. prox. cap. 11. interd. 2. quæſt. 2. except. 2. Tertia exceptio eſt: Niſi non ſine iniuria alterius aqua ducatur: quæ exceptio approbatur l. 17. in fine. ff. de ſeruit. ruſt. præd. his uerbis:* Impp. Antoninus & Seuerus Auguſti reſcripſerunt, aquam ita demum permitti duci, ſi ſine iniuria alterius id fiat. *Concordat l. 3. §. 3. ff. de aqua quotid. cuius uerba uide ſ. lib. prox. cap. de aqua ex caſtello ducenda, except. 4.*

IX. *Regula: Quantum cuiq; aquæ ex flumine publico ducere liceat, definitur l. 17. in prin. ff. de ſeruit. ruſt. præd. his uerbis:* Impp. Antoninus & Seuerus Auguſti reſcripſerunt, aquam de flumine publico pro modo poſſeſſionum ad irrigandos agros diuidi oportere: niſi proprio quis iure plus ſibi datum oſtenderit.

DE INTERDICTO NE quid in flumine publico, ripaue eius fiat, quo peius nauigetur.

Cap. VII.

I. VERBA HVIVS INterdicti

PRoponuntur l. 1. in prin. ff. de fluminib. hæc uerba: Ait prætor, ne quid in flumine publico, ripaue eius facias: ne quid in flumine publico, neue in ripa eius immittas, quo ſtatio iterue nauigio deterius ſit, fiat.

II. CAVSA HVIVS INTERdicti cum ſuis exceptionibus.

Si quid in flumine publico ripa'ue eius fiat immittatur'ue, quo ſtatio iter'ue nauigij deterius ſit, fiat: huic interdicto eſt locus. quæ cauſa approbatur uerbis interdicti iam propoſitis. Declaratur cauſa propoſita definitione fluminis, d. l. 1. §. 1. cuius uerba uide ſ. cap. prox. quæſt. 5. reg. 1. item definitione publici fluminis d. l. 1. §. publicum. cuius uerba uide ſ. d. quæſt. 5. reg. 3. item declaratur definitione ripæ d. l. 1. §. ripa, his uerbis: Ripa ita rectè definitur id quod flumen continet, naturalem rigorem curſus ſui tenens. Cæterùm ſi quando uel imbribus, uel mari, uel qua alia ratione ad tempus excreuit: ripas non mutat. Nemo denique dixit Nilum, qui incremēto ſuo Aegyptum cooperit, ripas ſuas mutare, uel ampliare. Nam cum ad perpetuam ſuam menſuram redierit, ripæ aluei eius muniendæ ſunt. Si tamen flumen naturaliter creuit, ut perpetuum incrementū nactum ſit, uel alio flumine admiſto, uel qua alia ratione: dicendum eſt procul dubio ripas quoq; eum mutaſſe, quemadmodū ſi alueo mutato, aliò cœpiſſet fluere. *Declaratur inſuper interdictum & cauſa propoſita definitione ſtationis d. l. 1. §. ſtationem, his uerbis:* Stationem à ſtatuendo dicimus. Is igitur locus demonſtratur, ubicunq; naues tutè ſtare poſſunt. *Definiūtur item interdicti uerba hæc iterq; nauigio. d. l. 1. §. ait prætor, his uerbis:* Ait prætor, iterq; nauigio. hoc pro nauigatione poſitum eſt. Imò nauigiū ſolemus dicere etiam ipſam nauem. Iter ergo nauigio poteſt & ſic accipi: Iter naui deterius fiat. Nauigij appellatione etiam rates cōtinentur: quia plerúmq; & ratium uſus neceſſarius eſt. *Definitur deniq; interdicti uocabulum hoc Deterius, d. l. 1. §. deterior, his uerbis:* Deterior ſtatio, itemq; iter nauigio deterius fieri uidetur, ſi uſus eius corrumpatur, uel difficilior fiat, aut minor, aut rarior, uel ſi in totum auferatur. Proinde ſiue deriuetur aqua, ut exiguior facta minus ſit nauigabilis: uel ſi dilatetur ut diffuſa aquam breuem faciat: ſiue contrà ſic coanguſtetur, ut rapidius flumē faciat: uel ſi quid aliud fiat, quod nauigationem incommodiorem difficilioremúe faciat, uel prorſus impediat: interdicto locus erit. *Hactenus cauſa propoſita approbata & declarata eſt. Sequuntur nunc eius exceptiones.*

I. EXCEPTIO: *Niſi in loco uel flumine priuato fiat. Hæc exceptio approbatur l. 1. §. hoc interdictum. ff. de fluminib. his uerbis:* Hoc interdictum ad flumina publica pertinet. Si autē flumen priuatum ſit, ceſſabit interdictum. Nihil enim differt à cæteris locis priuatis flumen priuatum. *Concordat d. l. 1. §.*

item

item ſi amnis, hiſce uerbis: Si amnis aliquid circumeat, ſciendum eſt manere eius cuius fuerit. Si quid igitur factum eſt illic, non eſt factum in publico flumine, nec pertinet ad hoc interdictum, ſi quid in priuato factum ſit: nec quidem ſi in priuato flumine fiat. Nam quod fit in priuato flumine, perinde eſt atq; ſi in alio loco priuato fiat. *Huius exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi flumen publicum locum priuatum occupauerit, in eoq; fiat. Hæc replicatio approbatur d. l. 1. §. ille etiam alueus, his uerbis:* Ille elueus, quem ſibi flumen fecit, etſi priuatus antè fuit, incipit eſſe tamen publicus: quia impoſsibile eſt ut alueus fluminis publici non ſit publicus. *Huius replicationis duplicatio prima hæc eſt: Niſi flumen circumeat ſaltem locum priuatum, non occupet. Hæc duplicatio approbatur uerbis d. §. item ſi amnis, paulo ſuperius propoſitis. Secunda duplicatio eſt: Niſi flumen inundauerit ſaltem locum priuatum, non alueum ibi fecerit. Hæc duplicatio approbatur d. l. 1. §. ſi foſſa, his uerbis:* Si foſſa manufacta ſit, per quam fluit flumen publicum: nihilominus publica fit. Et ideo ſi quid ibi fiat, in flumine publico factum uidetur. aliter atque ſi flumen aliquam terram inundauerit, non alueum ſibi fecerit. tunc enim non fit publicum, quod aqua coopertum eſt.

II. EXCEPTIO: *Niſi cum flumen aliò fluere cœperit, in ueteri alueo ſit factum. Hæc exceptio approbatur l. 1. §. ſimili modo. ff. de fluminibus, his uerbis:* Si flumen alueum ſuum reliquerit; & aliò fluere cœperit: quidquid in uetere alueo factum eſt, ad hoc interdictum non pertinet. Non enim in flumine publico factum erit, quod eſt utriuſq; uicini. At ſi limitatus eſt ager: occupantis alueus fiet, certè deſinit eſſe publicus.

III. EXCEPTIO: *Niſi in inſula in flumine nata factum ſit. Hæc exceptio approbatur l. 1. §. ſi inſula. ff. de fluminibus, his uerbis:* Si inſula in publico flumine nata fuerit, inque ea aliquid fiat: non uidetur in publico fieri. Illa enim inſula aut occupantis eſt, ſi limitati agri fuerunt, aut eius cuius ripam contingit: aut ſi in medio alueo nata eſt, eorum qui prope utraſq; ripas prædia poſsident.

IIII. EXCEPTIO: *Niſi in flumine non nauigabili fiat. Hæc exceptio approbatur, ſimul & diſtinguitur d. l. 1. §. non autem, his uerbis:* Non omne quod in flumine publico ripaue fit, coercet Prætor: ſed ſi quid fiat, quo deterior ſtatio & nauigatio fiat. Ergo hoc interdictum ad ea tantum flumina pertinet, quæ ſunt nauigabilia: ad cætera non pertinet. Sed Labeo ſcribit non eſſe iniquum, etiam ſi quid in flumine eo quod nauigabile non ſit, fiat, ut exareſcat, uel aquæ curſus impediatur: utile interdictum competere, ne uis ei fiat, quo minus id opus quod in elueo fluminis, ripaue ita factum ſit, ut iter curſusúe fluminis deterior ſit, fiat: tollere, demoliri, purgare, reſtituere uiri boni arbitratu poſsit. *Concordat d. l. 1. §. ſi in mari. in fine. cuius uerba uide ↄ. except. prox.*

V. EXCEPTIO: *Niſi in mari uel in littore maris fiat. Hæc exceptio reprobatur d. §. ſi in mari, his uerbis:* Si in mari aliquid fiat, Labeo ait competere tale interdictum: Ne quid in mari, inúe littore, quo portus, ſtatio, iterúe nauigio deterius fiat. Sed etſi in flumine publico, nõ tamen nauigabili fiat: idem putat.

VI. EXCEPTIO: *Niſi extra flumen fiat. Hæc exceptio approbatur l. 1. §. in publico. ff. de fluminibus, his uerbis:* In publico flumine factum accipere debemus, quidquid in aqua factum eſt. Nam ſi quid extra factum ſit, non eſt in flumine publico factum. Et quod in ripa fit, non uidetur in flumine publico factum.

VII. EXCEPTIO: *Niſi ſtatio uel nauigatio non fiat deterior. Hæc exceptio approbatur, ſimul & diſtinguitur d. l. 1. §. non aũt. cuius uerba uide ſ. exc. 4. Sed & eius replicatio hæc eſt: Niſi pedeſtre iter impediatur. quæ replicatio approbatur d. l. 1. §. ſi pedeſtre, his uerbis:* Si pedeſtre iter impediatur, non ideo minus iter nauigij deterius fit.

VIII. EXCEPTIO: *Niſi ripæ tuendæ cauſa factum ſit. Hæc exceptio reprobatur d. l. 1. §. Labeo, his uerbis:* Labeo ſcribit, nõ eſſe dicendum dandã exceptionẽ ei qui interdicto conuenitur, aut niſi ripæ tuendæ cauſa factũ ſit: ſed ita excipiendũ ait, Extra quàm ſi quid ita factum ſit, uti de lege fieri licuit.

IX. EXCEPTIO: *Niſi lege fieri licuit. Hæc exceptio approbatur uerbis iã propoſitis hiſce.* Sed ita excipiendum ait, &c.

X. EXCEPTIO: *Niſi is qui in utraq; parte fluminis domos habet, pontẽ faciat. Hæc exceptio reprobatur l. ult. ff. de fluminibus. his uerbis:* Quæſitum eſt, an is qui in utraq; ripa fluminis publici domum habeat, pontem priuati iuris facere poſsit? Scæuola reſpondit, nõ poſſe.

III. AD FINEM REMEDIVM.

Si in flumine publico iam ſit factum, datur interdictum reſtitutorium. cuius uerba proponuntur l. 1. §. deinde ait. ff. de fluminibus, hæc nimirum: Deinde ait Prætor, Quod in flumine publico, ripaúe eius fiat: ſiue quid in id flumẽ ripamúe eius factũ, uel immiſſũ habeas, quo ſtatio, iterúe nauigij deterius ſit, fiat reſtituas.

Differentia & cognatio huius interdicti & ſuperioris proponitur d. l. 1. §. penult. his uerbis: Superius interdictum prohibitorium eſt, hoc reſtitutorium ad eandem cauſam pertinens.

Cauſa huius interdicti proponitur d. §. penult. his uerbis: Iubetur is qui factum uel immiſſum habet, reſtituere quod habet: ſi modò id quod habet, ſtationem uel nauigium deterius faciat. *Aduerſus quos hoc interdictum competat, definitur d. l. 1. §. ult. his uerbis:* Hæc uerba, Factum uel immiſſum habeas, oſtendunc non eum teneri qui fecit uel immiſit, ſed qui fectum ſiue immiſſum hebet. Denique Lsbeo ſcribit, ſi suctor tuus aquam deriuauerit: teneri te hoc interdicto, ſi ea utaris.

DE INTERDICTO, NE QVID in flumine publico, ripaúe eius fiat, quo aliter aqua fluat, atq; priore æſtate fluxit. Cap. VIII.

I. VERBA HVIVS interdicti

PRoponuntur *l. unica in prin. ff. ne quid in flumine publico, hæc nimirum:* Ait Prætor. in flumine publico, inúe ripe eius facere, aut in id flumen, tipamúe eius immittere, quo eliter aqua fluat, quàm priore æſtate fluxit, neto.

II. RATIO HVIVS interdicti

Proponitur d. l. unica. §. 1. his uerbis: Hoc interdicto proſpexit Prætor, ne deriuationibus minus conceſsis flumina exareſcant, uel mutatus alueus uicinis aliquam iniuriam edferat.

III. CAVSAE HVIVS interdicti.

I. *Cauſa: Si quis in flumine publico ripaúe eius quid faciat uel immittat, quo aqua aliter fluat quàm priore æſtate fluxit: hoc interdicto tenetur. Quæ cauſa approbatur uerbis interdicti ſ̄ propoſitis. Concordat d. l. unica. §. is autem, his uerbis:* Is hoc interdicto tenetur, qui aliter fecit fluere aquam, quèm priore æſtate fluxit. Et idcirco aiũt, prætorem priorem æſtatem comprehendiſſe: quia ſemper certior eſt naturalis fluminum curſus ęſtate quàm hyeme: nec ed inſtantem æſtatem, ſed ed priorem hoc interdictũ refertur, quia illius æſtetis fluxus indubitatior eſt. *Declaratur d. l. unica. §. æſtas, his uerbis:* Aeſtas ed æquinoctium autumnale refertur. Etſi fortè æſtate interdicetur, proxima ſuperior æſtas intuende erit: ſi uerò hyeme, tunc non proxima hyemi ęſtas, ſed ſuperior erit inſpicienda.

II. *Cauſa: Si ex riuo tecto per apertum ducere aquam uelit: uel contrà. Hæc cauſa approbatur d. l. unica. §. ſi quis ex, his uerbis:* Si quis ex riuo tecto per apertum ducere uelit: uel contrà, qui antè aperto duxit, nunc operto uelit, interdicto teneri placuit: ſi modò hoc factum eius incommodum circacolentibus edferat.

III. *Cauſa. Si incile ducat, aut alueũ fluminis mutet. Hæc cauſa approbatur ibidem, his uerbis:* Similimodo etſi incile dncat, uel alio loco feciet, uel ſi eluenm fluminis mutet, hoc interdicto tenebitur.

De exceptionibus harum cauſarum.

I. EXCEPTIO: *Niſi flumen priuatum ſit, non publicum. Hæc exceptio approbatur d. l. unica. §. pertinet, his uerbis:* Pertinet hoc interdictũ ed flumine publica, ſiue neuigabilie ſunt, ſiue non ſunt.

II. EXCEPTIO: *Niſi flumen non ſit nauigabile. Hæc exceptio uerbis iam propoſitis reprobatur.*

III. EXCEPTIO: *Niſi aqua non aliter fluat. Hæc exceptio approbatur d. l. unica. §. ait prætor, his uerbis:* Ait Prætor, Quo aqua eliter fluat, quàm priote æſtate fluxir. Non omnis ergo qui immiſit, uel qui fecit tenetur: ſed qui faciendo uel immittendo efficit aliter quàm priore æſtate fluxit, aquam fluere. *Declaratur quid ſit aliter fluere d. l. unica. §. quod autem, his uerbis:* Quod autem ait, Aliter fluat: non ad quantitatem aquæ fluentis pertinet, ſed ad modum & ad rigorem curſus equæ referendum eſt. Et generaliter dicendum eſt, ite demum interdicto quem teneri, ſi mutetur equæ curſus per hoc quod factum eſt: dum uel depreſsior uel altior fiat aqua, ac per hoc rapidior ſit, cum incommodo eccolentium. Et ſi quid aliud uitij accolæ ex facto eius qui conuenitur ſentient, interdicto locus erit. *Huius exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi proxima æſtate aliter fluxit: tunc enim quamuis non aliter fluat quàm proxima hyeme, nihilominus tenetur. Hæc replicatio approbatur per ea quæ propoſita ſunt paulo ſuperius cauſa 1.*

IIII. EXCEPTIO: *Niſi ripæ muniendæ cauſa faciat, uel magni alicuius damni uitandi gratia. Hæc exceptio approbatur certo modo d. l. unica. §. ſunt qui putant, his uerbis:* Sunt qui putanc cõtra hoc interdictũ excipiendum, quod eius ripæ muniendæ cauſa non fiat: ſcilicet ut ſi quid fiat quo aliter eque fluat (ſi tamen muniendæ ripæ canſa fiat) interdicto locus non ſit. Sed nec hoc quibuſdam placet. Neq; enim ripæ cum incommodo accolentium muniendę ſunt. Hoc tamen iure utimur, ut prætor ex cauſa æſtimet, an hanc exceptionem dere debeet. Plerunq; enim utilitas ſuadet iſtam exceptionem dari. Sed etſi alique utilitea uertatur eius qui quid in flumine publico fecit (pone enim grande damnum flumen ei dare ſolitum) prædis eius depopulari. Si fortè aggeres uel quam aliam mutationem adhibuit.

buit, ut agrum ſuum tueretur, eaq; res curſum fluminis ad aliquid immutauerit: cur ei non conſulatur? Pleroſq; ſcio prorſus flumina auertiſſe, alueoſq; mutaſſe, dum prædijs ſuis conſulunt. Oportet enim in huiuſmodi rebus utilitatem & tutelam facientis ſpectari, ſine iniuria utiq; accolarum.

IIII. QVIBVS DATVR hocinterdictum?

Cuiuis è populo datur. Quæ regula approbatur l. unica. §. hoc interdictum. ff. ne quid in flumine publ. his uerbis: Hoc interdictum cuiuis ex populo competit, ſed non aduerſus omnes: uerùm aduerſus eũ qui id egit, ut aliter aqua flueret, cum ius non haberet.

V. ADVERSVS QVOS datur?

I. *Regula: Is qui fecit, non is qui poßidet factũ, hoc interdicto tenetur. quæ regula approbatur uerbis iam propoſitis hiſce:* Sed nõ aduerſus omnes, &c. *Concordat d. l. unica §. is autem hoc. cuius uerba uide ſ. quæſt. 1. in prin.*

II. *Regula: De hæredibus facientis proponitur d. l. unica. §. hoc interdictum, his uerbis:* Hoc interdictum & in hæredes competit.

VI. AD FINE REmedium.

Si factum ſit, reſtitutorium interdictum competit. cuius uerba proponuntur d. l. unica. §. deinde ait, his uerbis: Deinde ait Prętor, Quod in flumine publico ripaúe eius factum, ſiue quod in flumen, ripamúe eius immiſſum habes: ſi ob id aliter aqua fluat, atq; priore æſtate fluxit: reſtituas.

Differentia huius interdicti & ſuperioris proponitur d. l. unica. §. penult. his uerbis: Hoc interdictum reſtitutorium proponitur. Superius enim prohibitorium eſt, & pertinet ad ea quę nondum facta ſunt. Si quid igitur iam factum eſt, per hoc interdictũ reſtituetur. Si quid ne fiat proſpicitur, ſuperiore interdicto erit utendum. Et ſi quid poſt interdictum redditum fuerit, factum coercebitur. *Quid ueniat in interdictum reſtitutoriũ, cùm ex uerbis iam propoſitis conſtat, tum etiam definitur d. l. unica. §. ult. his uerbis:* In hoc Interdicto reſtitutorio nõ eſt iniquũ uenire (ut Labeo ait) etiã quod dolo factũ eſt, quo minus haberes.

DE LOCIS ET ITINERIbus publicis. Cap. IX.

I. DEFINITIO LOCI ET itineris publici.

L*Ocus publicus definitur per ſpecies l. 2. §. publici. ff. ne quid in loco publico, his uerbis:* Publici loci appellatio quemadmodum accipiatur, Labeo definit: ut & ad areas, & ad inſulas, & ad agros, & ad uias publicas, itineraq; publica pertineat.

Via publica definitur d. l. 2. §. uiarum. cuius uerba uide ſ. lib. proxim. cap. 7. quæſt. 2.

II. DIFFERENTIA VIAE PVblicæ & priuatæ

Proponitur d. l. 2. §. uiam publicam, his uerbis: Viam publicam eam dicimus, cuius etiam ſolum publicum eſt. Non enim ſicut in priuata uia, ita & in publica accipimus. Viæ priuatæ ſolum alienum eſt, ius tantum eundi agendi nobis competit. Viæ aũt publicæ ſolum publicum eſt, relictum ad directum certis finibus latitudinis, ab eo qui ius publicandi habuit, ut ea publicè iretur commearetur.

III. *Species uiæ publicæ, eſt uia uicinalis. quæ ſpecies approbatur. ſimul & declaratur l. ult. ff. de locis & itineribus publicis. item l. 2. §. uiarum. ibi: uicinales. ff. ne quid in loco publico fiat. quarum legum uerba uide ſ. lib. prox. cap. 7 quæſt. 2.*

IIII. PROPRIA LOCI ET itineris publici iura.

I. *Regula: De loco publico fruendo proponitur Interdictum l. 1. in prin. ff. de loco publ fruendo, his uerbis:* Prætor ait, Quo minus loco publico, quem is cui locandi ius fuerit, fruendũ alij locauit: ei qui conduxerit. ſocióue eius ex lege locationis frui liceat, uim fieri ueto. *Ratio huius interdicti proponitur d. l. 1. §. 1. his uerbis:* Interdictum hoc publicæ utilitatis cauſa proponi palàm eſt. tuetur enim uectigalia publica, dum prohibetur quis uim facere ei, qui ad fruendum conduxit. *Concordat l. unica. §. planè qui ſtagnum. ff. ut in flumine publico nauigare liceat. cuius uerba uide ſ. cap. 6. quæſt. 5. reg. 5. except. 2. Exceptio huius interdicti hæc eſt: Niſi quis præter legem locationis loco publico frui uelit. quæ exceptio approbatur d. l. 1 §. fin. his uerbis:* Ait Prętor, Quo minus ex lege locationis frui liceat. meritò ait, Ex lege locationis. ultra legem nõ debet audiri qui frui deſiderat. *Cui detur hoc interdictum, definitur d. l. 2. §. pen. his uerbis:* Si ſimul ueniant ad interdictum mouendum, ipſe qui conduxit, & ſocius eius: magis eſt ut ipſe conductor præferatur.

II. *Regula: Si quis loco publico uti prohibetur, Iniuriarũ actio eſt. quæ regula approbatur per ea quæ propoſita ſunt ſ. cap. 6. quæſt. 5. reg. 7.*

III. *Regula. Via publica nemo rectè uti prohibetur. Quæ regula approbatur l. 2. §. fin. ff. ne quid in loco publico fiat, his uerbis:* Prætor ait, Quo minus illi uia publica, itineréue publico ire agere liceat: uim fieri ueto. *Concordat l. 11. C. de ſeruitutibus, his uerbis:* Per agrum quidem alienum, qui ſeruitutem nõ debet, ire uel agere uicino minimè licet. Vti autem uia publica nemo rectè prohibetur.

IIII. *Regula: Per uiam publicam aquam ducere non licet. quæ regula approbatur l. 18. §. fin. ff. de*

aqua

aqua pluuia arcenda, his uerbis: Sine permiſſu principis aqua per uiam publicam duci non poteſt. *Concordat l.14. §. publico. ff. de ſeruit. cuius uerba uide ſ. lib. prox. cap. 2. except. 31.*

V. *Regula: De uia publica aperienda, reficienda & purganda proponitur l.1. in prin ff. de uia publica, his uerbis:* Prætor ait, Quo minus illi uiam publicam, iterúe publicum aperire, reficere liceat: dum ne ea uia, idúe iter deterius fiat, uim fieri ueto. *Declaratur hoc interdictum d.l.1. §.1. his uerbis:* Viam aperire, eſt ad ueterem altitudinem, latitudinemq; reſtituere. Sed & purgare, refectionis portio eſt. Purgare autem propriè dicitur ad libramentum proprium redigere, ſublato eo quod ſupra eam eſſet. Reficit enim & qui aperit, & qui purgat, & omnes omnino qui in priſtinum ſtatum reducunt. *Huius interdicti ſeu regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi prohibitus ſub ſpecie refectionis deteriorem uiam faciat. Hæc exceptio approbatur uerbis interdicti ſ. propoſitis hiſce:* Dum ne ea uia, idúe iter deterius fiat. *Concordat d.l.1. §. ſi quis, hiſce uerbis:* Si quis ſub ſpecie refectionis deteriorem uiam facit, impunè uim patietur. Propter quod neque altiorem, neq; longiorem, neq; latiorem, neq; humiliorem uiam ſub nomine refectionis is qui interdicit, poteſt facere: uel in uiam terrenam glaream inijcere, aut ſternere uiam lapide, quæ terrena ſit: uel contrà lapide ſtratam terrenam facere. *Secunda exceptio eſt: Niſi uicino officiat prohibitus. Hæc exceptio approbatur l.31. in prin. ff. de damno infecto, his uerbis:* Qui uias publicas muniunt, ſine damno uicinorum id facere debent. *Tertia exceptio eſt: Niſi alius magis idoneè reficere uiam uelit. Hæc exceptio approbatur l. 41. ff. d. tt. cuius uerba uide j. cap. 11. quæſt. 2. reg. 2. Quibus autem, item aduerſus quos, quid ueniat, & quamdiu detur interdictum propoſitum, definitur l. 1. §. fin. ff. de uia publica, his uerbis:* Interdictum hoc perpetuò dabitur, & omnibus, & in omnes: & habet condemnationem in id quod actoris intererat.

V I. *Regula: Quiſq; ante ſuas ædes uiam publicam construere tenetur. quæ regula approbatur l.3. §. construat. ff. d. tt. cuius uerba uide ſ. lib. 2. cap. 14. in fine.*

V I I. *Regula: De uia publica in agrum uicini nō reijcienda proponitur l.4. in prin. ff. de uia publica, his uerbis:* Si in agrum uicini uiam publicam quis reiecerit, in tantum in eum uiæ reiectæ actio dabitur, quanti eius intereſt, cuius fundo iniuria irrogata eſt. *Huius regulæ exceptio hæc eſt: Niſi uia publica ſit amiſſa. tunc enim uicinus per agrum ſuum uiam præſtabit. quæ exceptio approbatur l.14. §. fin. ff. quemadmod. ſeruit. amitt. his uerbis:* Cum uia publica fluminis impetu, uel ruina amiſſa eſt, uicinus proximus uiam præſtare debet.

V I I I. *Regula: De uia publica non exaranda proponitur l.4. in fine. ff. de uia publica, his uerbis:* Qui uiam publicam exarauerit, ad munitionē eius ſolus compellitur.

I X. *Regula: De nihil in uiam publicam proijciendo nec ponendo proponitur l.3. §. ſtudeant. ff. d. tt. cuius uerba uide ſ. lib. 2. cap. 14. in fine. Huc pertinet etiam actio de deiecto & effuſo, poſito & ſuſpenſo: de qua dicetur j. inter delicta. item pertinet huc interdictum Ne quid in uia uel itinere publico fiat: de quo j. cap. 11.*

X. *Regula: De cloaca publica, ne quid in eam fiat, immittaturúe, proponitur l.1. §. penult. & ultim. ff. de cloacis, hiſce uerbis:* Ait Prætor, Quod in cloacam publicam factum ſiue immiſſum habes, quo uſus eius deterior ſit, fiat, reſtituatur: item ne quid fiat, immittaturúe interdicam. Hoc interdictum ad publicas cloacas pertinet: ne quid in cloacā immittas, neúe facias, quo uſus deterior ſit, neúe fiat.

X I. *Regula: De locis publicis à priuato non detinendis proponitur l.5. §. fin. ff. de operibus publicis. cuius uerba uide ſ. lib. eod. cap. 6. quæſt. 2. reg. 2. Plures huiuſmodi regulas uide ſ. lib. 12. cap. 10. item j. capp. proximis.*

DE INTERDICTO NE quid in loco publico fiat.

Cap. X.

I. VERBA HVIVS interdicti

PRoponuntur *l.2. in prin. ff. ne quid in loco publico fiat, hæc nimirum:* Prętor ait, Ne quid in loco publico facias, inúe eum locum immittas, qua ex re quid illi damni detur, præterquam quod lege, ſenatuſconſulto, edicto, decretoúe Principum tibi conceſſum eſt. De eo quod factum erit, interdictum non dabo.

II. RATIO ET VSVS HVius interdicti

Proponitur d.l.2. §. 1. his uerbis: Hoc interdictum prohibitoriū eſt, & tam publicis utilitatibus quàm priuatorum per hoc proſpicitur. Loca enim publica utiq; priuatorū uſibus deſeruiūt, iure ſcilicet ciuitatis, nō quaſi propria cuiuſq;. Et tantum iuris habemus ad obtinendū, quantum quilibet ex populo ad prohibendū habet. Propter quod ſi fortè in publico fiet opus, quod ad priuati damnum redundet: prohibitorio interdicto poteſt conueniri, proptérque eam rem hoc interdictum propoſitum eſt.

III. GENVS.

Interdictum prohibitorium eſt. quod approbatur uerbis iam propoſitis hiſce: Hoc interdictū prohibitorium eſt. *Concordat d.l.2. §. ſi quis nemine.*

cuius

cuius uerba uide J.quæſt.prox.except.gener.9.

IIII. CAVSAE HVIVS INTERdicti cum ſuis exceptionibus.

Prima & generalis cauſa huius interdicti eſt: Si quid in loco publico fiat, immittaturúe, qua alicui damnum datur. quæ cauſa approbatur uerbis interdicti paulo ſuperius propoſitis. Concordat l.15.§.ſi publicus.ff.de damno infecto. cuius uerba uide J.lib. prox.cap.3.quæſt.3.except.5. Declaratur hæc cauſa definitione loci publici.l.1.§.publici.ff ne quid in loco publico.cuius uerba uide ȿ.cap.prox.quæſt.1.

II. *Cauſa: Si in loco publico ædificetur. Hæc cauſa approbatur l.2.ff.d.tt.his uerbis:* In loco publico prætor prohibet ædificare, & interdictum proponit.

III. *Cauſa: Si quis uelum in mœniano immiſſum habeat, quod uicini luminibus officit. Hæc cauſa approbatur l.2.§.cum quidam.ff.ne quid in loco publico, his uerbis:* Cum quidam uelum in mœniano immiſſum haberet, quod uicini luminibus officiebat: utile interdictum competijt, Ne quid in publicum mittas, qua ex ra luminibus Caij Seij officias.

IIII. *Cauſa: Si ſtatuam uel imagines in publico quis ponat. Hæc cauſa reprabatur l.2.ff.de loco public.fruendo. cuius uerba uide ȿ.lib.12.cap.10.reg.23.*

V. *Cauſa: Si ianuam in publico aperuit. Hæc cauſa reprobatur l.ult.§fin.ff.de ſeruit.urban.præd. cuius uerba uide J except.3.*

VI. *Cauſa: Si molem uel pilas in mare proiecit. Hæc cauſa approbatur l.2.§.aduerſus.ff.ne quid in loco publico fiat, his uerbis:* Aduerſus eum qui molem in mare proiecit, interdictum utile competit ei, cui fortè hæc res nocitura ſit. Si autem nemo damnum ſentit, tuendus eſt is qui in littore ędificat, uel molem in mare iacit. *Concordat l.3.§.maris.ff.eod.tt.cuius uerba uide ȿ.cap.6.quæſt.5.reg 4.*

VII. *Cauſa: Si in mari piſcari, nauigare, uel in campo publico ludere quis prohibeatur. Hæc cauſa reprobatur d l.2.§.ſi quis in mari. cuius uerba uide ȿ.d.quæſt.5.reg.7*

VIII. *Cauſa: Si per locum publicum riuum ducat. Hæc cauſa approbatur l.5 ff.ne quid in loco publico. cuius uerba uide J.quæſt.ult.reg.2.*

IX. *Cauſa: Si quis in loco publico ſterquilinium ſecundum parietẽ alicuius fecerit, ex quo paries madeſcit. Hæc cauſa approbatur l.17.§.fin ff ſi ſeruitus uindicetur. cuius uerba uide ȿ.lib.proxim.cap.4.de act.negat.circa finem.*

X. *Cauſa: Si quis id quod in publico loco poſitum habet, uelit reficere. Hæc cauſa approbatur l.2.§.ſi quis id.ff.ne quid in loco publico, his uerbis:* Si quis id quod in publico loco poſitum habuit, reficere uoluit: huic interdicto locum eſſe Ariſto ait, ad prohibendum aum reficere.

Exceptiones præcedentium cauſarum generales.

I. EXCEPTIO: *Niſi non in publico, ſed in priuato loco fiat. Hæc exceptio approbatur l.2.§.hoc interdictum.ibi: ad ea igitur.ff.ne quid in loco publico.cuius uerba uide J.exc.prox. Huius exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi quis uelum in mœniano ſuo immiſſum habeat, quo uicini luminibus officit. hoc enim quãuis in priuato habere uideatur, nihilominus interdictum utile eſt. quæ replicatio approbatur d.l.2.§.cũ quidam. cuius uerba uide ȿ.cauſa 3.*

II. EXCEPTIO: *Niſi in loco fiſci fiat. Hæc exceptio approbatur d.§.hoc interdictũ, his uerbis:* Hoc interdictum ad ea loca, quę ſunt in fiſci patrimonio non puto pertinere. In his enim neq; facere quidquã, neq; prohibere priuatus poteſt. Res enim fiſcales quaſi propriæ & priuatæ principis ſunt. Igitur ſi quis in his aliquid faciat, nequaquam hoc interdictũ locum habebit. Sed ſi fortè de his ſit cõtrouerſia, præfecti eorum iudices ſunt. Ad ea igitur loca hoc interdictum pertinet, quæ publico uſui deſtinata ſunt: ut ſi quid illic fieret quod priuato noceret, Prætor intardiceret interdicto ſuo.

III. EXCEPTIO: *Niſi nulli noceat. Hæc exceptio approbatur l.2.§.aduerſus. ibi: ſi aũt. ff. ne quid in loco publico.cuius uerba uide ȿ.cauſa 6.Concordat d.l.2.§.meritò.cuius uerba uide J exc.8.Concordat item l.ult.§.fin.ff de ſeruit.urban.prædior.his uerbis:* Lucius Titius aperto pariete domus ſuæ, quatenus ſtillicidij rigor & tignorum protectus cõpetebat, ianuã in publico aperuit: quæro, cũ neq; luminibus Publij Mæuij uicini, neq; itineri uicini officeret, neq; ſtillicidium in uicini domo cadat: an aliquam actionem Publius Mæuius uicinus ad prohibandum haberet? Reſpondeo ſecundũ ea quę proponerẽtur, nullã habere.

IIII. EXCEPTIO: *Niſi luminibus tantũ officiatur. Hæc exceptio reprobatur l.2.§ cum quidã.ff.ne quid in loco publico.cuius uerba uide ȿ.cauſa.3.Concordat d.l.2.§.ſi quid in.ibi: planè ſi ædificium.cuius uerba uide J.except.prox.*

V. EXCEPTIO: *Niſi ædificãdo impediat tãtũ defluere ad uicinũ ea, quæ nullo iure defluebant. Hæc exceptio approbatur d.§.ſi quid in, his uerbis:* Si q̇d in loco publico ędificauero, ut ea quę ex meo ad te nullo iure defluebãt, deſinãt fluere, interdicto me nõ teneri Labeo putat. Planè ſi ędificiũ hoc effecerit, ut minus hominis inſula tua habeat, interdictũ hoc cõpetit.

VI. EXCEPTIO: *Niſi ei ædificio noceat quod etiã in publico illicitè eſt ædificatũ. Hæc exceptio approbatur d.l.2.§.idẽ ait, his uerbis:* Labeo ait, Si in publico ędificẽ, deiñ hoc ei ædificio obſtet q̃ tu in publico ędificaueras, ceſſare hoc interdictũ, cum tu quoq; illicitè ędificaueris: niſi fortè tu iure tibi cõceſſo ædificaueras.

VII.

VII. EXCEPTIO: *Niſi non tam priuato quàm publico loco noceat. Hæc exceptio reprobatur exemplo l. 2. §. idem ait, ſi odore. ff. ne quid in loco publico, his uerbis:* Nerua ait, ſi odore ſoli locus peſtilentioſus fiat, non eſſe ab re de ea re interdicto uti. *Concordat d. l. 2. §. 1. cuius uerba uide ſ. queſt. 2.*

VIII. EXCEPTIO: *Niſi à lege uel magiſtratu fieri ſit permiſſum. Hæc exceptio approbatur uerbis interdicti ſ. eod. cap. in prin. propoſitis hiſce:* Præterquam quod lege, ſenatuſconſulto, edicto, decretoùe principum tibi conceſſum eſt. *Huius exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi in damnum & iniuriam alterius uergat. quæ replicatio approbatur d. l. 2. §. meritò, his uerbis:* Meritò ait Prætor, Qua ex re quid illi damni detur. nam quoties aliquid in publico fieri permittitur, ita oportet permitti, ut ſine iniuria cuiuſq; fiat: & ita ſolet Princeps, quoties aliquid noui operis inſtituendũ petitur, permittere. Damnum autem pati uidetur qui commodum amittit, quod ex publico conſequebatur, qualecunque ſit. Proinde ſi cui proſpectus, ſi cui aditus ſit deterior, aut anguſtior: interdicto opus eſt. *Concordat item d. l. 2. §. ſi quis à principe, his uerbis:* Si quis à principe ſimpliciter impetrauerit, ut in publico loco ædificet: non eſt concedendũ ſic ædificare, ut cum incommodo alicuius id fiat: neque ſic conceditur, niſi fortè quis hoc impetrauerit. *Huius replicationis duplicatio hæc eſt: Niſi ſpecialiter in damnum uel iniuriam alterius ſit conceſſum. quæ duplicatio approbatur uerbis iam propoſitis hiſce:* Niſi fortè quis hoc impetrauerit.

IX. EXCEPTIO: *Niſi in publico ſit factum. tunc enim ut reſtituatur, amplius agi non poteſt. Hæc exceptio approbatur l. 2. §. ſi quis nemine. ff. ne quid in loco publico, his uerbis:* Si quis nemine prohibente in publico ædificauerit, nõ eſſe eum cogendum tollere, ne ruinis urbs deformetur: & quia prohibitorium eſt interdictum, non reſtitutorium. Si tamen obſtet ædificium id publico uſui: utiq; is qui operibus publicis procurat, debebit id deponere: aut ſi non obſtet, ſolatium ei imponere. Sic enim uectigal hoc appellatur ex eo quòd pro ſolo pendatur. Si tamen adhuc nullum opus factum fuerit, officio iudicis continetur, uti caueatur non fieri. Et ea omnia etiam in perſona hæredum, cæterorumq; ſucceſſorum erunt cauenda. *Huius exceptionis replicatio prima eſt in loco ſacro. quæ approbatur ibidem, his uerbis:* Locorum ſacrorum diuerſa eſt cauſa. In loco enim ſacro non ſolum facere uetamur, ſed & factum reſtituere iubemur. hoc propter religionem. *Secunda replicatio eſt: Niſi prohibente prætore ſit factum. Quæ replicatio approbatur l. ult. ff. eod. tit. his uerbis:* Sicut is qui nullo prohibẽte in loco publico ędificauerat, cogendus nõ eſt demoliri, ne urbs deformetur ruinis: ita qui aduerſus edictum Prætoris ædificauerit, tollere ædificium debet: alioqui inane & luſorium prætoris imperium fuerit.

V. QVIBVS DATVR hoc interdictum?

Cuilibet agere uolenti. quæ regula approbatur l. 2. §. 1. ff. ne quid in loco publico. cuius uerba uide ſ. queſt. 2. Concordat l. 1. ff. de locis & itineribus publicis. cuius uerba uide j. cap. prox. queſt. 4.

VI. PER QVOS competat?

Etiam per procuratorem poteſt exerceri. quæ regula approbatur l. penult. ff. ne quid in loco publico, his uerbis: Ei qui interdicto experitur, ne quid in loco publico fiat, quo damnũ priuato detur: quãuis de loco publico interdicat, nihilominus procuratoris dandi facultas eſt.

VII. QVID VENIAT?

Agitur hoc interdicto ne fiat, non etiam ut factũ reſtituatur. quæ regula approbatur per ea quæ propoſita ſunt ſ. queſt. 4. except. gener. 9.

Agitur inſuper hoc interdicto, ut caueatur ne opus fiat. quæ regula approbatur l. 2. §. ſi quis nemine. ibi: ſi tamen adhuc. ff. ne quid in loco publico. cuius uerba uide d. except. 9.

VIII. ADFINIA REmedia.

I. *Regula: De iniuriarum actione ſi quis loco publico uti prohibeatur, proponitur l. 2. §. ſi quis in mari. ff. ne quid in loco publico. cuius uerba uide ſ. cap. 6. queſt. 5. reg. 7.*

II. *Regula: De actione legis* XII. *tabul. proponitur l. 5. ff. d. tit. his uerbis:* Si per publicum locum riuus aquæductus priuato nocebit: erit actio priuato ex lege XII. tabularum, ut de noxa domino caueatur.

III. *Regula: De officio eius qui operibus publicis præeſt, proponitur l. 2. §. ſi quis nemine. ibi: ſi tamen. ff. ne quid in loco publico. cuius uerba uide ſ. queſt. 4. except. 9.*

DE INTERDICTO TAM PROhibitorio quàm reſtitutorio uiæ & itineris publici. Cap. XI.

I. De interdicto Ne quid in uia uel itinere publico fiat.

I. VERBA HVIVS interdicti

PRoponuntur *l. 2. §. ait Prætor. ff. ne quid in loco publico, hæc nimirũ:* Ait Prætor. In uia publica, itinereùe publico facere, immittere quid, quo ea uia idùe iter deterius ſit, fiat ueto.

II. GE-

II. GENVS HVIVS INterdicti.

I. Regula: Populare eſt interdictum. quæ regula approbatur d. l. 2. §. hoc interdictum. cuius uerba uide J. quæſt. 5. reg. 1. Concordat l. 1. ff. de locis & itinerib. publicis. cuius uerba uide J. quæſt. 4.

II. Regula: Prohibitorium eſt interdictum. quæ regula approbatur d. l. 2. §. hoc interdictũ. cuius uerba uide J. interd. prox. quæſt. 2.

III. CAVSAE HVIVS INterdicti, eiusq; exceptiones.

I. Cauſa & generalis eſt: Si in uia uel itinere publico quid fiat immittatur'ue, quo ea uia, id'ue iter deterius fiat. Hæc cauſa approbatur uerbis interdicti paulo ſuperius propoſitis. Declaratur definitione uiæ publicæ l. 2. §. uiam publicam. ff. ne quid in loco publico. cuius uerba uide ſ. cap. 9. quæſt. 2. Declaratur inſuper definitione horum uerborũ: Deterius fiat. *d. l. 2. §. deteriorem, his uerbis:* Deteriorem uiam fieri ſic accipiendum eſt, ſi uſus eius ad commeãdum corrumpatur, hoc eſt, ad agẽdum uel ad eundum: ut cum plana fuerit, cliuoſa fiat, uel ex molli aſpera, aut anguſtior ex latiore, aut paluſtris ex ſicca.

II. Cauſa: Si quis cloacam in uiam publicam immittat. Hæc cauſa approbatur d. l. 2. §. ſi quis cloacã, his uerbis: Si quis cloacam in publicã uiam immitteret, exque ea re minus habilis uia per cloacam fieret: teneri eum Labeo ſcribit. Immiſiſſe enim eum uideri. Proinde et ſi foſſam quis in ſuo fundo fecerit, ut ibi aqua collecta in uiam decurrat: hoc interdicto tenebitur. Immiſſum enim habere & hunc uideri.

III. Cauſa: Si quis in ſuo fundo foſſam fecit, per quam aqua collecta in uiam publicam decurrit. Hæc cauſa approbatur uerbis iam propoſitis hiſce: Proinde et ſi foſſam quis, &c.

IIII. Cauſa: Si quis in ſuo ita ædificauit, ut aqua collecta in uia reſtagnet. Hæc cauſa approbatur ibidem, his uerbis: Labeo ſcribit, ſi quis in ſuo ita ædificauerit, ut aqua in uia collecta reſtagnet, non teneri eum interdicto: quia non immittat aquam, ſed nõ recipiat. Nerua autem melius ſcribit utrunq; teneri.

V. Cauſa: Si ſpecus uel pontem per uiam publicam facit. Hæc cauſa approbatur d. l. 2. §. ſcio, his uerbis: Scio tractatum, an permittendum ſit ſpecus & pontem per uiam publicam facere? & pleriq; probant eum interdicto teneri. non enim oportere eum deteriorem uiam facere.

VI. Cauſa: Si in uia publica monumentum extruat. Hæc cauſa approbatur l. 2. ff. de locis publicis, hiſce uerbis: Nemini licet in uia publica monumentum extruere.

Exceptiones præcedentium cauſarum generales.

I. EXCEPTIO: *Niſi in uia urbica, non ruſtica fiat. Hæc exceptio approbatur l. 2. §. hoc interdictum. ff. ne quid in loco publico fiat, his uerbis:* Hoc interdictum tantùm ad uias ruſticas pertinet, ad urbicas uerò non. Harũ enim cura pertinet ad magiſtratus: & ſiue publicè exemptus commeatus ſit, uel uia coarctata: interueniunt magiſtratus.

II. EXCEPTIO: *Niſi in uia uicinali fiat. Hæc exceptio reprobatur d. l. 2. §. uiarum. ibi: uicinales. cuius uerba uide ſ. lib. prox. cap. 7. quæſt. 2.*

III. EXCEPTIO: *Niſi id quod in uia publica fit, non noceat. Hæc exceptio ipſo quidem iure ſubſiſtit: uerùm eius replicatio hæc eſt, Niſi poſtea ſit nociturum. Hæc replicatio approbatur d. l. 2. §. deinde ait, his uerbis:* Ait Prætor, Quo ea uia, idue iter deterius ſit fiat: hoc ſiue ſtatim deterior ſit uia, ſiue poſtea. Ad hoc enim pertinent hæc uerba, Sit fiat. Etenim quædam ſunt talia, ut ſtatim facto ſuo noceant: quædam talia, ut in præſentia quidem nihil noceant, in futurum autem nocere debeant.

IIII. EXCEPTIO: *Niſi ea quæ paſcuntur, uiam publicam deteriorem faciant. Hæc exceptio reprobatur d. l. 2. §. hoc interdictum, his uerbis:* Hoc interdictum etiam ad ea quæ paſcuntur in uia publica, itinereúe publico, & deteriorem faciunt uiam, locum habet.

IIII. QVIBVS COMpetit?

Cuiuis uolenti competit. quæ regula approbatur l. 1. ff. de locis publicis. cuius uerba uide J. cap. prox. quæſt. 1.

V. QVID VENIAT IN hac actione?

I. Regula: De eo quanti actoris intereſt, proponitur l. 2. §. hoc interdictum. ff. ne quid in loco publico, his uerbis: Hoc interdictum perpetuum & populare eſt, condemnatioq; ex eo facienda eſt, quanti actoris intersit.

II. Regula: Vt cum uicino agat. Hæc regula approbatur in caſu d. l. 2. §. item Nerua. cuius uerba uide J. interd. prox. quæſt. 4. except. 4.

VI. QVAMDIV COMpetit?

Perpetua eſt actio. quæ regula approbatur l. 2. §. hoc interdictum. ff. ne quid in loco publico. cuius uerba uide ſ. quæſt. prox.

VII. AD FINE REmedium.

Si fiat in uia non ruſtica, ſed urbica, ad officium magiſtratus pertinet. quæ regula approbatur d. l. 2. §. hoc interdictum. cuius uerba uide ſ. quæſt. 3. except. 1.

II. De interdicto reſtitutorio.

I. VERBA HVIVS INterdicti

Proponūtur l. 2. §. prætor ait. ff. ne quid in loco publico, hec nimirum: Prætor air, Quod in uia publica, itinereúe publico factum, immiſſum habes, quo ea uia idúe iter deterius ſit fiat, reſtituas.

II. GENVS ET DIFFERENtia huius interdicti & ſuperioris

Proponitur ibidem, his uerbis: Hoc interdictum ex eadem cauſa proficiſcitur, ex qua & ſuperius. Et tantum intereſt, quòd hoc reſtitutorium, illud prohibitorium eſt.

III. CAVSAE HVIVS INterdicti.

Cauſæ huius interdicti eædem ſunt, quæ præcedentis, ut patet ex uerbis iam propoſitis: niſi quòd illud interdictum de eo quod fit, hoc uerò de eo quod factum eſt, competat: ut patet ex uerbis interdicti paulo ſuperius propoſitis. Specialis huius interdicti cauſa eſt, Si arbor alicuius in uiam publicam ceciderit. quæ cauſa approbatur, ſimul & diſtinguitur l. 2. §. ſi ex fundo. ff. ne quid in loco publico, his uerbis: Si ex fundo tuo arbor in uia publica ſic ceciderit, ut itineri impedimento ſit, eamque pro derelicto habeas: non teneri te, Labeo ſcribit. Si tamen actor (inquit) ſua impenſa arborem tollere paratus fuerit: rectè tecum acturum interdicto de uia publica reficienda. Sed ſi pro derelicto non habeas, rectè tecum agi hoc interdicto.

IIII. ADVERSVS QVOS competit?

Regulariter is hoc interdicto tenetur, qui fecit. cuius regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi habere deſierit, & alius factum habeat. tunc enim hoc interdicto tenetur non is qui fecit, ſed is qui factum habet. quæ exceptio approbatur l. 2. §. hoc interdicto. ff. ne quid in loco publico, his uerbis: Hoc interdicto non is tenetur, qui in uia publica aliquid fecit ſed is qui factum babet. Proinde ſi alius fecit, alius factum habet: is tenetur qui factum habet. Et eſt hoc utilius: quia is poteſt reſtituere, qui factum immiſſum habet. *Declaratur hæc regula definitione uerbi Habere ibidem, his uerbis:* Habere eum dicimus, qui utitur, & iure poſſeſsionis fruitur: ſiue ipſe opus fecit, ſiue ex cauſa conditionis uel emptionis, uel legato, uel hæreditate, uel quo alio modo adquiſijt. *Huius exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi habere deſierit. cuius duplicatio hæc eſt: Niſi dolo malo habere deſierit. quæ duplicatio approbatur d. l. 2. §. hoc interdictum, his uerbis:* Hoc interdictum locum habere Labeo ſcribit etiā aduerſus eum qui dolo malo fecit, quo minus poſsideret uel haberet. Etenim parem eſſe conditionem eius qui quid poſsideat uel habeat, atq; eius cuius dolo malo factum ſit, quo minus poſsideret uel haberet. Et mihi uidetur uera Labeonis ſententia. *Secunda propoſitæ regulæ exceptio eſt: Niſi is qui fecit, id opus pro derelicto habuerit. Hæc exceptio reprobatur d. l. 2. §. unde Ofilius, his uerbis:* Ofilius putat eũ qui pro derelicto reliquit id opus quod fecit, ſi uiam publicá corrupit & reliquit: non teneri hoc inrerdicto. Non enim habere quod fecit. Sed an in eum actio debeat dari, uidebimus? & puto utile interdictum competere, ut quod in uia publica ædificauit, reſtituat. *Planè admittitur exceptio hæc in caſu, de quo d. l. 2. §. ſi ex fundo. cuius uerba uide ſ. quæſtion. 3. cauſa 2. Tertia exceptio uidetur eſſe: Niſi alij quoq; factum utile ſit. tunc enim hic quoq; teneri uidetur: uerùm exceptio hæc reprobatur d. l. 2. §. idem Labeo, his uerbis:* Labeo ſcribit, Si uicinus meus uiam opere corruperit: quàuis opus quod fecit tam ipſi quàm mihi utile ſit: tamen ſi is uicinus fundi ſui cauſa id fecerit, me non poſſe hoc interdicto conueniri. Si autem hoc opus fieri communiter curauimus, utrunque noſtrûm teneri. *Quarta exceptio eſt: Niſi aqua, quam quis ex ſuo fundo in uiam publicam deriuat, ex uicini fundo fluat. tunc enim uicinus tenetur. quæ exceptio approbatur, ſimul & diſtinguitur l. 2. §. ideo Labeo. ibi: planè ſi fundus. ff. ne quid in loco publico, his uerbis:* Si fundus uiam publicam contingat, & ex eo aqua deriuata, deteriorem uiam faciat, quæ tamen aqua ex uicini fundo in tuum ueniat, ſiquidem neceſſe habeas eam aquam recipere: interdictum locum habebit aduerſus uicinum tuum. Si autem neceſſe non ſit: non teneri uicinum tuum, te tamen teneri. eum enim uideri factum habere, qui uſum eius aquæ habeat. Item Nerua ſcribit, ſi tecum inrerdicto agatur: nihil ultra te facere cogendum, quàm ut arbitratu eius qui tecum experitur, cum uicino experiaris. Cæterùm alirer obſeruantibus futurum erit ut tenearis, etiamſi bona fide cum uicino egeris, neque per te ſtet quo minus arbitratu actoris cum uicino experiaris.

V. QVID VENIAT IN HOC interdicto?

I. Regula: Venit in hoc interdicto, ut factum reſtituatur. quæ regula approbatur uerbis interdicti ſuprà propoſitis. Declaratur hæc regula l. 2. §. reſtituas. ff. ne quid in loco publico, his uerbis: Reſtituas Prætor inquit. Reſtituere uidetur, qui in priſtinum ſtatum reducit. Quod fit, ſiue quis tollat id

id quod factū eſt, ſiue reponat quod ſublatum eſt. Et id interdū ſuo ſumptu. Nā ſi ipſe quo cū interdixit fecerit, uel iuſſu eius alius, aut ratum habitum ſit quod fecit: ipſe ſuis ſumptibus debet reſtituere. Si uerò nihil horum interuenit, ſed habet factum: tunc dicemus patientiam ſolam eum præſtare debere. *Huius regulæ exceptio hæc eſt: Niſi reus opus non fecerit, nec iuſſu eius alius. tūc enim ſolam patientiam præſtare tenetur. quæ exceptio approbatur uerbis iam propoſitis hiſce:* Si uerò nihil horum, &c.

II. *Regula: Si non reſtituatur, quanti actoris interest, fit condemnatio. quæ regula approbatur d. l. 1. §. penult. his uerbis:* Interdictum hoc non eſſe temporariū, ſciendum eſt: pertinet enim ad publicam utilitatem: condemnatioq; ex eo facienda eſt, quanti actoris intereſt tolli quod factum eſt.

VI. QVAMDIV COMpetat?

Perpetuum eſt. quæ regula approbatur uerbis iā dictis hiſce: Interdictum hoc non eſſe temporarium, ſciendum eſt.

DE ACTIONIBVS POPVlaribus. Cap. XII.

I. DEFINITIO HARVM actionum

PRoponitur l. 1. ff. de popularibus actionibus, his uerbis: Eam popularem actionem dicimus, quæ ſuum ius populo tuetur.

II. *Cauſæ harum actionum, nec non & ſpecies propoſitæ ſunt ſ. in præcedentib. capitibus: quarum exceptio generalis hæc eſt, Niſi ſemel ſit actum. quæ exceptio approbatur l. 3. in prin. ff. d. tt. his uerbis:* Si ex eadem cauſa ſæpius agatur, cum idē factum ſit, exceptio uulgaris rei iudicatæ opponitur. *Huius exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi is qui antea egit, cum aduerſario colluſit. quæ replicatio approbatur l. 30. §. in popularibus. ff. de iureiurando, cuius uerba uide ſ. lib. 7. cap. 7. quæſt. 1. except. 6. repl. 8.*

III. QVIBVS COMPETANT hæ actiones?

I. *Regula: De quolibet agere uolente proponitur l. 1. ff. de locis publicis, his uerbis:* Cuilibet in publicum petere permittendum eſt id, quod ad uſum omnium pertinet: ueluti uias publicas, itinera publica. Et ideo quolibet poſtulante de his interdicitur. *Huius regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi ei qui agere uolet, per edictum poſtulare non liceat. Hæc exceptio approbatur l. 4. ff. de popularib. action his uerbis:* Popularis actio integræ perſonæ permittitur, hoc eſt, cui per edictum poſtulare licet. *Huius exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi ad eum qui agere uolet, res pertineat. Hæc replicatio approbatur exemplis l. 6. ff. d. tt. his uerbis:* Mulieri & pupillo populares actiones non dantur, niſi cum ad eos res pertinet.

II. *Regula: Si plures agere uolent, unus à prætore eligendus. quæ regula approbatur l. 2. ff. de popularibus actionibus, his uerbis:* Si plures ſimul agant populari actione, prætor eliget idoneorem. *Concordat l. 3. §. fin. ff. eod. tt. his uerbis:* In popularibus actionibus is cuius intereſt præfertur.

III. *Regula: De eo cui ex S. C. hæreditas eſt reſtituta, ad eum populares actiones à defuncto inſtitutæ non tranſeunt. quæ regula approbatur l. 7. in prin ff. de popular. action his uerbis:* Populares actiones non tranſeunt ad eum, cui reſtituta eſt hæreditas ex Trebelliano ſenatuſconſulto.

IIII. PER QVOS COMperant?

Per procuratorem exerceri non poſſunt: de quare uide ſ. lib. 5. cap. 6 quæſt. 4. except. 16.

V. ADVERSVS QVOS dantur?

Aduerſus heredes non dantur. quæ regula approbatur l. 8. ff. de popularib. action. his uerbis: Omnes populares actiones neq; in hæredes dantur, neq; ſupra annum extenduntur.

VI. QVAMDIV DANtur?

Annales ſunt. quæ regula approbatur uerbis iam propoſitis hiſce: Neq; ſupra annum extenduntur.

VII. EVENTVS.

Qui populares habet actiones, locupletior non intelligitur. quæ regula approbatur l. 7. in fine. ff. d. tt. his uerbis: Qui habet has actiones, non intelligitur eſſe locupletior. *Hactenus de rebus ſacris, ſanctis, religioſis & publicis cum ſuis actionibus dictum eſt: nunc de rebus priuatis eſt dicendū, quæ aut propriæ ſunt, aut communes, aut alienæ quāquam ex illis quædam etiam nullius ſunt, ut hæreditas iacens, res pro derelicta habita. Sed de his ſ. cap. 1. diuiſ. 3. eſt dictum.*

DE REBVS PRIVATIS tam proprijs & communibus quàm alienis. Cap. XIII.

I. DE REBVS PROprijs.

I. *Regula: Quilibet rerum ſuarū moderator atq; arbiter eſt, licetq; cuiuis in re ſua facere quod libet. Quæ regula approbatur l. 21. ibi: nam ſuæ quidem. C. mandati, his uerbis:* Suæ quiſq; rei moderator atq; arbiter non omnia negocia, ſed pleraq; ex proprio animo facit. *Concordat l. a in fine. ff ſi à parente quis manumiſſus, his uerbis:* Iniquum eſt ingenuis hominibus nō eſſe liberam rerum ſuarum alienationem.

Concordat item l. 9. ff. rerum amotarum, his uerbis: Non æquum eſt inuitũ ſuo precio res ſuas uendere. Huius regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi minor quis ſit uiginti quinq; annis. quæ exceptio approbatur l. 1. §. fin. ff. de minorib. uiginti quinq; annis. cuius uerba uide alibi. Secunda exceptio eſt: Niſi quis neq; modum atq; finem in rebus ſuis profundẽdis faciat. tunc enim ei bonorũ ſuorum adminiſtratio ſolet interdici. de qua re uide ſ. lib. 17. cap. 4. quæſt. 2. except. 34. repl. 4. Tertia exceptio eſt: Niſi furioſus quis ſit. de qua re itidem uide d. except. 34. Quarta exceptio eſt: Niſi quis in re ſua faciendo uicini conditionem faciat deteriorem. quæ exceptio approbatur per ea quæ dicta ſunt ſuprà lib. 21. cap. 12. quæſt. 1. exception. 12. replic. 1. Huius elegans exemplum proponitur l. 8. §. Ariſto ff. ſi ſeruitus uindicetur, cuius uerba uide ſ. queſtion. 3. reg. 13. Aliud exemplum proponitur d. l. 8. §. Alphenus, his uerbis: Alphenus ſcribit, poſſe ita agi, ius illi non eſſe in ſuo lapidem cædere, ut in uicini fundum fragmenta cadant. Aliud exemplum eſt: Si quis in ſuo ſterquilinium ponat, ex quo paries uicini madeſiat. quod exemplum proponitur l. 17. §. fin. ff. ſi ſeruitus uindicetur. cuius uerba uide ſ. lib. proxim. cap. 4. circa finem. Aliud exemplum eſt: Si fiſtulæ quibus quis per ſuum aquam ducit, ruptæ inundant uicini parietem. quod exemplum proponitur l. 18. ff. d. tit. cuius uerba uide d. cap. 4. in fine. Sed plura de exceptione propoſita uide ſ. lib. 23. cap. 12. quæſtion. 3. exception. 12. replic. 1. Quinta exceptio eſt: Niſi quis in ſuo quid habeat uel faciat, ex quo uicino damnum ſit metuendum. tunc enim per actionem de damno infecto, item aquæ pluuiæ arcendæ ne habeat uel faciat cogi poteſt: de quis ſ. lib. prox. Sexta exceptio eſt: Niſi in ſubgrunda uel protecto ſupra eum locum quo uulgò iter fit, id poſitum uel ſuſpenſum habeat, cuius caſus alicui nocere poſſit. Nam nec hoc in ſuo licet: de qua re dicetur alibi in actione de poſito & ſuſpenſo. Septima exceptio eſt: Niſi alius ſeruitutem uel uſumfructum in re noſtra habeat. hoc enim caſu non quodlibet nobis in re noſtra facere licet. quæ exceptio approbatur exemplo l. 19. §. fin. ff. de ſeruitut. urbanor. prædior. cuius uerba uide ſ. lib. prox. cap. 5. de ſeruitute ſtillicidij, quæſtion. 2. reg. 1. Alia huiuſmodi exempla proponuntur l. 9. ff. ſi ſeruitus uindicetur. cuius uerba uide ſ. lib. prox. cap. 4. quæſtion. 4. in prin. Concordat l. 5. C. de ſeruitutib. cuius uerba uide ſ. d. cap. 4. quæſtion. 7. reg. 2. Sanè quid iuris domino in re ſua, in qua alius ſeruitutem uel uſumfructum habet, competat: ſuprà ſuis locis eſt demonſtratum. Octaua exceptio eſt: Niſi quis re ſua malè utatur. Quæ exceptio approbatur Inſt. de his qui ſui uel alieni. §. ſed & maior, his uerbis: Expedit reipubl. ne re ſua quis malè utatur. Huius exemplum uide ibidem. Plura ad regulam propoſitam pertinentia uide ſ. lib. 12. cap. 11.

II. Regula: Licet cuilibet locum ſuum muro circumdare. quæ regula ſpecies eſt regulæ ſuperioris, & ſpecialiter approbatur l. 10. C. de ædificijs priuatis, hiſce uerbis: Per prouincias Meſopotamiá, Oſdroenam, Euphratenſem, Syriam ſecũdam, Phœnicem, Libaneſem, Ciliciam ſecundam, utranq; Armenium, utranq; Cappadociam, Pontum Polomoniacum, atq; Helenopontum, ubi magis hoc deſideratur, cæteraſq; prouincias cunctis uolentibus permittatur murali ambitu proprios fundos ſeu ſoi loca dominij conſtituta, uallare.

III. Regula: Nemo de ſua domo extrahi debet. Hæc regula approbatur l. 103. ff. de regulis iuris, hiſce uerbis: Nemo de domo ſua extrahi debet. Concordat l. 18. ff. de in ius uocando. cuius uerba uide ſ. lib. 6. cap. 1. quæſt. 1. reg. 1.

II. DE REBVS CVM ALIO communibus.

I. Regula: In re communi neuter ſociorum inuito altero quidquam facere poteſt. quæ regula approbatur l. 11. ff. ſi ſeruitus uindicetur, his uerbis: An unus ex ſocijs in communi loco inuitis cæteris iure ædificare poſsit: id eſt, an ſi prohibeatur à ſocijs, poſsit cum his ita experiri, ius ſibi eſſe ædificare: & an ſocij cum eo ita agere poſsint, ius ſibi prohibendi eſſe, uel illi ius ædificandi non eſſe. Et ſi ædificatum iam ſit, an poſsit cum eo ita experiri, ius ſibi non eſſe ita ædificatum habere, quæritur? Et magis dici poteſt, prohibendi potius quàm faciendi ius ſocio eſſe. Quia magis ille qui facere conatur, quodammodo ſibi alienum quoq; ius præcipit, ſi quaſi dominus ſolus ad ſuum arbitrium uti iure communi uelit. Concordat l. 28. ff. communi diuid. his uerbis: Sabinus in re communi ait, neminem dominorũ iure facere quidquam inuito altero poſſe. Vnde manifeſtũ eſt, prohibendi ius eſſe. In re enim pari potiorem cauſam eſſe prohibentis conſtat. Planè iure ſeruitutis in re communi neuter ſociorum alterum poteſt prohibere, ſed per communi diuidundo actionem hoc faciendum eſt: quod primæ exceptionis loco notandum. quæ exceptio approbatur l. 15. ff. de ſeruit. urban. præd. his uerbis: In re communi nemo dominorum iure ſeruitutis neq; facere quidquam inuito altero poteſt, neq; prohibere quo minus alter faciat. nulli enim res ſua ſeruit. Itaque propter immenſas contentiones plerunq; res ad diuiſionem peruenit. Sed per communi diuidundo actionem conſequitur ſocius, quo minus opus fiat: aut id opus quod fecit tollat, ſi modò toti ſocietati prodeſt id opus tolli. Cõcordat l. 4. ff. de ſeruitute legata, his uerbis: Si is qui duas ędes habebat, unas mihi, alteras tibi legauit, & medius paries qui utraſq; ædes diſtinguat, interuenit: eo iure eum cõmunẽ nobis eſſe exiſtimo, quo ſi paries

tantum

tantum duob. nobis communiter eſſet legatus Ideoq; neq; me neq; te agere poſſe, ius non eſſe alteri ita immiſſum in eas habere. Nam quod cõmuniter ſocius habet, id iure eum habere conſtitit. Itaq; de ea re arbiter cõmuni diuidundo ſumendus eſt. *Huius exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi ob rem propriam de re communi, uel contrà agatur. Hæc replicatio approbatur l 26. in prin. ff. de ſeruit. urban. præd. his uerbis:* Sed ſi inter te & me communes ſunt Tirianæ ædes, & ex his aliquid nõ iure in alias ædes meas proprias immiſſum ſit: nempe tecum mihi agere licet, aut rem perdere. Idẽ fiet ſi ex tuis proprijs ædibus in communes meas & tuas ędes quid ſimiliter eſt proiectum. Mihi enim ſoli tecũ eſt actio. *Concordat l. 14. §. fin. ff. ſi ſeruitus uindicetur, his uerbis:* Si paries cõmunis opere à te facto in ædes meas ſe inclinauerit, potero tecum agere ius tibi non eſſe parietẽ illum ita habere. *Secunda exceptio eſt: Niſi ſocio cum poſſet non prohibente, alter ſocius ædificauit. hoc enim caſu ut deſtruatur amplius agi nõ poteſt. quæ exceptio approbatur l. 28. §. ſed etſi. ff. communi diuid. his uerbis:* Etſi in cõmuni prohiberi ſocius à ſocio, ne quid faciat poteſt: ut tamen factum opus tollat, cogi non poteſt, ſi cũ prohibere poterat, hoc prætermiſit. Et ideo per communi diuidundo actionẽ damnũ ſarciri poterit. *Huius exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi abſente & ignorante ſocio alter ædificauit. quæ replicatio approbatur d. l. 28. in fine, his uerbis:* Quod ſi quid abſente ſocio ad læſionem eius fecit, tũc etiam tollere cogitur. *Tertia exceptio eſt: Niſi conſentiente ſocio alter ædificauit. Hæc exceptio approbatur d. l. 28. §. penul. his uerbis:* Sin autem facienti conſenſit, nec pro damno habet actionem. *Quarta exceptio eſt: Niſi uicinum ſociũ facere permiſerit. Hæc exceptio reprobatur l. 26. §. fin. ff. de ſeruit. urban. præd. his uerbis:* Si in area communi ædificare uelis, ſocius prohibendi ius habet: quamuis tu ædificãdi ius habeas à uicino cõceſſum, quia inuito ſocio in re communi nõ habes ius ædificandi. *Quinta exceptio eſt: Niſi neceßitas exigat fieri. Et hæc exceptio reprobatur, adeò ut et hoc caſu ſi ſocius ædificare uelit, per communi diuidũdo actionem id impetrare debeat. quod approbatur l. 12. ff. cõmuni diuidundo. his uerbis:* Si ædes cõmunes ſint, aut paries communis, & eum reficere uel demoliri, uel in eũ mittere quid opus ſit: cõmuni diuidundo iudicio erit agẽdũ, aut interdicto uti poſsidetis experimur. *Cõcordat l. 7. ff. de ſeruit. urban. præd. his uerbis:* Parietẽ, qui naturali ratione cõmunis eſt, alterutri uicinorũ demoliendi eũ, & reficiendi ius non eſt: quia nõ ſolus dominus eſt.

I I. *Regula: In reficienda re communi uter ſociorũ ſit præferendus, definitur l. 42. ff. de dãno infecto. his uerbis:* In reficiendo communi pariete ei potius facultas ædificandi præſtatur, qui magis idoneè reficere parietem uelit. Idẽque dicendũ eſt, etſi de eodem itinere riuoue reficiendo inter duos uel plures q̃ratur.

III *Regula: Socio ſecundũ parietem communẽ tubulos habere non licet. quæ regula approbatur l. 12. in prin. ff. de ſeruit urban. præd. his uerbis:* Quidã Iberius nomine, q habet poſt horrea mea inſulam, balnearia fecit ſecundũ parietem communem. Non licet autem tubulos habere admotos ad parietẽ communẽ, ſicuti nec parietem quidem ſuum ſuper parietẽ communẽ. De tubulis eo amplius hoc iuris eſt: quia per eos flãma torretur paries. De qua re uolo cum Iberio loquaris, ne rẽ illicitam faciat. Proculus reſpõdit: Nec Iberium de ea re dubitare puto, quòd rem nõ permiſſam faciat, tubulos ſecũdum parietem communem extruendo.

IIII. *Regula: Balneũ ſiue tepidarium ſecundũ parietem communem ſocius extruere non prohibetur. quæ regula approbatur, ſimul & diſtinguitur l. 18. in prin. ff. de ſeruit. urban. præd. his uerbis:* Proculus ait, non poſſe prohiberi uicinum, quo minus balineum habeat ſecundum parietem communem, quamuis humorẽ capiat paries: non magis quã ſi uelit in triclinio ſuo, uel in cubiculo aquam effundere. Sed Neratius ait, ſi talis ſit uſus tepidarij, ut aſsiduum humorem habeat, & ideo noceat uicino: poſſe eum prohiberi.

V. *Regula: Fiſtulam iniunctam parieti communi ſocius habere non poteſt. quæ regula approbatur d. l. 18 in prin. his uerbis:* Fiſtulam iunctã parieti communi, quæ aut ex caſtello, aut ex cœlo aquã caperet, nõ iure haberi Proculus ait.

VI. *Regula: Cameram ex figlino opere factã iuxta communem parietem habere licet. quæ regula approbatur d. l. 18. §. penult. his uerbis:* Iuxta communẽ parietem cameram ex figlino opere factã, ſi ita retineatur, ut etiam ſublato pariete maneat (ſi modò non impediat refectionẽ communis parietis) iure habere licet.

VII. *Regula: Scalas ad parietem communem habere licet. quæ regula approbatur d. l. 18. §. ult. his uerbis:* Scalas poſſe me ad parietem communem habere, Sabinus rectè ſcribit: quia remoueri eæ poſſunt.

VIII. *Regula: Incruſtare parietẽ communẽ & picturas in eo habere uni ſociorum licet. quæ regula approbatur l. 13. §. fin. ff. de ſeruit. urb. præd. his uerbis:* Parietẽ communẽ incruſtare licet ſecundũ Capionis ſententiã, ſicut licet precioſsimas picturas habere in pariete cõmuni. Cęterũ ſi demolitus ſit uicinus, & ex ſtipulatu actione dãni infecti agatur: non plus q̃ uulgaria tectoria debẽt ęſtimari. Quod obſeruari & in incruſtatione oportet.

I X. *Regula: In pariete communi feneſtras inuito ſocio facere non licet. quæ regula approbatur l. 39. ff. de ſeruit. urban. præd. his uerbis:* Eos qui ius immittendi luminis non habuerunt, aperto pariete communi nullo iure feneſtras immiſiſſe Paulus reſpondit.

X. *Regula: In locum communem alteri ſociorum mortuum inferre non licet. de qua re uide ſ. cap. 2. de loco religioſo. quæſt. 2. except. 2.*

X I. *Regula: De tabulis communibus deponendis uide ſ. lib. 28. cap. 2. in fine. Sed & plura de iure in re communi uide in actione pro ſocio & communi diuidundo.*

III. DE REBVS Alienis.

I. *Regula: Aquam in alieno loco ortam, inuito domino loci ducere non licet. quæ regula approbatur l. 4. C. de ſeruitutib. his uerbis:* Aquã quæ in alieno loco oritur, ſine uoluntate eius ad quẽ uſus eiuſdem aquæ pertinet, prætoris edictũ non permittit ducere. *Cõcordat l. 6. C eod. tt. cuius uerba uide ſ. lib. prox. ca. 10. quæſt. 2. reg. 4.*

I I. *Regula: In alieno ſolo aucupari uel uenari quis inuito domino ſoli non poteſt. quæ regula approbatur l. 16. ff. de ſeruit. ruſt. præd. his uerbis:* Diuus Pius aucupibus ita reſcripſit. *ἐκ ἔςιν εὔλογον ἀκόντων δεσποτῶν ὑμᾶς ἐν ἀλλοτρίοις χωρίοις ἰξεύειν*, id eſt: Non eſt conſentaneum rationi, ut per aliena prædia inuitis dominis aucupium faciatis. *Concordat l. 1. §. planè qui. ff de adq. rer. dom. his uerbis:* Qui in alienum fundũ ingreditur uenandi aucupãdiue gratia, poteſt à domino, ſi is præuiderit, iure prohiberi ne ingrediatur. *Concordat iiſdem uerbis Inſt. eod. tt. §. feræ igitur. ibi: planè.*

I I I. *Regula: Lapides in alieno fundo cædere inuito domino nemo poteſt. quæ regula approbatur, ſimul & diſtinguitur l. 13. §. ſi conſtat. ff. communia præd. his uerbis:* Si conſtat in tuo agro lapidicinas eſſe, inuito te nec priuato nec publico nomine quiſquã lapides cædere poteſt, cui id ius faciendi non eſt. Niſi talis cõſuetudo in illis lapidicinis conſiſtat, ut ſi quis uoluerit ex his cędere, non aliter hoc faciat, niſi prius ſolitum pro hoc ſolarium domino præſtet. Ita tamen lapides cædere debet, poſtquam ſatisfecit domino, ut neq; uſus neceſſarij lapidis intercludatur, neq; commoditas rei iure domino adimatur.

I I I I. *Regula: Per agrum alienum inuito domino ire uel agere non licet. Hæc regula approbatur, ſimul & diſtinguitur l. 11. C. de ſeruitutib. cuius uerba uide ſ. cap. 9. quæſt. 4. reg. 3.*

V. *Regula: Feneſtram in alieno pariete facere non licet. quæ regula approbatur l. 8. C. d. tt. his uerbis:* Altius quidem ædificiũ tollere, ſi domus ſeruitutem non debeat, dominus eius minimè prohibetur. In pariete uerò tuo ſi feneſtram Iulianus ui uel clàm feciſſe cõuincatur, ſũmptibus ſuis opus tollere, & integrum parietem reſtituere compellitur.

V I. *Regula: Rem noſtram in alterius ſolum delatam, per ad exhibendum actionem tollere & auferre poſſumus. quæ regula approbatur per ea quæ propoſita ſunt ſ. lib. 21. cap. 10. quæſt. 4. cauſa 1. item tollere per interdictum poſſumus. quæ regula approbatur l. 9. §. de his. ff. de damno infecto, his uerbis:* De his quæ ui fluminis importata ſunt, an interdictum dari poſſit quæritur? Et Trebatius refert, cum Tyberis abundaſſet, & multas multorum res in aliena ędificia detuliſſet: interdictum à Prætore datum, Ne uis fieret dominis, quo minus ſua tollerent, auferrent: ſi modò damni infecti repromitterent. *Huius regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi de damno infecto non caueat actor. Hæc exceptio approbatur uerbis iam propoſitis hiſce:* Si modò dãni infecti repromitterent. *Concordat d. l. 9. §. Alfenus. cuius uerba uide ſ. lib. prox. c. 3. quæſt. 3. cauſa 2. ſed plura de regula propoſita, eiusq; exceptionib. uide ſ. d. cauſa 3.*

V I I. *Regula: Si fructus noſtri in alienum ſolum ceciderint, tertio quoq; die eos lege auferre nobis licet. quæ regula approbatur l. unica ff. de glande legenda. cuius uerba uide ſ. lib. 21. cap. 10. quæſt. ult. reg. 2. except. 1.*

V I I I. *Regula: Si arbor noſtra in ædes alienas uel agrum impendet, domino ædium eam auferre, ſibiq; habere licet. de qua re uide ſ. cap. prox.*

I X. *Regula: Arborem in alienum fundum uento inclinatam habere non licet. quæ regula approbatur l. 2. ff de arborib. cædendis, hiſce uerbis:* Si arbor ex uicini fundo uento inclinata, in tuum fundum ſit: ex lege X I I. Tabularum de adimenda ea rectè agere potes, ius ei non eſſe ita arborem habere.

X. *Regula: Si arbor uel cruſta ex fundo alieno in uicini fundum translata ſit, uicinus ut arbor uel cruſta tollatur ex ſuo fundo, agere poteſt. quæ regula uerbis ſuprà reg. prox. propoſitis approbatur. cuius exceptio hæc eſt: Niſi arbor uel cruſta in fundo alieno coaluerit. quæ exceptio approbatur l. 9. §. Alfenus. ibi: ſed nec ego. ff. de damno infecto. cuius uerba uide infrà lib. proxim. cap. 3. quæſtion. 3. cauſa 2.*

X I. *Regula: Si radices arboris in fundamento uicinarum ædium creſcant, & fundamento periculum adferant: interdictum datur. quæ regula approbatur l. 1. C. de interdictis, hiſce uerbis:* Cum proponas radicibus arborum in uicina Agathangeli area poſitis creſcentibus, fundamentis domus tuæ periculum adferri: Præſes ad exemplum interdictorum, quæ in albo propoſita habet, Si arbor in alienas ædes impendebit: item, Si arbor in alienum agrum impendebit: quibus oſtenditur, ne per arboris quidem

dem occaſionem uicino nocere oportere: rem ad ſuam æquitatem rediget.

XII. *Regula: Parietem in uicini domo procumbentem habere non licet. Quæ regula approbatur l. 17. in prin. ff. ſi ſeruitus uindicetur, his uerbis:* Si quádo inter ædes binas paries eſſet, qui ita uétrem faceret, ut in uicini domo ſemipedé aut amplius procumberet: agi oportet ius non eſſe illum parietem ita proiectum in ſuum eſſe inuito ſe. *Concordat l. 14. §. fin. ff. eod. tt. cuius uerba uide ſ. quæſt. proxim. reg. 1. except. 1. replic. 1.*

XIII. *Regula: Fumum ex inferiori ædificio in ſuperius immittere non licet: quemadmodum nec ex ſuperiore in inferius aquam licet immittere. quæ regula approbatur l. 8. §. Ariſto. ff. ſi ſeruitus uindicetur, his uerbis:* Ariſto Cerellio Vitali reſpondit, non putare ſe ex taberna caſearia fumum in ſuperiora ædificia iure immitti poſſe, niſi eius rei ſeruitus talis admittatur. Ideo (ait) quia & ex ſuperiore in inferiora non aquam, non quid aliud immitti licet. In ſuo enim hactenus alicui facere licet, quatenus nihil in alienum immittat. Fumi autem ſicut aquæ immiſsionem eſſe. Poſſe igitur ſuperiorem cum inferiore agere ius illi non eſſe id ita facere. Alfenum denique ſcribere ait, poſſe ita agi ius illi non eſſe in ſuo lapidem cædere, ut in meum fundum fragmenta cadãt. Dicit igitur Ariſto, eum qui tabernam caſeariam à Minturnenſibus conduxit, ad ſuperiora prohiberi poſſe fumum immittere: ſed Minturnenſes ei ex conducto teneri, agique ſic poſſe dicit cũ eo qui eum fumum immittat, ius ei non eſſe fumum immittere. Ergo & per contrarium agi poterit, ei ius eſſe. Quod & ipſum uidetur Ariſto probare. Sed & interdictũ Vti poſsidetis poterit locũ habere, ſi quis prohibeatur qualiter uelit ſuo uti.

XIIII. *Regula: Naturaliter ex ſuperiore fundo in inferiorem aqua fluere poteſt. quæ regula approbatur l. 1. §. fin. ff. de aqua pluuia arcenda. cuius uerba uide ſ. lib. prox. cap. 7. quæſt. 2. cauſa 4.*

XV. *Regula: In rebus alienis habemus ſeruitutẽ, uſumfructum & alia ſimilia iura, ſi ſcilicet conſtituta ſunt. de quibus dictum ſ. libris proximis.*

DE ARBORIBVS CAEDENDIS interdicta. Cap XIIII.

I. De interdicto, Si arbor ex ædibus tuis in alienas ædes impendeat.

I. VERBA HVIVS interdicti

P*Roponuntur l. 1. in prin. ff. de arboribus cædendis, hæc nimirum:* Ait Prætor, Quæ arbor ex ædibus tuis in ædes illius impendet, ſi per te ſtat quo minus eam adimas: tunc quo minus eam illi arborem adimere, ſibique habere liceat, uim fieri ueto.

II. GENVS HVIVS interdicti

Proponitur d. l. 1. §. 1. his uerbis: Hoc interdictum prohibitorium eſt.

III. CAVSA HVIVS interdicti.

Si arbor ex ædibus uicini in noſtras ædes impendet, eam nobis licet auferre. quæ cauſa conſtat uerbis interdicti iam propoſitis. cuius exceptio prima hæc eſt: Niſi is cuius arbor eſt, eam uelit auferre. quæ exceptio approbatur d. l. 1. §. ait Prætor. his uerbis. Ait Prætor, Si per te ſtat quo minus eam adimas: tunc quo minus eam arborem illi adimere liceat, uim fieri ueto. Prius itaque tibi datur adimendi facultas: ſi tu non facias, tũc uicino prohibet uim fieri adimere uolenti. *Secunda exceptio uidetur eſſe: Niſi non arbor, ſed uitis impendeat. Hæc exceptio reprobatur d. l. 1. §. arboris, hiſce uerbis:* Arboris appellatione etiam uites continentur.

IIII. QVIBVS DATVR ADImendi facultas?

I. *Regula: De domino ædiũ & uſufructuario proponitur d. l. 1. §. non ſolum, his uerbis:* Non ſolum domino ædium, ſed etiam ei qui uſumfructum habet, competit hoc interdictũ: quia & ipſius intereſt arborem iſtam non impendere.

II. *Regula: De ſocijs ædium proponitur d. l. 1. §. præterea. his uerbis:* Probandum eſt, ſi arbor communibus ædibus impendeat, ſingulos dominos habere hoc interdictum, & quidem in ſolidum: quia & ſeruitutũ uindicationem ſinguli habeant.

V. QVID ET QVANtùm ueniat?

I. *Regula: Vtrum totam, an partem arboris liceat adimere, definitur d. l. 1. §. ſi arbor, his uerbis:* Si arbor ædibus alienis impendeat, utrum totam arborem iubeat Prætor adimi, an uerò id ſolum quod ſuperexcurrit, quæritur? Et Rutilius ait, ex ſtirpe excidendam, idque pleriſque uidetur uerius: & niſi dominus adimeret arborem, Labeo ait permitti ei cui arbor officeret, ut (ſi uellet) ſuccideret eam, lignaque tolleret.

II. *Regula: Quilibet ſociorum in ſolidum interdictum habet. quæ regula approbatur d. l. 1. §. præterea. cuius uerba uide ſ. quæſt. prox. reg. 2.*

II. De interdicto, Si arbor ex agro tuo in agrum alienum impendet.

I. VERBA HVIVS interdicti

Proponuntur l. 1. §. deinde ait ff. de arborib. cædendis, hæc nimirum: Deinde ait Prætor, Quę arbor

ex agro tuo in agrum illius impendet, ſi per te ſtat quo minus pedes quindecim à terra eam altius coerceas: tunc quo minus illi ita coercere, lignaq́; ſibi habere liceat, uim fieri ueto.

II. RATIO HVIVS INTERdicti, & adfine remedium

Proponitur d.l.1.§.quod ait, his uerbis: Quod ait Prætor, & lex XII. tabularum efficere uoluit, ut quindecim pedes altius rami arboris circumcidantur. Et hoc idcirco effectum eſt, ne umbra arboris uicino prædio noceret.

III. DIFFERENTIA HVIVS interdicti & ſuperioris

Proponitur d.l.1.§.fin. his uerbis: Differentia duorum capitum interdicti hæc eſt, Siquidem arbor ædibus impendeat, ſuccidi eam præcipitur. Si uerò agro impendeat, tantum uſq; ad quindecim pedes à terra coerceri.

DIGESTORVM LIBER VICESIMVSSEPTIMVS.

DE NOVI OPERIS NVNCIATIONE, DE damno infecto, & de aqua pluuia arcenda.

Hactenus per ſex libros iura rerum enumerauimus atq; deſcripſimus, pro quibus conſeruandis tum rei uendicatio, actio tam confeſſoria quàm negatoria, interdicta competunt, hactenus propoſita atq; tractata: tum etiam noui operis nunciatio, damni infecti ſtipulatio, & aquæ pluuiæ arcendæ actio, quæ iuris remedia ſuperſunt tractanda: quibus pertractatis, finem tertiæ parti de rerum iure imponemus.

DE NOVI OPERIS NVNciatione. Cap. I.

I. CAVSAE EX QVIBVS noui operis nunciatio competit.

PRIMA A *cauſæ loco notanda eſt cauſarum diuiſio, quæ proponitur l.1.§.nunciatio fit. ff. de operis noui nunciat. his uerbis:* Nunciatio fit aut iuris noſtri conſeruandi cauſa, aut damni depellendi, aut publici iuris tuendi gratia. Nunciamus autē, quia ius aliquod prohibendi habemus, uel ut dāni nobis infecti caueatur ab eo qui fortè in publico, uel in priuato quid molitur: aut etiamſi quid cōtra leges, edictaúe principum, quæ ad modum ædificiorum facta ſunt, fiet: uel in ſacro, uel in loco religioſo, uel publico, ripaúe fluminis: quibus ex cauſis & interdicta proponuntur. *Similis diuiſio cauſarum proponitur l.5.§.Sextus. ff. eod. tt. his uerbis:* Sextus Pedius definit, noui operis nunciationis triplicem eſſe cauſam: aut naturalem, aut publicam, aut impoſiticiam. Naturalem, cum in noſtras ędes quid immittitur, aut in noſtro ædificatur. Publicā cauſam, quoties leges, uel ſenatuſcōſulta, conſtitutionesq́; principum per noui operis nunciationem tuemur. Impoſiticiam, cum quis poſteaquam ius ſuū deminuit, alterius auxit: hoc eſt, poſteaquàm ſeruitutem ædibus ſuis impoſuit, contra ſeruitutem fecit.

II. *Cauſa: Si quis in ædes noſtras immittat quid, uel in noſtro ædificet. Hæc cauſa approbatur uerbis iam propoſitis hiſce:* Naturalem, cum in ædes noſtras quid immittitur, aut in noſtro ædificatur. *Concordat d.l.5.§.ſed etſi in, his uerbis:* Si in ædes noſtras quid immittitur, aut in loco noſtro ædificatur: æquum eſt nos operis noui nunciatione iura noſtrum nobis conſeruare uelle. *Concordat d.l.5.§.meminiſſe. cuius uerba uide J.quæſt.ult.reg.1.*

III. *Cauſa: Si quis opus nouum contra ius faciat. quæ cauſa declaratur l.1.§.opus. ff. de operis noui nunciat. his uerbis:* Opus nouum facere uidetur, qui aut ædificā do aut detrahendo aliquid priſtinam faciem operis mutat.

Exceptiones præcedentium cauſarum generales.

I. EXCEPTIO: *Niſi non nouum opus faciat quis, ſed uetus fulciat. Hæc exceptio approbatur l.1.§.ſi quis ædificium. ff. d. tt. his uerbis:* Si quis ædificium uetus fulciat, an nouum opus ei nunciare poſsimus, uideamus? & magis eſt ne poſsimus. hic enim non nouum opus facit, ſed ueteri ſuſtinendo remedium adhibet.

II. EXCEPTIO: *Niſi quis riuos aut cloacas reficiat uel purget. Hæc exceptio approbatur l.5.§.ſi quis riuos. ff. eod. tt. his uerbis:* Si quis riuos uel

uel cloacas uelit reficere uel purgare: operis noui nunciatio non immeritò prohibetur, cum publicæ ſalutis & ſecuritatis interſit & cloacas & riuos purgari. *Concordat l.3.§.ſi quis riuum.ff.de riuis,his uerbis:* Si quis riuum reficienti opus nouum nunciat, belle dictum eſt poſſe contemni operis noui nunciationem. Cum enim Prætor ei uim fieri uetet, abſurdum eſt per operis noui nunciationẽ eum impediri. Planè per in rem actionem dicendum poſſe aduerſus eum uindicari ius ei non eſſe. Hoc dubium non eſt. De damno quoq; infecto cauere eum debere minime oportet dubitari. *Concordat item l.1.§.ſi quis purganti.ff.de cloacis,his uerbis:* Si quis purganti mihi cloacam, uel reficienti opus nouum nunciauerit: rectiſsimè dicetur contempta nunciatione poſſe me reficere id quod iam inſtitueram. Sed & damni infecti cautionem pollicetur, ſi quid ibi operis uitio factum ſit. Nam ſicuti reficere cloacas, & purgare permittendum fuit: ita dicendum eſt, ne damnũ ædibus alienis detur.

III. EXCEPTIO: *Niſi non in re ſoli, ſed mobili opus fiat. Hæc exceptio approbatur l.1.§.hoc autem ff.de noui operis nunciat.his uerbis:* Hoc edictum non omnia opera complectitur, ſed ea ſola quæ ſolo coniuncta ſunt, quorum ædificatio uel demolitio uidetur nouum opus continere. Idcirco placuit, ſi quis meſſem faciat, arborem ſuccidat, uineam putet: quanquam opus faciat, tamẽ ad hoc edictum non pertinere: quia ad ea opera quæ in ſolo fiunt, pertinet hoc edictum.

IIII. EXCEPTIO: *Niſi quis meſſem faciat, arborem ſuccidat, uineam putet. huic enim inutiliter nouum opus nunciatur. quæ exceptio approbatur uerbis iam propoſitis hiſce:* Idcirco placuit, ſi quis, &c.

V. EXCEPTIO: *Niſi quis in mari uel in littore maris ædificanti nouum opus nunciet. Hæc exceptio approbatur d.l.1.§.quod ſi quis.hiſce uerbis:* Si quis in mari uel in littore ædificet, licet in ſuo non ædificet, iure tamen gentium ſuum facit. Si quis igitur uelit ibi ædificantem prohibere, nullo iure prohibet: neq; nouum opus nunciare, niſi ex una cauſa poteſt, ſi fortè damni infecti ſibi caueri uelit. *Huius exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi nunciant de damno infecto ſibi caueri uelit. quæ replicatio approbatur uerbis iã propoſitis hiſce:* Niſi ex una cauſa poteſt, ſi fortè, &c. *Concordat l.50.ff.de adq.rer.dom.cuius uerba uide ſ.lib.21.cap.2.cauſa 12. except.2.*

VI. EXCEPTIO: *Niſi ſocius in re communi aliquid faciat. huic enim à ſocio nouum opus nunciari non poteſt quæ exceptio approbatur l.3.§.1.ff. de noui operis nunciat.his uerbis:* Si in loco communi quid fiat, nunciatio habebit locum aduerſus uicinum. Planè ſi onus noſtrũ in communi loco faciat, non poſſum ego ſocius nouum opus ei nunciare: ſed eum prohibebo communi diuidundo iudicio, uel per prætorem. *Huius exceptionis replicatio uidetur eſſe: Niſi ſocius propriæ rei nomine, cui per id quod in communi loco fit nocetur, nunciauerit. Hæc replicatio reprobatur d.l.3.§.quod ſi ſocius, his uerbis:* Si ſocius meus in communi inſula nouum opus faciat, & ego propriam cui noceatur habeam: an opus nouum ei nunciare poſsim? Et putat Labeo, nunciare non poſſe: quia poſsim alia eum ratione prohibere ædificare: hoc eſt, per prætorem, uel per arbitrum communi diuidundo. Quæ ſententia uera eſt.

VII. EXCEPTIO: *Niſi in prouinciali prædio nouum opus fiat. Hæc exceptio reprobatur d.l.3.in prin.his uerbis:* In prouinciali etiam prædio ſi quid fiat, noui operis nunciatio locum habebit.

VIII. EXCEPTIO *ſumpta ex loco, in quo nouũ fit opus, reprobatur l.1.§.ſiue autem.ff.de noui operis nũciat.his uerbis:* Siue intra oppida, ſiue extra oppida in uillis uel agris opus nouũ fiat, nunciatio ex hoc edicto locũ habet, ſiue in priuato, ſiue in publico opꝰ fiat.

IX. EXCEPTIO: *Niſi non in uicino, ſed remotiori loco nouũ opus fiat. Et hæc exceptio reprobatur l.8.in prin.ff.de noui operis nũciat.his uerbis:* Nõ ſolũ proximo uicino, ſed etiã ſuperiori faciẽti nouũ opus nũciare potero. Nã & ſeruitutes quædã interuenientib. modijs locis uel publicis uel priuatis eſſe poſſunt.

X. EXCEPTIO: *Niſi is qui nouum opus facit, prætor ſit. Hæc exceptio approbatur l.1.§.ſi quis ipſi.ff.d.tit.cuius uerba uide ſ.cap.proxim.act.2.quæſt.1.except.4.repl.2.*

XI. EXCEPTIO: *Niſi mora operis periculũ aliquod ſit allatura. Hæc exceptio approbatur d.l.5.§.præterea, his uerbis:* Generaliter prætor cætera quoq; opera excepit, quorũ mora periculum aliquod allatura eſt. Nam in his quoq; contemnendã putauit operis noui nũciationẽ. Quis enim dubitat, multo melius eſſe omitti noui operis nunciationẽ, quàm impediri operis neceſſarij urgentẽ extructionẽ? *Concordat d.l.5.§.toties, his uerbis:* Toties aũt hæc pars locum habet, quoties dilatio periculum allatura eſt. Proinde ſi quis cum opus hoc mora periculum allaturum eſſet, nunciauerit opus nouum: ueluti ſi in cloacis, uel ripa reficiendis aliquid fieret: dicemus apud iudicem quæri debere, an talia opera fuerint, ut contemni nunciatio deberet. Nã ſi apparuerit uel in cloaca, riuoúe, eoúe cuius mora pi-

culum

culum allatura eſſet: dicendum eſt, non eſſe uerendum ne nunciatio noceret.

XII. EXCEPTIO: *Niſi iure faciat uel ædificet is cui nunciatur. Hæc exceptio reprobatur l. 1. in prin. ff. de operis noui nunciat. his uerbis:* Hoc edicto permittitur ut ſiue iure ſiue iniuria opus fieret, per nunciationem inhiberetur: deinde remitteretur prohibitio eatenus, quatenus prohibendi ius is qui nunciaſſet non haberet. *Concordat l. 20. §. interdictum. ibi: qui ergo. ff. eod. tit. cuius uerba uide ℑ. cap. prox. act. 2. quæſt. 1. except. 3. Concordat item d. l. 20. §. ait Prætor. cuius uerba uide d. except. 3.*

XIII. EXCEPTIO: *Niſi is qui ædificat, agere cœperit, ſibi ædificandi ius eſſe. Et hæc exceptio reprobatur l. 1. §. ſed etſi is. ff. d. tit. his uerbis:* Sed etſi is cui nouum opus nunciatũ eſt, ante remiſsionem ædificauerit, deinde cœperit agere ſibi ius eſſe ita ædificatum habere: prætor actionem ei negare debet, & interdictum in eum de opere reſtituendo reddere.

XIIII. EXCEPTIO: *Niſi nuncians de calumnia non iuret. Hæc exceptio approbatur l. 5. §. qui opus. ff. d. tit. his uerbis:* Qui opus nouum nunciat, iurare debet non calumniæ cauſa nouum opus nunciare. Hoc iuſiurandũ autore Prætore defertur. Idcirco non exigitur ut antè iuret is, qui iuſiurandum exigit. *Hæc de cauſis nunciationis, earumq́; exceptionibus ſint dicta. Sed & plures huiuſmodi exceptiones uide ℑ. quæſt. 9. item ℑ. cap. proxim. act. 2. quæſt. 1.*

II. QVIBVS COMPETIT nunciatio?

I. Regula: *De eo ad quem res pertinet, proponitur l. 1. §. iuris noſtri. ff. de noui operis nunciat. his uerbis:* Iuris noſtri conſeruandi aut damni depellendi cauſa nouum opus nunciare poteſt is, ad quem res pertinet. *Declaratur hæc regula l. unica. §. ius is ff. de remiſsionibus, his uerbis:* Ius is habet nouum opus nunciandi, qui aut dominium aut ſeruitutem habet.

II. Regula: *De fructuario loci. Huic quoq; ius eſt nunciandi, quæ regula approbatur d. l. unica. §. item Iuliano, his uerbis:* Iuliano placet, fructuario uindicandarum ſeruitutum ius eſſe, ſecundum quod opus nouum nunciare poterit uicino, & remiſsio utilis erit. *Huius regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi domino loci nunciauerit. quæ exceptio approbatur ibidem, his uerbis:* Ipſi autem domino prædij ſi nunciauerit, remiſsio inutilis erit. Neq; ſicut aduerſus uicinum, ita aduerſus dominum agere poteſt, ius ei nõ eſſe inuito ſe altius ędificare. Sed ſi hoc facto deterior uſusfructus fiat, petere uſumfructum debebit. Idem Iulianus dicit de cæteris, quibus aliqua ſeruitus à uicino debetur. *Concordat iiſdem uerbis l. 2. ff. de operis noui nunciat. Secunda exceptio eſt: Niſi uſufructuarius ſuo, non procuratorio nomine nunciet. Hæc exceptio approbatur l. 1. §. fin. ff. de operis noui nunciat. his uerbis:* Vſufructuarius nouum opus nunciare ſuo nomine non poteſt, ſed procuratorio nomine nunciare poterit, aut uindicare uſumfructũ ab eo, qui nouum opus faciat. Quæ uindicatio præſtabit ei quod eius interfuit, nouum opus factum non eſſe.

III. Regula: *De eo cui ſeruitus debetur. Huic quoque nunciandi ius eſt. quæ regula approbatur l. unica §. ius is. ff. de remiſsionibus. cuius uerba uide ℑ. reg. 1. Concordat l. 14. in fine. ff. de ſeruit. urban. præd. cuius uerba uide ℑ. lib. 25. cap. 4. quæſt. 10. reg. 2. Concordat item l. 6 §. fin. ff. ſi ſeruitus uindic. cuius uerba uide d. reg. 2. Huius regulæ exceptio hæc eſt: Niſi domino loci nunciauerit. quæ exceptio approbatur l. unica. §. item Iuliano, in fine. ff. de remiſsionib. cuius uerba uide ℑ. reg. prox. except. 1. Concordat l. 14. ff. de noui operis nunciat. his uerbis:* Qui uiam habet, ſi nouum opus nunciauerit aduerſus eum qui in uia ædificat: nihil agit, ſed ſeruitutẽ uindicare non prohibetur. *Concordat l. 5. §. Sextus Pedius in fine. ff. eod. tit. cuius uerba uide ℑ. quæſt. prox. cauſa 1. Contradicit item l. 6. §. 1. ff. ſi ſeruitus uindicetur. cuius uerba uide ℑ. lib. 25. cap. 4. quæſt. 1. Contradicit item d. l. 6. §. fin. cuius uerba uide d. cap. 4. quæſt. 10. reg. 2.*

IIII. Regula: *De ſuperficiario proponitur l. 3. §. penult. ff. de noui operis nunciat. cuius uerba uide d. cap. 4. quæſt. 5. reg. 1. except. 3.*

V. Regula: *De creditore cui prædium pignori eſt obligatum, proponitur l. 9 ff. de noui operis nunciat. cuius uerba uide d. reg. 1. except. 2. Concordat l. unica. §. fin ff. de remiſsionibus. cuius uerba uide d. except. 2.*

VI. Regula: *Si in publico opus fiat, quiuis nunciandi ius habet. Quæ regula approbatur l. 3. §. fin. cum lege ſequente. ff. de noui operis nunciat. his uerbis:* Si in publico aliquid fiat, omnes ciues opus nouum nunciare poſſunt. Nam reipublicę intereſt, quamplurimos ad defendendam ſuam cauſam admitti. *Huius regulæ exceptio prima eſt in pupillo, altera in ſeruo: de quibus ſequitur in regulis proximis.*

VII. Regula: *De pupillo proponitur l. 5. in prin. ff. d. tit. his uerbis:* De pupillo quæſitum eſt? Et Iulianus lib. XII. Digeſt. ſcripſit, pupillo non eſſe noui operis nunciationis executionem dandam: niſi ad ipſius priuatum commodum res pertineat, ueluti ſi luminibus eius officiatur, aut proſpectui obſit. Non aliter autem pupilli rata habebitur nunciatio, quàm intercedente tutore authore.

VIII. Regula: *De ſeruo proponitur d. l. 5. §. 1. his uerbis:* Seruo etiam nunciari opus nouum poteſt, ipſe uerò nunciare non poteſt,

teſt,

teſt, neq; nunciatio ullum effectum habet.

IX. *Regula: De uno ex pluribus ſocijs proponitur d.l.5 §.ſi plurium, his uerbis*: Si plurium dominorum rei opus noceat: utrum ſufficiat unius ex ſocijs nunciatio, an uerò omnes nunciare debeant? & eſt uerius, unius nunciationem omnibus non ſufficere, ſed eſſe ſingulis nunciare neceſſe: quia & fieri poſſit ut nunciatorum alter habeat, alter non habeat ius prohibendi.

III. PER QVOS NVNCIATIO COMPETIT?

Etiam per procuratorem nunciare licet. quæ regula approbatur l. 1. §. nunciatio. ff. de noui operis nunciat. his uerbis: Nunciationem & noſtro & alieno nomine facere poſſumus.

IIII. QVIBVS NVNCIANDUM?

Cuiuis præſenti nunciari poteſt. Quæ regula approbatur l.5.§.nunciari ff. de noui operis nunciat. his uerbis: Nunciari non utiq; domino oportet. Sufficit enim in re præſenti nunciare ei qui in re præſenti fuit: uſq; adeò ut etiam fabris uel opificibus qui eo loci operãtur, opus nouum nunciari poſsit. Et generaliter ei nunciari opus nouum poteſt, qui in re præſenti fuit domini operisue nomine: nec refert quis iſte ſit, uel cuius conditionis, qui in re præſenti fuerit. Nam etſi ſeruo nuncietur, uel mulieri, uel puero, uel puellæ: tenet nunciatio. Sufficit enim in re præſenti noui operis nunciationem factã, ſic ut domino poſsit renunciari. *Concordat l.7.§.fin.ff.eod.tt. his uerbis*: Et tutori uel actori & curatori nouum opus rectè nunciatur. *Concordat nẽ l.11.ff eod.tt. cuius uerba uide J.quæſt. prox. Huius regulæ exceptio prima hæc eſſe uidetur: Niſi ſeruo nuncietur. Verùm exceptio hæc reprobatur uerbis iam propoſitis hiſce*: Nam etſi ſeruo nuncietur, &c. *Cui concordat d.l.5.§.1. cuius uerba uide ſ. quæſt. 2. reg. 8. Secunda exceptio uidetur: Niſi mulieri, puero uel puellæ nuncietur. Et hæc exceptio reprobatur uerbis ſ. propoſitis hiſce*: Vel mulieri, uel puero, uel puellæ, &c. *Tertia exceptio eſt: Niſi ei nũcietur, qui nec domini nec operis nomine in re ſit præſenti. Hæc exceptio uidetur approbari uerbis ſ. propoſitis hiſce*: Et generaliter ei nunciari opus nouum poteſt, qui in re præſenti fuit domini, operisue nomine. *Quarta exceptio uidetur: Niſi cum opus plurium eſſet, uni tantum nuncietur. Hæc exceptio reprobatur d.l.5.§ ſi plurium. his uerbis*: Si plurium res ſit, in qua opus nouum fiat, & uni nuncietur, rectè facta nunciatio eſt, omnibusque dominis uidetur denunciatum.

V. ADVERSVS QVOS NVNCIATIO COMPETAT?

I. *Regula: Nunciatio in rem eſt, nõ in perſonã. quæ regula approbatur l.10. cũ lege ſequente. ff. de operis noui nunciat. his uerbis*: Operis noui nunciatio in rẽ fit, non in perſonã. Et ideo furioſo & infanti fieri poteſt, nec tutoris authoritas in ea nunciatione exigitur. Cuilibet enim intelligẽti (ueluti fabro) nunciatũ, infantẽ & furioſum tenet. *Concordat l.23. §. quia nunciatio. ff. eod. tt. his uerbis*: Nunciatio operis non perſonæ fit.

II. *Regula: De infante et furioſo dictũ ſ. reg. prox.*

III. *Regula: De abſente, inuito & ignorãte proponitur l.1. §. nunciatio. in fine. ff de noui oper. nunciat. his uerbis.* Et aduerſus abſentes, etiã inuitos & ignorãtes noui operis nũciatio ꝓcedit.

VI. VBI NVNCIATIO COMPETAT?

I. *Regula: In eũ locũ ubi opus fit, nunciandũ eſt, nõ alibi. quæ regula approbatur l.5. §. nunciationẽ. ff. de noui operis nũciat. his uerbis*: Nunciationẽ in re præſenti faciendã meminiſſe oportebit. id eſt, eo loci ubi opus fiat, ſiue quis ædificet, ſiue inchoet ædificare. *Cõcordat d. l.5. §. ſi quis forte, his uerbis*: Si quis fortè in foro domino opus nouũ nũciat: hãc nũciationẽ nullius eſſe momẽti, exploratiſsimũ eſt. In re enim præſenti & (penè dixerim) in ipſo ope. hoc eſt, in reipſa nũciatio facieda eſt. Quod idcirco receptũ eſt, ut cõfeſtim p nũciationẽ ab ope diſcedatur. Ceterũ ſi alibi fiat nũciatio: illud incõmodi ſequt, qđ dũ uenitur ad opus, ſi qd fuit opis p ignorãtiam factũ: euenit ut cõtra edictum Prætoris ſit factũ.

II. *Regula: Si in plurib. locis opus fiat, ad omnes locos nũciatio faciẽda. Quæ regula approbatur d.l.5.§. ſi in plurib. his uerbis*: Si in plurib. locis opus fiat: utrũ una nũciatio ſufficiat, an uerò plures ſint neceſſariæ? & ait Iul. li. XLIX. Digeſt. quia in re præſenti fit nũciatio, plures nunciationes eſſe neceſſarias, & conſequenter plures remiſsiones.

VII. QVANDO NVNCIATIO COMPETAT?

I. *Regula: Omnib. dieb. nũciatio fieri poteſt. quæ regula approbatur l.1. §. nũciatio. ff de noui opis nũciat. his uerbis*: Nũciatio omnib. dieb. fieri poteſt.

II. *Regula: In ipſo opere, nõ extra opus nũciatio facienda. quæ regula approbatur l.5. §. ſi quis forte. ibi. in re enim. ff. d. tt. cuius uerba uide ſ. quæſt. prox.*

III. *Regula: Poſt factum opus fruſtra fit nũciatio. quæ regula approbatur l.1. §.1. ff. d. tt. cuius uerba uide J. quæſt. 11. reg. 2. Huius regulæ exceptio hæc eſt: Niſi inchoatũ tantũ, nõ perfectũ ſit opus. quæ exceptio approbatur l.20. §. ſiue aũt. ff. d. tt. cuius uerba uide J. cap. proxim. act. 2. quæſt. 1. except. 4. repl. 1.*

VIII. MODVS NVNCIANDI, & officia nunciantis.

I. *Regula: Nunciãs nõ habet neceſſe adire prætorẽ. quæ regula approbatur l.1. §. nũciatio ff. de noui opis nũcia. his uerbis*: Nũciatio ex hoc edicto nõ habet neceſſariã Prætoris aditionẽ. Poteſt n. nunciare

nunciare quis, etſi enm non adiecit.

II. Regula: *Qui opus nouum nunciat, de calumnia iurare debet. quæ regula approbatur l. 5. §. qui opus. ff. d. tt. cuius uerba uide ſ. quæſt. 1. except. 14.*

III. Regula: *Qui nouum opus nunciat, neceſſe habet demonſtrare, in quo loco nouum opus nũciet. quæ regula approbatur, ſimul & diſtinguitur d. l. 5. §. qui nunciat, his uerbis:* Qui nunciat, neceſſe habet demonſtrare, in quo loco opus nouũ nunciet: ſcituro eo cui nunciatum eſt ubi poſſit ædificare, & ubi interim abſtinendum ſit. Toties autẽ demonſtratio facienda eſt, quoties in partem ſit nunciatio. Cæterùm ſi in totum opus fiat, nõ eſt neceſſe demonſtrare, ſed hoc ipſum dicere.

IIII. Regula: *Qui alieno nomine nunciat, de rato tenetur cauere. quæ regula approbatur l. 5. §. qui procuratorio. ff. de noui operis nunciat. his uerbis:* Qui procuratorio nomine nunciauit, ſi non ſatiſdabit eam rem dominum ratam habiturum: nunciatio omnimodo remittitur, etiamſi uerus ſit procurator.

V. Regula: *Nuncians non habet opus ſcire quod opus fiat. quæ regula approbatur l. 1. §. poteſt. ff. d. tt. his uerbis:* Poteſt quis nunciare etiam ignorans quod opus fieret.

VI. Regula: *Qui opus nouum nunciat, in teſtationem referre debet, ſi quid operis iam factum eſt. quæ regula approbatur l. 8. §. qui opus. ff. d. tt. his uerbis:* Qui opus nouũ nunciat, ſi quid operis iam factum erit, in teſtationem referre debet, ut appareat quid poſtea factum ſit. *Concordat d. l. 8. §. ſed ut probari, his uerbis:* Vt probari poſsit quid poſtea ædificatum ſit, modulos ſumere debet is qui nunciat. Qui ut ſumantur, conferanturq́;, Prætor decernere ſolet.

IX. CAVSAE SEV MODI quibus nunciatio ex pòſt facto fit irrita.

I. Cauſa: *Si is qui nouum opus nunciauit, mortuus ſit. Hæc cauſa approbatur l. 8. §. fin. ff. de noui operis nunciat. his uerbis:* Morte eius qui nunciauit, extinguitur nunciatio, ſicut alienatione. Quia his modis finitur ius prohibendi.

II. Cauſa: *Si is qui nouum opus nunciauit, id cuius cauſa nunciauit, alienauerit. Hæc cauſa approbatur uerbis iam propoſitis hiſce:* Sicut alienatione, &c.

III. Cauſa: *Si is cui opus nouum nunciatum eſt, mortuus ſit, uel opus alienauerit. Hæc cauſa reprobatur d. l. 8. §. fin. his uerbis:* Si is cui nouum opus nunciatum erat, deceſſerit, uel ædes alienauerit: non extinguitur nunciatio noui operis. Idq́; ex eo apparet, quod in ſtipulatione, quæ ex hac cauſa interponitur, etiam hęredis mentio fiat. *Concordat l. ult. ff. eod. tt. cuius uerba uide ſ. cap. proxim. act. 2. quæſtio. 3. reg. 4.*

IIII. Cauſa: *Si facta nunciatione lis intra annum non finiatur. Hæc cauſa approbatur l. unica. C. de operis noui nunciat. his uerbis:* De operis noui nunciatione quandam antiquis ortam fuiſſe dubitationem, noſtra cognouit tranquillitas: dicentibus, ſi quis denunciationem ad inhibendum opus miſerit, non poſſe eum poſt annum elapſum, ex quo denunciatio miſſa eſt, iterum ædificationem prohibere. Quod dupliciter iniquum nobis eſſe uidetur. Siue etenim non rectè quis prohibuit, decet per totum annum hoc impediri: ſiue rectè denunciationem emiſerit, etiam poſt annum licentiam habere ædificationem prohibere. Talem igitur iniquitatem inhibentes, ſancimus: ſi quis denunciationem emiſerit, in hac quidem regia urbe Præfectum urbi feſtinare, in prouincia uerò Rectorem eius intra trium menſium ſpacium cauſam dirimere. Sin uerò aliquid fuerit quocunq; modo ad deciſionem ambiguitatis impedimentum: licentiam habere eum qui ædificationem deproperat, opus de quo agitur efficere: prius fideiuſſore ab eo dato, officio urbicariæ uel prouinciali, ut ſi non rectè ædificauerit, omne opus quod poſt denunciationẽ fecerit, ſuis ſumptibus deſtruet. Sic enim & opera non per inanes denunciationes prohibebuntur, & rectè denunciatoribus conſuletur.

V. Cauſa: *Si prætor, qui opus nouum nunciari iuſſit, poſtea nunciari prohibuit. Hæc cauſa approbatur l. 16. ff. de noui operis nunciat. his uerbis:* Si opus nouũ Prætor iuſſerit nunciari, deinde prohibuerit: ex priore nunciatione agi non poteſt, quaſi aduerſus edictum eius factum ſit.

VI. Cauſa: *Si inter ipſos litigatores tam nunciantem, quàm eum cui nunciatum eſt, poſtea in contrarium conueniat, ut ædificare liceat. Hæc cauſa approbatur l. 1. §. inde quæritur. ff. d. tt. his uerbis:* Quæritur apud Celſum lib. XII. Digeſt. ſi poſt nouum opus nunciatum conueniat tibi cum aduerſario ut opus faceret, an danda ſit conuentionis exceptio? Et ait Celſus dandam: nec eſſe periculum ne pactio priuatorum iuſſui Prætoris antepoſita uideatur. Quid enim aliud agebat Prętor, quàm ut controuerſias eorum dirimeret? à quibus ſi ſpontè receſſerint, debebit id ratum habere.

VII. Cauſa: *Si de opere demoliendo is cui nunciatum eſt cauet, eo caſu quo non rectè fuerit ædificatum. Hæc cauſa approbatur l. 5. §. ſi is cui. ff. d. tt. his uerbis:* Si is cui nunciatum erit, ex noui operis nunciatione ſatiſdederit, repromiſeritúe, aut per eum non fiet, quo minus boni uiri arbitratu ſatiſdetur, repromittatur-

úe:

tie: perinde eſt ac ſi noui operis nunciatio omiſſa eſſet. Habet autem hoc remedium utilitatem. nam remittit uexationem ad Prætoré ueniendi & deſiderandi ut miſſa fieret nunciatio. *Concordat l.8.§.ſi cū poſſem. ff.d.tt.cuius uerba uide ȷ quæſt.prox.reg.1. Concordat item l.21.in prin.ff.eod.tt.his uerbis:* Sripulatio de noui operis nunciatione interponi ſolet, quoties uicinus dicit ius ſibi eſſe prohibere uicinum nouum opus inuito ſe facere. Si quis autem uult poſt nouum opus núciatum impunè ædificare, offerre debet ſatis nunciatori. Quod ſi fecerit, utriq; cōſultum eſt, tam ei qui nunciauit, quoniam cautum habet de opere reſtituendo: quàm ei cui nunciatum eſt, quia molitio eius nō impeditur. Antequam enim caueat, quidquid ædificauerit, interdicto reſtiturorio deſtruere compellitur. Habet auté iſta ſtipulatio conditionem, ut ita demum committatur, ſi iudicatū fuerit, ſiue ante ré iudicatá cauſa quæ acciderit, neq; res defendatur: & de dolo malo ſubijcitur clauſula. *Concordat item l.7.§.remiſſione.ff.quod ui aut clám. cuius uerba uide ꝰ.lib.23.cap.11.quæſt.3.except.6.in prin. Planè propoſitæ cauſæ exceptio prima hæc eſt: Niſi repromiſſum tantum, non etiam ſatiſdatum ſit. Hæc exceptio approbatur, ſimul & diſtinguitur l.1.§.ſtipulatio.ff.de pretorijs ſtipulationib.his uerbis:* Sripulatio iſta ex operis noui nunciatione aliâs ſatiſdationé, aliâs repromiſsioné habet. Videamus ergo ex qua operis noui nūciatione ſatiſdari oporteat, & quemadmodum ſatiſdetur. Nanq; de eo opere quod in priuato factū erit, ſatiſdari: de eo quod in publico, repromitti oportet. Sed & hi quidem, qui ſuo nomine cauent, repromittunt: qui alieno, ſatiſdant. *Huius exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi non in priuato, ſed in publico factum ſit opus. quæ replicatio approbatur uerbis iā propoſitis hiſce:* De eo quod in publico, repromitti oportet. *Concordat l.8.§.quod ſi nunciauero.ff.de noui operis nunciat.his uerbis:* Si nūciauero tibi ne quid contra leges in loco publico facias, promittere debebis: quoniam de eo opere iure alieno contendo, non meo, & tanquam alieni iuris petitor repromiſsione contentus eſſe debeo. *Huius replicationis duplicatio hæc eſt: Niſi quis de eo quod in publico ſit, non ſuo, ſed alieno nomine caueat. nam hic ſatiſdare tenetur. quæ duplicatio approbatur uerbis iam propoſitis hiſce:* Sed & hi quidem qui ſuo nomine, &c. *Secunda exceptio eſt: Niſi cū pluribus nouum opus nunciatum eſſet, non in ſolidū ſit cautum. Hæc exceptio approbatur l.21.§.quæſitū. ff.eod.tt.his uerbis:* Quęſitū eſt, ſi plures domini ædificent, an omnes cauere debeant? Et ait Labeo, unum cauere debere: quia reſtitutio operis fieri pro parte non poſsit.

Tertia exceptio eſt: Niſi cum plures nouū opus nuncient, uni, nō omnibus caueatur. Hæc exceptio approbatur, ſimul & diſtinguitur ibidem, his uerbis: Idé ait, etſi plures nuncient: curandum eſſe ut uni caueatur, ſi inter eos cōueniat. Planè ſi non conueniat, etiá ſingulis erit cauendū. *Quarta exceptio uidetur: Niſi cum plures nouū opus nunciaſſent, aut nō cautū ſit de eo quāti uniuſcuiuſq; interſit, ſed quanti ea res eſt. Hæc exceptio reprobatur d.l.21.§.fin.his uerbis:* Idem Labeo dicit, adijciendum eſſe in ſtipulatione, ut tantū præſtetur quanti uniuſcuiuſq; intereſt, ſi hoc maluerint. Cæterùm ſi ita fuerit (inquit) cautum, Quanti ea res erit: dubitabitur utrum ad totius corporis æſtimationē hæc uerba referātur, an uerò ad hoc quod eius intereſt, qui ſtipulatur? Ego puto etſi ſic fuerit cautum uni, Quanti ea res erit: defendi poſſe ſtipulationé ſufficere: ad operis enim quantitatem ea refertur.

VIII. *Cauſa: Si per actorem ſtet, quo minus is cui nouum opus nunciatum eſt, de opere demoliendo caueat. Hæc cauſa approbatur l.20.§.ſi quis paratus. ff.de noui operis nunciat.his uerbis:* Si quis paratus fuerit ſatiſdare, deinde actor ſtipulari nolit: in ea cauſa eſt ut remitti debeat. Nam cum per actoré fiat, apparet in ea cauſa eſſe ut remitti debeat. *Concordat l.1.§.ſi is cui.ff.eod.tt.cuius uerba uide ꝰ.cauſa prox.in prin. Plura de hac cauſa uide ȷ.cap.prox.act.4.quæſt.3.except.4.repl.1.*

X. EVENTVS ET CONSEquentia nunciationis.

I. *Regula: Is cui nouum opus nunciatum eſt, abſtinere debet ab opere, donec uel caueat uel remittatur ei nunciatio. quæ regula approbatur l.8.§.ſciendum. ff.de noui operis nunciat.his uerbis:* Sciēdum eſt facta noui operis nunciatione, eum cui nūciatum eſt, abſtinere oportere, donec caueat, uel donec remiſsio nunciationis fiat. Tunc enim ſi ius ædificandi habet, rectè ędificabit. *Concordat d.l.8.§.ſi cum poſſem, his uerbis:* Si cum poſſem iure te prohibere, nunciauero tibi nouum opus: non aliâs ædificandi ius habebis, quàm ſi ſatiſdederis.

II. *Regula: Poſt noui operis nunciationem committunt ſe litigatores iuriſdictioni. quæ regula approbatur l.1.§.& poſt.ff.d.tt.his uerbis:* Poſt operis noui nunciationem committunt ſe litigatores prætoriæ iuriſdictioni.

III. *Regula: Quamdiu lis pendere debeat, definitur l.unica.§.talem igitur. C. de operis noui nunciat. cuius uerba uide ꝰ.quæſt.prox.cauſa 4.*

IIII. *Regula: Nunciatione poſſeſſorem aduerſarium facimus. quæ regula approbatur l.1.§.in operis. ff.de noui operis nunciat. his uerbis:* In operis noui nūciatione poſſeſſorem aduerſariū facimus. *Concordat l.5.§.meminiſſe. ibi: cæterùm. ff. eod.tt.cuius uerba uide ȷ.quæſt.prox.reg.1. Concor-*

dat item l.7.§.remiſsione.ibi: cum poſſeſſor. ff. quod ui aut clàm. cuius uerba uide ſ.lib.13.cap.12.quæſt.3. except.6.in prin.

V. *Regula: Si operis noui nunciatio denegatur, nihilominus legitimæ actiones manẽt. quæ regula approbatur l.19.ff. de noui operis nunciat. cuius uerba uide ſ. lib.25.cap.4.quæſt.4.except.4.repl.2.*

VI. *Regula: Poſt noui operis nunciationem petitur etiam nunciationis remiſsio, id quod poſtea ædificatum eſt deſtruitur, & aliæ dantur occaſione nunciationis actiones: de quib. J.cap.prox. dicetur.*

XI. ADFINIA REmedia.

I. *Regula: Etiam per Prætorem & per manũ, hoc eſt, per lapilli iactum nouũ opus inhiberi poteſt. quæ regula approbatur l.5.§.meminiſſe.ff.de noui operis nunciat. his uerbis:* Meminiſſe oportebit, quoties quis in noſtro ædificare, uel in noſtrũ immittere, uel proijcere uult: melius eſſe eum per Prætorem, uel per manum, id eſt, per lapilli iactum prohibere, quàm operis noui nunciatione. Cæterùm noui operis nunciatione poſſeſſorem eum faciemus, cui nunciauimus. At ſi in ſuo quid faciat, quod nobis noceat: tunc noui operis denunciatio erit neceſſaria. Et ſi fortè in noſtro aliquid facere perſeuerer quis, æquiſſimum erit aduerſus eũ Quod ui aut clàm, aut Vti poſsidetis interdicto uti. *Concordat l.5.§.1.in fine. ff. eod. tt. cuius uerba uide ſ. quæſt. 1. except.6.*

II. *Regula: De interdictis Quod ui aut clàm, uti poſsidetis, de loco ſacro, &c. proponitur l.1.§.1.ff.de noui operis nunciat. his uerbis:* Hoc edictum remediumq; noui operis nũciationis aduerſus futura opera inductum eſt, non aduerſus præterita: hoc eſt, aduèrſus ea quę non dum facta ſunt, ne fiát. Nam ſi quid operis factum fuerit, quod fieri non debuit: ceſſat edictũ de noui operis nunciatione, & erit transeũdum ad interdictum Quod ui aut clàm, quod factum erit ut reſtituatur. Sed & quod in loco ſacro religioſoue, & quod in flumine publico, ripaúe publica factum erit. Nam his interdictis reſtituetur, ſi quid illicitè factum eſt. *Cõcordat l.5.§.meminiſſe.ibi: etſi fortè ff.eod.tt.cuius uerba uide ſ.reg.prox.*

III. *Regula: De uindicatione iuris, cuius gratia nunciatio facta eſt, proponitur l.19.ff.de noui operis nunciat. cuius uerba uide ſ.lib.21.cap.4.quæſt.4. except.4.repl.2. Concordat l.1.§.fin.ff.eod.tt.cuius uerba uide ſ.quæſt.2.reg.2. except.2. Concordat l.2.ff. eod.tt.cuius uerba uide d.reg.2. except.1. Concordat item l.14.ff.eod.tt.cuius uerba uide ſ.d.quæſt.2.reg.3.except.1. Concordat item l.3.§. ſi quis riuum. ff. de riuis.cuius uerba uide ſ.quæſt.1. except.2. Concordat item l.unica.§.item Iuliano.ff.de remiſsionib.cuius uerba uide ſ. lib. 25. cap. 4. quæſt. 5. reg. 1.except.4.*

IIII. *Regula: De damni infecti ſtipulatione proponitur d.§.ſi quis riuum. item l.1.§.ſi quis purganti. ff.de cloacis.cuius uerba uide d.except.2.*

V. *Regula: De communi diuidundo iudicio proponitur l.3.§.1.ff.de noui operis nunciat.cuius uerba uide ſ.quæſt.1.except.6. Concordat d.l.3.§.quod ſi ſocius.cuius uerba uide d.except.6.repl.1.*

DE ACTIONIBVS ET INterdictis quæ occaſione noui operis nunciationis competunt.

Cap. II.

1. Actio ad remittendam noui operis nunciationem.

1. VERBA EDICTI QVIBVS actio hæc fundatur,

P*roponuntur l.unica.in prin. ff.de remiſsionib. hæc nimirum:* Ait Prætor, Quod ius ſit illi prohibere, ne ſe inuito fiat, in eo nũciatio tenet. Cęterùm nunciationem miſſam facito.

2. CAVSA EX QVA ACTIO propoſita competit.

Si nunciatio non tenet ut remittatur, petitur. quæ cauſa approbatur uerbis iam propoſitis. quibus concordat d.l.unica.§.1.his uerbis: Sub hoc titulo remiſsiones proponũtur. Et uerba Prætoris oſtendunt, remiſsionem ibi demum factã, ubi nunciatio non tenet: & nunciationem ibi demum uoluiſſe Prætorem tenere, ubi ius eſt nũcianti prohibere, ne ſe inuito fiat. Cæterùm ſiue ſatiſdatio interueniat, ſiue non: remiſsio facta hoc tantum remittit, in quo non tenuit nunciatio. Planè ſi ſatiſdatum eſt, & exinde remiſsio facta eſt: nõ eſt remiſsio neceſſaria. *Concordat l.1.in prin.ff.de noui operis nunciat. cuius uerba uide ſ. cap. prox. quæſt.1.exc.12. Huius cauſæ ſpecies uide ſ.cap.prox. d.quæſt.1.cum ſequentibus, præſertim quæſt.2.8 et 9.*

3. ADIVNCTA, SEV OFFIcium eius qui alieno nomine remiſsionem petit.

Satiſdare debet de opere deſtruendo. quæ regula approbatur l. 5. §. penult.ff.de noui operis nunciat. his uerbis: Qui remiſsionem abſentis nomine deſiderat, ſiue ad priuatum ſiue ad publicum ius ea remiſsio pertinet: ſatiſdare cogitur. Suſtinet enim partes defenſoris. Sed hæc ſatiſdatio non pertinet ad ratihabitationem, ſed ad noui operis nunciationem.

4. ADFINE HVIVS ACTIOnis remedium eſt,

Si caueatur de opere demoliendo. tunc enim non eſt opus petere remiſsionem. quæ regula approbatur l.5.§.ſi is cui. ff. d. tt. cuius uerba uide ſ.cap.prox. quæſt.9.cauſa 7. Concordat l.unica.§.planè ſi ſatiſdatum. ff de remiſsionib.cuius uerba uide paulo ſuperius quæſt.2.

II. Actio de demoliendo eo quod poſt nunciatiooem eſt factum.

I. CAVSA HVIVS Actionis.

Si quis contempta noui operis nunciatione, opus fecerit: illud deſtruere per hanc actionem cogitur. quæ cauſa approbatur l.20.in prin.ff.de noui operis nunciat. his uerbis: Prætor ait, Qoem in locum nunciatum eſt, ne quod nouum opus fieret, qua de re agitut. Quod in eo loco antequam nunciatio remiſſa fuerit, aut in ea cauſa eſſet ut remitti deberet, factum eſt, id reſtituas. *Huius cauſæ exceptio prima hac eſt: Niſi nunciatio fuerit remiſſa. quæ exceptio elicitur ex uerbis iam propoſitis hiſce:* Antequam nunciatio remiſſa fuerit. *Concordat l.7.§.remiſſione.ff. quod ui aut clam. cuius uerba uide ſ.lib.23.cap.12.quæſt.3.exception.6.in prin. Huius exceptionis replicatio prima hac eſt: Niſi falſo procuratore à parte eius qui nouum opus nunciauit interueniente, remiſſio ſit facta. Quæ replicatio approbatur l.13.§.ſi in remiſſione.ff.de noui operis nunciat. his uerbis:* Si in remiſsione à parte eius, qui nouum opus ounciauit, procurator interueniat: id agere Prætorem oportet, ne falſus procurator abſenti noceat. cum ſit indignum quolibet interueniente beneficium Prætoris amitti. *Secunda replicatio eſt: Niſi cum plures nunciationes factæ eſſent, uno tantum remiſſio ſit facta. Hæc replicatio approbatur l.5.§.ſi in pluribus.ff.d.tt.cuius uerba uide ſ.cap.prox.quæſt.6.reg.2. Secunda exceptio eſt: Niſi de opere demoliendo ſit cautum. Hæc exceptio approbatur uerbis interdicti ſ. propoſitis hiſce:* Aut in ea cauſa eſſet ut remitti deberet. *Concordat d.l.20.§.1. cuius uerba uide ſ. exception. prox. item concordant ea quæ habentur ſ.cap.prox. quæſt.9.cauſa 7. Tertia exceptio eſt: Niſi iure ſit ædificatum. Hæc exceptio reprobatur l.20.§.ait Prætor.ff.de noui operis nunciat.his uerbis:* Ait Prætor, Quod factum eſt, reſtituas. Quod factũ eſt, iubet reſtitui: neq; intereſt iure factum ſit, an non. Siue enim iure factum eſt, ſiue non iure factum eſt: interdictum locum habebit. Quidquid autem ante remiſsionẽ fit, oel ante illud quod remiſsioois loco habetur, pro eo habẽdum eſt, atq; ſi nullo iure factum eſſet. *Concordat d.l.20.§.1.his uerbis:* Interdictum hoc proponitur ex huiuſmodi cauſa. Edicto enim expreſſum eſt, ne poſt operis noni nunciationẽ quidquam operis fiat, antequam uel nuociatio miſſa fiat, uel uice nunciationis remiſſæ ſatiſdatio de opere reſtituẽdo fuerit interpoſita. Qui igitur facit, etſi ius faciendi habuerit: tamen contra edictum Prætoris facere uidetur. Et ideo hoc deſtruere cogitur. *Concordant item ea quæ habentur ſ.cap.prox.quæſt.1. except.12. Quarta exceptio eſt: Niſi ante factam nunciationem ſit ædificatum. Hæc exceptio approbatur l.1.§.1.ff.d.tt.cuius uerba uide ſ.cap.prox.quæſt.11.reg.2. Huius exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi poſtquam cœptum, non autem perfectum eſt opus, ſit nunciatum. hoc enim caſu propoſitæ exceptioni quo ad id quod poſtea perficitur, locus non eſt. quæ replicatio approbatur l.20.§.ſiue autem.ff.d.tt.his uerbis:* Siue locus uacuus ſit, ubi nunciatum eſt, ſiue ædificatus: æquè huic interdicto locus erit. *Planè hoc caſu quoad id quod ante nunciationem cœptum eſt, exceptioni eſt locus. Altera replicatio eſt: Niſi poſtquam quis nunciare nouum opus non poſſet, deq; eo proteſtatus eſſet, ſit ædificatum. Hæc replicatio approbatur exemplo l.5.§.ſi quis ipſi.ff.de noui operis nunciat. his uerbis:* Si quis ipſi Prætori uelit opus nouum nunciare, debet ſic nunciare, ut interim teſtetur oon poſſe ſe nunciare: etſi nunciauerit poſtea, eriam quod retrò ædificatum erit, deſtruendum erit, quaſi repetita die nunciatione facta. *Quinta exceptio uidetur: Niſi non opus nouum factum ſit, ſed uetus deſtructum. Hæc exceptio reprobatur l.20.§.ſiue autem.ff.d.tt. cuius uerba uide ſ.except.prox.repl.1.*

2. QVIBVS COMPETIT Actio propoſita?

I. *Regula: De uno ex pluribus ſocijs, qui non nunciauit, huic interdictum non datur. quæ regula approbatur l.5.§.ſi plurium.ff.de noui operis nunciat. cuius uerba uide ſ.cap.prox.quæſt.2.reg.9.*

II. *Regula: De domino procuratoris nunciantis proponitur l.17.ff.eod.tt. cuius uerba uide ſ.lib.23.cap.12.quæſt.4.reg.1.in prin.*

III. *Regula: De herede, cæteriſq; ſucceſſoribus proponitur l.20.§.hoc interdictum.ff.d.tt.his uerbis:* Hoc interdictum perpetuò datur, & hæredi, cæteriſq; ſucceſſoribus cõpetit. Aduerſus ipſum quoq; qui opus fecit, uel factum ratum habuit, interdicto locus erit.

3. ADVERSVS QVOS competit?

I. *Regula: De uno ex pluribus qui non ædificauit, hic factum ſociorum non præſtat. Quæ regula approbatur l.5.§.ſi plurium.ff.de noui operis nunciat. his uerbis:* Si plurinm res ſit in qua opus nouum fiat, & uni nuncietur: rectè facta nunciatio eſt, omnibuſq; dominis uidetur denunciatum. Sed ſi unus ædificauerit poſt noui operis nunciarionem, alij qui non ædificauerint non tenebũtur. Neq; enim debet nocere factũ alrerius ei qui nihil fecit. *Huius regulæ exceptio hæc eſt: Niſi uolũtate eius qui nõ ædificauit, alij ædificauerint. Hæc exceptio approbatur l.18.ff.eod.tt.his uerbis:* Ædibus communibus ſi ob nouum opus nũciatio uni fiat: ſiquidem ex uolũtate omnium opus fiat: omoes nunciatio tenebit. Si uerò quidam ignorent, in ſolidum obligabitur qui con-

I X. *Regula: In pariete communi feneſtras inuito ſocio facere non licet. quæ regula approbatur l. 39. ff. de ſeruit. urban. præd. his uerbis:* Eos qui ius immittendi luminis non habuerunt, aperto pariete communi nullo iure feneſtras immiſiſſe Paulus reſpondit.

X. *Regula: In locum communem alteri ſociorum mortuum inferre non licet. de qua re uide ſ. cap. 2. de loco religioſo. quæſt. 2. except. 2.*

X I. *Regula: De tabulis communibus deponendis uide ſ. lib. 28. cap. 2. in fine. Sed & plura de iure in re communi uide in actione pro ſocio & communi diuidundo.*

III. DE REBVS Alienis.

I. *Regula: Aquam in alieno loco ortam, inuito domino loci ducere non licet. quæ regula approbatur l. 4. C. de ſeruitutib. his uerbis:* Aquã quæ in alieno loco oritur, ſine uoluntate eius ad quẽ uſus eiuſdem aquæ pertinet, prætoris edictũ non permittit ducere. *Cõcordat l. 6. C eod. tt. cuius uerba uide ſ. lib. prox. ca. 10. quæſt. 2. reg. 4.*

II. *Regula: In alieno ſolo aucupari uel uenari quis inuito domino ſoli non poteſt quæ regula approbatur l. 16. ff. de ſeruit. ruſt. præd. his uerbis:* Diuus Pius aucupibus ita reſcripſit. *οὐκ ἔστιν εὔλογον ἀκόντων δεσποτῶν ὑμᾶς ἐν ἀλλοτρίοις χωρίοις ἰξεύειν*, id eſt: Non eſt conſentaneum rationi, ut per aliena prædia inuitis dominis aucupium faciatis. *Concordat l. 1. §. planè qui. ff. de adq. rer. dom. his uerbis:* Qui in alienum fundũ ingreditur uenandi aucupãdiúe gratia, poteſt à domino, ſi is præuiderit, iure prohiberi ne ingrediatur. *Concordat iiſdem uerbis Inſt. eod. tt. §. feræ igitur. ibi: planè.*

I I I. *Regula: Lapides in alieno fundo cædere inuito domino nemo poteſt. quæ regula approbatur, ſimul & diſtinguitur l. 13. §. ſi conſtat. ff. communia præd. his uerbis:* Si conſtat in tuo agro lapidicinas eſſe, inuito te nec priuato nec publico nomine quiſquã lapides cædere poteſt, cui id ius faciendi non eſt. Niſi talis cõſuetudo in illis lapidicinis conſiſtat, ut ſi quis uoluerit ex his cędere, non aliter hoc faciat, niſi prius ſolitum pro hoc ſolarium domino præſtet. Ita tamen lapides cædere debet, poſtquam ſatisfecit domino, ut neq; uſus neceſſarij lapidis intercludatur, neq; commoditas rei iure domino adimatur.

I I I I. *Regula: Per agrum alienum inuito domino ire uel agere non licet. Hæc regula approbatur, ſimul & diſtinguitur l. 11. C. de ſeruitutib. cuius uerba uide ſ. cap. 9. quæſt. 4. reg. 3.*

V. *Regula: Feneſtram in alieno pariete facere non licet. quæ regula approbatur l. 8. C. d. tt. his uerbis:* Altius quidem ædificia tollere, ſi domus ſeruitutem non debeat, dominus eius minimè prohibetur. In pariete uerò tuo ſi feneſtram Iulianus ui uel clàm feciſſe cõuincatur, ſumptibus ſuis opus tollere, & integrum parietem reſtituere compellitur.

V I. *Regula: Rem noſtram in alterius ſolum delatam, per ad exhibendum actionem tollere & auferre poſſumus. quæ regula approbatur per ea quæ propoſita ſunt ſ. lib. 21. cap. 10. quæſt. 4. cauſa 1. item tollere per interdictum poſſumus. quæ regula approbatur l. 9. §. de his. ff. de damno infecto. his uerbis:* De his quæ ui fluminis importata ſunt, an interdictum dari poſſit quæritur? Et Trebatius refert, cum Tyberis abundaſſet, & multas multorum res in aliena ędificia detuliſſet: interdictum à Prætore datum, Ne uis fieret dominis, quo minus ſua tollerent, auferrent: ſi modò damni infecti repromitterent. *Huius regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi de damno infecto non caueat actor. Hæc exceptio approbatur uerbis iam propoſitis hiſce:* Si modò dãni infecti repromitterent. *Concordat d. l. 9. §. Alfenus. cuius uerba uide ſ. lib. prox. c. 3. quæſt. 3. cauſa 2. ſed plura de regula propoſita, eiusq; exceptionib. uide ſ. d. cauſa 3.*

V I I. *Regula: Si fructus noſtri in alienum ſolum ceciderint, tertio quoq; die eos lege auferre nobis licet. quæ regula approbatur l. unica. ff. de glande legenda. cuius uerba uide ſ. lib. 21. cap. 10. quæſt. ult. reg. 2. except. 1.*

V I I I. *Regula: Si arbor noſtra in ædes alienas uel agrum impendet, domino ædium eam auferre, ſibiq; habere licet. de qua re uide ſ. cap. prox.*

I X. *Regula: Arborem in alienum fundum uento inclinatam habere non licet. quæ regula approbatur l. 2. ff. de arborib. cædendis. hiſce uerbis:* Si arbor ex uicini fundo uento inclinata, in tuum fundum ſit: ex lege X II. Tabularum de adimenda ea rectè agere potes, ius ei non eſſe ita arborem habere.

X. *Regula: Si arbor uel cruſta ex fundo alieno in uicini fundum tranſlata ſit, uicinus ut arbor uel cruſta tollatur ex ſuo fundo, agere poteſt. quæ regula uerbis ſuprà reg. prox. propoſitis approbatur. cuius exceptio hæc eſt: Niſi arbor uel cruſta in fundo alieno coaluerit. quæ exceptio approbatur l. 9. §. Alfenus. ibi: ſed nec ego. ff. de damno infecto. cuius uerba uide infrà lib. proxim. cap. 3. quæſtion. 2. cauſa 2.*

X I. *Regula: Si radices arboris in fundamento uicinarum ædium creſcant, & fundamento periculum adferant: interdictum datur. quæ regula approbatur l. 1. C. de interdictis, hiſce uerbis:* Cum propones radicibus arborum in uicina Agathangeli area poſitis creſcentibus, fundamentis domus tuæ periculum adferri: Præſes ad exemplum interdictorum, quæ in albo propoſita habet, Si arbor in alienas ædes impendebit: item, Si arbor in alienum agrum impendebit: quibus oſtenditur, ne per arboris quidem

dem

dem occaſionem uiciuo nocere oportere: rem ad ſuam æquitatem rediget.

XII. *Regula: Parietem in uicini domo procumbentem habere non licet. Quæ regula approbatur l. 17. in prin. ff. ſi ſeruitus uindicetur, his uerbis:* Si quádo inter ædes binas paries eſſet, qui ita uétrem faceret, ut in uicini domo ſemipedē aut amplius procumberet: agi oportet ius non eſſe illum parietem ita proiectum in ſuum eſſe inuito ſe. *Concordat l. 14. §. fin. ff. eod. tt. cuius uerba uide š. quæſt. proxim. reg. 1. except. 1. replic. 1.*

XIII. *Regula: Fumum ex inferiori ædificio in ſuperius immittere non licet: quemadmodum nec ex ſuperiore in inferius aquam licet immittere. quæ regula approbatur l. 8. §. Ariſto. ff. ſi ſeruitus uindicetur, his uerbis:* Ariſto Cerellio Vitali reſpondit, non putare ſe ex taberna caſearia fumum in ſuperiora ædificia iure immitti poſſe, niſi eius rei ſeruitus talis admittatur. Ideo (ait) quia & ex ſuperiore in inferiora non aquam, non quid aliud immitti licet. In ſuo enim hactenus alicui facere licet, quatenus nihil in alienum immittat. Fumi autem ſicut aquæ immiſsionem eſſe. Poſſe igitur ſuperiorem cum inferiore agere ius illi non eſſe id ita facere. Alfenum deniq; ſcribere ait, poſſe ita agi ius illi non eſſe in ſuo lapidem cædere, ut in meum fundum fragmenta cadāt. Dicit igitur Ariſto, eum qui tabernam caſeariam à Minturnenſibus conduxit, ad ſuperiora prohiberi poſſe fumum immittere: ſed Minturnenſes ei ex conducto teneri, agiq; ſic poſſe dicit cū eo qui eum fumum immittat, ius ei non eſſe fumum immittere. Ergo & per contrarium agi poterit, ei ius eſſe. Quod & ipſum uidetur Ariſto probare. Sed & interdictū Vti poſsidetis poterit locū habere, ſi quis prohibeatur qualiter uelit ſuo uti.

XIIII. *Regula: Naturaliter ex ſuperiore fundo in inferiorem aqua fluere poteſt. quæ regula approbatur l. 1. §. fin. ff. de aqua pluuia arcenda. cuius uerba uide 3. lib. prox. cap. 7. quæſt. 2. cauſa 4.*

XV. *Regula: In rebus alienis habemus ſeruitutē, uſumfructum & alia ſimilia iura, ſi ſcilicet conſtituta ſunt. de quibus dictum š. libris proximis.*

DE ARBORIBVS CAEDENdis interdicta. Cap. XIIII.

I. De interdicto, Si arbor ex ædibus tuis in alienas ædes impendeat.

I. VERBA HVIVS interdicti

P*Roponuntur l. 1. in prin. ff. de arboribus cædendis, hæc nimirum:* Ait Prætor, Quæ arbor ex ædibus tuis in ædes illius impendet, ſi per te ſtat quo minus eam adimas: tunc quo minus eam illi arborem adimere, ſibiq; habere liceat, uim fieri ueto.

II. GENVS HVIVS interdicti

Proponitur d. l. 1. §. 1. his uerbis: Hoc interdictum prohibitorium eſt.

III. CAVSA HVIVS interdicti.

Si arbor ex ædibus uicini in noſtras ædes impendet, eam nobis licet auferre. quæ cauſa conſtat uerbis interdicti iam propoſitis. cuius exceptio prima hæc eſt: Niſi is cuius arbor eſt, eam uelit auferre. quæ exceptio approbatur d. l. 1. §. ait Prætor, his uerbis. Ait Prætor, Si per te ſtat quo minus eam adimas: tunc quo minus eam arborem illi adimere liceat, uim fieri ueto. Prius itaq; tibi datur adimendi facultas: ſi tu non facias, tūc uicino prohibet uim fieri adimere uolenti. *Secunda exceptio uidetur eſſe: Niſi non arbor, ſed uitis impendeat. Hæc exceptio reprobatur d. l. 1. §. arboris, hiſce uerbis:* Arboris appellatione etiam uites continentur.

IIII. QVIBVS DATVR ADImendi facultas?

I. *Regula: De domino ædiū & uſufructuario proponitur d. l. 1. §. non ſolum, his uerbis:* Non ſolum domino ædium, ſed etiam ei qui uſumfructum habet, competit hoc interdictū: quia & ipſius intereſt arborem iſtam non impendere.

II. *Regula: De ſociis ædium proponitur d. l. 1. §. præterea, his uerbis:* Probandum eſt, ſi arbor communibus ædibus impendeat, ſingulos dominos habere hoc interdictum, & quidem in ſolidum: quia & ſeruitutū uindicationem ſinguli habeant.

V. QVID ET QVANtùm ueniat?

I. *Regula: Vtrum totam, an partem arboris liceat adimere, definitur d. l. 1. §. ſi arbor, his uerbis:* Si arbor ædibus alienis impendeat, utrum totam arborem iubeat Prætor adimi, an uerò id ſolum quod ſuperexcurrit, quæritur? Et Rutilius ait, ex ſtirpe excidendam, idq; pleriſq; uidetur uerius: & niſi dominus adimeret arborem, Labeo ait permitti ei cui arbor officeret, ut (ſi uellet) ſuccideret eam, lignaq; tolleret.

II. *Regula: Quilibet ſociorum in ſolidum interdictum habet. quæ regula approbatur d. l. 1. §. præterea. cuius uerba uide š. quæſt. prox. reg. 2.*

II. De interdicto, Si arbor ex agro tuo in agrum alienum impendet.

I. VERBA HVIVS interdicti

Proponuntur l. 1. §. deinde ait ff. de arborib. cædendis, hæc nimirū: Deinde ait Prętor, Quę arbor

ex agro tuo in agrum illius impendet, ſi per te ſtat quo minus pedes quindecim à terra eam altius coerceas: tunc quo minus illi ita coercere, lignaq; ſibi habere liceat, uim fieri ueto.

II. RATIO HVIVS INTERdicti. & adfine remedium

Proponitur d.l.1.§.quod ait, his uerbis: Quod ait Prætor, & lex XII. tabularum efficere uoluit, ut quindecim pedes altius rami arboris circumcidantur. Et hoc idcirco effectum eſt, ne umbra arboris uicino prædio noceret.

III. DIFFERENTIA HVIVS interdicti & ſuperioris

Proponitur d.l.1.§.fin. his uerbis: Differentia duorum capitum interdicti hæc eſt, Siquidem arbor ædibus impendeat, ſuccidi eam præcipitur. Si uerò agro impendeat, tantum uſq; ad quindecim pedes à terra coerceri.

DIGESTORVM LIBER VICESIMVSSEPTIMVS.

DE NOVI OPERIS NVNCIATIONE. DE damno infecto, & de aqua pluuia arcenda.

Hactenus per ſex libros iura rerum enumerauimus atq; deſcripſimus, pro quibus conſeruandis tum rei uendicatio, actio tam confeſſoria quàm negatoria, interdicta competunt, hactenus propoſita atq; tractata: tum etiam noui operis nunciatio, damni infecti ſtipulatio, & aquæ pluuiæ arcenda actio, quæ iuris remedia ſuperſunt tractanda: quibus pertractatis, finem tertia partis de rerum iure imponemus.

DE NOVI OPERIS NVNciatione. Cap. I.

I. CAVSAE EX QVIBVS noui operis nunciatio competit.

PRIMAE *cauſæ loco notanda eſt cauſarum diuiſio, quæ proponitur l.1.§.nunciatio fit. ff. de operis noui nunciat. his uerbis:* Nunciatio fit aut iuris noſtri conſeruandi cauſa, aut damni depellendi, aut publici iuris tuendi gratia. Nunciamus autē, quia ius aliquod prohibendi habemus, uel ut dãni nobis infecti caueatur ab eo qui fortè in publico, uel in priuato quid molitur: aut etiamſi quid cõtra leges, edictaúe principum, quæ ad modum ædificiorum facta ſunt, fiet: uel in ſacro, uel in loco religioſo, uel publico, ripaúe fluminis: quibus ex cauſis & interdicta proponuntur. *Similis diuiſio cauſarum proponitur l.5.§.Sextus. ff. eod. tt. his uerbis:* Sextus Pedius definit, noui operis nunciationis triplicem eſſe cauſam: aut naturalem, aut publicam, aut impoſiticiam. Naturalem, cum in noſtras ędes quid immittitur, aut in noſtro ædificatur. Publicã cauſam, quoties leges, uel ſenatuſcõſulta, conſtitutionesq; principum per noui operis nunciationem tuemur. Impoſiticiam, cum quis poſteaquam ius ſuũ deminuit, alterius auxit: hoc eſt, poſteaquàm ſeruitutem ædibus ſuis impoſuit, contra ſeruitutem fecit.

II. *Cauſa: Si quis in ædes noſtras immittat quid, uel in noſtro ædificet. Hæc cauſa approbatur uerbis iam propoſitis hiſce:* Naturalem, cum in ædes noſtras quid immittitur, aut in noſtro ædificatur. *Concordat d.l.5.§.ſed etſi in, his uerbis:* Si in ædes noſtras quid immittitur, aut in loco noſtro ædificatur: æquum eſt nos operis noui nunciatione ius noſtrum nobis conſeruare uelle. *Concordat d.l.5.§.meminiſſe. cuius uerba uide J.quæſt.ult.reg.1.*

III. *Cauſa: Si quis opus nouum contra ius faciat. quæ cauſa declaratur l.1.§.opus. ff. de operis noui nunciat. his uerbis:* Opus nouum facere uidetur, qui aut ædificãdo aut detrahendo aliquid priſtinam faciem operis mutat.

Exceptiones præcedentium cauſarum generales.

I. EXCEPTIO: *Niſi non nouum opus faciat quis, ſed uetus fulciat. Hæc exceptio approbatur l.1.§.ſi quis ædificium. ff. d. tt. his uerbis:* Si quis ædificium uetus fulciat, an nouum opus ei nunciare poſsimus, uideamus? & magis eſt ne poſsimus. hic enim non nouum opus facit, ſed ueteri ſuſtinendo remedium adhibet.

II. EXCEPTIO: *Niſi quis riuos aut cloacas reficiat uel purget. Hæc exceptio approbatur l.5.§.ſi quis riuos. ff. eod. tt. his uerbis:* Si quis riuos uel

uel cloacas uelit reficere uel purgare: operis noui nunciatio non immerito prohibetur. cum publicæ ſalutis & ſecuritatis interſit & cloacas & riuos purgari. *Concordat l. 3. §. ſi quis riuum. ff. de riuis, his uerbis:* Si quis riuum reficienti opus nouum nunciat, belle dictum eſt poſſe contemni operis noui nunciationem. Cum enim Prætor ei uim fieri uetet, abſurdum eſt per operis noui nunciatioñe eum impediri. Planè per in rem actionem dicendum poſſe aduerſus eum uindicari ius ei non eſſe. Hoc dubium non eſt. De damno quoq; infecto cauere eum debere minimè oportet dubitari. *Concordat item l. 1. §. ſi quis purganti. ff. de cloacis, his uerbis:* Si quis purganti mihi cloacam, uel reficienti opus nouum nunciauerit: rectiſſimè dicetur contempta nunciatione poſſe me reficere id quod iam inſtitueram. Sed & damni infecti cautionem pollicetur, ſi quid ibi operis uitio factum ſit. Nam ſicuti reficere cloacas, & purgare permittendum fuit: ita dicendum eſt, ne damnũ ædibus alienis detur.

III. EXCEPTIO: *Niſi non in re ſoli, ſed mobili opus fiat. Hæc exceptio approbatur l. 1. §. hoc autem ff de noui operis nunciat. his uerbis:* Hoc edictum non omnia opera complectitur, ſed ea ſola quæ ſolo coniuncta ſunt, quorum ædificatio uel demolitio uidetur nouum opus continere. Idcirco placuit, ſi quis meſſem faciat, arborem ſuccidat, uineam putet quanquam opus faciat, tamẽ ad hoc edictum non pertinere: quia ad ea opera quæ in ſolo fiunt, pertinet hoc edictum.

IIII. EXCEPTIO: *Niſi quis meſſem faciat, arborem ſuccidat, uineam putet. huic enim inutiliter nouum opus nunciatur. quæ exceptio approbatur uerbis iam propoſitis hiſce:* Idcirco placuit, ſi quis, &c.

V. EXCEPTIO: *Niſi quis in mari uel in littore maris ædificanti nouum opus nunciet. Hæc exceptio approbatur d. l. 1. §. quod ſi quis. hiſce uerbis:* Si quis in mari uel in littore ædificet, licet in ſuo non ædificet, iure tamen gentium ſuum facit Si quis igitur uelit ibi ædificantem prohibere, nullo iure prohibet: neq; nouum opus nunciare, niſi ex una cauſa poteſt, ſi fortè damni infecti ſibi caueri uelit. *Huius exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi nuncians de damno infecto ſibi caueri uelit. quæ replicatio approbatur uerbis iã propoſitis hiſce:* Niſi ex una cauſa poteſt, ſi fortè, &c. *Concordat l. 50. ff. de adq. rer. dom. cuius uerba uide ſ. lib. 21. cap. 1. cauſa 12. except. 2.*

VI. EXCEPTIO: *Niſi ſocius in re communi aliquid faciat. huic enim à ſocio nouum opus nunciari non poteſt quæ exceptio approbatur l. 3. §. 1. ff. de noui operis nunciat. his uerbis:* Si in loco communi quid fiat, nunciatio habebit locum aduerſus uicinum. Planè ſi unus noſtrũ in communi loco faciat, non poſſum ego ſocius nouum opus ei nunciare: ſed eum prohibebo communi diuidundo iudicio, uel per prætorem. *Huius exceptionis replicatio uidetur eſſe: Niſi ſocius propriæ rei nomine, cui per id quod in communi loco fit nocetur, nunciauerit. Hæc replicatio reprobatur d. l 3. §. quod ſi ſocius, his uerbis:* Si ſocius meus in communi inſula nouum opus faciat, & ego propriam cui noceatur habeam: an opus nouum ei nunciare poſſim? Et putat Labeo, nunciare non poſſe: quia poſſim alia eum ratione prohibere ædificare: hoc eſt, per prætorem, uel per arbitrum communi diuidundo. Quæ ſententia uera eſt.

VII. EXCEPTIO: *Niſi in prouinciali prædio nouum opus fiat. Hæc exceptio reprobatur d. l. 3 in prin. his uerbis:* In prouinciali etiam prædio ſi quid fiat, noui operis nunciatio locum habebit.

VIII. EXCEPTIO *ſumpta ex loco, in quo nouũ fit opus, reprobatur l. 1. §. ſiue autem. ff. de noui operis nũciat. his uerbis:* Siue intra oppida, ſiue extra oppida in uillis uel agris opus nouũ fiat, nunciatio ex hoc edicto locũ habet, ſiue in priuato, ſiue in publico opꝰ fiat.

IX. EXCEPTIO: *Niſi non in uicino, ſed remotiori loco nouũ opus fiat. Et hæc exceptio reprobatur l. 8. in prin. ff. de noui operis nũciat. his uerbis:* Nõ ſolũ proximo uicino, ſed etiã ſuperiori facienti nouũ opus nũciare potero. Nã & ſeruitutes quædã interuenientib. medijs locis uel publicis uel priuatis eſſe poſſunt.

X. EXCEPTIO: *Niſi is qui nouum opus facit, prætor ſit. Hæc exceptio approbatur l. 5. §. ſi quis ipſi. ff. d. tit. cuius uerba uide ſ. cap. proxim. act. 2. quæſt. 1. except. 4. repl 2.*

XI. EXCEPTIO: *Niſi mora operis periculũ aliquod ſit allatura. Hæc exceptio approbatur d. l. 5. §. præterea, his uerbis:* Generaliter prætor cætera quoq; opera excepit, quorũ mora periculum aliquod allatura eſt. Nam in his quoq; contemnendã putauit operis noui nũciationẽ Quis enim dubitat, multo melius eſſe omitti noui operis nunciationẽ, quàm impediri operis neceſſarij urgentẽ extructionẽ? *Concordat d. l 5. §. toties, his uerbis:* Toties aũt hæc pars locum habet, quoties dilatio periculum allatura eſt. Proinde ſi quis cum opus hoc mora periculum allaturum eſſet, nunciauerit opus nouum: ueluti ſi in cloacis, uel ripa reficiendis aliquid fieret: dicemus apud iudicem quæri debere, an talia opera fuerint, ut contemni nunciatio deberet. Nã ſi apparuerit uel in cloaca, riuoúe, eoúe cuius mora pi-

culum

teſt,neq; nunciatio ullum effectum habet.

IX. Regula: *De uno ex pluribus ſocijs proponitur d.l.5 §.ſi plurium,his uerbis:* Si plurium dominorum rei opus noceat: utrum ſufficiat unius ex ſocijs nunciatio, an uerò omnes nunciare debeant? & eſt uerius,unius nunciationem omnibus non ſufficere, ſed eſſe ſingulis nunciare neceſſe:quia & fieri poſſit ut nunciatorum alter habeat, alter non habeat ius prohibendi.

III. PER QVOS NVNCIAtio competit?

Etiam per procuratorem nunciare licet. quæ regula approbatur l.1. §. nunciatio. ff. de noui operis nunciat.his uerbis: Nunciationem & noſtro & alieno nomine facere poſſumus.

IIII. QVIBVS NVNciandum?

Cuiuis præſenti nunciari poteſt. Quæ regula approbatur l.5.§.nunciari.ff de noui operis nunciat.his uerbis: Nunciari non utiq; domino oportet. Sufficit enim in re præſenti nunciare ei qui in re præſenti fuit: uſq; adeò ut etiam fabris uel opificibus qui eo loci operantur,opus nouum nunciari poſsit. Et generaliter ei nunciari opus nouum poteſt,qui in re præſenti fuit domini operisue nomine:nec refert quis iſte ſit,uel cuius conditionis, qui in re præſenti fuerit. Nam etſi ſeruo nuncietur,uel mulieri,uel puero,uel puellæ:tenet nunciatio.Sufficit enim in re præſenti noui operis nunciationem factã, ſic ot domino poſsit renunciari. *Concordat l.7.§.fin.ff.eod.tt. his uerbis:* Et tutori uel actori & curatori nouum opus rectè nunciatur. *Concordat itẽ l.11.ff eod.tt.cuius uerba uide J.quæſt. prox. Huius regulæ exceptio prima hæc eſſe uidetur: Niſi ſeruo nuncietur. Verùm exceptio hæc reprobatur uerbis iam propoſitis hiſce:* Nam etſi ſeruo nuncietur,&c. *Cui concordat d.l.5.§.1.cuius uerba uide ſ.quæſt.2.reg.8. Secunda exceptio uidetur:Niſi mulieri,puero uel puellæ nuncietur. Et hæc exceptio reprobatur uerbis ſ. propoſitis hiſce:* Vel mulieri,uel puero,uel puellæ,&c. *Tertia exceptio eſt:Niſi ei nũcietur, qui nec domini nec operis nomine in re ſit præſenti. Hæc exceptio uidetur approbari uerbis ſ.propoſitis hiſce:* Et generaliter ei nunciari opus nouum poteſt,qui in re præſenti fuit domini, operisue nomine. *Quarta exceptio uidetur: Niſi cum opus plurium eſſet,uni tantum nuncietur.Hæc exceptio reprobatur d.l.5.§ ſi pluriũ.his uerbis:* Si plurium res ſit,in qua opus nouum fiat, & uni nuncietur, rectè facta nunciatio eſt, omnibuſque dominis uidetur denunciatum.

V. ADVERSVS QVOS NVNciatio competat?

I.Regula:*Nunciatio in rem eſt,nõ in perſonã.quæ regula approbatur l.10.cũ lege ſequente.ff.de operis noui nunciat.his uerbis:* Operis noui nunciatio in rẽ ſit,non in perſonã.Et ideo furioſo & infanti fieri poteſt, nec tutoris authoritas in ea nunciatione exigitur.Cuilibet enim intelligẽti(ueluti fabro)nunciatũ, infantẽ & furioſum tenet.*Concordat l.23.§.quia nunciatio.ff.eod.tt.his uerbis:* Nunciatio operis non perſonæ fit.

II.Regula:*De infante et furioſo dictũ ſ.reg.prox.*

III.Regula:*De abſente,inuito & ignorãte proponitur l.1.§. nunciatio. in fine.ff de noui oper.nunciat. his uerbis.* Et aduerſus abſentes,etiã inuitos & ignorãtes noui operis nũciatio pcedit.

VI. VBI NVNCIAtio competat?

I.Regula:*In eũ locũ ubi opus fit,nunciandũ eſt,nõ alibi.quæ regula approbatur l.5.§.nunciationẽ.ff.de noui operis nũciat.his uerbis:* Nunciationẽ in re præſenti faciendã meminiſſe oportebit:id eſt,eo loci ubi opus fiat, ſiue quis ædificet, ſiue inchoet ædificare. *Cõcordat d.l.5.§.ſi quis forte,his uerbis:* Si quis fortè in foro domino opus nouũ nũciat: hãc nũciationẽ nullius eſſe momẽti,exploratiſsimũ eſt.In re enim præſenti & (penè dixerim)in ipſo ope,hoc eſt,in re ipſa nũciatio faciẽda eſt.Quod idcirco receptũ eſt, ut cõfeſtim p nũciationẽ ab ope diſcedatur. Cęterũ ſi alibi fiat nũciatio: illud incõmodi ſequtur, qđ dũ uenitur ad opus,ſi qd fuit opis p ignorãtiam factũ: euenit ut cõtra edictum Prætoris ſit factũ.

II.Regula:*Si in plurib.locis opus fiat, ad omnes locos nũciatio faciẽda Quæ regula approbatur d.l.5.§. ſi in plurib.his uerbis:* Si in plurib.locis opus fiat:ũtrũ una nũciatio ſufficiat,an uerò plures ſint neceſſariæ?& ait Iul. li.XLIX. Digeſt.quia in re præſenti fit nũciatio,plures nunciationes eſſe neceſſarias, & conſequenter plures remiſsiones.

VII. QVANDO NVNCIAtio competat?

I.Regula:*Omnib.dieb.nũciatio fieri poteſt. quæ regula approbatur l.1.§.nũciatio.ff.de noui opis nũciat. his uerbis:* Nũciatio omnib. dieb. fieri poteſt.

II.Regula:*In ipſo opere,nõ extra opus nũciatio facienda.quæ regula approbatur l.5.§.ſi quis fortè.ibi:in re enim.ff.d.tt.cuius uerba uide ſ.quæſt.prox.*

III.Regula:*Poſt factum opus fruſtra fit nũciatio. quæ regula approbatur l.1.§.1. ff.d.tt. cuius uerba uide J.quæſt.11.reg.2.Huius regulæ exceptio hæc eſt:Niſi inchoatũ tantũ,nõ perfectũ ſit opus. quæ exceptio approbatur l.20.§.ſiue autẽ.ff.d.tt.cuius uerba uide J. cap.proxim.act.2.quæſt.1.except.4.repl.1.*

VIII. MODVS NVNCIANDI, & officia nunciantis.

I.Regula:*Nunciãs nõ habet neceſſe adire prætorẽ. quæ regula approbatur l.1.§.nũciatio ff de noui opis nũcia.his uerbis:* Nũciatio ex hoc edicto nõ habet neceſſariã Prætoris aditionẽ. Poteſt.n. nunciare

nunciate quis, etſi eum non adiecit.

I I. *Regula: Qui opus nouum nunciat, de calumnia iurare debet. quæ regula approbatur l. 5. §. qui opus. ff. d. tt. cuius uerba uide ī quæſt. 1. except. 14.*

I I I. *Regula: Qui nouum opus nunciat, neceſſe habet demonſtrare, in quo loco nouum opus nũciet. quæ regula approbatur, ſimul & diſtinguitur d. l. 5. §. qui nunciat, his uerbis:* Qui nunciat, neceſſe habet demonſtrare, in quo loco opus nouũ nunciet: ſcituro eo cui nunciatum eſt ubi poſſit ædificare, & ubi interim abſtinendum ſit. Toties autē demonſtratio facienda eſt, quoties in partem ſit nunciatio. Cæterùm ſi in rotum opus fiat, nõ eſt neceſſe demonſtrare, ſed hoc ipſum dicere.

I I I I. *Regula: Qui alieno nomine nunciat, de rato tenetur cauere. quæ regula approbatur l. 5. §. qui procuratorio. ff. de noui operis nunciat. his uerbis:* Qui procuratorio nomine nunciauit, ſi non ſatiſdabit eam rem dominum ratam habiturum: nunciario omnimodo remittitur, etiam ſi uerus ſit procurator.

V. *Regula: Nuncians non habet opus ſcire quod opus fiat. quæ regula approbatur l. 1. §. poteſt. ff. d. tt. his uerbis:* Poteſt quis nunciare etiam ignorans quod opus fieret.

V I. *Regula: Qui opus nouum nunciat, in teſtationem referre debet, ſi quid operis iam factum eſt. quæ regula approbatur l. 8. §. qui opus. ff. d. tt. his uerbis:* Qui opus nouũ nunciat, ſi quid operis iam factum erit, in teſtationem referre debet, ut appareat quid poſtea factum ſit. *Concordat d. l. 8. §. ſed ut probari, his uerbis:* Vt probari poſsit quid poſtea ædificatum ſit, modulos ſumere debet is qui nunciat. Qui ut ſumantur, conferanturq́; , Prætor decernere ſolet.

IX. CAVSAE SEV MODI quibus nunciatio ex pòſt facto fit irrita.

I. *Cauſa: Si is qui nouum opus nunciauit, mortuus ſit. Hæc cauſa approbatur l. 8. §. fin. ff. de noui operis nunciat. his uerbis:* Morte eius qui nunciauit, extinguitur nunciatio, ſicut alienatione. Quia his modis finitur ius prohibendi.

II. *Cauſa: Si is qui nouum opus nunciauit, id cuius cauſa nunciauit, alienauerit. Hæc cauſa approbatur uerbis iam propoſitis hiſce:* Sicut alienatione, &c.

III. *Cauſa: Si is cui opus nouum nunciatum eſt, mortuus ſit, uel opus alienauerit. Hæc cauſa reprobatur d. l. 8. §. fin. his uerbis:* Si is cui nouum opus nunciatum erat, deceſſerit, uel ædes alienauerit: non extinguitur nunciatio noui operis. Idq́; ex eo apparet, quod in ſtipulatione, quæ ex hac cauſa interponitur, etiam hęredis mentio fiat. *Concordat l. ult. ff. eod. tt. cuius uerba uide ƒ. cap. proxim. act. 2. quæſtio. 3. reg. 4.*

IIII. *Cauſa: Si facta nunciatione lis intra annum non finiatur. Hæc cauſa approbatur l. unica. C. de operis noui nunciat. his uerbis:* De operis noui nunciatione quandam antiquis ortam fuiſſe dubitationem, noſtra cognouit tranquillitas: dicentibus, ſi quis denunciationem ad inhibendum opus miſerit, non poſſe eum poſt annum elapſum, ex quo denunciatio miſſa eſt, iterum ædificationem prohibere. Quod dupliciter iniquum nobis eſſe uidetur. Sine etenim non rectè quis prohibuit, decet per totum annum hoc impediri: ſiue rectè denunciationem emiſerit, etiam poſt annum licentiam habere ædificationem prohibere. Talem igitur iniquitatem inhibentes, ſancimus: ſi quis denunciationem emiſerit, in hac quidem regia urbe Præfectum urbi feſtinare, in prouincia uerò Rectorem eius intra trium menſium ſpacium cauſam dirimere. Sin uerò aliquid fuerit quocunq; modo ad deciſionem ambiguitatis impedimentum: licentiam habere eum qui ædificationem deſperat, opus de quo agitur efficere: prius fideiuſſore ab eo dato, officio urbicariæ uel prouinciali, ut ſi non rectè ædificauerit, omne opus quod poſt denunciationē fecerit, ſuis ſumptibus deſtruet. Sic enim & opera non per inanes denunciationes prohibebuntur, & rectè denunciatoribus conſuletur.

V. *Cauſa: Si prætor, qui opus nouum nunciari iuſſit, poſtea nunciari prohibuit. Hæc cauſa approbatur l. 16. ff. de noui operis nunciat. his uerbis:* Si opus nouũ Prætor iuſſerit nunciari, deinde prohibuerit: ex priore nunciatione agi non poteſt, quaſi aduerſus edictum eius factum ſit.

V I. *Cauſa: Si inter ipſos litigatores tam nunciantem, quàm eum cui nunciatum eſt, poſtea in contrarium conueniat, ut ædificare liceat. Hæc cauſa approbatur l. 1. §. inde quæritur. ff. d. tt. his uerbis:* Quæritur apud Celſum lib. XII. Digeſt. ſi poſt nouum opus nunciatum conueniat tibi cum aduerſario ut opus faceret, an danda ſit conuentionis exceptio? Et ait Celſus dandam: nec eſſe periculum ne pactio priuatorum iuſſui Prætoris antepoſita uideatur. Quid enim aliud agebat Pręror, quàm ut controuerſias eorum dirimeret? à quibus ſi ſpontè receſſerint, debebit id ratum habere.

V I I. *Cauſa: Si de opere demoliendo is cui nunciatum eſt cauet, eo caſu quo non rectè fuerit ædificatum. Hæc cauſa approbatur l. 5. §. ſi is cui. ff. d. tt. his uerbis:* Si is cui nunciatum erit, ex noui operis nunciatione ſatiſdederit, repromiſeritúe, aut per eum non fiet, quo minus boni uiri arbitratu ſatiſdetur, repromittatur-

ue: perinde eſt ac ſi noui operis nunciatio omiſſa eſſet. Habet autem hoc remedium utilitatem. nam remittit uexationem ad Prætorē ueniendi & deſiderandi ut miſſa fieret nunciatio. *Concordat l.8.§.ſi cū poſſem. ff.d.tt.cuius uerba uide ȷ quæſt.prox.reg.1.Concordat item l.21.in prin.ff eod.tt.his uerbis:* Stipulatio de noui operis nunciatione interponi ſolet, quoties uicinus dicit ius ſibi eſſe prohibere uicinum nouum opus inuito ſe facere. Si quis autem uult poſt nouum opus nūciatum impunè ædificare, offerre debet ſatis nunciatori. Quod ſi fecerit, utriq; cōſultum eſt, tam ei qui nunciauit, quoniam cautum habet de opere reſtituendo: quàm ei cui nunciatum eſt, quia molitio eius nō impeditur. Antequam enim caueat, quidquid ædificauerit, interdicto reſtitutorio deſtruere compellitur. Habet autē iſta ſtipulatio conditionem, ut ita demum committatur, ſi iudicatū fuerit, ſiue ante rē iudicatā cauſa quæ acciderit, neq; rea defendatur: & de dolo malo ſubijcitur clauſula. *Concordat item l.7.§.remiſsione.ff.quod ui aut clàm. cuius uerba uide ∓.lib.23.cap.11.quæſt.3.except.6.in prin. Planè propoſitæ cauſæ exceptio prima hæc eſt: Niſi repromiſſum tantum, non etiam ſatiſdatum ſit. Hæc exceptio approbatur, ſimul & diſtinguitur l.1.§.ſtipulatio.ff.de prætorijs ſtipulationib.his uerbis:* Stipulatio iſta ex operis noui nunciatione aliâs ſatiſdationē, aliâs repromiſsionē habet. Videamus ergo ex qua operis noui nūciatione ſatiſdari oporteat, & quemadmodum ſatiſdetur. Nanq; de eo opere quod in priuato factū erit, ſatiſdari: de eo quod in publico, repromitti oportet. Sed & hi quidem, qui ſuo nomine cauent, repromittunt: qui alieno, ſatiſdant. *Huius exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi non in priuato, ſed in publico factum ſit opus. quæ replicatio approbatur uerbis iā propoſitis hiſce:* De eo quod in publico, repromitti oportet. *Concordat l.8.§.quod ſi nunciauero.ff.de noui operis nunciat.his uerbis:* Si nūciauero tibi ne quid contra leges in loco publico facias, promittere debebis: quoniam de eo opere iure alieno contendo, non meo, & tanquam alieni iuris petitor repromiſsione contentus eſſe debeo. *Huius replicationis duplicatio hæc eſt: Niſi quis de eo quod in publico fit, non ſuo, ſed alieno nomine caueat. nam hic ſatiſdare tenetur. quæ duplicatio approbatur uerbis iam propoſitis hiſce:* Sed & hi quidem qui ſuo nomine, &c. *Secunda exceptio eſt: Niſi cū pluribus nouum opus nunciatum eſſet, non in ſolidū ſit cautum. Hæc exceptio approbatur l.21.§.quæſitū. ff.eod.tt.his uerbis:* Quæſitū eſt, ſi plures domini ædificent, an omnes cauere debeant? Et ait Labeo, unum cauere debere: quia reſtitutio operis fieri pro parte non poſsit.

Tertia exceptio eſt: Niſi cum plures nouū opus nuncient, uni, nō omnibus caueatur. Hæc exceptio approbatur, ſimul & diſtinguitur ibidem, his uerbis: Idē ait, etſi plures nuncient: curandum eſſe ut uni caueatur, ſi inter eos cōueniat. Planè ſi non conueniat, etiā ſingulis erit cauendū. *Quarta exceptio uidetur: Niſi cum plures nouū opus nunciaſſent, uni nō cautū ſit de eo quāti uniuſcuiuſq; interſit, ſed quanti ea res eſt. Hæc exceptio reprobatur d.l.21.§.fin.his uerbis:* Idem Labeo dicit, adijciendum eſſe in ſtipulatione, ut tantū præſtetur quanti uniuſcuiuſq; interſit, ſi hoc maluerint. Cæterùm ſi ita fuerit (inquit) cautum, Quanti ea res erit: dubitabitur utrum ad totius corporis æſtimationē hæc uerba referātur, an uerò ad hoc quod eius intereſt, qui ſtipulatur? Ego puto etſi ſic fuerit cautum uni, Quanti ea res erit: defendi poſſe ſtipulationē ſufficere: ad operis enim quantitatem ea refertur.

VIII. *Cauſa: Si per actorem ſtet, quo minus is cui nouum opus nunciatum eſt, de opere demoliendo caueat. Hæc cauſa approbatur l.20.§.ſi quis paratus. ff.de noui operis nunciat.his uerbis:* Si quis paratus fuerit ſatiſdare, deinde actor ſtipulari nolit: in ea cauſa eſt ut remitti debeat. Nam cum per actorē fiat, apparet in ea cauſa eſſe ut remitti debeat. *Concordat l.5.§.ſi is cui.ff.eod.tt.cuius uerba uide ∓.cauſa prox.in prin. Plura de hac cauſa uide ȷ.cap.prox.act.4.quæſt.3.except.4.repl.1.*

X. EVENTVS ET CONSEquentia nunciationis.

I. *Regula: Is cui nouum opus nunciatum eſt, abſtinere debet ab opere, donec uel caueat uel remittatur ei nunciatio. quæ regula approbatur l.8.§.ſciendum. ff.de noui operis nunciat.his uerbis:* Sciēdum eſt facta noui operis nunciatione, eum cui nūciatum eſt, abſtinere oportere, donec caueat, uel donec remiſsio nunciationis fiat. Tunc enim ſi ius ædificandi habet, rectè ædificabit. *Concordat d.l.8.§.ſi cum poſſem, his uerbis:* Si cum poſſem iure te prohibere, nunciauero tibi nouum opus: non aliâs ædificandi ius habebis, quàm ſi ſatiſdederis.

II. *Regula: Poſt noui operis nunciationem committunt ſe litigatores iuriſdictioni. quæ regula approbatur l.1.§.& poſt.ff.d.tt.his uerbis:* Poſt operis noui nunciationem committunt ſe litigatores prætoriæ iuriſdictioni.

III. *Regula: Quamdiu lis pendere debeat, definitur l.unica.§.talem igitur. C. de operis noui nunciat. cuius uerba uide ∓.quæſt.prox.cauſa 4.*

IIII. *Regula: Nunciatione poſſeſſorem aduerſarium facimus. quæ regula approbatur l.1.§.in operis. ff.de noui operis nunciat.his uerbis:* In operis noui nūciatione poſſeſſorem aduerſariū facimus. *Concordat l.5.§.meminiſſe. ibi: cæterùm. ff. eod.tt.cuius uerba uide ȷ.quæſt.prox.reg.1.Concor-*

daturum l.7.§.remiſsione.ibi: cum poſſeſſor. ff. quod ui aut clàm.cuius uerba uide ſ.lib.23.cap.12.queſt.3. except.6.in prin.

V. *Regula: Si operis noui nunciatio denegatur, nihilominus legitimæ actiones manēt. quæ regula approbatur l.19.ff. de noui operis nunciat. cuius uerba uide ſ lib.25.cap.4.queſt.4.except.4.repl.2.*

V I. *Regula: Poſt noui operis nunciationem petitur etiam nunciationis remiſsio, id quod poſtea ædificatum eſt deſtruitur. & aliæ dantur occaſione nunciationis actiones: de quib. J.cap.prox.dicetur.*

XI. ADFINIA REmedia.

I. *Regula: Etiam per Prætorem & per manū, hoc eſt, per lapilli iactum noaū opus inhiberi poteſt. quæ regula approbatur l.5.§.meminiſſe.ff.de noui operis nunciat.his uerbis:* Meminiſſe oportebit, quoties quis in ooſtro ædificare, uel in noſtrū immittere, uel proijcere uult: melius eſſe eum per Prætorem, uel per manum, id eſt, per lapilli iactum prohibere, quàm operis noui nunciatione. Cæterùm noui operia nunciarione poſſeſſorem eum faciemus, cui nunciauimus. At ſi in ſuo quid faciat, quod nobis noceat: tunc noui operis denunciatio erit neceſſaria. Et ſi fortè in noſtro aliquid facere perſeueret quis, æquiſſimum erit aduerſus eū Quod ui ant clàm, aut Vti poſsidetia interdicto uti. *Concordat l.3.§.1.in fine. ff. eod. tt. cuius uerba uide ſ. quæſt.1. except.6.*

I I. *Regula: De interdictis Quod ui aut clàm, uti poſsidetis, de loco ſacro, &c. proponitur l.1.§.1.ff.de noui operis nunciat. his uerbis:* Hoc edictum remediumq; noui operis nūciarionis aduerſus futura opera inductum eſt, oon aduerſus præterita: hoc eſt, aduèrſus ea quę nondum facta ſunt. ne fiāt. Nam ſi quid operia factum fuerit, quod fiori non debuit: ceſſat edictū de noui operis nunciarione, & erit tranſeūdum ad interdictum Quod ui aut clàm, quod factum erit ut reſtituatur. Sed & quod in loco ſacro religioſoúe, & quod in flumine publico, ripaúe publica factum eiit. Nam his interdictis reſtituetur, ſi quid illicitè factum eſt. *Cōcordat l.5.§.meminiſſe.ibi: etſi fortè ff.eod.tt.cuius uerba uide ſ.reg prox.*

I I I. *Regula: De uindicatione iuris, cuius gratia nunciatio facta eſt, proponitur l.19.ff.de noui operis nunciat.cuius uerba uide ſ.lib.25.cap.4.queſt.4. except.4.repl.2. Concordat l.1.§.fin.ff.eod.tt.cuius uerba uide ſ.quæſt.2.reg.2. except.2. Concordat l.2.ff. eod.tt.cuius uerba uide d.reg.2. except.1. Concordat item l.14.ff.eod.tt.cuius uerba uide ſ.d.quæſt.2.reg. 3.except.1. Concordat item l.3.§. ſi quis riuum. ff. de riuis.cuius uerba uide ſ.quæſt.1. except.2. Concordat item l.unica.§.item Iuliano.ff.de remiſsionib.cuius uerba uide ſ. lib. 25. cap. 4. quæſt. 5. reg. 1.except.4.*

I I I I. *Regula: De damni infecti ſtipulatione proponitur d.§.ſi quis riuum.item l.1.§.ſi quis purganti. ff.de cloacis.cuius uerba uide d.except.2.*

V. *Regula: De communi diuidundo iudicio proponitur l.3.§.1.ff.de noui operis nunciat.cuius uerba uide ſ.quæſt.1.except.6. Concordat d.l.3.§.quod ſi ſocius.cuius uerba uide d.except.6.repl.1.*

DE ACTIONIBVS ET INterdictis quæ occaſione noui operis nunciationis competunt.

Cap. II.

I. Actio ad remittuodam noui operis nunciatiouem.

1. VERBA EDICTI QVIBVS actio hæc fundatur,

P*Roponuntur l.unica.in prin. ff.de remiſsionib. hæc nimirum:* Ait Prætor, Quod ius ſit illi prohibere, ne ſe inuito fiat, in eo nūciatio renet. Cęterùm nunciatiouem miſſam facito.

2. CAVSA EX QVA ACTIO propoſita competit.

Si nunciatio non tenet ut remittatur, petitur. quæ cauſa approbatur uerbis iam propoſitis. quibus concordat d.l.unica.§.1.his uerbis: Sub hoc titulo remiſsiones proponūtur. Et uerba Prætoris oſtendunt, remiſsionem ibi demum factá, ubi nunciatio oon tenet: & nunciationem ibi demum uoluiſſe Prætorem tenere, ubi ius eſt nūciaoti prohibere, oe ſe inuito fiar. Cæterùm ſiue ſatiſdatio interueniat, ſiue non: remiſsio facta hoc tantum remittit, in quo non tenuit nunciatio. Planè ſi ſatiſdatum eſt, & exinde remiſsio facta eſt: oō eſt remiſsio neceſſaria. *Concordat l.1.in prin.ff.de noui operis nunciat. cuius uerba uide ſ. cap. prox, queſt.1.exc.12. Huius cauſæ ſpecies uide ſ.cap.prox. d.quæſt.1.cum ſequentibus, præſertim quæſt.2.8 et 9.*

3. ADIVNCTA, SEV OFFIcium eius qui alieno nomioe remiſsionem petit.

Satiſdare debet de opere deſtruendo. quæ regula approbatur l. 5. §. penult. ff.de noui operis nunciat. his uerbis: Qui remiſsionem abſentis nomine deſiderat, ſiue ad priuatum ſiue ad publicum ius ea remiſsio pertinet: ſatiſdare cogitur. Suſtinet enim partes defenſoris. Sed hæc ſatiſdario noo pertinet ad ratihabitationem, ſed ad noui operis nunciationem.

4. ADFINE HVIVS ACTIOnis remedium eſt,

Si caueatur de opere demoliendo. tunc enim non eſt opus petere remiſsionem. quæ regula approbatur l. 5. §. ſi is cui. ff. d. tt. cuius uerba uide ſ.cap.prox. quæſt.9.cauſa 7. Concordat l.unica.§.planè ſi ſatiſdatum.ff de remiſsionib.cuius uerba uide paulo ſuperius quæſt.2.

II. Actio de demoliendo eo quod poſt nunciationem eſt factum.

1. CAVSA HVIVS Actionis.

Si quis contempta noui operis nunciatione, opus fecerit: illud deſtruere per hanc actionem cogitur. quæ cauſa approbatur l.20.in prin.ff.de noui operis nunciat.his uerbis: Prætor ait, Quem in locum nunciatum eſt, ne quod nouum opus fieret, qua de re agitur. Quod in eo loco antequam nunciatio remiſſa fuerit, aut in ea cauſa eſſet ut remitti deberet, factum eſt, id reſtituas. *Huius cauſæ exceptio prima hæc eſt: Niſi nunciatio fuerit remiſſa. quæ exceptio elicitur ex uerbis iam propoſitis hiſce:* Antequam nunciatio remiſſa fuerit. *Concordat l.7.§.remiſſione.ff. quod ui aut clàm. cuius uerba uide ſ.lib.23.cap.12.quæſt.3.exception.6.in prin. Huius exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi falſo procuratore à parte eius qui nouum opus nunciauit interueniente, remiſſio ſit facta. Quæ replicatio approbatur l.13.§.ſi in remiſſione.ff.de noui operis nunciat. his uerbis:* Si in remiſsione à parte eius, qui nouum opus nunciauit, procurator interueniat: id agere Prætorem oportet, ne falſus procurator abſenti noceat, cum ſit indignum quolibet interueniente beneficium Prætoris amitti. *Secunda replicatio eſt: Niſi cum plures nunciationes factæ eſſent, uno tantum remiſſio ſit facta. Hæc replicatio approbatur l.5.§.ſi in pluribus.ff.d.tit.cuius uerba uide ſ.cap.prox.quæſt.6.reg.2. Secunda exceptio eſt: Niſi de opere demoliendo ſit cautum. Hæc exceptio approbatur uerbis interdicti ſ. propoſitis hiſce:* Aut in ea cauſa eſſet ut remitti deberet. *Concordat d.l.20.§.1. cuius uerba uide ſ. exception. prox. item concordant ea quæ habentur ſ.cap.prox. quæſt. 9. cauſa 7. Tertia exceptio eſt: Niſi iure ſit ædificatum. Hæc exceptio reprobatur l.20.§.ait Prætor.ff.de noui operis nunciat.his uerbis:* Ait Prætor, Quod factum eſt, reſtituas. Quod factū eſt, iubet reſtitui: neq; intereſt iure factum ſit, an non. Siue enim iure factum eſt, ſiue non iure factum eſt: interdictum locum habebit. Quidquid autem ante remiſsionē fit, uel ante illud quod remiſsionis loco habetur: pro eo habēdum eſt, atq; ſi nullo iure factum eſſet. *Concordat d.l.20.§.1.his uerbis:* Interdictum hoc proponitur ex huiuſmodi cauſa. Edicto enim expreſſum eſt, ne poſt operis noui nunciationē quidquam operis fiat, antequam uel nunciatio miſſa fiat, uel uice nunciationis remiſſæ ſatiſdatio de opere reſtituēdo fuerit interpoſita. Qui igitur facit, etſi ius faciendi habuerit: tamen contra edictum Prætoris facere uidetur. Et ideo hoc deſtruere cogitur. *Concordant item ea quæ habentur ſ.cap. prox. quæſt. 11. except.12. Quarta exceptio eſt: Niſi ante factam nunciationem ſit ædificatum. Hæc exceptio approbatur l.1.§.1.ff.d.tit.cuius uerba uide ſ.cap.prox.quæſt. 11.reg.2. Huius exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi poſtquam cœptum, non autem perfectum eſt opus, ſit nunciatum, hoc enim caſu propoſitæ exceptioni quo ad id quod poſtea perficitur, locus non eſt. quæ replicatio approbatur l.20.§.ſiue autem. ff. d. tit. his uerbis:* Siue locus uacuus ſit, ubi nunciatum eſt, ſiue ædificatus: æquè huic interdicto locus erit. *Planè hoc caſu quoad id quod ante nunciationem cœptum eſt, exceptioni eſt locus. Altera replicatio eſt: Niſi poſtquam quis nunciare nouum opus non poſſet, deq; eo proteſtatus eſſet, ſit ædificatum. Hæc replicatio approbatur exemplo l. 5. §. ſi quis ipſi. ff. de noui operis nunciat. his uerbis:* Si quis ipſi Prætori uelit opus nouum nunciare, debet ſic nunciare, ut interim teſtetur non poſſe ſe nunciare: etſi nunciauerit poſtea, etiam quod retrò ædificatum erit, deſtruendum erit, quaſi repetita die nunciatione facta. *Quinta exceptio uidetur: Niſi non opus nouum factum ſit, ſed uetus deſtructum. Hæc exceptio reprobatur l. 20.§. ſiue autem. ff. d. tit. cuius uerba uide ſ.except.prox.repl.1.*

2. QVIBVS COMPETIT Actio propoſita?

I. Regula: *De uno ex pluribus ſocijs, qui non nunciauit, huic interdictum non datur. quæ regula approbatur l.5.§.ſi plurium.ff. de noui operis nunciat. cuius uerba uide ſ.cap.prox.quæſt.2.reg.9.*

II. Regula: *De domino procuratoris nunciantis proponitur l.17.ff.eod.tit. cuius uerba uide ſ. lib. 23. cap.12.quæſt.4.reg.1.in prin.*

III. Regula: *De hærede, cæteriſq; ſucceſſoribus proponitur l.20.§.hoc interdictum.ff.d.tit.his uerbis:* Hoc interdictum perpetuò datur, & hæredi, cæteriſq; ſucceſſoribus cōpetit. Aduerſus ipſum quoq; qui opus fecit, uel factum ratum habuit, interdicto locus erit.

3. ADVERSVS QVOS competit?

I. Regula: *De uno ex pluribus qui non ædificauit, hic factum ſociorum non præſtat. Quæ regula approbatur l.5.§.ſi plurium. ff. de noui operis nunciat. his uerbis:* Si plurium res ſit in qua opus nouum fiat, & uni nuncietur: rectè facta nunciatio eſt, omnibuſq; dominis uidetur denunciatum. Sed ſi unus ædificauerit poſt noui operis nunciationem, alij qui non ædificauerint non tenebūtur. Neq; enim debet nocere factū alterius ei qui nihil fecit. *Huius regulæ exceptio hæc eſt: Niſi uolūtate eius qui nō ædificauit, alij ædificauerint. Hæc exceptio approbatur l.18.ff.eod.tit.his uerbis:* Ædibus communibus ſi ob nouum opus nūciatio uni fiat: ſiquidem ex uolūtate omnium opus fiat: omnes nunciatio tenebit. Si uerò quidam ignorent, in ſolidum obligabitur qui con-

tra edictum Prætoris fecerit. Nec ad rem pertinet, cuius ſolum ſit, in quo opus fiat: ſed quis eius ſoli poſſeſſor inueniatur, modò ſi eius nomine opus fiat.

I I. Regula: *De eo qui opus fecit, & factum ratum habuit, proponitur l. 20. §. hoc interdictum. ibi: aduerſus ipſum. ff. eod. tt. cuius uerba uide ſ. quæſt. prox. in fine.*

I I I. Regula: *De domino ſoli & poſſeſſore proponitur l. 18. in fine. ff. d. tt. cuius uerba uide ſ. reg. 1. in fine. Concordat l. ult. ff. eod. tt. cuius uerba uide j. reg. proxim.*

I I I I. Regula: *De eo cui nouum opus nunciatum eſt, & emptore qui ædificauit, proponitur l. ult. ff. de noui operis nunciat. his uerbis:* Is cui nouũ opus nunciatum erat, uendidit prædium, emptor ædificauit: emptorem, an uenditorẽ teneri putas, quod aduerſus edictum factũ ſit? Iabolenus reſpondit, cum noui operis nunciatio facta eſt, ſi quid ædificatum eſt, emptor, id eſt dominus prædiorũ tenetur: quia nunciatio operis, non perſonæ fit: & is demum obligatus eſt, qui eum locũ poſſidet, in quem nouum opus nũciatum eſt.

V. Regula: *De heredibus & cæteris ſucceſſoribus proponitur l. 20. §. hoc interdictum. ibi: planè ſi. ff. de noui operis nunciat. his uerbis:* Si quæratur, an in hæredem eius qui opus fecit, interdictũ hoc competat? Sciendum eſt, Labeonem exiſtimaſſe, in id quod ad eum peruenit, duntaxat dari oportere: uel ſi quid dolo malo ipſius factum ſit, quo minus perueniret. Nonnulli putant tam in factũ eſſe dandam, quàm interdictum. quod uerum eſt. *Concordat l. 22. ff. eod. tt. his uerbis:* Cui nouum opus nunciatum eſt, ſi ante remiſſam nunciationem opere facto deceſſit: debet hæres eius patientiam deſtruendi operis aduerſario præſtare. Nam & in reſtituendo opere eius qui contra edictum fecit, pœna uerſatur. Porrò autem in pœnam hæres non ſuccedit.

4. QVID VENIAT IN actione propoſita?

Vt opus factum deſtruatur, uel deſtructum reſtituatur. Hæc regula approbatur uerbis interdicti ſ. quæſt. 1. in prin. propoſitis.

5. QVAMDIV DAtur?

Perpetuò datur. Quæ regula approbatur l. 20. §. hoc interdictum. ff. de noui operis nunciat. cuius uerba uide ſ. quæſt. 2. reg. 1.

6. AD FINE REMEdium.

In factum actio approbatur l. 20. §. nonnulli. ff. de noui operis nunciat. cuius uerba uide ſ. quæſt. 3. reg. 5.

III. Actio ex ſtipulatu de demoliendo ſeu reſtituendo opere.

1. CAVSAE HVIVS Actionis.

I. Cauſa: *Si cum ſatiſdatum eſſet de opere reſtituẽdo, ſi apparuerit iniuſtè factum eſſe, poſtea iudicatum ſit, iniuſtè opus factum eſſe. Item*

I I. Cauſa: *Si res non defendatur, ex ſtipulatu actio competit, ut opus reſtituatur. quæ duæ cauſæ approbantur l. 21. §. ſiue autem. ff. de noui operis nunciat. his uerbis:* Siue res iudicetur, ſiue res non defendatur: ſtipulatio in id committitur, ut uiri boni arbitratu res reſtituatur. *Concordat d. l. 21. §. habet autem. cuius uerba uide ſ. cap. prox. quæſt. 9. cauſa 7. Harum cauſarum exceptio generalis hæc eſt: Niſi id quod factum eſt, faciem operis non habeat. Hæc exceptio approbatur d. l. 21. §. opus, his uerbis:* Opus factum ſic accipimus, non ſi unum uel alterum cæmentum ſit poſitũ: ſed ſi proponatur inſtar quoddam operis, & quaſi facies quædam operis facta.

2. QVID VENIAT IN HAC actione?

Prima regula: Vt opus boni uiri arbitratu reſtituatur. quæ regula approbatur l. 21. §. ſiue autem. ff. de noui operis nũciat. cuius uerba uide ſ. quæſt. prox.

I I. Regula: *Si opus reſtitutum non fuerit, quanti ea res eſt competit actio. quæ regula approbatur d. l. 21. §. quod ſi ita, his uerbis:* Quòd ſi ita reſtitutum non erit, quanti ea res erit, tantam pecuniam dabit, ſi hoc petitori placuerit. *Concordat d. l. 21. § . fin. cuius uerba uide ſ. cap. 1. quæſt. 9. cauſa 7. except. 4.*

I I I. Regula: *Venit in hac actione, quanti iudicatum eſt. quæ regula approbatur l. 12. ff. de noui operis nunciat. his uerbis:* Ex operis noui nunciatione ſi caueatur, ſtipulatio tanti committitur, quanti iudicatum ſit.

I I I I. Regula: *Quamuis pro parte opus reſtitutum ſit, nihilominus in ſolidum datur actio, donec totum reſtituatur. quæ regula approbatur l. 2. in prin. ff. de prætorijs ſtipulat. cuius uerba uide alibi.*

IIII. Actio, Si quis eum qui ſatiſdedit, opus facere prohibeat.

1. VERBA INTERDICTI,

Quibus actio propoſita approbatur, proponuntur l. 20. §. deinde. ff. de noui operis nunciat. hæc ſcilicet: Ait Prætor, Quem in locum nunciatum eſt, ne quid noui operis fieret: qua de re agitur, ſi de ea re ſatiſdatũ eſt: quod eius cautum ſit, aut per te ſtet quo minus ſatiſdetur: quo minus illi eo in loco opus facere liceat, uim fieri ueto.

2. GENVS ET RATIO HVius interdicti

Proponitur d. l. 20. §. hoc interdictũ, his uerbis: Hoc interdictũ ꝓhibitoriũ eſt, ne qs prohibeat uolentẽ eũ facere, q ſatiſdedit. Etenim pertinet

tinet ad decus urbium ædificia non derelinqui: nec quidquam intereſt iure quis ædificet, an non: cum ſit ſecurus ia qui nouum opus nunciauit, poſteaquam ei cautum eſt.

3. CAVSA HVIVS INTERDICti, eiusq; actionis.

Si quis eum qui de opere reſtituendo ſatiſdedit, ædificare probibeat, hoc interdictum competit. quæ cauſa approbatur uerbis interdicti ſ. propoſitis. Eius autem exceptiones hæ ſunt.

I. EXCEPTIO: *Niſi repromiſſum tantum, non ſatiſdatum ſit. Hæc exceptio approbatur d. l. 20. §. hoc autem, his uerbis:* Hoc interdictũ competit ei qui ſatiſdedit. Adijcitur & illud, Aut ſi per re ſtet, quo minus ſatiſdetur. Proinde ſi ſatiſdatũ non eſt, ſed repromiſſum: huic interdicto locus non erit. Neq; enim permittendum fuit in publico ædificare, priuſquã appareat quo iure quis ædificet. *Plura de hac exceptione uide ſ. cap. prox. quæſt. 9. cauſa 7. except. 1.*

II. EXCEPTIO: *Niſi cautum non perſeueret. Hæc exceptio approbatur d §. hoc autem. in fine, his uerbis:* Etſi ſatiſdatum ſit, cautum tamen non perſeueret, interdictum ceſſat.

III. EXCEPTIO: *Niſi non iure ædificetur. Hæc exceptio reprobatur d. l. 20. §. hoc interdictum. ibi: nec quidquam. cuius uerba uide ſ. quæſt. 2.*

IIII. EXCEPTIO: *Niſi omnino cautum non ſit. Hæc exceptio cõſtat ex uerbis interdicti ſ. propoſitis hiſce:* Si de ea re ſatiſdatũ eſt. *Cuius replicatio hæc eſt: Niſi per aduerſarium ſtet, quo minus caueatur. quæ replicatio approbatur itidem uerbis interdicti ſ. propoſitis hiſce:* Aut per te ſtet, quo minus ſatiſdetur. *Concordat d. l. 20. §. hoc autem. cuius uerba uide ſ. except. 1. Huius autem replicationis duplicatio hæc eſt: Niſi per aduerſarium amplius ſtare deſierit, quo minus caueatur. quæ duplicatio approbatur d. l. 20. §. penult. his uerbis:* Si aliquãdo ſterit per nunciatorem quo minus ſatiſdetur, nunc non ſtat, interdictum ceſſet. *Plura de replicatione propoſita uide ſ. cap. prox. quæſt. 9. cauſa 8. Sed & plures propoſitæ cauſæ exceptiones uide ſ. d. quæſt 9. cauſa 7.*

4. QVIBVS DETVR ACTIO propoſita?

De heredibus, cæteriſq; ſucceſſoribus proponitur l. 20. §. fin. ff. de noui operis nunciat. his uerbis: Hoc interdictum etiam poſt annum, & hæredi, cæteriſq; ſucceſſoribus competit.

5. QVAMDIV COMpetit?

Perpetua eſt actio. Quæ regula approbatur uerbis iam propoſitis hiſce: Hoc interdictũ etiam poſt annum competit. *Planè quædam exemplaria habent:* Hoc interdictum ceſſat poſt annum. *quæ lectio mihi uidetur probabilior.*

6. ADIVNCTA HVIVS actionis.

Procurator qui nouum opus nunciauit, & ſatis accepit, propoſitoq; interdicto conuentus, iudicatum ſolui ſatiſdare debet, non ratam rem dominum habiturum. Ideoq; exceptiones procuratoriæ illi non opponendæ. quæ regula approbatur l. 5. §. fin. cum duabus legib. ſequentib. ff. de noui operis nunciat. his uerbis: Si procurator nouum opus nunciauerit mihi, & ſatis acceperit: deinde interdicto aduerſus eum utar, ne uim mihi faciat, quo minus ædificem: ex interdicto eum oportet Iudicatum ſolui ſatiſdare: quia partes ſuſtinet defenſoris. Et ideo neque exceptiones procuratoriæ opponi ei debent, nec ſatiſdare cogendus eſt ratam rem dominum habiturum. Etſi ſatiſdationem non dabit, ſubmouendus erit ab executione noui operis: & actiones quas domini nomine intendit, debẽt ei denegari.

V. Actio ex ſtipulatu de rato.

1. CAVSAE HVIVS Actionis.

I. *Cauſa: Si cum procurator qui nouum opus nunciauit, de rato cauiſſet: dominus remiſſionẽ poſtea ſecutam, non habuerit ratam. Hæc cauſa approbatur l. 13. in prin. ff. de noui operis nunciat. his uerbis:* Cũ procurator opus nouum nunciat, & ſatiſdat rem ratam dominum habiturum: & remiſsio in domini perſonam confertur.

II. *Cauſa: Si dominus poſtea rurſus opus nouum nunciauerit. hoc enim caſu committitur ſtipulatio de rato. quæ cauſa approbatur, ſimul & diſtinguitur d. l. 11. §. ſi dominus. his uerbis:* Si dominus nouum opus nunciauerit intra diem, quæ ſtipulatione ex operis noui nunciatione interpoſita comprehenſa eſt: committitur ſtipulatio. Sed ſi præterita ea die dominus nunciauerit, nõ committitur. Nam & ipſi domino, cum ſemel nunciauit, nõ permittitur iterum nunciare, quamdiu ſtipulatio ex operis noui nunciatione tenet. *Hactenus de noui operis nũciatione, eiuſq; actionibus ſit dictũ.*

DE DAMNO INFECTO. Cap. III.

1. VERBA EDICTI, QVO actio damni infecti approbatur.

PRoponuntur *l. 7. in prin. ff de damno infecto; hæc ſcilicet:* Prætor ait, Damni infecti ſuo nomine promitti, alieno ſatiſdare iubebo ei qui iurauerit non calumniæ cauſâ id ſe poſtulare, eumúe cuius nomine aget, poſtulaturũ fuiſſe in eam diem, quã cauſa cognita ſtatuero. Si cõtrouerſia erit, dominus ſit nec'ne qui cauebit, ſub exceptionẽ ſatiſdari iubebo. De eo opere quod in flu-

mine publico, ripaúe eius fiet, in annos decem ſatiſdari iubebo. Eum cui ita nó cauebitur, in poſſeſsionem eius rei, cuius nomine ut caueatur poſtulabitur, rectè ire eum, cuius cauſa iuſta eſſe uidebitur, etiã poſsidere iubebo. In eum qui neq; cauerit, neq; in poſſeſsione eſſe, neq; poſsidere paſſus erit: iudicium dabo, ut tantum pręſtet, quã tum præſtare eum oporteret, ſi de ea re ex decreto meo, eiusúe cuius de ea re iuriſdictio fuit, quæ mea eſt, cautum fuiſſet. Eius rei nomine, in cuius poſſeſsioné miſero, ſi ab eo qui in poſſeſsioue erit, damni infecti nomine non ſatiſdabitur, eũ cui non ſatiſdabitur, ſimul in poſſeſsione eſſe iubebo.

II. *Ratio huius edicti, eiusq; actionis & differentiis à cæteris actionibus, quæ de damno dantur, proponitur d. l. 7. §. hoc edictum, his uerbis:* Hoc edictum proſpicit damno nondum facto: cum cæteræ actiones ad damna, quæ contigerunt, ſarcienda pertineant: ut in legis Aquiliæ actione & alijs. De damno uerò facto nihil edicto cauetur. Cum enim animalia, quæ noxam commiſerunt, non ultra nos ſoleant onerare, quàm ut noxæ ea dedamus: multo magis ea quæ anima carent, ultrà nos onerare non debent: pręſertim cum res quidem animales, quæ damnum dederunt, ipſæ extent: ædes autem ſi ſua ruina damnum dederunt, deſierint extare. *Concordat l. 6. ff. eod. tt. his uerbis:* Euenit nonnunquam ut damno dato, nulla nobis competat actio, non interpoſita antea cautione. Veluti ſi uicini ædes ruinoſæ, in meas ædes ceciderint: adeò ut pleriſq; placuerit non cogi quidem eum poſſe, ut rudera tollat: ſi modò omnia quæ iaceant pro derelicto habeat.

III. CAVSAE HVIVS ACTIOnis, cum ſuis exceptionibus.

Prima & generalis huius actionis cauſa eſt: Si quid ſit aut fiat, ex quo damnum infectum metuatur: metuenti datur actio hæc ut ſibi de damno infecto caueatur. Quæ cauſa approbatur l. 9 in prin. ibi: integræ autem. ff. de damno infecto. cuius uerba uide ſ. queſt. 11. reg. 1. Concordat l. 7. in prin. ff. eod. tt. cuius uerba uide ſ. queſt. 1. Declaratur cauſa hæc definitione damni infecti l. 2. cum lege ſequente. ff. eod. tt. his uerbis: Damnum infectum eſt, damnum nondum factum, quod futurum ueremur. Damnum autem & damnatio ab ademptione & quaſi deminutione patrimonij dicta ſunt.

I I. Cauſa: Si ex noſtro ſolo alius rem ſuam uelit auferre, de damno infecto nobis tenetur cauere. quæ cauſa approbatur l. 9. §. Alfenus. ff. de damno infecto, his uerbis: Alfenus ſcribit, Si ex fundo tuo cruſta lapſa ſit in meum fundum, eamque petas: dandum in te iudiciũ de damno infecto: idque Labeo probat. Nam arbitrio iudicis, apud quem res prolapſæ petantur, damnum quod antè ſenſi non contineri: nec aliter dandam actionem, quàm ut omnia tollantur, quæ ſint prolapſa. Ita demum autem cruſtam uindicari poſſe idem Alfenus ait, ſi non coaluerit, nec unitatem cum terra mea fecerit: quemadmodũ nec arbor poteſt uindicari à te ea, quæ tranſlata in agrum meum cum terra mea coaluerit. Sed nec ego potero tecum agere ius mihi non eſſe ita cruſtam habere, ſi iam cum terra mea coaluit: quia mea facta eſt. *Concordat d. l. 9. §. de his. in fine. cuius uerba uide ſ. lib. prox. cap. 13. quæſtion. 3. reg. 6.*

I I I. Cauſa: Si ex foramine, ex quo ſeruitus non conſiſtit, damni quid uicinus ſentiat: de damno infecto agere poteſt. quæ cauſa approbatur l. 28. ff. de ſeruit. urban præd. cuius uerba uide ſ. lib. prox. cap. 4. in fine. Aliæ cauſæ ſpeciales alibi ſunt propoſitæ, ubi damni infecti cautio adſinis remedij loco ſolet annotari. nũc exceptiones harum cauſarũ uideamus.

I. EXCEPTIO *ſumpta ex re ex qua damnum metuitur, proponitur & reprobatur l. 19. §. fin. ff. de damno infecto, his uerbis:* Siue ædium uicio ſiue operis, quod uel in ædibus uel in loco urbano, aut ruſtico, priuato, publicoúe fiat, damni aliquid futurum ſit: curat Prætor, ut timenti damnum caueatur.

II. EXCEPTIO: *Niſi ex loci, non operis uicio damnum metuatur. Hæc exceptio reprobatur l. 24. §. ſed ut ne. ff. de damno infecto, his uerbis:* Sed ut ne operis, loci ædiumúe uicio damnum factum ſit, ſtipulario interponitur de eo ſine ſatiſdatione: quæ non ſolum ad totas ædes, ſed etiam ad partes ædium pertinet. *Planè admittitur exceptio hæc in loco publico l. 15. §. deinde ait. ff. de damno infecto, his uerbis:* Ait Prætor, De eo opere quod in flumine publico ripaúe eius fiet, in annos decem ſatiſdari iubebo. Notandũ quòd non etiam de loci uitio, ſed de operis tantum cauetur: quamuis ſi in priuato fiat, & de loci & de operis uicio caueatur. Sed cum locus publicus ſit, nõ erat neceſſe ibidem opus facienti de alio uicio ſatiſdare quàm operis damni infecti. *Concordat l. 24. in prin. ff. eod. tt. his uerbis:* Fluminum publicorũ communis eſt uſus, ſicuti uiarum publicarũ & litorum. In his igitur publicè licet cuilibet ædificare & deſtruere: dum tamẽ hoc ſine incommodo cuiuſquã fiat. Propter quod operis dũtaxat nomine cum ſatiſdatione cauetur: de uicio loci nihil cauetur. Et hoc eſt operis quod quis facit. Cæterùm ſi ex loci uicio damnũ timeatur, minimè dicendum eſt damni infecti ſtipulationem interponi oportere. Quis enim dubitat neminem eſ

ſe, à quo ſtipuletur: cum nemine nihil faciente locua ipſe publicus damnum inferat ſui natura? Ad ea igitur opa ſtipulatio pertinet, quæcunq; priuatim fiant. Quid ergo ſi publicè opus fiat? de uicio eius q̃d faciemus? & planè uel princeps adeundus eſt, uel ſi in prouincia fiat, præſes prouinciæ.

III. EXCEPTIO: *Niſi ex naturali uicio loci damnum metuatur. Hæc exceptio approbatur d. l. 24. §. uicium, his uerbis:* Vicium ædium & loci eſſe Labeo ait, quod accedena extrinſecus infirmiores eas facit. Deniq; nemo dixit, paluſtris loci uel arenoſi nomine quaſi uicioſi committi ſtipulationem: quia naturale uiciũ eſt. Et ideo nec ſtipulatio interponitur, nec ea interpoſita committitur.

IIII. EXCEPTIO: *Niſi non in priuato, ſed publico loco fiat id, ex quo damnum timetur. Hæc exceptio reprobatur l. 19. §. fin. ff. de damno infecto. cuius uerba uide ſ. except. 1. Concordat l. 15. §. ſi quid in uia. ff. eod. tit. cuius uerba uide j. except. 18. repl. 1. diſtinct. 9. item concordat l. 31. in prin. ff. eod. tit. cuius uerba uide ſ. lib. prox. cap. 9. queſt. 4. reg. 5. exc. 2.*

V. EXCEPTIO: *Niſi publicus locus publicè, non priuatim reficiatur, ex quo opere damnũ metuatur. Hæc exceptio reprobatur l. 15. §. ſi publicus. ff. de dãno infecto, his uerbo:* Si publicus locus publicè reficiatur, rectiſsimè Labeo ſcribit, eoq; iure utimur de damno infecto nõ eſſe cauendum, ſi quid uicio loci aut operis fiat. Certè legem dandam operi talem, ne quid noceatur uicinis, damniue detur. *Concordat l. 24. in prin. ibi: ad ea igitur. ff. eod. tit. cuius uerba uide ſ. except. 2.*

VI. EXCEPTIO: *Niſi à monumento damnum timeatur. Hæc exceptio approbatur l. 13. §. ſi quis iuxta. ff. de damno infecto, his uerbis:* Si quia iuxta monumentũ ædificauerit, uel iuxta ædificium ſuum monumentũ fieri paſſus ſit: de damno infecto ei poſtea cauendum non erit, quia rem illicitam admiſit.

VII. EXCEPTIO: *Niſi monumento damnũ immineat. Hæc exceptio reprobatur d. §. ſi quis iuxta, his uerbis:* Si monumento ædificiũ noceat, in quo nihil ſit quod imputari poſsit ei, ad quem iua monumenti pertinet: cauendũ eſt ei, ad quẽ ius monumẽti ptinet.

VIII. EXCEPTIO: *Niſi quis ex eo opere, quod in ſuo, non in alieno loco ædificatum uel factum eſt, damnum metuat. Hæc exceptio reprobatur exemplo l. 30. in prin ff. de damno infecto, his uerbis:* Damni infecti ſtipulatio pertinet, etiamſi quid eius operis, quod in fundo meo aquæ ducendæ cauſa ſit, uicio damnum mihi cõtigerit. Solet enim opus in alieno fieri: cum iure ſeruitutis, quam quia habet alieno agro impoſitã, opus in alieno faciat.

IX. EXCEPTIO: *Niſi ex loco communi alteri ex socijs in re propria uel communi damnũ ſit metuendum. Hæc exceptio approbatur l. 32. ff. de damno infecto, his uerbis:* Si ædib. meis proximæ ſint ædes meæ & tuæ: quæritur, an ſi hæ uitiũ mihi faciãt, cauere mihi debeas pro damno propriarũ mearũ ædium, ſcilicet pro qua parte dominus exiſtis? Hoc pleriſque placet. Sed mouet me, quòd ipſe meas ædes reficere poſsim, & impẽſas pro ſocio, aut communi diuidũdo iudicio pro parte conſequi. Nam etſi unas ędes cõmunes tecũ habuerim, hæq; uiciũ faciãt, & circa refectionẽ earum ceſſare uidearis: noſtri præceptores negãt cauere te debere: quia ipſe reficere poſsim recepturus ꝑ parte quod impẽderim, iudicio ſocietatis, aut cõmuni diuidũdo. Et ideo interpoſitã cautionẽ minus utilem futuram: quia alia ratione mihi damnũ poſſet ſarciri. Et eſt planè noſtrorũ præceptorũ hæc ſentẽtia, ut credamus inutilẽ eſſe dãni infecti ſtipulationẽ, quò caſu damnũ alia actione ſarciri poſsit. Qđ & in ſuperiore caſu intelligendũ eſt. *Cõcordat l. 43. §. cũ pariete ff. eod. tit. his uerbis:* Cũ parietẽ cõmunem ædificare qs cũ uicino uellet, priuſquã ueterẽ demoliretur, dãni infecti uicino repromiſit, adeoq; reſtipulatus eſt. Poſteaquã paries ſublatus eſſet, & habitatores ex uicinis cœnaculis emigraſſent, uicinus ab eo mercedẽ quã habitatores non redderẽt, petere uult: quæſitũ eſt an rectè peteret? Alfenus reſpõdit, nõ oportuiſſe eoa cũ cõmunem parietẽ ædificarẽt, inter ſe reꝓmittere, neq; ullo modo alterũ ab altero cogi potuiſſe. Sed etſi maximè repromitterẽt, tamẽ nõ oportuiſſe amplius quã partis dimidiæ: quo amplius ne extraneo quidẽ quiſquã, cũ parietẽ cõmunem ædificaret, repromittere deberet. Sed quoniã iã in totũ repromiſiſſet: omne detrimentũ, quod ex mercede uicinus feciſſet, pręſtaturũ. Idẽ cõſulebat, poſſet'ne quod ob eã rẽ dediſſet rurſus repetere: quoniã reſtipulatus eſſet à à uicino ſi quid ob eã rẽ, quod ibi ædificiũ factũ eſſet, ſibi damnũ datũ eſſet id reddi: eũ & ipſam hãc pecuniã, quã daret, ꝓpter illud opus perderet? Reſpõdit Alfenus nõ poſſe: ꝓpterea quia nõ operis uicio, ſed ex ſtipulatione id amitteret. *Huius exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi ex certa ſcientia, nõ errore aliquo cõuenit, et ex cõuentione ſociorũ alter alteri de dãno infecto promiſit. hoc enim caſu ualet ſtipulatio. quæ replicatio approbatur uerbis iã propoſitis hiſce:* Sed quoniã iã in totũ reꝓmiſiſſet, &c. *Secunda replicatio eſt: Niſi ex socijs alter ſolus ædificet, ex quo opere alterius ædib. proprijs damnũ immineat. quæ replicatio approbatur l. 39. in prin. ff. d. tit. his uerbis:* Inter quos paries communis eſt, ædificiorum nomine quæ quiſq; propria habeat, ſtipulari damni infecti ſolet. Sed

tunc ea cautio neceſſaria eſt, cum aut alter ſolus ędificet, & uitium ex opere futúrum eſt: aut alter precioſiora ædificia habeat, & plus damni ſenſurus ſit decidente pariete. Alioquin ſi æquale periculum eſt: quantũ quis uicino præſtat, tantum ab eo conſequitur. *Tertia replicatio eſt: Niſi alterius domus, cui ex pariete communi periculum eſt, precioſior ſit. que replicatio approbatur uerbis iam propoſitis hiſce:* Aut alter precioſiora ædificia habeat, & plus damni ſenſutus ſit decidente pariete, &c.

X. EXCEPTIO: *Niſi ſuperficiei ex ſolo, uel contrà ſolo ex ſuperficie damnum immineat. Hæc exceptio approbatur l.18.§.ei qui in.ff.de damno infecto, his uerbis:* Ei qui in cõducto ſolo ſuperficiem impoſuit, dominus ſoli, quod uicio ſoli damnum futurum ſit, cauere non debebit. nec ſoli domino ſuperficiatius: quia inuicem ex conducto & locato actiones habent, in quas tamen actiones ultra culpam nihil uenit. Plus autem in ſtipulatione uenit damni infecti, quod quidem uicium eius eſſe dicitur.

XI. EXCEPTIO: *Niſi inquilinus ex ædibus quas incolit, damnum metuat. Hæc exceptio approbatur l.13.§.de illo.ff.de damno infecto, his uerbis:* Quæritur an inquilinis ſuis dominus ædium cauere poſsit? Et Sabinus ait, inquilinis non eſſe cauendum. Aut enim ab initio uitioſas ædes conduxerunt: & habent quod ſibi imputant. Aut in uitium ædes inciderunt, & poſſunt ex conducto experiri: quæ ſententia uerior eſt. *Concordat l.33. cum lege ſequente.ff.eod.tit.his uerbis:* Inquilino non datur damni infecti actio: quia poſſet ex conducto agere, ſi dominus eum migrare prohiberet. Vtiq; ſi pro præterita penſione etiam ſatisfacere paratus ſit. Alioqui iuſta retentio pignoris domino fieri uidetur. Sed etſi quaſi pignora retinuerit, & ea interierint ruina uicinarum ędium: poteſt dici etiam pignoraticia actione locatoré teneri, ſi poterat eas res in locum tutioré transferre. *Huius exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi inquilinus ex ædibus quas incolit, uicinis proprijs ſuis ædibus damnum metuat. Hæc replicatio approbatur l.18.§.1.in fine.ff.eod.tit. cuius uerba uide except.prox.*

XII. EXCEPTIO: *Niſi uſufructuarius ex ædibus, quarum uſumfructum habet, damnum metuat. Hæc exceptio approbatur d.§.1.his uerbis:* Ei cuius uſusfructus ædium eſt, de uicio earundem ædium caueri non oportet, etſi alias uicinas habeat: quia reficiendi habet facultatem. Nam qui uiri boni arbitratu uti debet, reficiendi quoq; poteſtaté conſequitur. Ergo nec proprietarius audiri debet, ſi uelit ſibi caueri à fructuario ædium nomine, quas uicinas fructuarius habeat: quia habet cum fructuario actionem, ut uiri boni arbitratu his fruatur. Sed inquilino meo, ſi uicinas ædes habeat, cauere debebo damni infecti propter eas ædes. *Concordat l.20.ff. eod.tit. his uerbis:* Inter fructuarium & dominum proprietatis ita damni infecti cautio locum habet, ſi fructuarius quidem de ſoli uicio caueri ſibi deſideret: dominus uerò proprietatis de operis uicio, ſi quid fructuarius ædificet. Nam de ruina ædium neuter ab altero cautionem deſiderare poteſt. Fructuarius ideo, quia refectio ædium ad eum, non ipſius onus pertinet. Proprietarius ideo, quia uſitata ſtipulatio, qua de reſtituenda re fructuarius cauet, ad hunc quoq; caſum porrigitur. *Propoſitæ exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi fructuarius de ſoli, non ædium uicio ſibi caueri deſideret. quæ replicatio approbatur uerbis iam propoſitis hiſce:* Si fructuarius quidem de ſoli uicio caueri ſibi deſideret, &c.

XIII. EXCEPTIO: *Niſi proprietarius à fructuario ſibi caueri deſideret. Hæc exceptio approbatur uerbis d.§.1.hiſce:* Ergo nec proprietarius audiri debet, ſi uelit ſibi caueri à fructuario ædium nomine, quas uicinas fructuarios habeat, &c. *Concordat d.l.20. uerbis iam propoſitis hiſce:* Nam de ruina ædiũ neuter ab altero cautionem deſiderare poteſt. Proprietarius ideo, &c. *Huius exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi de operis uicio, quod fructuarius fecit, proprietarius ſibi caueri deſideret. Quæ replicatio approbatur uerbis d.l.20. iam propoſitis hiſce:* Dominus uerò proprietatis de operis uicio, ſi quid fructuarius ædificet, &c.

XIIII. EXCEPTIO: *Niſi eius damni nomine alia ſit actio. Hæc exceptio approbatur l.18. §.emptor. ibi: & quod alia. ff. de damno infecto, his uerbis:* Quod alia actione quæri poteſt, id in ſtipulatione damni infecti omnino nõ deducitur. *Concordat l.32. in fine. ff. eod. tit. cuius uerba uide ſ. except. 9. Exempla huius exceptionis proponuntur d.l.32. item d.§.emptor. cuius uerba uide ſ.queſt.prox. reg.9. item exempla proponuntur d.l.18.§.1. cuius uerba uide ſ.except.12. item l.13.§.de illo.ff.eod.tit. cuius uerba uide ſ. except.11. item l. 33. cuius uerba uide d.except.11. Huius exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi nouum opus ſit nunciatum, uel negatoria actione actum, uel interdictum Quod ui aut clam competat: nam nihilominus propoſitæ quoq; actioni eſt locus. quæ multiplex replicatio approbatur l.13. §.ſi quis nouum. ff. de damno infecto, his uerbis:* Si quis nouum opus nunciauerit, an nihilominus damni infecti caueri ei debeat, Iulianus tractat? Et magis probat caueri oportere: nam ei qui egit ius aduerſario non eſſe altius tollere ædificium, caueri debere. Item eum, aduerſus quem inter-

dictum

dictum Quod ui aut clam cõpetit, cauere debere Iulianus ait: quia nõ eſt cautũ neq; de uitio ædium, neq; de damno operis.

XV. EXCEPTIO: *Niſi actor uiciſſim nolit reo de damno infecto cauere. Hæc exceptio reprobatur l.18. §. ſi uicinas. ff. de damno infecto, his uerbis*: Si uicinas ædes habeamus, & inuicẽ deſideremus damni infecti caueri: nihil obſtabit quo minus & ego in tuarum ædium poſſeſsionem mittar, tu in mearum.

XVI. EXCEPTIO: *Niſi reus, quòd antea actor cauere noluiſſet, in poſſeßionem miſſus ſit. Hæc exceptio approbatur l.13. §. ſi quis, quia. ff. de damno infecto, his uerbis*: Si quis, quia ſibi nõ eauebatur, in poſſeſsionẽ ædiũ miſſus fuerit: deinde is cuius ædes fuerint, cũ prętereas alias ędes baberet, deſiderer ab eo qui in poſſeſſionẽ miſſus eſt, ut ſibi damni infecti harũ ædiũ nomine, quarum in poſſeſsionẽ miſſus eſt, caueret: an ſit audiendus uideamus? Et Iulianus ſcribit, is qui uicioſis ædibus ceſsit, ſi integras retinuerit: nunquid improbè ab eo qui uicioſas ædes cœperit poſſidere, cautionẽ exigat: cũ ideo poſſeſsionẽ amiſerit, quia ipſe dãni infecti ſatis nõ dederit? Et ſanè parũ probè poſtular ab eo caueri ſibi earũ ędium nomine, quarũ ipſe cauere ſuperſedit. quæ ſententia uera eſt.

XVII. EXCEPTIO: *Niſi damnũ datũ uel factum ſit, non infectum. Hæc exceptio approbatur l.7. §. hoc edictũ. ff. de dãno infecto. cuius uerba uide ſ. queſt. prox. Cõcordat l.11. §. officiũ. in fine. ff. de aqua pluuia arcenda. cuius uerba uide J. cap. 7. quæſt. 4. reg. 3. except. 1. Vide item plura J. quæſt. ult. reg. 1. cum regulis ſequentibus.*

XVIII. EXCEPTIO: *Niſi de dãno infecto cautũ ſit. Hæc exceptio perinde ac exceptio ſolutionis ipſo quidẽ iure ſubſiſtit. Verũ eius replicatio prima hæc eſt: Niſi repromiſſum tantũ, nõ ſatiſdatũ ſit. quæ replicatio regulariter quidẽ reprobatur l.24. §. ſed ut ne. ff. de dãno infecto. cuius uerba uide ſ. exc. 2. admittitur aũt certis caſibus ſeu diſtinctionibus, quarũ prima hæc eſt: Si quis nõ ſuo, ſed alieno nomine caueat. huic enim repromittere nõ ſufficit, ſed ſatiſdare is tenetur. quæ diſtinctio approbatur uerbis edicti ſ. eod. cap. in prin propoſitis hiſce:* Dãni infecti ſuo nomine promitti, alieno ſatiſdare iubebo. *Concordat l.30. §. utrũ. ibi: qui aũt. ff. de damno infecto. cuius uerba uide J. diſtinct. prox. Secunda diſtinctio eſt: Si quis eius operis quod non in ſuo, ſed alieno loco facit, cauere debeat. nam & hic ſatiſdare tenetur. quæ diſtinctio approbatur l.15. §. deinde. in fine. ff. d. tt. his uerbis*: Cum in alieno fit, ſatiſdationem prætor iniungit. *Cõcordat l.30. §. unde Labeo ff eod. tt. cuius uerba uide J. proximè Concordat item J. diſtinct. prox. 1. cum ſequentibus. Planè propoſitæ replicationis in caſu ſeu diſtinctione propoſita duplicatio hæc eſt: Niſi in alieno faciens domino ſoli cauere teneatur, non extraneo. tunc enim repromittere ſufficit. Quæ duplicatio approbatur d. l. 30. his uerbis*: Damni infecti ſtipulatio pertinet, etiamſi quid eius operis, quod in fundo meo aquæ ducendæ cauſa fit, uicio damnũ mihi contigerit. Solet enim opus in alieno fieri, cum iure ſeruitutis, quam quis habet alieno agro impoſitam, opus in alieno faciat. Vtrum aũt de hoc opere promittere, an ſatiſdare debeat uideamus? Mouet quod in alieno facit. Qui autem de alieno cauet, ſatiſdare debet: qui de ſuo, repromittere. Vnde Labeo putabat, eũ q modulorũ aut riui faciẽdi cauſa opus faceret, etiã ſatiſdare debere: quia in alieno ſolo faceret. Sed cum de opere quod faciet, exigatur ſtipulatio: cõſequens erit dicere, ſufficere repromiſsionem. quodammodo enim de re ſua cauet. Quod dictũ eſt aquæ ducendæ cauſa, exempli gratia ſcriptum eſt. Cæterùm ad omnia opera ſtipulatio accommodabitur. *Cõcordat l.13. §. 1. ff. eod. tt. his uerbis*: Siue corporis dominus, ſiue is qui ius habet (utputa ſeruitutem) de damno infecto caueat: puto eum repromittere debere, non ſatiſdare: quia ſuo nomine id facit, non alieno. *Tertia diſtinctio eſt: Si non dominus, ſed ſuperficiarius caueat. quæ diſtinctio approbatur l.9. §. quæſitũ. ff. de dãno infecto, his uerbis*: Quæſitũ eſt, ſi ſolũ ſit alterius, ſupficies alterius: ſuperficiarius utrũ repromittere damni infecti, an ſatiſdare debeat? Et Iulianus ſcribit, quoties ſuperficiaria inſula uitioſa eſt, dominũ & de ſoli & ædificij uitio repromittere: aut eum ad quem ſuperficies pertinet, de utroq; ſatiſdare. Quòd ſi uterq; ceſſet, uicinũ in poſſeſsionem mittendum. *Quarta diſtinctio eſt: Si uſufructuarius loci cauere debeat. quæ diſtinctio approbatur d. l.9. §. fin. his uerbis*: Celſus ſcribit, ſi ædium tuarum uſusfructus Titiæ ſit, damni infecti aut dominum repromittere, aut Titiam ſatiſdare debere. Sed ſi in poſſeſsionem miſſus fuerit is, cui damni infecti cauendum fuit: Titiam uti frui prohibebit. Idem ait, eum quoq; fructuarium, qui non reficit, à domino uti frui prohibendum. Ergo et ſi de damno infecto non cauet, dominusq; compulſus eſt repromittere: prohiberi debet frui. *Cõcordat l.10. ff. eod. tt. cuius uerba uide J. quæſt. 5. reg. 1. exc. 3. Quinta diſtinctio eſt: Si creditor nomine rei ſibi pignori obligatæ cauet. nã & hic ſatiſdare debet. quæ diſtinctio proponitur l. 11. ff. de damno infecto. his uerbis*: Quid de creditore dicemus, qui pignus accepit: utrum repromittere, quia ſuum ius tuetur: an ſatiſdare, quia dominus non eſt, debebit? Quæ ſpecies eſt in contrario latere apud Marcellum agitata: an creditori pignoraticia damni infecti caueri debeatur. Et ait Marcellus, inutiliter ei caueri. Idemque

etiam

etiam de eo cauendum, qui à nõ domino emit. Nam nec in huius perſona committi ſtipulationem. Aequiſsimum tamen puto huic proſpiciendum, id eſt creditori per ſtipulationem. *Sexta diſtinctio uidetur: Si is qui à non domino emit, caueat. Hec diſtinctio reprobatur l.13.in prin.ff.d.tt.his uerbis:* Qui bona fide à non domino emit, uidendum eſt nũquid repromittat: non etiam ſatiſdet, quod quibuſdam uidetur. Habet autem rationem ut magis repromittat quàm ſatiſdet. ſuo enim nomine id facit. *Septima diſtinctio eſt: Si is qui in poſſeßionem miſſus eſt, cauere debeat. quæ diſtinctio approbatur uerbis edicti ſ. eod. cap. in prin. propoſitis hiſce:* Eius rei nomine, in cuius poſſeſsionem miſero, ſi ab eo qui in poſſeſsione erit, dãni infecti nomine non ſatiſdabitur: eum cui nõ ſatiſdabitur, ſimul in poſſeſsione eſſe iubebo. *Octaua diſtinctio eſt: Si dubitetur utrum reus dominus ſit, nec ne: ſatiſdare ſub exceptione debet. quæ diſtinctio approbatur uerbis edicti ſ. eod. cap. in prin. propoſitis hiſce:* Si controuerſia erit dominus ſit nec ne qui cauebit, ſub exceptione ſatiſdari iubebo. *Cõcordat l.31.in fine.ff.eod.tt.his uerbis:* Si controuerſia ſit dominus ſit nec ne is à quo cautio exigitur, ſub exceptione ſatiſdare iubetur. *Nona diſtinctio eſt: Si de eo quod fit in loco publico, ſit cauendum. tunc enim repromittere nõ ſufficit. quæ diſtinctio approbatur uerbis edicti ſ. eod. cap. in prin. propoſitis hiſce:* De eo opere quod in flumine publico, ripaúe eius fiet: in annos decem ſatiſdari iubebo. *Concordat l.15.§.deinde.ff.de dãno infecto, his uerbis:* Ait Prætor, De eo opere, quod in flumine publico, ripaúe eius fiet: in annos decem ſatiſdari iubebo. Hic igitur ſatiſdatio & tempus ſtipulationi præſtituitur idcirco, quia in publico fit. Cum autem in alieno fit, ſatiſdationem Prætor iniungit. *Declarantur uerba propoſita d. l. 15. §. notandum. in fine, his uerbis:* Quod ait prætor, De eo opere: ſic accipe, De eo damno, quod ex opere ſiet. *Concordat d.l.15.§.ſi quid in uia, his uerbis:* Si quid in uia publica fiat: quia in alieno fit, ſatiſdandũ eſt. Sed Prætor cauſa cognita, tẽpus pro cõditione operis determinabit. Siue autẽ quis minuat uiam, ſiue quid aliud in uia publica faciat: debebit cautio locum habere, ne hoc damno priuati contingat. De cæteris locis publicis nihil ſpecialiter cauetur: uerùm & generali ſermone, quaſi in alieno fiat, ſatiſdari debebit damni infecti. *Concordat item l.1.§. item ex cauſa. ff. de pretorijs ſtipulationibus, his uerbis:* Ex cauſa damni infecti interdum repromittitur, interdum ſatiſdatur. Nam ſi quid in flumine publico fiat, ſatisdatur: de ædibus autem repromittitur. *Hæc de prima propoſitæ exceptionis replicatione reprobata, cum eius diſtinctionibus quibus admittitur, ſunt dicta.* *Secunda replicatio eſt: Niſi non de præterito quoq; damno ſit cautum. Et hæc replicatio regulariter quidem reprobatur, uerùm admittitur in certis caſibus & diſtinctionibus, quarum prima hæc eſt: Si cum ædes corruiſſent, quibus uicino damnum ſit datum, dominus eadem tollere uelit. hoc enim non aliter ei permittitur, quàm ſi non ſolum de futuro, ſed etiam de præterito damno cauerit. quæ diſtinctio approbatur l.7.§.unde.ibi: reſpondit. ff. de damno infecto. cuius uerba uide ſ. quæſt. 11. reg. 1. Secunda diſtinctio eſt: Si cum ratis ui fluminis in agrum alienum delata eſſet, dominus eam auferre uelit. nam & hoc caſu de præterito quoq; damno tenetur cauere. quæ diſtinctio approbatur d.l.9.§.Neratius, his uerbis:* Neratius ſcribit, ſi ratis in agrum meum ui fluminis delata ſit: non aliter tibi tollendi poteſtatem faciendam, quàm ſi de præterito quoq; damno mihi cauiſſes. *Concordat l.8.ff. de incendio, ruina, naufragio. cuius uerba uide ſ. lib. 11.cap.10.quæſt.4.cauſa 3. except.1. Tertia diſtinctio eſt: Niſi per exceptionem, non per actionem damni infecti cautio petatur. tunc enim de damno quoq; præterito cauendum. quæ diſtinctio generalis colligitur ex diſtinctionibus præcedentibus ſpecialibus. Hæc de ſecunda replicatione reprobata, eiuſq; diſtinctionibus. Tertia replicatio eſt: Niſi dies ſtipulationi non ſit inſertus. Hæc replicatio approbatur l.13.§.fin. cum lege ſequente. ff. de damno infecto, his uerbis:* Huic ſtipulationi debet dies eſſe inſertus, intra quem ſi quid damni contigerit, cautio locum habet: neq; enim in infinitum obligatus eſſe debet ſtipulatione. Ipſe igitur Prætor diem dabit ſtipulationi, æſtimatione habita, ex cauſa & ex qualitate eius damni, quod contingere ſperatur. In cauſæ cognitione etiam longinquitas ſoli & operis magnitudo ſpectanda eſt. *Concordat l.7.in prin.ff.eod.tt. cuius uerba uide ſ. eod. cap. in prin. item concordat l.15.§.ſi quid in uia.ff.eod.tt. cuius uerba uide ſ. repl.1. diſtinct. 9. Plane in opere quod in flumine publico ripaúe eius fit, de decem annorum ſpacio cauendum eſt. quod approbatur uerbis edicti ſ. eod. cap. in prin. propoſitis. cuius uerba cum concordantibus uide ſ. repl.1. diſtinct.9. Quarta replicatio eſt: Niſi dies cautioni inſertus finitus ſit. Hæc replicatio approbatur l.4.in prin. ff. de damno infecto, his uerbis:* Dies cautioni præſtitutus, ſi finietur, prætoris uel Præſidis officij erit ex cauſa uel renouare uel protelare eam: etſi hoc localem exigit inquiſitionem, ad magiſtratus municipales hoc remittere. *Concordat l.15.in prin.ff.eod.tt. his uerbis:* Si finita ſit dies ſtatuta in cautione, iterum arbitratu Prætoris ex integro erit cauendum. *Quinta replicatio eſt: Niſi alius, non actor ſit ſtipulatus. Hæc replicatio reprobatur l.39.§. alieno.ff. de damno infecto. cuius uerba uide ĩ. quæſt. 9. reg. 2. Sexta replicatio eſt: Niſi cum plures ſtipularentur,*

cum

cum adiectione partis ſint ſtipulati. *Hæc replicatio approbatur l.27.ff.d.tt.his uerbis*: Plures earundem ædium domini, ſinguli ſtipulari debent ſine adiectione partis: quia de ſuo quiſq; damno ſtipulatur. Quinimò pars adiecta, partis partem faciet. Contrà ſi plures domini ſint uitioſarum ędium, pro ſua quiſq; parte promittere debet, ne ſinguli in ſolidum obligentur. *Septima replicatio eſt: Niſi pro parte, non in ſolidum ſit cautum*. *Hæc replicatio approbatur l.23.ff.eod.tt.his uerbis*: In ſtipulatione damni infecti, quæ ædium nomine interponitur, niſi in ſolidum fuerit cautum: mittet in poſſeſsionem. *Eius duplicatio hæc eſt: Niſi unus ex pluribus reis pro ſua parte promiſerit*. *Quæ duplicatio approbatur uerbis l. 27. ſ. repl.prox.propoſitis hiſce*: Contrà ſi plures domini, &c. *Hactenus de cauſis actionis propoſitæ, earumq; exceptionibus ſit dictum.*

IIII. QVIBVS ACTIO PROpoſita competit?

I.Regula: *Totum hoc cui cauendum ſit, cui non ſit cauendum, ſubijcitur arbitrio Prætoris. quæ regula approbatur l.13.§.qui damni.ff.de damno infecto, his uerbis*: Qui damni infecti caueri ſibi poſtulat, prius de calumnia iurare debet. Quiſquis igitur iurauerit de calumnia, admittitur ad ſtipulationem: & non inquiretur utrum interſit eius, an non: uicinas ædes habeat, an nõ habeat. Totum tamẽ hoc iuriſdictioni Prætoriæ ſubijciendũ eſt, cui cauẽdũ ſit, cui nõ. Cæterũ neq; ei qui in meo deambulet, neq; ei qui in meo lauet, uel in mea taberna diuertat, caueri debet. Vicinis planè, inquilinisq; eorum, & inquilinorum uxoribus cauendum eſſe, ait Labeo: item his qui cum his morantur.

II.Regula: *De eo cuius nihil intereſt, quiq; uicinas ędes non habet, proponitur uerbis iam propoſitis hiſce*: Et nõ inquiretur utrum interſit eius, an nõ: uicinas ędes habeat, an nõ habeat, &c.

III.Regula: *De eo qui in uicinis ædibus deãbulat, lauat, uel diuertit, huic non competit actio. quæ regula approbatur uerbis ſ. dictis hiſce*: Cæterũ neq; ei qui in meo deambulet, neq; ei, &c.

IIII.Regula: *De inquilinis, eorumq; uxoribus & alijs qui cum his morantur, proponitur ibidẽ his uerbis*: Vicinis planè, inquilinisq; eorum, & inquilinorum uxoribus cauendũ eſſe ait Labeo: item his qui cum his morantur.

V. Regula: *De inquilino, filiofamiliâs & patre utri detur, definitur l. 21.ff. de damno infecto, his uerbis*: Si filiusfamiliâs inquilinus ſit, uideamus an dãni infecti nomine in poſſeſsionẽ uicinarũ ædiũ mittẽdus ſit? quæritur enim an filiusfamiliâs nõ uideatur damnũ pati, ſi res peculiares ſint: & an pater poſſit ſtipulari, ſi quid ei damni fiat? & placet utrunq; eorũ in poſſeſsionẽ mitti: niſi ſic ſi lius conduxerit, ut eius periculo ædes eſſent. tunc enim quia ſolus tenetur ex locato, rectè dicetur ipſum mittendum in poſſeſsionem, niſi ei caueatur.

VI.Regula: *De domino & fructuario uicinarum ædium, utri competat actio? utriq; uolenti competit. quæ regula approbatur l. 5. §. fin. ff. de damno infecto, his uerbis*: Si & dominus proprietatis & fructuarius deſiderat ſibi caueri dãni infecti, uterq; audiendus eſt. nec enim iniuriã ſentiet promiſſor nõ plus cuiq; præſtaturus, quàm quod eius interſit. *Ex his conſtat, fructuario quoq; propoſitam actionẽ competere. cui concordat l.13.§.& ſuperficiarium.ff.eod. tt.his uerbis*: Et ſuperficiariũ & fructuariũ dãni infecti ſtipulari utiliter hodie cõſtat. *Item cõcordat l.7.§.unde etiã.ff. de uſufructu & quemad.cuius uerba uide ſ.lib.24.cap.5.reg.23.*

VII.Regula: *De ſuperficiario. Huic quoq; datur actio. quæ regula approbatur uerbis iam dictis hiſce*: Et ſuperficiarium, &c. *Cui concordat l.39.§.damni.ff.de damno infecto, his uerbis*: Damni infecti ſtipulatio latius patet. Et ideo & ei qui ſuperficiariã inſulam habet, utilis eſt ea ſtipulatio, ſi quid in ſuperficie damni datum fuerit: & nihilominus etiam ſoli domino utilis eſt, ſi ſolo damnum datum fuerit, ut ſi tota ſuperficies tolleretur. Fraudabitur enim dominus ſoli in pẽſione percipiẽda.

VIII.Regula: *De creditore, cui uicinæ ædes pignori ſunt obligatæ. Huic quoq; cauendum. Quæ regula approbatur l.11.ff.de damno infecto. cuius uerba uide ſ.quæſt.prox.except.18.repl.1.diſtinct.5.*

IX.Regula: *De emptore et uenditore uicini prædij utri detur, definitur l.18.§.emptor.ff.eod.tt.his uerbis*: Emptor prædij ſi ante traditionẽ ſtipulatus ſit, cautũ habebit de eo dãno, quod poſt traditionẽ factũ erit. Venditorẽ antẽ ędiũ, priuſquã poſſeſsionẽ tradat, ſtipulari oportet, quia huius quoq; rei culpã præſtat. Sed quid fiet, ſi uenditor ſine culpa ſtipulari nõ potuerit, & ob hoc emptor ſtipulatus fuerit? nũ damnũ non patitur? an hic damnũ in aliena re accidit, reuoluitur aũt ad emptorẽ: quia actionẽ ex empto nõ habet. Sed nihil in hac cauſa ꝓficit ſtipulatio, niſi in id qđ poſt traditionẽ acciderit: quãdũ in uẽditoris cuſtodia eſt, is ſtipulari debet, omnẽq; diligẽtiã emptori præſtare: & qđ alia actione queri poteſt, id in ſtipulationẽ dãni infecti omnino nõ deducitur. Sed ſi uẽditor interpoſuerit ſtipulationẽ, etiã id dãnũ cõtinebit, qđ poſt traditionẽ emptori cõtigerit. Qđ eſſe iniquiſsimũ Ariſto ait: quoniã ſi emptor quoq; dãni infecti ſtipulatus eſſet, duob. ꝓmiſſor eiuſdẽ nomine obligaretur: niſi id fortè cõtra ſe habeat, quia in hoc ſit ſtipulatio, quãti ea res erit: ut poſsit uideri nihil intereſſe iã uẽditoris

ſtipulatio-

pularionem damni infecti interpoſitam. Ex his conſtat, ante rei uenditæ traditionem uenditori, non emptori propoſitam competere actionem. cuius regulæ exceptio hæc eſt: Niſi omnis culpa à uenditore abierit. quæ exceptio approbatur uerbis ſ. propoſitis hiſce: Sed quid fiet ſi uenditor ſine culpa ſtipulari non potuerit, & ob hoc emptor ſtipulatus fuerit? num damnum non patitur? &c. Concordat l. 38. in prin. ff. eod. tt. his uerbis: Cum emptor ædium ante traditam ſibi poſſeſsionem ideo inutiliter ſtipulatur, quia uenditor omnem diligentiam ei præſtare debet: tunc certè utiliter ſtipulatur, cum omnis culpa à uenditore abierit: ueluti ſi precario emptori in his ædibus eſſe permiſit, cuſtodiamq; ei abfuturus tradidit.

X. Regula: De eo qui à non domino comparauit. Ex ſupradictis conſtat etiam, poſt traditionem emptori actionem propoſitam competere. cuius regulæ exceptio hæc eſt: Niſi à non domino comparauerit. quæ exceptio approbatur l. 13. §. & ſuperficiarium. ff. de damno infecto, his uerbis: Ei qui bona fide à non domino emit, damni infecti ſtipulationem non competeee Marcellus ait. Concordat l. 11. ibi: idemq; etiam. ff. eod. tt. cuius uerba uide ſ. quæſt. prox. reg. 1. except. 18. repl. 1. diſtinct. 5.

XI. Regula: De eo cuius periculo res eſt, proponitur l. 18. in prin. ff. de damno infecto, his uerbis: Damni infecti ſtipulatio competit non tantũ ei cuius in bonis res eſt, ſed etiam cuius periculo res eſt.

V. ADVERSVS QVOS competit?

I. Regula: Regulariter dominus tantum uicioſarum ædium ad cauendum tenetur. cuius regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi de dominio ſit controuerſia. tunc enim poſſeſſor tenetur. quæ exceptio approbatur l. 39. §. ſi domus. ff. de damno infecto, his uerbis: Si domus in controuerſia ſit, dicendum eſt damni infecti onus poſſeſſoris eſſe: cùm id quod præſtiterit, imputari domino prędij poſsit. Quod ſi non caueat, poſſeſsionem ad petitorem, qui damni infecti ſibi caueri uelit, transferendam. Nam iniquum eſt ſtipulatorem cõpelli relicto prædio, ex quo damnum uereatur, dominum quærere. Secunda exceptio eſt: Niſi ſolum & ſuperficies diuerſorum ſint. tunc enim uterq; tenetur tam dominus ſoli, quàm ſuperficiarius. quæ exceptio approbatur l. 9. §. quæſitum ff. eod. tt. cuius uerba uide ſ. quæſt. 3. exc. 18. repl. 1 diſtinct. 3. Tertia exceptio eſt: Niſi uſusfructus alterius ſit. hoc enim caſu uterq; tam proprietarius quàm uſufructuarius tenetur. quæ exceptio approbatur d. l. 9. §. fin. cuius uerba uide ſ. d. repl. 1. diſtinct. 4. Concordat l. 10. ff. eod. tt. his uerbis: Quamuis alienus uſusfructus ſit, dominum promittere oportere Caſsius ait: niſiq; ꝓprietarius in totum repromittat, uel fructuarius ſatiſdet: mitti oportet in poſſeſsionẽ eum, cui nõ cauetur. Sed niſi proprietario repromittenti fructuarius caueat, denegandam ei fructus petitionem Iulianus ſcribit. Sed ſi fructuarius de ſoli uicio quid præſtiterit, ius dominij ad eum transferri oportet. Quarta exceptio eſt: Niſi alij ædes uicioſæ pignori ſint obligatæ. nam & hic cauere tenetur. quæ exceptio approbatur l. 11. ff. de damno infecto. cuius uerba uide ſ. quæſt. 3. except. 18. repl. 1. diſtinct. 5. Quinta exceptio eſt: Niſi alius in poſſeſsionem uicioſarum ædium ſit miſſus. quæ exceptio approbatur l. 7 § eius rei. ff. de damno infecto. cuius uerba uide ſ. d. repl. 1. diſtinct. 7. Concordat l. 15. §. ſi plures. ibi: quod ſi iã. ff. eod. tt. cuius uerba uide j. cap. prox. quæſt. 2. reg. 1. Concordat d. l. 15. §. ſi ante. cuius uerba uide j. cap. prox. quæſt. 7. reg. 7. Sexta exceptio eſt: Niſi inter ædes uicioſas, & ædes actoris, aliæ ſint ædes non uicioſæ. hoc enim caſu tam uicioſarum quàm non uicioſarum ædium dominus actori tenetur cauere. quæ exceptio approbatur l. 13. §. cum inter. ff. de damno infecto, his uerbis: Cũ inter ædes meas & tuas ſint aliæ ædes non uicioſæ: uidendum eſt utrum tu ſolus mihi cauere debeas, an uerò & is cuius ædes uicioſæ non ſunt, an ille ſolus? Et magis eſt ut ambo cauere debeãt: quia fieri poteſt ut ędes uicioſæ in ædes non uicioſae incidentes, damnum mihi dent: quamuis poſsit quis dicere non uicio incolumium ædium hoc factum, ſi aliæ in eas incidentes, ei damni cauſam præbuerint. Sed cum proſpicere ſibi potuit per damni infecti cautionẽ, nec proſpexit: meritò conuenietur.

II. Regula: Etiam aduerſus plures ſimul competit actio propoſita, ut patet ex iam dictis exceptionibus. uerùm huius regulæ exceptio hæc eſt: Niſi actor aduerſus duos experiri uolens, unum dominum dicat, alterum dominum eſſe neget. hoc enim caſu aduerſus utrunq; experiri non poteſt, ſed unum debet eligere. quæ exceptio approbatur l. 22. §. fin. ff. de damno infecto, his uerbis: Si ab eo quem dominum eſſe negarem, uel ſub hac exceptione ſi dominus non eſſet, ſatiſdari: ab eo uerò quẽ dominum dicerem eſſe, purè repromitti: conſtitit non debere me impetrare, ſed debere me eligere, à quo uelim mihi caueri.

III. Regula: Etiam aduerſus unum ex ſocijs datur, ſed non niſi pro ſua parte. quæ regula approbatur l. 11. §. officium. ibi: ut in actione. ff. de aqua pluuia arcenda. cuius uerba uide j. cap. 7. quæſt. 4. reg. 3. exceptio. 1.

VI. PER QVOS competit?

Etiam per alium competit. quæ regula approbatur l. 39. §. alieno ff. de damno infecto. cuius uerba uide j. quæſt. 9. reg. 2.

VII.

VII. APVD QVEM competat?

Ex cauſa magiſtratibus municipalibus poteſt delegari. quæ regula approbatur l. 1. ff. de damno infecto, his uerbis: Cum res damni infecti celeritatem deſiderat. & periculoſa dilatio Prætori uidetur, ſi ex hac cauſa ſibi iuriſdictionem reſeruet: magiſtratib. municipalibus delegandum hoc rectè putauit. *Concordat l. 4. in prin. ff. eod. tit. cuius uerba uide ſ. quæſt. 3. except. 18. repl. 4. Concordat item d. l. 4. §. duas ergo, his uerbis:* Duas res magiſtratibus municipalibus Prætor uel Præſes iniunxit: cautionem & poſſeſsionem. Cætera ſuæ iuriſdictioni reſeruauit. *Ait Iuriſconſultus:* Cætera ſuæ iuriſdictioni reſeruauit. *Quæ ſint hæc, uide ſ. cap. prox. quæſt. 7. reg. 6.*

VIII. QVID VENIAT IN hac actione?

Venit in hac actione ut reus conuentus, actori de damno infecto caueat: & ſi non caueatur, ut actor mittatur in poſſeſsionem eius loci, à quo damnum metuit: de cautione, quo ſcilicet genere cautionis cauendum, de quo damno cauendum, de die ſtipulationi inſerenda, &c. dictum ſ. quæſt. 2. except. 18. repl. 1. cum ſequentibus. De miſsione in poſſeſsionem dicetur ſ. cap. prox.

IX. ADIVNCTA HVIVS actionis.

I. *Regula: De iuramento calumniæ ab actore præſtando proponitur l. 7. in prin. ff. de damno infecto. cuius uerba uide ſ. eod. cap. in prin. Concordat l. 13. §. qui damni. ff. eod. tit. cuius uerba uide ſ. quæſt. 4. reg. 1. Huius regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi ſemel de calumnia iuratum ſit. Hæc exceptio ipſo quidem iure ſubſiſtit. uerùm eius replicatio prima hæc eſt: Niſi ex interuallo ſtipulari uelit. tunc enim rurſus eſt iurandum. quæ replicatio approbatur l. 13. §. ſi quis ſtipulaturus ff. de damno infecto, his uerbis:* Si quis ſtipulaturus iurauerit, nec fuerit ſtipulatus: an poſtea ei ſtipulari uolenti iurandum ſit, uideamus? Et puto iterum iurandum: quia poſsit fieri, ut aut tunc, aut modò calumnietur. *Secunda replicatio eſt: Niſi alieno nomine caueri ſibi petens, de ſua, non de eius, cuius nomine petit, calumnia iurauerit. quæ replicatio approbatur d. l. 13. §. ſi alieno, his uerbis:* Si alieno nomine caueri mihi damni infecti poſtulem, iurare debeo non calumniæ cauſa id eum, cuius nomine cautum poſtulo, fuiſſe poſtulaturum. *Secunda propoſitæ regulæ exceptio eſt: Niſi is cuius nomine cautio petitur, iurare non compellatur. hoc enim caſu nec is qui petit, iurare tenetur. quæ exceptio approbatur d. l. 13. §. penult. his uerbis:* Si eius nomine poſtularem, qui ſi ipſe poſtularet, iurare non compelleretur (ueluti patronus uel parens) dicendum eſt locum iuriſiurando non eſſe. De quo enim ille non iuraret: nec qui uice eius poſtulat, in hac ſtipulatione debet iurare.

II. *Regula: Procurator de rato cauere tenetur. quæ regula approbatur l. 39. §. alieno. ff. de damno infecto, his uerbis:* Alieno nomine ſtipulari ita licet, ut quod damnum domino datũ ſit, comprehendatur. Cauere autem debebit is, qui ſtipulabitur dominũ ratam rem habiturum: exceptioq; procuratoria ſtipulationi inſerenda erit, ſicut in ſtipulatione legatorum. Quod ſi ei non cauebitur, mittẽdus eſt in poſſeſsionem procurator omnimodo, ut ei exceptio procuratoria non noceat.

III. *Regula: De arbitrio iudicis in die ſtipulationi inſerenda, uide ſ. quæſt. 2. except. 18. repl. 1.*

IIII. *Regula: De cauſa hac deleganda, uide ſ. quæſt. 7.*

X. EVENTVS HVIVS actionis.

I. *Regula: Si nõ fuerit cautum, mittitur actor in poſſeſsionem uitioſarum ædium: de qua re dicetur ſ. cap. prox. cum ſequente.*

II. *Regula: Si fuerit cautum, naſcitur hinc ex ſtipulatu actio: de qua ſ. cap 6.*

III. *Regula: Si magiſtratus municipalis mandatum Prætoris non curauerit, hoc eſt, non curauerit uel caueri. uel in poſſeſsionem mitti, &c. datur aduerſus eum actio: de qua tractatur l. 4. §. in eum, uſq; ad finem legis. ff. de damno infecto, his uerbis:* In eum qui quid eorum quæ ſupraſcripta ſunt, nõ curauerit: quanti ea res eſt, cuius damni infecti nomine cautum non erit, iudiciũ datur: quod non ad quãtitatem refertur, ſed ad id quod intereſt, & ad utilitatem uenit, non ad pœnam. Hoc autem iudicium certam conditionem habet, ſi poſtulatũ eſt. Ceterùm qui non poſtulabit. experiri nõ poteſt. Poſtulare aũt propriè hoc dicimus, pro tribunali petere, non alibi. Si tam uicinum urbi municipiũ ſit, ut magiſtratus ſe non interponere potuit, Prętor tamen uel Præſes adiri: poteſt dici ceſſare hanc actionem aduerſus magiſtratus: quaſi nihil interſit, cum in tua poteſtate fuerit, à Prætore uel Præſide deſiderare in poſſeſsionem mitti. Hęc autem actio, cum rei habeat perſecutionem, & hæredi & in hæredẽ. & perpetuò dabitur. *Ait Iuriſconſultus:* Quæ ſuprà ſcripta ſunt. *De his uide ſ. quæſt. 7.*

XI. ADFINIA REmedia.

I. *Regula: Si antequam caueatur, damnum datum ſit: ceſſat hæc actio, & datur interdictum de tollendis ruderib. quæ ceciderunt: aut ædibus pro derelicto habendis. quæ regula cum aliis quibuſdam approbatur l. 7. §. fin. cum duabus legib. ſequentib. ff de damno infecto, his uerbis:* Quæritur, ſi antequam caueretur, ędes ceciderint, neq; dominus uelit

rudera legere,eaq; detelinquat:an ſit aliqua aduerſus eum actio?Et Iulianus cõſultus,ſi priuſquã damni infecti ſtipulatio interpoueretur,ædes uitioſæ corruiſſent,qd facere deberet is, in cuius ædes rudera decidiſſent,ut damnum ſarciretur: reſpõdit, ſi ædium dominus rudera,quæ ceciderũt, uellet tollere:non aliter permittendũ,quã ut omnia,id eſt,& quæ inutilia ſunt auferret,nec ſolum de futuro , ſed de præterito quoq; dãno cauere eũ debere. Quòd ſi dominus ędiũ quę deciderunt,nihili faceret: interdictum reddendum ei,in cuius ædes rudera decidiſſent,per quod uicinus compelleretur aut tollere, aut totas ædes pro derelicto babere. Quòd fortè tunc rectè dicetur,cum non ipſius negligentia,ſed propter aliquod impedimentũ ſibi nõ proſpexit.Hoc amplius Iulianus ait,poſſe dici cõpellendum eum,ut etiam de præterito dãno caueret. Quod enim re integra cuſtoditur, hoc non iniquè etiã poſt ruinam ædiũ præſtabitur. Integra autem re unuſquiſq; cogitur aut de damno infecto cauere, aut ædibus cauere quas non defendit. Deniq; (inquit) ſi quis propter anguſtias tẽporis, aut quia reipub. cauſa aberat, non potuit damni infecti ſtipulari:non iniquè Prætorem curaturum,ut dominus uitioſarum ędium aut damnũ ſarciat, aut ædib.careat. Sententiã Iuliani utilitas comprobat. *Ait Iuriſconſultus.* Quòd ſi dominus ędium quę deciderunt nihili faceret,interdictũ reddẽdum ei,in cuis ędes rudera decidiſſent per quod uicinus cõpelleretur aut tollere,aut totas ædes pro derelicto habere. *Hiſce uerbis propoſitum adfine remedium approbatur. cuius exceptio prima hæc eſt: Niſi actor negligens fuerit in petenda cautione. tunc enim hoc interdictum ei denegabitur. quæ exceptio approbatur uerbis ſ̃.propoſitis hiſce:* Quod fortè tunc rectè dicetur, cũ non ipſius negligẽtia,ſed propter aliquod impedimentum ſibi non proſpexit. *Concordat l.44.in prin.ff.eod.tt.his uerbis:* Cum poſtulaſſem ut mihi damni infecti promitteres, noluiſti:& priuſquam Prætor adiretur, ædes tuæ corruerunt. & damnum mihi dederũt:potius eſſe Africanus ait,ut nihil noui Prætor cõſtituere debeat, & mea culpa damnum ſim paſſus,quia tardius experiri cœperim. At ſi cum Prætor ut promitteres decreuiſſet, & te non promittente me ire in poſſeſsionẽ iuſsiſſet. & priuſquã eò ueniſſem, corruiſſent:perinde omnia ſeruanda eſſe exiſtimauit,quàm ſi poſteaquam in poſſeſsionẽ ueniſſem,damnum datũ eſſet. *Secunda propoſiti interdicti exceptio hæc eſt: Niſi dominus uitioſarũ ædium omnia pro derelicto habeat. tunc enim propoſitum interdictũ etiam quoad damnum præteritum, ceſſat. quæ exceptio approbatur l. 6. in fine. ff. de damno infecto . cuius uerba uide ſ̃. quæſt.2.*

I I. *Regula: De officio iudicis ſi damnum datũ ſit ante cautionem,proponitur uerbis ſ̃.reg prox.propoſitis hiſce:* Hoc amplius Iulianus ait,poſſe dici compellendum eum,ut etiam de præterito damno caueret,&c. *item uerbis ibidem propoſitis hiſce:* Deniq;(inquit)ſi quis propter anguſtiaa temporis, aut quia reipub. cauſa aberat,non potuit damni infecti ſtipulari: non iniquè Prætorem curaturũ, ut dominus uitioſarum ędium aut damnum ſarciat,aut ædibus careat,&c. *Concordat l. 15.§.eleganter.ff.de damno infecto,his uerbis:* Eleganter quæritur, ſi dum Prætor de danda ſtipulatione deliberat,damnum contigerit,an ſarciri poſsit? Et miſsio quidem ceſſabit. Prætor tamen decernere debet,quidquid damni contigerit,ut de eo quoq; caueatur: aut ſi putat quod utiliter actionem daturus ſit,decernat.

I I I. *Regula: Si poſtquam Prætor decreuiſſet miſſionem,ædes corruerint,nihilominus miſsio procedit. quæ regula approbatur d.l.15.§.ſi iã ruerint, his uerbis:* Si iam ruerint ædes,an in poſſeſsionẽ ruinæ uel areæ mittendus ſit nihilominus is,cui cautum nõ eſt,uideamus? Et magis eſt ut mitti debeat. Et ita Labeo. Sed adijcit, Si poſteaquã decreuit Prætor eum in poſſeſaionem mittendum,tunc ędes deciderint. Et puto Labeonis ſentẽtiam uerã. Proinde etſi refecerit aliquid, erit probandum non prius eum diſceſſurũ,quàm ſi ei ſarciatur,& de præterito caueatur. Poteſt autem & in factum actione recipere hoc quod impẽdit:ſed non amplius quã quod boni uiri arbitratu factum ſit. Idem eſt, etſi alius iuſſu rogatuue meo eorum quid ſine dolo malo fecerit, & eo nomine condemnatus ſim,aut dederim ſine dolo malo. *Cõcordat l.44.in prin.ibi at ſi cum prætor. ff. eod.tt. cuius uerba uide ſ̃.reg.1.except.1. Plura de hac re ai de 5.cap.prox.quæſt.1.except.6.*

I I I I. *Regula: Si cum actor mitti in poſſeſsionem deſideraret, prætoris adeundi poteſtas non fuerit,& interim damnum datum ſit: datur actio in factum ex interdicto prætoris, Ne uis fiat ei,&c. quæ regula approbatur l.4.§.ſed & ex alia. ff. ne uis fiat ei qui in poſſeſſ.miſſus erit. cuius uerba uide ſ̃. lib. 23. cap. 7. quæſt.4.cauſa 3.*

V. *Regula: Per exceptionem quoq; ut ſibi de damno infecto caueatur, uel damnum datum ſarciatur, quis impetrare poteſt: domino ſcilicet rem ex qua dãnum datum eſt uel metuitur, uindicante. quod remedium approbatur l.7.§.unde quæritur.ibi:reſpondit. ff.de dãno infecto.cuius uerba uide ſ̃.reg. 1. in prin. Concordat l.9.§.de his autem.ff. eod. tt. cuius uerba uide ſ̃. lib. prox. cap. 13. quæſt. 3. reg. 6. Concordat*

item

item d.l.9.§.Neratius.cuius uerba uide ſ.quæſt.3.except.18.repl.2.diſt.2.

VI. Regula: Si in loco publico publicè opus fiat, propoſita actio ceſſat: ſed Principis uel Præſidis officium eſt implorandum. quæ regula approbatur l.24.in prin.ibi: quid ergo ff.de damno infecto. cuius uerba uide ſ.quæſt.3.except.2. Concordat l.15 §.ſi publicus ff.eod.tit.cuius uerba uide ſ.d.quæſt.3.exc.5.

VII. Regula: Si quis in ſubgrunda uel protecto id poſitum uel ſuſpenſum habeat, cuius caſus alicui nocere poſſit: datur actio ex edicto Prætoris l.5.§.Prætor ait, cum ſequentib.ff.de his qui deiecerint uel effuderint: de quo alio loco dicetur.

VIII. Regula: Si uſufructuarius ædes uicioſas, ex quib. proprietarius damnum metuit, nõ reficiat: actio eſt ex ſtipulatu, ut boni uiri arbitratu utatur fruatur. quæ regula approbatur l.18. §. et cuius. ibi: ergo nec proprietarius. ff. de damno infecto. cuius uerba uide ſ.quæſt.1.except.12. Concordat l.20.in fine. ff. eod. tit.cuius uerba uide ſ.d.except.12.

IX. Regula: Si inquilinus ex conductis ædibus damnum metuit, habet ex conducto actionem. quæ regula approbatur l.13.§. de illo.ff.de damno infecto. cuius uerba uide ſ.quæſt.3.except.11. Concordat l.33. ff.eod.tit.cuius uerba uide ſ.d.except.11. Habet item in caſu pigneratitiam actionem. quæ regula approbatur l.14.ff eod.tit.cuius uerba uide d.except.11.

X. Regula: Si ſuperficies in ſolo alieno poſita ſit, inter dominum ſoli & ſuperficiarium de damno infecto locati & conducti actio eſt. Quæ regula approbatur l.18.§.et cui. ff. de damno infecto. cuius uerba uide ſ.quæſt.3.except.10.

XI. Regula: Si ex communi loco alter ſociorum damnum metuit, pro ſocio uel communi diuidundo actio eſt. quæ regula approbatur per ea quæ propoſita ſunt ſ quæſt.3.except.9. Plures huius loci regulas uide ſ.quæſt.1.except.14.

DE MISSIONE IN POSſeſſionem damni infecti nomine. Cap. IIII.

I. CAVSA EX QVA QVIS damni infecti nomine in poſſeſsionem ſit mittendus.

SI damni infecti nomine non caueatur, uicinus actor in poſſeſsionem uicioſarum ædium eſt mittendus. quæ cauſa approbatur edicto Prætoris l.7. in prin.ibi: eum cui.ff.de damno infecto uerbis ſ.cap. prox.in prin.propoſitis hiſce: Eum cui ita non cauebitur, in poſſeſsionem eius rei, cuius nomine ut caueatur poſtulabitur, rectè ire: eũ cuius cauſa iuſta eſſe uidebitur, etiã poſſidere iubebo. *Concordat l.4.§.ſi intra.ff. eod. tit.his uerbis:* Si intra diem à Prætore conſtituendum non caueatur, in poſſeſsionem eius rei mittendus eſt. Eius rei ſic accipitur, ſiue tota res ſit, ſiue pars rei. *Concordat item l.9.in prin.ibi: integra autem.ff. eod.tit.cuius uerba uide ſ.cap.proxim.quæſtion.11.reg.1. Planè propoſitæ cauſæ ſeu regulæ exceptiones hæ ſunt.*

I. EXCEPTIO: *Niſi pupillus ſit, qui non cauet. Hæc exceptio reprobatur l.15.§.ſi pupillus.ff. de damno infecto, his uerbis:* Si pupillus tutorem non habeat, quo authore damni infecti promittat: quaſi non defendatur, miſſio in poſſeſsionem locum habebit.

II. EXCEPTIO: *Niſi abſens ſit is qui cauere debet. Hæc exceptio approbatur l.19 in prin.ff. d. tit. his uerbis:* Eorum qui bona fide abſunt, in ſtipulatione damni infecti ius non corrumpitur, ſed reuerſis ex bono & æquo cauendi poteſtas datur: ſiue domini ſint, ſiue aliquod in ea re ius habeant, qualis eſt creditor, & fructuarius, & ſuperficiarius.

III. EXCEPTIO: *Niſi uectigale ſit prædium. Hæc exceptio reprobatur certo modo l.15.§.ſi de uectigalib.ff.de damno infecto, his uerbis:* Si de uectigalibus ædibus non caueatur, mittendum in poſſeſsionem dicemus, nec iubendum poſsidere. nec enim dominium capere quis poſsidendo poteſt, ſed decernendum ut eodem iure ſit, quo foret is qui nõ cauerat. Poſt quod decretũ uectigali actione uti poterit. Sed in uectigali prædio ſi municipes non cauerint, dicendum eſt dominium per longum tempus adquiri.

IIII. EXCEPTIO: *Niſi cautum ſit de dãno infecto Hæc exceptio approbatur ſimul & diſtinguitur ſ.cap.prox quæſt.3.except.18.*

V. EXCEPTIO: *Niſi poſtea offeratur cautio. Hæc exceptio approbatur ſimul & diſtinguitur per ea quæ habentur ſ.quæſt.7.reg.12.*

VI. EXCEPTIO: *Niſi ædes ruerint. Hæc exceptio reprobatur l.15. §. ſi iam. ff. de damno infecto. cuius uerba uide ſ. cap. prox. quæſt. 11. reg. 3. Planè admittitur exceptio propoſita primùm, ſi antequam miſsio decreta ſit, ædes ruerint. quæ diſtinctio approbatur d. §. ſi iam. Deinde admittitur exceptio propoſita, ſi miſſus cum poſſet ruinæ ædium ſuccurrere, eas reliquerit. quæ diſtinctio approbatur d.l.15.§.ſi quis metu, his uerbis:* Si quis metu ruinæ diſceſſerit de poſſeſsione, ſi quidem cum adiuuare rem non poſſet, id fecit: Labeo ſcribit, integrum ius eum habere, perinde ac ſi in poſſeſsione perſeueraſſet. Quod ſi cum poſſet ſuccurrere maluerit eam relinquere: amiſiſſe eum Prætoris beneficium: neq; ſi poſtea ſuccurri ſibi uelit, audiendum eum. *Huius diſtinctionis replicatio hæc eſt: Niſi non derelinquendi animo, ſed metu ruinæ receſſerit. quæ replicatio approbatur ibidem. his uerbis:* Caſsius autem ait, Si metu ruinæ receſſerit, non hoc animo ut ædificia derelinqueret: reſtituendum eum in poſſeſsionem. *Tertiò admittitur exceptio propoſitas*

poſita,ſi cum miſſus negligens eſſet uenire in poſſeſſionem, ædes ruerint. quæ diſtinctio approbatur ibidem, his uerbis: Eum tamen qui miſſus in poſſeſsionem non acceſſerit, ſi ædificia ruerint, beneficium Prætoris amiſiſſe ſcribit. Hoc ita accipiendum erit, ſi uenire in poſſeſsionem neglexerit: non ſi dum uenit, ruerint.

VII. EXCEPTIO: *Niſi alius quoq; damni infecti nomine ſit in poſſeßione. Hæc exceptio reprobatur J. quæſt. prox. reg. 1.*

VIII. EXCEPTIO: *Niſi aliſs res pignori ſit obligata. Et hæc exceptio reprobatur l. 12. ff. de damno infecto. cuius uerba uide ſ. lib. 8. cap. 9. reg. 14. except. 3. Plures huiuſmodi exceptiones uide ſ. cap. prox. quæſt. 3.*

II. QVOT ET QVI IN poſſeſsionem ſint mittendi?

I. *Regula: Etiam plures in poſſeßionem damni infecti nomine mitti poſſunt. quæ regula approbatur uerbis edicti ſ. cap. prox. in prin. propoſitis hiſce:* Eius rei nomine, in cuius poſſeſsionem miſero, ſi ab eo qui in poſſeſsione erit, damni infecti nomine non ſatiſdabitur: eum cui non ſatiſdabitur, ſimul in poſſeſsione eſſe iubebo. *Concordat l. 15. §. ſi plures. ff. de damno infecto, his uerbis:* Si plures ſunt qui poſtulant ut caueatur, omnes ſimul mitti in poſſeſsionem ſolent. Idemque Labeo probat, etſi prius quis in poſſeſsionem miſſus ſit, & alius mitti deſideret. Nam non ſpectabimus ordinem, ſed habebunt ambo poſſeſsionem. Quòd ſi iam prior poſsidere iuſſus ſit, & alius damni infecti caueri deſideret: tunc niſi caueat, mittetur in poſſeſsionem poſterior. *Concordat item l. 40. §. fin. ff. eod. tt. his uerbis:* Si plures domini ſint ædium, qui damni infecti ſibi proſpicere uolunt, nec quiſquam damni infecti eis caueat: mittendi omnes in poſſeſsionem erunt. & quidem pro æqualibus partibus quamuis diuerſas portiones dominij habuerint. Et ita Pomponius ſcribit. *Concordat item l. 15. §. ſi ante. ff. eod. tt. cuius uerba uide J. quæſt. 7. reg. 7.*

II. *Regula: Procurator quoq; in poſſeßionem mitti poteſt. quæ regula approbatur l. 39. §. alieno in fine. ff. de damno infecto. cuius uerba uide ſ. cap. prox. quæſt. 9. reg. 2.*

III. *Regula: De filiofamiliâs & patre, uter in poſſeßionem ſit mittendus, definitur l. 21. ff. de damno infecto. cuius uerba uide ſ. cap. prox. quæſt. 4. reg. 5.*

III. IN QVAM PARTEM ſint mittendi?

Verum in totas ædes, an in partem tantum uitioſam actor ſit mittendus? definitur l. 15. §. ex hoc edicto ff. de damno infecto, his uerbis: Ex hoc edicto ſi non caueatur, mittitur in poſſeſsionem à Prætore in eam partem quæ ruinoſa uidetur. An uerò in totas ædes miſsio locum habeat, uideamus? Et extat Sabini ſententia, in totas ædes mittendum. Alioquin ſi ex ſuperficie (inquit) damnum timeatur, non habebit res exitum: nec profuturum in poſſeſsionem eius rei mitti, quam quis poſsidere non poſsit, aut ei non expediat. Et uerior eſt Sabini ſententia. *Ex his patet regulariter quidem, quamuis ex parte aliqua domus damnum metuatur, nihilominus in poſſeßionem totius domus actorem mittendum. cuius regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi pars ruinoſa à reliquis partibus domus ſit diuiſa. quæ exceptio approbatur ibidem, his uerbis:* Sed ſi in plures partes domus diuiſa ſit, utrum in partem, an in totam domum poſsidendam mitti quis debeat, uideamus? Et ſi tam ampla domus ſit, ut & ſpacia inter uitioſam partem intercedant, & eam quæ uitium non facit, dicendum eſt in eam ſolam partem mitti: ſi uerò iuncta ſit contextu ædificiorum, in totam. Itaq; & in ſpacioſis domibus melius dicetur, in eam partem domus mittendũ, quæ uitioſæ parti unita ſit. Cæterùm ſi modica portiuncula ædium ampliſsimarũ uitium faciat: quale erit dicere totas ædes iubẽdum poſsidere eũ, cui damni infecti nõ caueretur, cum ſint ampliſsimæ? Item quid dicemus, ſi inſula adiacens domui uitium faciat? utrum in inſulæ poſſeſsionẽ, an uerò in totius domus poſſeſsionem mittendum ſit? Et magis eſt ut non in totius domus poſſeſsionem, ſed in inſulæ mittatur. *Secunda exceptio eſt: Niſi pars agri damnum minetur. nam nec hoc caſu in totum agrum ſit mißio, ſed in eam tantum partem, quæ damnum minatur. quæ exceptio approbatur l. 38. §. ſi agri. ff. eod. tt. his uerbis:* Si agri nomine non caueatur, in eam partem agri mittendus eſt, ex qua periculum timetur. Eiusq; rei ratio hæc eſt, quòd in ædificijs partes quoq; reliquæ à uitioſa parte traherentur: at in agris non idem eſt. Sed dicendum eſt ut in domibus quoq; maioribus interdum cauſa cognita, Prætor ſtatuere debeat, in cuius partis poſſeſsionem is, cui non caueatur, mitti debeat. *Tertia exceptio eſt: Niſi pluribus exiſtentibus, qui cauere debeant, aliquis ex iſs non cauet: cæteri cauẽt. tunc enim in eius ſolius partem actor mittendus. quæ exceptio approbatur l. 5. §. 1. ff. de damno infecto, his uerbis:* Si plures ſint domini qui cauere debent, & aliquis non caueat: in portionem eius mittetur.

IIII. PRO QVA QVISQVE parte ſit mittendus, ſi plures mittantur?

Si plures in poſſeßionem mittendi ſunt, omnes pro

pro æqualibus partibus mittuntur, quamuis pro diuerſis partibus uicinarum ædium domini ſint. quæ regula approbatur d. §. 1. his uerbis: Contrà ſi aliquot ſint qui caueri ſibi deſiderant, & alius precioſiores, alius uiliores habeat ædes, ſiue unius domus plures habeát diſpares partes: tamẽ nõ pro magnitudine dominij quiſq;, ſed æqualiter mittentur omnes in poſſeſsionem. *Concordat l. 15. §. cum autem plures. ff. de damno infecto. his uerbis:* Cum plures mittuntur in poſſeſsionem, æqualiter mittuntur, non pro ratà damni, quod unumquenq; contingeret: & meritò. Nam & cum unus mittitur, non pro portione damni mittitur, ſed in totum. Cum igitur plures mittuntur: æqualiter omnes quaſi in totum miſsi, concurſu partes habebunt. Sed ſi quis eorum miſſus in poſſeſsionem, ſumptum fecerit, deinde iubeatur poſsidère: an ſumptum conſequi poſsit is qui fecit, & quo iudicio? Et placet communi diuidundo iudicio conſequi poſſe. *Concordat item l. 40. §. fin. ff. eod. tit. cuius uerba uide ĩ. quæſt. 2. reg. 1.*

V. A' QVO MITTENdus ſit?

Etiam à magiſtratu municipali miſsio fieri poteſt delegante Prætore. Quæ regula approbatur l. 4. §. duas ergo. ff. de damno infecto. cuius uerba uide ĩ. cap. prox. quæſt. 7.

VI. ANTECEDENTIA miſsionem.

Prius abſenti domino denunciari oportet. Quæ regula approbatur l. 4. §. prætor ait. ff. de damno infecto, his uerbis: Prætor ait, Dum ei qui aberit priua domum denunciari iubeam. *Declarantur hæc uerba ibidem, his uerbis:* Abeſſe autem uidetur, & qui in iure non eſt. Quod & Pomponius probat. Verecundè autem Prætorem denunciari iubere, non extrahi de domo ſua. Sed domum denũciari ſic accipere debemus, ut etſi in aliena domo habitet, ibi ei denuncietur. Quod ſi nec habitationem habeat, ad ipſum prædium erit denunciandum, uel procuratori eius, uel certè inquilinis. *Huius regulæ exceptio prima hæc eſſe uidetur: Niſi dominus domũ non habeat. Hæc exceptio reprobatur uerbis iam propoſitis hiſce:* Sed domum denunciari, &c. *Secunda exceptio eſt: Niſi non ſit cui denũcietur. Hæc exceptio approbatur d. l. 4. §. toties, his uerbis:* Toties Prætorem exigere denunciationem intelligẽdum eſt, ſi ſit cui denuncietur. Cæterùm ſi non ſit, ueluti quod hæreditaria inſula eſt, necdum hæreditas adita eſt: uel ſi hæres non extet, nec inhabitetur: ceſſat hæc pars edicti. Eſt tamen tutius libellum ad ipſas ædes proponere: fieri enim poteſt, ut ita monitus defenſor exiſtat.

VII. EVENTVS MISSIONIS, & iura miſsi.

I. *Regula: Si miſſus non admittatur, competit actio in factum: de qua ĩ. cap. prox.*

II. *Regula: Miſſus potior eſt his qui rem pignori acceperunt. quæ regula approbatur l. 11. ff. de damno infecto. cuius uerba uide ĩ. lib. 8. cap. 9. reg. 14. except. 5.*

III. *Regula: Non poßidet miſſus, ſed magis cuſtodiam rerum & obſeruationem debet. quæ regula approbatur l. 12. ff. quib. ex cauſis in poſſeß. eatur. cuius uerba uide ĩ. lib. 21. cap. 2. except. 11. De ſecundo decreto.*

IIII. *Regula: Ex cauſa autem miſſus poßidere iubetur. & longa poſſeßione uſucapere. quæ regula approbatur uerbis edicti ĩ. cap. prox. in prin. propoſitis hiſce:* Eum cuius cauſa iuſta eſſe uidebitur, etiam poſsidere iubebo. *Concordat l. 5. in prin. ff. de damno infecto. his uerbis:* Prætoris officium eſt, ut miſſus in poſſeſsionem etiam eam per longi temporis ſpacium in ſuum dominium capere poſsit.

V. *Regula: De cauſis ex quibus miſſus poßidere iubendus, proponuntur l. 15. §. nõ autem. ff. de damno infecto, his uerbis:* Non ſtatim ubi miſit Prętor in poſſeſsionẽ, etiam poſsidere iubet: ſed tũc demum, cum iuſta cauſa uidebitur. Ergo interuallum aliquod debebit intercedere, quo aut pro derelicto ædes longo ſilẽtio dominus uideatur habuiſſe, aut etiã miſſo in poſſeſsionem, & aliquamdiu immorato nemo caueat. *Exceptiones harum cauſarum proponuntur d. l. 15. §. ſi fortè, his uerbis:* Si fortè dominus reipub. cauſa abſit, aut ex alia iuſta cauſa, aut in ea ſit ætate, cui ſubuẽniri ſolet: probandum eſt non debere Prætorem feſtinare ad decernendũ, ut iubeat poſsidere. Sed etſi decreuerit, nemo dubitat in integrum reſtitutionem indultũ. *Alia huiuſmodi exceptio hæc eſt: Niſi de uectigalibus ædibus non caueatur. tunc enim miſſus poßidere iubendus non eſt. quæ exceptio approbatur, ſimul & diſtinguitur d. l. 15. §. ſi de uectigalib. cuius uerba uide ĩ quæſt. 1. except. 5.*

VI. *Regula: De eo à quo miſſus poßidere iubendus uel nõ iubendus eſt, proponitur l. 4. § ſi fortè. ff. de damno infecto, his uerbis:* Si fortè duretur nõ caueri ut poſsidere liceat (quod cognita cauſa fieri ſolet) nõ duumuiros, ſed Prætores uel præſides permiſſuros: item ut ex hac cauſa decedatur de poſſeſsione.

VII. *Regula: De effectu ſecundi decreti. Dominus de poſſeßione decedere debet. quæ regula approbatur l. 15. §. ubi autem. ff. de damno infecto, his uerbis:* Vbi poſsidere iuſſus eſt, dominus deijciendus erit poſſeſsione. *Concordat d. l. 15. §. ſi ante, his uerbis:* Si ante hoc decretum alius quoq; in poſſeſsionem miſſus fuerit, ęqualiter ambo ædium fient domini, ſcilicet cũ

iuſsi fuerint poſsidere. Si uerò iam conſtituto domino eo, qui primus in poſſeſsionem miſſus eſt, Titius damni infecti ſibi caueri deſiderat: ceſſante primo nec cauēte, ſolus Titius erit in poſſeſsione. *Huius regulæ exceptio hæc eſt: Niſi miſſus nondum poſsidere iuſſus ſit. quæ exceptio approbatur d.l.15.§.ſi quis antē, his uerbis:* Si qois in poſſeſsiooem miſſus, nondum poſsidere iuſſus ſit: an dominus poſſeſsione decedere debeat uideamus? & ait Labeo non decedere, ſicuti nec cum creditores uel legatarij mittuntur. Idq́; uerius eſt.

VIII. *Regula: Miſſus in poſſeſsionem rem longo tēpore uſucapere poteſt. quæ regula approbatur per ea quæ propoſita ſunt ſ̄.reg. 4. Concordat l. 15. §. ſi ante. ff de dāno infecto. cuius uerba uide ſ̄ reg. prox. Huius regulæ exceptio hæc eſt: Niſi nondum poſsidere iuſſus fuerit. quæ exceptio elicitur ex uerbis d. §. ſi ante, hiſce:* Scilicet cum iuſsi fuerint poſsidere. *Concordat d.l.15.§.Iulianus, his uerbis:* Iulianus ſcribit, eum qui in poſſeſsionem damoi infecti nomine mittitur, non prius incipere per longum tempus dominium capere, quàm ſecundo decreto à Prætore dominus conſtituatur.

IX. *Regula: Miſſus ex ſecundo decreto dominus conſtituitur. quæ regula approbatur uerbis iam propoſitis hiſce:* Secundo decreto à Prętore dominus conſtituatur. *Concordat d.l.15.§.ſi ante. cuius uerba uide ſ̄.reg.7.*

X. *Regula: Reus aduerſus quem miſsio facta eſt, ſua iura quæ habuit, aduerſus miſſum exercere non poteſt. quæ regula approbatur d.l.15.§.ſi qua ſint, his uerbis:* Si qua ſint iura debita his, qui potuerunt de damno infecto ſariſdare: denegāda erit eorum perſecutio aduerſus eū, qui in poſſeſsionē miſſus eſt. Et ira Labeo probat. Item quæritur in pignoraticio creditore, an pignoris perſecutio denegetur aduerſus eum, qui iuſſus ſit poſsidere? Et magis eſt, ut ſi neq; debitor repromiſit, neq; creditor ſatiſdedit: pignoris perſecutio denegetur. Quod & in fructuario rectè Celſus ſcribit. *Concordat l.9.§.fin.ff. eod. tt. cuius uerba uide ſ̄.cap.prox.quæſt.3.except.18.repl.1. diſtin. 4. Huius regulæ exceptio hæc eſt: Niſi ex iuſta cauſa reus ſit reſtitutus: iuxta quam exceptionem intelligenda eſt l.44.§.damni.ff.eod.tt. cuius uerba uide in actione hypothecaria.*

XI. *Regula: Is qui in poſſeſsionem miſſus eſt. fulcire & reficere inſulam debet, culpam tamē non præſtabit. quæ regula approbatur l.15.§.ſi quis damni.ff. de damno infecto, his uerbis:* Si quis damni infecti in poſſeſsionē miſſus ſit, fulcire eum & reficero ioſulam debere. Sunt qui putent eum quoq; culpam prȩſtare, exemplo eius qui pignora accepit. Sed alio iure utimur. Cum enim ob hoc taotum miſſus ſit, ut uice caurionis in poſſeſsionem ſit: nihil ei imputari, ſi non refecerit.

XII. *Regula: Si cautio fuerit oblata, miſſus à poſſeſsione decedere debet. quæ regula approbatur quidem ipſo iure: uerùm eius exceptio prima hæc eſt, Niſi de præterito quoq; damno non caueatur. Hæc exceptio approbatur l.15.§.item uideamus.ff.de damno infecto, his uerbis:* Videamus ſi cautio ei offeratur, poſteaquam miſſus eſt, an non prius decedere debeat, quàm ſi ei caueatur etiā de eo damno quod contigit, poſteaquam miſſus eſt in poſſeſsionē? quod quidē magis probatur. Repetita igitur die promittēdum erit. Hoc amplius de impēſis quoq;, ſi quas fecit, cauendum erit. *Huius exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi damnum antequam in poſſeſsionem uentum eſt, contigerit. Hæc replicatio approbatur cauſa cognita d. l. 15. §. illud quæritur, his uerbis:* Illud quæritur, ex quo tempore dāni infecti ratio habeatur: utrum ex quo in poſſeſsionem uentum eſt, an uerò ex quo Prætor decreuit, ut eatur io poſſeſsionem? Labeo, ex quo decretū eſt: Sabinus, ex quo uentum eſt in poſſeſaionē. Ego puto cauſa cognita modò hanc, modò illam ſenrentiam probandam. Plerunq; enim ſubueoitur etiam ei, qui miſſus io poſſeſsionem, aliqua ex cauſa aut non uenit, aut rardius ueoit in poſſeſsionem. *Secunda propoſitæ regulæ exceptio eſt: Niſi de impenſis nō caueatur uel ſatisfiat. Hæc exceptio approbatur uerbis d.§.item uideamus. in fine, ſ̄.exc. prox. in prin. propoſitis hiſce:* Hoc amplius de impenſis quoq;, ſi quas fecit, caueodum erit. *Concordat d.l.15.§.ſi iam fuerint. ibi: proinde. cuius uerba uide ſ̄. cap. prox. quæſt.11.reg.3. Tertia exceptio eſt: Niſi miſſus poſſidere quoq; iuſſus ſit. quæ exceptio approbatur d.l.15.§.illud quæritur. in fine. his uerbis:* Poſtea autem quàm quis poſsidere iure dominij à Prætore iuſſus eſt: nequaquam locus erit cautionis oblationi. Et ita Labeo. Cæterùm nullus (inquit) finis rei inuenietur. Et hoc eſt uerisſimum: ſepoſito eo quod quibuſdam oel ætate, uel qua alia iuſta cauſa ſubuenitur.

De actione ad recuperandos ſumptus, quoa fecit miſſus.

XIII. *Regula: Sumptus inſuper quos miſſus fecit, illi reſtituendi. quæ regula approbatur l. 15. §. ſi iam fuerint. ibi: proinde etſi. ff. de damno infecto. cuius uerba uide ſ̄.cap.prox.quæſt.11.reg.3. Concordat d.l.15.§. item uideamus. in fine. cuius uerba uide ſ̄.reg.prox.except.1. in prin.*

XIIII. *Regula: Quantum ſumptuum nomine petendum uel deducendum ſit, definitur l.38.§.fin.ff. de damno infecto, his uerbis:* De docto ueteris parietis precio, ſi quid amplius ſit, æſtimari debet: & ſi quid ex ueteri in nouum coniectum ſit, deduci æſtimationem oportet.

òportet. *Definitur item l.19.§.fin.ff.eod.tt.his uerbis:* In æſtimando nouo pariete tario haberi debet eius impenſæ, quæ modum probabilem non excedit: in uetere eius cultũ, qui non aggrauet. *Definitur item l.15. §. ſi iam ruerint.ibi: ſed non amplius.ff.eod.tt. cuius uerba uide ſ.cap.proxim.quæſt.11.reg.3. Sed & plura uide j. cap.6.quæſt.4.reg.4.*

X V. Regula: *Qui actione ſumptus repeti debẽt? In factum actione repetuntur. quod approbatur d. §. ſi iam ruerint.ibi: poteſt autem. Item per exceptionem.ut d.§.ſi iam ruerint.ibi: proinde etſi.item d.l.15. §.item uideamus.in fine.cuius uerba uide ſ.reg.12.except.1.in prin.Concordat l.44.§. damni. ff. eod. tt. cuius uerba proponentur alibi. Item per communi diuidundo actionem repetuntur à ſocijs. quod approbatur l.15.§.cum autem.in fine. ff. de damno infecto. cuius uerba uide ſ.quæſt.4. Item domum reipublicæ, quæ ſumptus fecit, uendere licet. quod remedium approbatur l. 46. in fine. ff. eod.tt.cuius uerba uide ſ. lib.11.cap.11.reg.6.*

DE ACTIONE IN FActum, Si miſſus non admittatur. Cap. V.

I. *Verba edicti quibus actio propoſita approbatur, proponuntur l.7.in prin.ibi: in eum.ff.de damno infecto, hæc ſcilicet:* In eum qui neque cauerit, neq; in poſſeſsione eſſe, neque poſsidere paſſus erit: iudicium dabo, ut tantum præſtet, quantum præſtare eum oporteret, ſi de ea re ex decreto meo, eiusue cuius de ea re iuriſdictio fuit, quæ mea eſt, cautum fuiſſet.

II. CAVSAE EX QVIbus hæc actio competit.

I. Cauſa: *Si quis in poſſeſsionem miſſum non admiſerit. Hæc cauſa approbatur uerbis edicti iam propoſitis. Concordat l.4.§.an tamen.ff. de damno infecto, his uerbis:* An is qui non admittit, etiam captis pignoribus à magiſtratibus coerceatur? non puto. Sed in factum actione tenebitur. Nam etſi à Prætore miſſus non admittatur, eadem actione utendum eſt. *Concordat item l.15.§.fin.ff.eod. tt. his uerbis:* Si quia ex hoc edicto à Prætore in poſſeſsionem miſſus, non eſt admiſſus: in factum actione uti poterit, ut tantum præſtetur ei, quantum præſtari ei oporteret, ſi de ea re cautum fuiſſet. Extenditur enim actio in id tempus, quo damnum committitur. *Concordat item l. 4. §. prætor. ff. ne uis fiat ei qui in poſſeſs. cuius uerba uide ſuprà libro 23. capite 7. quæſtion.7.*

II. Cauſa: *Si quis eum qui in poſſeſsione eſt, poſsidere paſſus non ſit. Hæc cauſa approbatur l.18.§.penult.ff.de damno infecto, his uerbis:* Non ſolum eum punit Prætor, qui in poſſeſsionem iſſe, ſed etiam eum qui poſsideri paſſus non fuerit: cum alioqui ſi is qui iuſſu Prætoris cœperat poſsidere, & poſsidendo dominium capere, aut non admiſſus, aut reiectus inde fuerit, utile interdictum unde ui, uel Publicianam actionem habere poſsit. Sed ſi in factum actione egerit, his actionibus experiri non poteſt: cum Prætor id agat, ne damnum faciat actor, non ut in lucro uerſetur.

Exceptiones præcedentium cauſarum generales.

I. EXCEPTIO: *Niſi pupillus miſſum in poſſeſsionem uenire prohibuerit. Hæc exceptio reprobatur l.18. §.ſi pupillus. ff. de damno infecto, his uerbis:* Si pupillus prohibuit iri in poſſeſsionem damni infecti nomine, placet in eum non iniuſtè competere hanc in factum actionem.

II. EXCEPTIO: *Niſi damnum nondum ſit datum. Hæc exceptio approbatur l. 16 ff. de damno infecto, his uerbis:* Antequàm damnum detur, impunitum eſt factum eius, qui neque promiſit neq; admiſit in poſſeſsionem: ſi tamen ante damnum datum uel cauit, uel poſſeſsione ceſsit. *Concordat l.11.§.fin.ff.eod.tt. cuius uerba uide paulo ſuperius cauſa 1. Ait Iuriſconſultus:* Si tamen. *Id eſt, maximè, Accurſio interprete. nam idem eſt. etſi nullum eorum interuenerit; ut patet ex d.§ fin.*

III. QVIBVS DATVR hæc actio?

Hæredi cæteriſq; ſucceſſoribus datur. quæ regula approbatur l. 17. §. penult. ff. de damno infecto, his uerbis: Actio iſta, quæ in factum eſt, perpetuò dabitur, & hæredi & in hæredem, cæteraſq;, itemq; cæteris perſonis.

IIII. ADVERSVS QVOS competit?

I. Regula: *De hæredibus, cæteriſq; ſucceſſoribus proponitur ſ.quæſt.prox.*

II. Regula: *De domino, ſeruo prohibente proponitur l.17. in princip. ff. de damno infecto, his uerbis:* Si quis miſſum in poſſeſsionem, cum eſſet in aliena poteſtate, non admiſit: pleriq; putant noxalem actionem nomine eius competere.

III. Regula: *De domino procuratore, tutore uel actore prohibẽte. Hoc caſu nõ in dominũ, ſed in ipſum prohibentem competit actio. quæ regula approbatur d.l.17.§.quid deinde, his uerbis:* Quid ſi procurator prohibuerit, utrum in ipſum, an in dominum dabimus? Sed uerius eſt in ipſum dandam. Sed & in actore municipũ, & tutore, cæteriſq; qui pro alijs interuenerint, idem erit dicendum.

IIII. Regula: *De eo cuius mandatu alius prohibuit, proponitur l.18.§.ſi mandatu.ff.de damno infe-*

cto,his uerbis: Si mandatu meo alius prohibuerit, in me hæc actio competit.

V. QVID VENIAT IN hac actione?

Id uenit in hanc actionem, quod ueniret in actionem ex ſtipulatu, ſi de damno infecto cautum eſſet. quæ regula approbatur uerbis edicti ſ. *eod. cap. in prin. propoſitis. Concordat l.15.§.fin.ff.de damno infecto. cuius uerba uide* ſ. *quæſt. 2. cauſa 1. item concordat l.4.§. Prætor in eum. ff. ne uis fiat ei qui in poſſeſſ. cuius uerba uide* ſ. *lib.23. cap.7. quæſt.7.*

VI. QVAMDIV datur?

Perpetua eſt actio. quæ regula approbatur l.17.§. penult. ff. de damno infecto. cuius uerba uide ſ. *quæſtion.5.*

VII. ADFINIA REmedia.

I. Regula: *De executione pignoribus à magiſtratu captis. Reprobatur hoc remedium l.4.§. an tamen. ff. de damno infecto. cuius uerba uide* ſ. *quæſt.2. cauſa 1.*

II. Regula: *De interdicto unde ui & Publiciana actione, proponitur l.18.§. penult. ff. d. tt. cuius uerba uide* ſ. *d. quæſt.2. cauſa 2.*

DE ACTIONE EX STIpulatu de damno infecto.

Cap. VI.

H*Actenus de miſſione in poſſeßionem damni infecti nomine, ſi de damno cautum non ſit, dictum eſt: nunc de actione ſi cautum eſt, nobis eſt dicendum.*

I. CAVSAE HVIVS actionis.

Prima & generalis cauſa eſt: Si cum de damno infecto cautum eſſet, poſtea damnum ſit datum. hoc enim caſu ex ſtipulatu actio ad damnum præſtandum competit. quæ cauſa approbatur l.24. §. quanquam. ff. de damno infecto. cuius uerba uide j. *exc. gener. 7.*

II. *Cauſa: Si luminibus ædium officiatur. Hæc cauſa approbatur l.25. ff. de damno infecto, his uerbis:* Trebatius ait, etiam eum accipere damnũ, cuius ædium luminibus officiatur.

III. *Cauſa: Si dominium loci à promiſſore ſit uſucaptum. Hæc cauſa reprobatur l.18.§.1. ff. de damno infecto, his uerbis:* Quod opere facto conſecutus ſit dominium uſucapione promiſſor, non eum teneri eo nomine Pomponius ait: quia nec loci nec operis uicio, ſed publico iure id conſecutus ſit.

IIII. *Cauſa: Si concuſſus ſit paries, ut nulla ratione refici poßit. Hæc cauſa approbatur l.18.§. Sabini. in fine. ff. de damno infecto. cuius uerba uide* j. *excep. generа. repl.1.*

V. *Cauſa: Si actor metu ruinæ ædificia ſua fulſit, inq́ eamq́; rem ſumptum fecit. hac actione impenſas repetere poteſt. quæ cauſa approbatur l.28. ff. de damno infecto, his uerbis:* In hanc ſtipulationẽ uenit, quanti ea res erit. Et ideo Caſsius ſcribit, eum qui damni infecti ſtipulatus eſt, ſi propter metum ruinæ ea ædificia, quorum nomine ſibi cauit, fulſit: impenſas eius rei ex ſtipulatu conſequi poſſe. Idemq́; iuris eſſe, cum propter uicium communis parietis, qui ſibi cauit damni infecti onerum eorum releuandorum gratia, quæ in parietẽ incumbunt, ædificia ſua fulſit. In eadẽ cauſa eſt detrimentum quoq; propter emigrationem inquilinorum, quod ex iuſto metu factũ eſt. Ariſto aũt non malè adijcit, ſicuti hic exigit Caſsius, ut iuſtus metus migrandi cauſam præbuerit: ita in eius perſona qui fulſit, eadem Caſsiũ dicere debuiſſe, ſi iuſto metu ruinæ fulcire coactus eſt. *Huius cauſæ exceptio hæc eſt: Niſi non iuſto metu motus ædificia fulſit. Quæ exceptio colligitur ex uerbis iam propoſitis hiſce:* Ariſto autem non malè adijcit, &c.

VI. *Cauſa: Si metu ruinæ inquilini emigrauerint, & ob id uicinus non perceperit penſiones ex ſuis ædibus. Hæc cauſa approbatur uerbis iam propoſitis hiſce:* In eadem cauſa eſt detrimentum quoq; propter emigrationem inquilinorũ, quod ex iuſto metu factum eſt. *Concordat l.41.§. cũ parietem. ff. eod. tt. cuius uerba uide* ſ. *cap.3. quæſt.1. except.9. Concordat item l.37. in fine. ff. eod. tt. cuius uerba uide* j. *cauſa 8. Huius cauſæ exceptio hæc eſt: Niſi non iuſto metu emigrauerint. quæ exceptio conſtat ex uerbis iam propoſitis hiſce:* Quod ex iuſto metu factum eſt.

VII. *Cauſa: Si propter uicium uicinarum ædium nemo hoſpitium conducere uoluit. Hæc cauſa approbatur l.29. ff. de damno infecto, his uerbis:* Sed etſi conducere hoſpitium nemo uelit propter uicium ædium: idem erit dicendũ. *Scilicet quod dictum* ſ. *lege prox. cuius uerba uide* ſ. *cauſa 5.*

VIII. *Cauſa: Si promiſſor parietem cõmunem idoneũ eſt demolitus. Hæc cauſa approbatur, ſimul & declaratur l.35. cum duab. legib. ſequentib. ff. de damno infecto, his uerbis:* In parietis cõmunis demolitione ea quæri oportet, ſi ſatis aptus fuerit onerib. ferendis, an nõ fuerit aptus. Sed ita idoneũ eſſe pleriq; dixerunt, ſi utrarũq; ædiũ onera, quæ modò iure imponantur, communis paries ſuſtinere poſsit. Nam ſi non ſit idoneus, utiq; demoliri eũ te oportuit: nec debet ſi quid damni ex hac cauſa contigit, is qui demolitus eſt teneri: niſi ſumptuoſus aut parum bonus nouus paries ſit reſtitutus. Quòd ſi fuerit paries idoneus qui demolitus eſt, in actione damni infecti id uenit, quanti intereſſet actoris eum parietem ſtare: & meritò. Nam ſi non debuerit demoliri, reſtituere eũ debet proprio ſumptu. Sed & ſi quis reditus ob demolitionem amiſſus eſt, conſequenter reſtitui eum Sabinus uoluit. Si fortè habitatores migrauerũt, aut nõ tam cõmodè habitare

bitare poſsũt:imputari id ædificãti poteſt.

IX. *Cauſa: Si promiſſor deſtructo pariete communi, ſumptuoſum aut parum bonũ parietem reſtituat. Hæc cauſa approbatur uerbis iam dictis hiſce:* Niſi ſomptuoſus aut parum bonus nouus paries ſit reſtitutus.

X. *Cauſa: Si habitatores parũ commodè nouo pariete communi ædificato, habitare poſſunt. Et hæc cauſa approbatur uerbis ſupradictis hiſce:* Si ſortè habitatores migrauerunt, aut nõ tam commodè habitare poſſunt: imputari id ædificanti poteſt.

Exceptiones præcedenrium cauſatum generales.

I. EXCEPTIO: *Niſi poſt diem ſtipulationi inſertum damnum datum ſit. Hæc exceptio approbatur l. 13. §. fin. ff. de damno infecto. cuius uerba uide ſ. cap. 3. quæſt. 3. except. 18. repl. 3. Concordat l. 15. §. deinde ait. ff. eod. tt. cuius uerba uide ſ. cap. 3. quæſt. 3. exc. 18. repl. 1. diſtinct. 9. Concordat d. l. 15. §. ſi quid igitur, his uerbis:* Si quid damni intra decẽ annos acciderit, id ſtipularione continetur. *Huius exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi dies à magiſtratu fuerit prorogatus. Quæ replicatio approbatur l. 4. in prin. ff. de damno infecto. cuius uerba cum concordantibus uide ſ. d. exc. 18. repl. 4. Secũda replicatio eſt: Niſi dies ſtipulationi non ſit inſertus. Hæc replicatio approbatur, ſimul et diſtinguitur l. 15. §. 1. ff. de damno infecto, his uerbis:* Si ſine a dictione diei ſtipulatio fuerit interpoſita, ſiquidem ex cõuenrione, quãdocũq; fuerit commiſſa: ex ſtipulatu agitur. Si uerò per errorem, magis eſt illud dicendum finito die, in quem alioqoin caueri ſolet, deſiderandum eſſa à Prærore ut liberetur. *Huius replicationis duplicatio hæc eſt: Niſi per errorẽ dies ſit omiſſus quæ duplicatio conſtat ex uerbis iam propoſitis hiſce:* Si uerò per errorem, &c. *Ait Iuriſconſultus:* In quem alioquin caueri ſolet. *De hac re uide ſ. cap. 3. quæſt. 3. except. 18. repl. 3. Huius duplicationis triplicatio hæc eſt: Niſi à Prætore liberatio petita non ſit. quæ triplicatio conſtat ex uerbis iam dictis hiſce:* Deſiderandum eſſe à Prætore ut liberetur. *Tertia replicatio eſt: Niſi intra diem ſtipulationi inſertum domus ruinoſa ſupra parietem ſtipulatoris deciderit, eumq; uitiauerit. hoc enim caſu, quamuis poſt diem ſtipulationis paries decidat, nihilominus competit actio. Quæ replicatio approbatur l. 18. §. Sabini. ff. de damno infecto, his uerbis:* Sabini ſenteotia uera eſt exiſtimãtis, ut ſi dõ ædificatur intra diem ſtipulatione cõprehenſum, ſupra parietem meum domus deciderit, eũq; uiciauerit: licet poſt diem ſtipulationis paries decidat, poſsim agere: quia damnum iam tunc acceperim, cũ paries uicioſus factus ſit: nec quicquã obſtare, quo minus etiam antequã decidat, agi poſsit. Etſi ita concuſſus ſit paries, ut nulla ratione refici poſsit, ideoq; deponendus ſit: non minoris litem æſtimandam, quàm ſi decidiſſet.

II. EXCEPTIO: *Niſi non eo tẽpore quo opus fit, ſed poſtea ex opere damnum contingat. Hæc exceptio reprobatur l. 24. in prin. ibi: ſed quod dictũ. ff. de damno infecto, his uerbis:* Quod dictum eſt de operis uicio, ſic accipiendum eſt. etiam ſi proponas non tanrum tempore, quo opus fit, ſed etiamſi poſtea cõtingat. Quid enim ſi ideo, quia malè ædificatum eſt, corruit?

III. EXCEPTIO: *Niſi cum emptor de damno ſtipulatus eſſet, damnum ante rei traditionem datum ſit. Hæc exceptio approbatur l. 18. §. emptor. ff. de damno infecto. cuius uerba uide ſ. cap. 3. quæſt. 4. reg. 9.*

IIII. EXCEPTIO: *Niſi ex loci, non operis uicio damnum contingat. Hæc exceptio in locis quidem publicis approbatur per ea quæ dicta ſunt ſ. d. cap. 3. quæſt. 3. except. 2.*

V. EXCEPTIO: *Niſi ex naturali uicio loci damnum contingat. Hæc exceptio approbatur ſ. d. quæſt. 3 except. 3.*

VI. EXCEPTIO: *Niſi caſu fortuito, nõ culpa promiſſoris damnum ſit datum. Hæc exceptio approbatur l. 24. §. hæc ſtipulatio. ff. de damno infecto, his uerbis:* Hæc ſtipulatio utrum id ſolũ damnum cõtineat, quod iniuria ſit, an uerò omne damnum, quod extrinſecus contingat? Et Labeo quidem ſcribit, de damno dato non poſſe agi, ſi quid fortè terræmotu, aut ui fluminis, aliouo quo caſu fortuito acciderit. Seruius quoque putat, ſi ex ædibus promiſſoris uento tegulæ deiectę, damnum uicino dederint, ita eum teneri, ſi ædificij uicio id acciderit: non ſi uiolentia uentorum, uel qua alia ratione, quæ uim habeat diuinam. Labeo & rationem adijcit. Quòd ſi hoc non admittitur, iniquum erit. Quod enim tam firmum ædificium eſt, ut fluminis, aut maris, aut tempeſtatis, aut ruinæ, aut incendij, aut terræmotus uim ſuſtinere poſsit? Idem Seruius putat, ſi controuerſia aquæ inſulam ſubuerterit, deinde ſtipulatoria ædificia ceciderint, nihil eum ex ſtipulatu conſecuturum: quia id nec operis, nec loci uicio factum ſit. Si autem aqua uiciaſſet fundamentum, & ſic ædificium ruiſſet, committi ſtipulationem ait. Multum enim intereſſe quod erat alioquin firmum, ui fluminis lapſum ſit protinus: an uerò antè ſit uiciatũ, deinde ſic deciderit. Et id ita Labeo probat. Etenim multũ intereſt (quod ad Aquiliam pertinet) ſanũ quis hominẽ occidat, an uerò factum imbecilliorem. *Concordat d. l. 24. §. Caſsius quoque. uſque ad §. fin. his uerbis:* Caſsius quoq; ſcribit, quod cõtra ea da

mnum

mnum datum eſt, cui nulla ope occurri poterat: ſtipularionem nõ tenere. Item apud Viuianum relatum eſt, ſi ex agro uicini arbores ui tempeſtatis confractæ, in meum agrum deciderint, eoq; facto uitibus meis, uel ſegetibus noceaur, uel ædificia demoliantur: ſtipulationem iſtam io qua hęc comprebenduntur, ſi quid arborum, locíue uicio accederit, noo eſſe utilem: quia non arborũ uicio, ſed ui uentorum damnum mihi datum ſit. Planè ſi uetuſtate arborũ hoc ſiebat, poſſumus dicere uicio arborum damnũ mihi dari. Idem ait, ſi damni infecti ędium mearum nomine tibi promiſero, deinde hæ ædes ui tempeſtatia in tua ædificia ceciderint, eaq; diruerint, nihil ex ea ſtipulatione præſtari: quia nullum damnum uicio mearum ædium tibi contigerit: niſi fortè its uicioſæ meæ ædes fuerint, ut qualibet uel minima tempeſtate ruerint. Hæc omnia uera ſunt. Sed & quod Labeo putat, uerum eſt: referre otrũ impolſu fluminis ruat ædificium, an deterius antè factum, poſtea ceciderit. *Concordat item l. 41. in prin. ff. eod tt. cuius uerba uide J. proximè. Planè propoſitæ exceptionis replicatio prima hæc eſt:* Niſi *uicium caſum præceſſerit quæ replicatio approbatur uerbis iam propoſitis hiſce:* Sed & quod Labeo putat, uerum eſt: referre utrũ impulſu fluminis ruat ædificium, an deteriua antè factum, poſtea ceciderit. *Concordant uerba paulo ſuperius propoſita hæc:* Niſi fortè ita uicioſæ meæ ædes fuerint, ut qualibet uel minima tempeſtate ruerint. *Itẽ hæc uerba:* Planè ſi uetuſtate arborum hoc fiebar, poſſumus dicere uicio arborum damnum mihi dari. *Item uerba paulo ſuperius propoſita hæc:* Si aurem aqua uiciaſſet fundamentum, & ſic ædificiũ ruiſſet, committi ſtipulationem ait. Multum enim ioterefſe quod erat alioquin firmum, &c. *Item hæc:* Seruius quoq; putat, ſi ex ædibus promiſſoris uento tegulæ deiectæ damnum, &c. *Hiſce uerbis ſuprà propoſitis replicatio propoſita approbatur. Concordat d. l. 43. in prin. ff. eod. tt. his uerbis:* Damni infecti quidam uicino repromiſerat, ex eius ædificio tegulæ uento deiectæ, ceciderant in uicini tegulas, easque infregerant: quæſitum eſt an aliquid præſtari oporteat? Alfenus reſpondit, ſi uicio ædificij & infirmitate factum eſſet, præſtari debere. Sed ſi tanta uis uenti fuiſſet, ut quamuis firma ædificia conuelleret, non debere. Et quod in ſtipulatione eſt, Siue quid ibi ruet, non uideri id ruere, quod aut uento aut omnino aliqua ui extrinſecus admota caderet, ſed quod ipſum per ſe concideret. *Secunda propoſitæ exceptionis replicatio eſt:* Niſi *cum ædes uicioſæ in non uicioſas caderent, ædes non uicioſæ uicino damnum dederint. hoc enim caſu dominus non uicioſarum ædium propoſita exceptione ſe tueri nequit. Quæ replicatio approbatur l. 13. §. cum inter. ff. de damno infecto. cuius uerba uide ſ. cap. 3. quæſt. 5. reg. 1. except. 6.*

VII. EXCEPTIO: *Niſi alius quàm promiſſor opus fecit, uel damnum dedit. Hæc exceptio approbatur l. 24. §. quanquam. ff. de damno infecto, his uerbis:* Quanquam ſtipulatio committitur, cum uicio operis damnum factum ſit: tamen ſi opus factum eſt ab eo, quem promiſſor prohibere non potuit, ſtipulatio nõ committitur. *Huius exceptionis replicatio prima hæc eſt:* Niſi *promiſſor eum qui fecit, potuit prohibere. quæ replicatio approbatur ibidem, his uerbis:* Planè ſi prohibere potuit, committitur. Sed ſi quis promiſſoris nomine fecerit, uel eius pro quo promiſſum eſt, aut alius quẽ prohibere potuerit: ſtipulario iſta committetur. *Secunda replicatio eſt:* Niſi *alius nomine promiſſoris fecerit, isq; ratum habuerit. quæ replicatio approbatur uerbis iã propoſitis hiſce:* Sed ſi quis promiſſoris nomine fecerit, &c.

VIII. EXCEPTIO: *Niſi cum furni nomine cautum eſſet: non uitio furni, ſed culpa furnarij damnum contigerit. Hæc exceptio approbatur d. l. 24. §. præterea, his uerbis:* Si furni nomine damni infecti fuerit cautum, deinde furnarij culpa damnum datum fuerit: non uenire io hanc ſtipulariooem, pleriſque uidetur.

IX. EXCEPTIO: *Niſi promiſſor ſuo iure quid fecit, quo damnum eſt datum. quæ exceptio approbatur l. 26. ff. de damno infecto, his uerbis:* Proculus ait, cum quis iure quid in ſuo faceret, quamuis promiſiſſet damni infecti uicino: non tamen teneri eum ea ſtipulatione, ueluti ſi iuxta mea ædificia habeas ædificia, eaq; iure tuo altius tollas: aut ſi in uicino tuo agro cuniculo uel foſſa aquã meam euoces. Quamuis enim & hic aquã mihi abducas, & illic luminibus officias: tamen ex ea ſtipularione actionem mihi noo competere: ſcilicet quia non debebat uideri is damnum facere, qui eo ueluti lucro, quo adhuc utebatur, prohibetur: multumq; intereſſe, utrum damnum quis faciat, an lucro quod adhuc faciebat, uti prohibeatur. Mihi uidetur uera eſſe Proculi ſententia. *Concordat l. 24. §. fin. ff. eod. tt. his uerbis:* Videamus quando damnum dari uideatur? ſtipulatio enim hæc continet, quod uicio ædium, loci, operis damnum datum ſit: utputa in domo mea puteũ aperio, quo aperto, uenæ putei tui præciſæ ſunt: an tenear? Et ait Trebatius, non teneri me damni infecti. Neque enim exiſtimari, operis mei uicio damnum tibi dari in

ea re,in qua iure meo uſus ſum. *Huius exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi in iure ſuo utendo modum excedat.quæ replicatio approbatur ibidem, his uerbis:* Si tamen iam altè fodiam in meo,ut paries tuos ſtare non poſsit, damni infecti ſtipulatio committetur.

X. EXCEPTIO: *Niſi communis rei uicio damnum ſit datum. Hæc exceptio approbatur l. 40.§.1 ff. de damno infecto, his uerbis:* Quoties communis parietis uicio quid accidit, ſocius ſocio nihil præſtare debet: cum cõmunis rei uicio contigerit. Quòd ſi quia alter eum preſſerat uel onerauerat, idcirco damnum contigit: conſequens eſt dicere, detrimentũ hoc quod uicio eius cõtigit, ipſum ſarcire debere. Quòd ſi æqualiter utriuſq; oneribus preſſus decidit: rectiſsimè Sabinus ſcripſit, paré utriuſq; cauſam eſſe. Sed ſi alter plures uel precioſiores res amiſerit: melius eſt dicere, quia ambo onera impoſuerunt, neutri aduerſus alterum competere actionem. *Huius exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi facto unius ex ſocijs r s communis alteri damnũ dederit. quæ replicatio approbatur uerbis tam propoſitis hiſce:* Quòd ſi quia alter eum preſſerat uel onerauerat, idcirco damnũ contigit: conſequens eſt dicere, detrimentum hoc quod uicio eius contigit, ipſum ſarcire debere. *Concordat l. 19. in prin. ff. eod. tit. cuius uerba uide ſ. cap. 3. quæſt. 3. exceptio. 9. replicatio. 2.*

XI. EXCEPTIO: *Niſi ei rei damnum datum ſit, quam ſtipulator poſt interpoſitam demum ſtipulationem adquiſiuit. Hæc exceptio approbatur l. 18. §. ſi is qui unas. ff. de damno infecto, his uerbis:* Si is qui unas ędes habebat, ſtipulatus fuerit, deinde uicinas comparauerit: an earũ quoq; nomine, quas poſt interpoſitam ſtipulationem comparaſſet, promiſſorem obligaret, quæſitum eſt? Iulianus ſcribit, uidendum ne earum duntaxat nomine cautum habeat, de quibus inter eum & promiſſorem initio actum fuerit. Cui conſequens uideri poſſe putamus, ut & cum ędium communium nomine duo ſocij ſtipularentur: de eo duntaxat damno caueri uideatur, quod in parte ædium cuiq; ſocio datum fuerit. Siue ergo redemerit alteram partem quis ex his, ſiue adiudicatæ fuerint: nõ augeri promiſsionis obligationẽ. Pomponius relatam Iuliani ſcripturam dicit, non ſe improbare. *Huius exceptionis replicatio eſt: Niſi in re mobili poſtea adquiſita damnum ſit datum. quæ replicatio approbatur ibidem, his uerbis:* Si autem res aliquas poſt ſtipulationẽ interpoſitam in dominio habere cœperit ſtipulator, quæ ex ruina uicinarum ædium fuerint: agere ex ſtipulatu poteſt, licet tũc cum ſtipularetur, hę res eius non fuerint.

XII. EXCEPTIO: *Niſi promiſſor prædium, de quo cauit, alienauerit quæ exceptio reprobatur l. 17. §. fin. ff. de damno infecto, his uerbis:* Iudex qui de damno infecto cognoſcit, etiã alienato prędio ab eo, cum quo actum fuerit, damnum æſtimare ſolet omne quodcunq; ante iudicium contigerit.

XIII. EXCEPTIO: *Niſi de dãno præſtando non ſit cautum. Hæc exceptio approbatur l. 6. ff. de damno infecto. cuius uerba uide ſuprà cap. 3. quæſt. 2.*

XIIII. EXCEPTIO: *Niſi emptor ante rei traditionem ſit ſtipulatus. Hæc exceptio approbatur, ſimul & diſtinguitur per ea quæ propoſita ſunt ſ. d. cap. 3. quæſt. 4. reg. 9.*

XV. EXCEPTIO: *Niſi ſemel actum ſit. Hæc exceptio ipſo quidem iure ſubſiſtit: uerùm eius replicatio hæc eſt, Niſi alterius damni nomine ſit actum. Hæc replicatio approbatur l. 18. ibi: ſicut in ſtipulatione. ff. ratam rem haberi. cuius uerba uide ſ. li. 6. cap. 8 quæſt. 3. except. 3.*

XVI. EXCEPTIO: *Niſi non in totis ędibus, ſed in parte aliqua uel ex parte tantùm damnum datum ſit. Hæc exceptio reprobatur l. 24. §. ſed ut ne. ff. de damno infecto. cuius uerba uide ſ. cap. 3. quæſt. 3. except. 2.*

II. QVIBVS COMPETIT actio propoſita?

I. Regula: *Procuratore ſtipulãte, domino eius cõpetit actio. Quæ regula approbatur l. 18. §. fin. ff. de dãno infecto, his uerbis:* Si procurator meus damni infecti ſtipulatus ſit, cauſa cognita mihi ex ea ſtipulatione actio competit.

II. Regula: *Seruo communi ſtipulante, ſingulis dominis pro ſua parte cõpetit actio. quæ regula approbatur l. 42. ff eod. tit. his uerbis:* Si ſeruus communis damni infecti ſtipulatus fuiſſet, perinde habetur ac ſi ipſi domini ſua uoce pro partibus ſtipularentur.

III. Regula: *Singulari ſucceſſori hæc actio non cõpetit. quæ regula approbatur exemplo l. 18. §. ſi is qui unas. ibi: ſiue ergo redemerit. ff. de damno infecto. cuius uerba uide ſ. quæſt. 1. except. 11. Huius regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi ei à ſtipulatore cedatur. quæ exceptio approbatur d. l. 18. §. emptor. ibi:* Sed ſi uenditor *Cuius uerba uide ſ. cap. 3. quæſtio. 4. reg. 9. Secunda exceptio eſt: Niſi ſpecialiter ſucceſſoribus quoq; ſuis ſit ſtipulatus. hoc enim caſu ſingularis quoq; ſucceſſor continetur. quæ exceptio approbatur l. 24. §. adijcitur. ff. eod. tit. his uerbis:* Adijcitur in hac ſtipulatione & hæredum nomen uel ſucceſſorum, eorumq; ad quos ea res pertinet. Succeſſores autem non ſolum qui in uniuerſa bona ſuccedunt, ſed & hi qui in rei tantum dominium ſucceſſerint, continentur his uerbis.

III. ADVERSVS quos datur?

I. *Regula: De hæredibus promiſſoris, cæteriſq; ſucceſſoribus proponitur d. §. adijcitur.*

II. *Regula: De pluribus in quantum quiſq; conueniatur, uide* ⁊. *quæſt. prox. reg. ult.*

IIII. QVID ET QVANTVM ueniat in hac actione?

I. *Regula: De eo quanti ea res eſt, proponitur l. 28. in prin. ff. de dãno infecto. cuius uerba uide* ſ. *quæſt. 1. cauſa 5.*

II. *Regula: De eo quanti actoris intereſt, proponitur l. 37. §. quod ſi fortè. ff. eod. tt. cuius uerba uide* ſ. *quæſt. 1. cauſa 8.*

III. *Regula: De lucro amiſſo proponitur d. §. quod ſi fortè. ibi:* Sed etſi quis.

IIII. *Regula: De æſtimatione damni facienda proponitur l. 40. in prin. ff. de damno infecto, his uerbis:* Ex damni infecti ſtipulatione nõ oportet infinitam uel immoderatam æſtimationẽ fieri: utputa ob tectoria uel ob picturas. licet enim in hoc magna erogatio facta eſt, attamen ex damni infecti ſtipulatione moderatam æſtimationem faciendam: quia honeſtus modus ſeruandus eſt, nõ immoderata cuiuſq; luxuria ſubſequenda. *Concordat l. 13. §. fin. ff. de ſeruit. urban. præd. cuius uerba uide* ſ. *lib. prox. cap. 13. quæſt. 2. reg. 8. Sed & plura de æſtimatione facienda uide* ſ. *c. 4. quæſt. 7. reg. 14.*

V. *Regula: Paries ita concuſſus ut nulla ratione refici poßit, non minoris æſtimari debet, quàm ſi decidiſſet. quæ regula approbatur l. 18. §. Sabin. ibi: etſi ita ff. de damno infecto. cuius uerba uide* ſ. *quæſt. 1. except. 1. repl. 3.*

VI. *Regula: Si pluribus actio cõpetat, ſingulis pro parte, non in ſolidum competit actio. quæ regula approbatur l. 40. §. quoties. ff de damno infecto, his uerbis:* Quoties ex damni infecti ſtipulatione plures agunt, quis in eadem re damnum paßi ſunt, id eſt in ædibus, nõ debet unuſquiſq; eorũ in ſolidũ agere, ſed in partem experiri. Neq; enim damnũ, quod plurib. datum eſt, unicuiq; in ſolidum datum eſt, ſed in partem datum eſſe uidetur. Et ideo unicuiq; in partem competere actionẽ Iulianus ſcribit. *Concordat l. 42. ff. eod. tt. cuius uerba uide* ſ. *quæſt. 2. reg. 2. Cõcordat item l. 27. in prin. ff. eod. tt. cuius uerba uide* ſ. *cap. 3. quæſt. 3. except. 18. repl. 6. Cõcordat item l. 2. §. incertam. ff. de prætorijs ſtipul. cuius uerba uide alibi.*

VII. *Regula: Si aduerſus plures actio competat, ſinguli pro parte, non in ſolidum tenentur. quæ regula approbatur l. 40. §. quoties, in fine. ff. de damno infecto, his uerbis:* Si plurium ſint ædes quæ damnoſe imminent utrum aduerſus unumquenq; dominorũ in ſolidum competit, an in partem? Et ſcribit Iulianus (quod & Sabinus probat) pro dominicis partibus conueniri eos oportere. *Concordat l. 27. in fine. ff. eod. tt. cuius uerba uide* ſ. *cap. 3. quæſt. 3. except. 18. repl. 7. Concordat item l. 11. §. officium. ibi: ut in actione. ff. de aqua pluuia arcenda. cuius uerba uide* ⁊. *cap. prox. quæſt. 4. reg. 3. except. 3. Huius regulæ exceptio hæc eſt: Niſi promiſſor deceſſerit pluribus hæredibus relictis, quorum unus rem totam poßideat: hic enim in ſolidum tenebitur. quæ exceptio approbatur l. 2. §. fin. ff. de prætorijs ſtipulation. cuius uerba uide alibi. Huius exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi lite conteſtata promiſſor deceſſerit: tunc enim quilibet hæredum non niſi pro parte hæreditaria tenetur, quamuis unus rem in ſolidum poßideat. quæ replicatio approbatur uerbis d. §. fin. in d. loco propoſitis.*

V. QVANDO COMpetit actio?

Pariete concuſſo ut refici non poßit, etiam antequam decidat, competit actio. quæ regula approbatur l. 18. §. Sabini, ibi: nec quidquam. ff. de damno infecto. cuius uerba uide ſ. *quæſt. 1. except. 1. repl. 3.*

VI. EVENTVS HVius actionis.

Si proprietarius uel uſufructuarius loci vicioſi de damno infecto cauit uel quid præſtitit, poteſt id alter ab altero per exceptionem recuperare. quæ regula approbatur l. 22. in prin. ff de damno infecto, his uerbis: Si proprietarius de damno infecto repromiſiſſet, uel fortè aliquid præſtitiſſet, aut contrà fructuarius aliquid præſtiterit: iniquum eſt alterum ſine damno uti ædibus, aut ędes habere. Etſi obtulerit aliquid proprietarius: nõ eſt fructuario permittendum uti, niſi contulerit. Idemq; fructuario præſtandum eſt, ut proprietarius cogatur ei conferre. Ergo & ſolum retinebit fructuarius, ſi ædes ceciderint, donec præſtetur ei damnum: ut quod haberet uicinus miſſus in poſſeſsionem, id fructuarius habeat, qui id damnum uicino ſarciat. Eadẽ erunt ergo, etſi minimum damnum detur. *Concordat l. 10. §. ſed niſi. ff. eod. tt. cuius uerba uide* ſ. *cap. 3. quæſt. 5. reg. 1. except. 3.*

DE AQVA PLVVIA ARcenda. Cap. VII.

I. GENVS HVIVS actionis.

I. *Regula: In perſonam actio eſt. Quæ regula approbatur l. 6. §. aquæ. ff. de aqua pluuia arcenda, his uerbis:* Aquæ pluuiæ arcendæ actionem ſciendum eſt non in rem, ſed in perſonam eſſe.

II. *Regula, eſt ſpecies actionis de fluminibus & ſtillicidijs. quæ regula approbatur l. 1. §. item ſciendum. ibi: & ideo. ff. eod. tt. cuius uerba uide* ⁊. *quæſt. prox. except. 17.*

II. CAVSAE HVIVS ACTIOnis cum ſuis exceptionibus.

Prima, eaq; generalis cauſa hæc eſt; Si quid factum ſit, ex quo aqua pluuia actori nocere poßit, datur

aqua

aquæ pluuiæ actio. quæ cauſa approbatur l. 1. in prin. ff. de aqua pluuia arcenda, his uerbis: Si cui aqua pluuia damnum dabit, aquæ pluuiæ arcendæ actione auertetur aqua. *Concordat d. l. 1. §. hæc autem, his uerbis:* Hæc actio locum habet in damno nondum facto, opere tamé iam facto, hoc eſt, de eo opere, ex quo dánum timetur: totiesq; locum habet, quoties manufacto opere agro aqua nocitura eſt: id eſt, cum quis manufecit, quo aliter flueret quàm natura ſoleret: ſi forte immittendo eam aut maiorem fecerit, aut citiorem, aut uehementioré: aut ſi comprimendo redundare effecit. *Declaratur cauſa propoſita definitione aquæ pluuiæ d. l. 1. §. 1. his uerbis:* Aquam pluuiam dicimus, quæ de cœlo cadit, atq; imbre excreſcit: ſiue per ſe hæc aqua cœleſtis noceat (ut Tubero ait) ſiue cũ alia miſta. *ait Iuriſconſultus:* Atq; imbre excreſcit. *Hæc uerba declarãtur d. l. 1. §. imbre. his uerbis:* Imbre autem creſcere eam aquá dicimus, quæ colorem mutat, uel increſcit. *Huius cauſæ exceptiones uide ſ. exceptiones generales.*

II. *Cauſa: Si quis opus fecit, quo aqua aliter quã natura ſolet, fluat: et ſi forte immittendo eam aut maiorem fecerit, aut citiorem, aut uehementiorem: aut ſi comprimendo redundare fecit. Hæc multiplex cauſa approbatur uerbis iam propoſitis hiſce:* Id eſt, cú quis manufecit, quo aliter flueret, &c.

III. *Cauſa: Si opere facto aqua in ſuperiorem partem impellitur, aut in inferiorem deriuatur. Hæc cauſa approbatur d. l. 1. §. iidem aiunt, his uerbis:* Si facto opere aqua aut in ſuperioré partem repellatur, aut in inferiorem deriuetur: aquæ pluuiæ arcendæ actionem competere, Sabinus & Caſsius aiunt.

IIII. *Cauſa: Si quis aquam excludat, quæ exundãte palude in agrum eius refluere ſolet, atq; hoc modo aqua uicinis agris noceat. Hæc cauſa approbatur l. 1. §. Neratius ff. de aqua pluuia arcenda, his uerbis:* Neratius ſcribit, opus quod quis fecit, ut aquam excluderet, quæ exundante palude in agrum eius refluere ſolet: ſi ea palus aqua pluuia ampliatur, eaq; aqua repulſa, eo opere agris uicinis noceat: aquæ pluuiæ arcendæ actione cogetur tollere. *Concordat d. l. 1. §. item ſciendum, his uerbis:* Sciendum eſt hanc actionem uel ſuperiori aduerſus inferioré competere, ne aquam quæ natura fluat, opere facto inhibeat per ſuum agrú decurrere: uel inferiori aduerſus ſuperioré, ne aliter aquam mittat, quàm fluere ſolet natura. *Item concordat d. l. 1. §. denique. ibi: ſi tamen lex. his uerbis:* Labeo ait, conditionibus agrorum quaſdam leges eſſe dictas, ut quibus agris magna ſint flumina, liceat mihi ſcilicet in agro tuo aggeres uel foſſas habere. Si tamen lex non ſit agro dicta: agri naturam eſſe ſeruandam, & ſemper inferioré ſuperiori ſeruire: atq; hoc incommodũ naturaliter pati inferiorem agrum à ſuperiore, compéſareq; debere cum alio commodo. Sicut enim omnis pinguedo terræ ad eum decurrit: ita etiam aquæ incommodũ ad eum defluere. Si tamen agri lex non inueniatur, uetuſtatem uicem legis tenere. Sanè enim in ſeruitutibus hoc idem ſequimur, ut ubi ſeruitus non inuenitur impoſita, quãdiu uſus eſt ſeruitute, neq; ui, neq; clàm, neq; precario: habuiſſe longa cõſuetudine uelut iure impoſitam ſeruitutẽ uideatur. Non ergo cogemus uicinum aggeres munire, ſed nos in eius agro muniemus, eritq; iſta quaſi ſeruitus, in quam rem utilem actionem habemus, uel interdictũ. *Huius cauſæ exceptio hæc eſt: Niſi is qui aquam excludit neq; natura, neq; lege ſeruitute recipiẽda aquæ debeat: hoc enim caſu quamuis aquam à ſuo agro excludendo noceat uicino, non tamen tenetur. quæ exceptio approbatur l. 2. §. penult. ff. eod. tit. his uerbis:* Labeo ait, Si uicinus flumen torrens auerterit, ne aqua ad eum perueniat, & hoc modo ſit effectum ut uicino noceatur: agi cũ eo aquæ pluuiæ arcendæ non poſſe. aquã enim arcere hoc eſſe curare ne influat. Quæ ſentẽtia uerior eſt: ſi modò nõ hoc animo fecerit, ut mihi noceat, ſed ne ſibi noceat.

V. *Cauſa: Si aquam in ſuo retinet, ne ad uicinum perueniat. Hæc cauſa reprobatur l. 1. §. iidem aiunt. ff. de aqua pluuia arcenda, his uerbis:* Sabinus & Caſsius aiunt, aquam pluuiam in ſuo retinere, uel ſuperfluentem ex uicini fundo in ſuum deriuare, dum opus in alieno non fiat, omnibus ius eſſe. Prodeſſe enim ſibi unumquenq;, dum alij non noceat, nõ prohiberi, nec quenquam eo nomine teneri.

VI. *Cauſa: Si aquam ex fundo uicini deriuet. Hæc cauſa ipſo quidem iure ſubſiſtit: uerùm eius exceptio hæc eſt. Niſi ſuperfluentem aquam deriuet, ut uicino nihil noceat. Hæc exceptio approbatur uerbis iam propoſitis hiſce:* Vel ſuperfluentem ex uicini fundo in ſuum deriuare, &c.

VII. *Cauſa: Si foſſas quis fecit, ex quibus aqua pluuia uicino poßit nocere. Hæc cauſa approbatur l. 24. §. penult. ff. de aqua pluuia arcenda, his uerbis:* Si foſſas feciſſet, ex quibus aqua pluuia nocere poſſet: arbitrum (ſi appareat futurum ut aqua pluuia noceret) cogere oportere foſſas eum explere, & niſi faceret condemnare: tametſi antequá adiudicaret, aqua per foſſas nunquam fluxiſſet. *Huius cauſæ exceptio prima hæc eſſe uidetur: Niſi aqua per foſſas factas, nondum fluxerit. Hæc exceptio reprobatur uerbis iam propoſitis hiſce:* Tametſi antequam adiudicaret, aqua per foſſas nunquá fluxiſſet. *Secunda exceptio eſt: Niſi agri colendi, non deriuandæ aquæ cauſa foſſas fecerit. Hæc exceptio approbatur l. 1. §. ſed & foſſas. ff. eod. tit. his uerbis:* Foſſas

agrorum ſiccádorum cauſa factaa Mutiua air,fundi colendi cauſa fieri oportere,non tamẽ deriuandæ aquę cauſa fieri. Sic enim debere quem meliorem agrum ſuum facere,ne uicini deteriorem faciat. *Sed plura de hac exceptione uide J.except.generali 2.*

VIII. *Cauſa:Si quis poſuerit ſalicta,ob quod aqua reſtagnet. Hæc cauſa approbatur d. l. 1. §.ſed apud Seruij his uerbis:* Apud Seruij auditorea relatum eſt, Si quia poſuerit ſalicta, & ob hoc aqua reſtagnet:aquæ pluuiæ arcendę agi poſſe,ſi ea aqua uicino noceret.

IX. *Cauſa:Si in ſuo fundo fodiens,uicini fontem auertit. Hæc cauſa reprobatur l. 1. §.deniq; Marcellus.ff.de aqua pluuia arcẽda,his uerbis:* Marcellua ſcripſit,cum eo qui in ſuo fundo fodiens uicini fonté auerterit, nihil poſſe agi. Sed nec de dolo actio eſt. Et ſanè non debet habere,ſi non animo nocendi uicioo,ſed ſuum agrum meliorem faciendi id fecit. *Concordat l.21.ff.eod.tt.his uerbis:* Si in meo fundo aqua erumpat,quę ex tuo fundo uenaa habeat:ſi eas uenaa incideria,& ob id deſierit ad me aqua peruenire:tu non uideria oim feciſſe,ſi nulla ſeruitua mihi eo nomine debita fuerit: oec interdicto Quod ui aut clàm teneria.

X. *Cauſa:Si uicinus non patiatur purgari foſſam in confinio ſitam. Hæc cauſa approbatur l.2.§.præterea.ff.de aqua pluuia arcenda,his uerbis:* Si in cõfinio foſſa ſit, ueq; purgari uicioua patiatur eam partem,quæ tibi accedat: poſſe te magia agere pluuiæ arcendæ Labeo ait. *Huius cauſæ ſpecies uide J.except.prox.repl.1.cum ſequentibus.*

Exceptionea præcedentium cauſarum generales.

I. EXCEPTIO: *Niſi nõ manu,ſed natura uel caſu fortuito opus, quod uicino nocet, factum ſit. Hæc exceptio approbatur l.1.§.ijdem aiũt.ff.de aqua pluuia arcenda. his uerbis:* Sabinua & Caſaiua aiũt,ſi aqna naturaliter decurrat,aquæ pluuiæ arcendæ actionem ceſſare. *Concordat d.l.1.§.hæc autem.ibi:totieſq;.cuius uerba uide ſ̃.cauſa 1.Concordet item d.l.1.§.illud etiam,his uerbis:* Illud huic adplicandum,nunquam competere hanc actionem,cum ipſiua loci oatura nocet. Nam(ut ueriua quia dixerit)non aqua,ſed loci natura oocet. *Concordat item d. l.1.§.inſumma.cuius uerba uide J.except.prox. Concordat item d. l. 1. §. deniq; ait.ibi:ſi tamen lex.cuius uerba uide ã. cauſa 4. Huius exceptionis replicatio prima hæc eſt:Niſi iter aquæ caſu ſit obſtructũ,quod ſuperior tollere uelit,ne agro ſuo noceat. Hæc replicatio approbatur l.2.§.1 ff. de aqua pluuia arcenda, his uerbis:* Apud Labeoné proponitur,foſſa eſſe uetua agrorum ſiccandorum cauſa, nec memoriam extare quando facta eſſet: haoc inferior uicinua noo purgabat,ſic fiebatut ex reſtagnatione eiua aqna fundo noſtro noceret. Dicit igitur Labeo, aqnæ pluuiæ arcendæ cõ inferiote agi poſſe, ut aut ipſe purgaret,aut pateretur te in priſtinum ſtatum eam redigere. *Concordat l.2. §. apud Namuſam.ff.eod.tt.his uerbis:* Apud Namuſam relatũ eſt, ſi aqua fluena iter ſuum ſtercore obſtruxerit, & ex reſtagnatione ſuperiori agro noceat:poſſe cũ inferiore agi,ot ſiñat purgari. Hanc enim actioné non taotum de operibus eſſe utilé manufactia,oerum etiá in omnibua, quæ non ſecuodum uoluntatem ſint. Labeo conrra Namuſam probat. Ait enim oaturá agri ipſam à ſe mutari poſſe. Et ideo cũ per ſe natura agri fuerit mutata, æquo animo unũquenq; ferre debere,ſiue melior,ſiue deterior eius cõditio facta ſit Idcirco etſi terræmoto, aut tẽpeſtatia magnitudine ſoli cauſa mutata ſit: neminé cogi poſſe ut ſinat in priſtinam loci conditioné redigi. Sed noa etiá in húc caſum æquitaté admiſimus. *Ait Iriſconſultus:* Sed noa eriam in hunc caſum æquitaté ad miſimua. *De hac æquitate dixerat paulo ſuperius ea d.lege.§.itẽ Varus.in fine.cuius uerba uide J.repl. prox.* *Secunda replicatio eſt:Niſi inferior uicinus aggerem ui aquæ deiectum,uelit reſtituere. Hæc replicatio approbatur d.§.item Varus,his uerbis:* Varua ait, aggeré qui in fundo uicini etat, uia aquę deiecit:per quod effectum eſt ut aqua pluuia mihi noceret. Varua ait, ſi naturalia agger fuit, non poſſe me uicinum cogere aquæ pluuiæ arcendæ actione, ot eũ reponat,uel reponi ſinat. Idemq; putat, etſi manufactua fuit, neq; mamoria eiua exiſtat. Quòd ſi extet,putat aquæ pluuiæ arcendę actione eum teneri. Labeo auté,ſi manufactua ſit agger,etiamſi memoria eiua nõ extet,agi poſſe ut reponatur. Nã hac actione neminem cogi poſſe ut uicino proſit, ſed ne oooceat,aur interpellet id faciété, qood iure facere poſsit. Quanqoã autem deficiat aquæ pluuiæ arcendæ actio:attamen opinor utilem actioné uel interdictum mihi competere aduerſua uicinũ,ſi uelim aggerem reſtituere in agro eiua,qui factus mihi quidem prodeſſe poteſt, ipſi auté nihil oociturus eſt. Hæc æquitaa ſuggerit, etiamſi iure ſtricto deficiamur. *Tertia replicatio eſt: Niſi iure ſeruitutis opus debitum caſu ſit mutatum. tunc enim ut reficiatur agi poteſt. quæ replicatio teſte Accurſio approbatur l.2.§.apud Alphenum.ff. de aqua pluuia arcenda,his uerbis:* Apod Alphenũ relatum eſt, eam foſſam, ex qua ad inferiorem fundnm aqoa deſcendit, cogendum eſſe oicinom purgare, ſiue extet foſſæ memoria,ſiue nõ extet:quod & ipſe puto probandum. *Concordat l.1.§. deniq;. in fine. ff.eod. tt.cuius uerba uide ſ̃.cauſa 4. Cõcordat item d. l.2.§.*

idem

idem Labeo, his uerbis: Labeo ait, ſi in agro tuo aquarum concurſos locũ excauauit, aquæ pluuiæ arcendæ actione agi non poſſe recũ à uicinis. Planè ſi foſſa iure facta ſit, aut cuiua memoria non extat: agi tecum poſſe aquæ pluuiæ arcendæ ut reficias. *Quarta replicatio eſt: Niſi cũ aqua natura è ſuperiore agro in inferiorem decurreret, opus factum illum curſum aliquamdiu impedierit, idq; opus uicinus ſuſtulerit. hoc enim caſu uidetur naturalis illa ſeruitus medio tẽpore propter opus ſublata, & ob id uicinum cogendum opus reſtituere. quæ tamen replicatio reprobatur l. 1. §. ſed etſi uicinus. ff. de aqua pluuia arcenda, his uerbis*: Si uicinus opus tollat, & ſublato eo aqua naturaliter ad inferiorem agrum perueniens noceat: Labeo exiſtimat, aquę pluuię arcendę agi nõ poſſe. Semper enim hanc eſſe ſeruitutem inferiorũ prædiorũ, ut natura profluentem aquam excipiant. Planè ſi propter id opus ſublatum uehementius aqua profluat uel deriuerut, aquę pluuiæ arcendæ actione agi poſſe etiã Labeo confitetur. *Planè admittitur replicatio propoſita primùm, ſi propter opus ſublatum aqua aliter currat quàm ſui natura ſolebat. quæ diſtinctio conſtat ex uerbis iam propoſitis hiſce*: Planè ſi propter id opus, &c. *Deinde admittitur, ſi opus iure ſeruitutis ibi ſuit. quæ diſtinctio conſtat ex ijs quæ dicta ſunt repl. prox. Tertiò admittitur, ſi tale ſit opus, cuius memoria non extet. quæ diſtinctio itidem ex ijs quæ ſ. repl. prox. in fine dicta ſunt, conſtat. de qua re uide plura j. except. 8. Quinta replicatio eſt: Niſi reus aquam, quæ natura uel caſu nocet, iuuerit ut magis uel aliter noceret quàm ſui natura nocet. Hæc replicatio approbatur l. 1. §. item ſciendum. in fine. ff. de aqua pluuia arcenda. cuius uerba uide ſ. cauſa 4. Concordat item l. 3. in prin. ff. eod. tit. his uerbis*: Apud Trebatium relatũ eſt, eum in cuius fundo aqua oritur, fullonicas circa fontẽ inſtituiſſe, & ex his aquam in fundũ uicini immittere cœpiſſe. Ait ergo non teneri eũ aquæ pluuiæ arcendæ actione. Si tamen aquam corrumpet, uel ſpurcam quis immittat: poſſe eum impediri pleriſq; placuit. *Huius replicationis duplicatio hæc eſt: Niſi reus fullonicũ circa fontem factis, aquam in fundum inferiorem immittat. hoc enim caſu quaſi aliter nocere aquam faciat quàm natura ſolet, non tenetur. quæ duplicatio ex uerbis iam propoſitis conſtat. Sexta replicatio uidetur eſſe: Niſi opus aliquod manufactum, caſu fortuito corruat, & hinc aqua uicino noceat. Hæc replicatio reprobatur l. 14. §. 1. ff. de aqua pluuia arcenda, his uerbis*: Cum agitur aquæ pluuiæ arcendæ, de eo facto quod nocet, quæritur: Ideo que ſi uicio loci pars aliqua ſoli ſubſederit: quamuis per eam cauſam aqua pluuia inferiori noceat, nulla tamen competit actio. Idẽ fortaſſe dicitur, ſi in agro manufactum aliquid ſubſederit. *Planè ut reus actorem, id quod ſubſedit, tollere permittat, agi poteſt, ſecundum ea quæ propoſita ſunt ſ. repl. 1. & repl. 2. Hæc de prima exceptione, eiusq; replicationibus ſunt dicta.*

II. EXCEPTIO: *Niſi agri colendi cauſa quis opus fecerit, ex quo aqua pluuia uicino nocet. Hæc exceptio approbatur l. 1. §. de eo opere. ff. de aqua pluuia arcenda, his uerbis*: De eo opere quod agri colendi cauſa aratro factum ſit, Quintus Mutius ait, non competere hanc actionem. Trebatius autem nõ quod agri, ſed quod frumenti duntaxat quærendi cauſa aratro factum ſit, ſolum excepit. *Concordat d. l. 1. §. item Sabinus. his uerbis*: Sabinus & Caſſius opus quod manufactũ eſt, in hanc uenire actionem aiunt: niſi quid agri colẽdi cauſa fiat. Sulcos tamen aquarios, qui Græcè ὑδραύλακας appellãtur, ſi quis faciat: aquæ pluuiæ arcendæ actione eum teneri aiunt. *Concordat item d. l. 1. §. in ſumma, his uerbis*: Putat Vlpianus, ita demum aquæ pluuiæ arcendæ actionem locum habere, ſi aqua pluuia, uel quæ pluuia creſcit, noceat, non naturaliter, ſed opere facto: niſi agri colendi cauſa id factum ſit. *Concordat item l. 24. in prin. ff. eod. tit. his uerbis*: Vicinus loci ſuperioris pratum ita arabat ut per ſulcos, itemq; porcas aqua ad inferiorem ueniret: quæſitum eſt, an per arbitrum aquæ pluuiæ arcẽdę cogi poſſit, in alteram partem arare, ne ſulci in eius agrum ſpectarent? Alfenus reſpondit, non poſſe eum facere quo minus agrũ uicinus quemadmodũ uellet, araret. *Huius exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi cum uicini fundus nõ inferior, ſed ex latere eſſet, quis agri colendi cauſa ſulcos in eum fundum direxerit. quæ replicatio approbatur d. l. 24. his uerbis*: Sed ſi quos ſulcos tranſuerſos aquarios faceret, per quos in eius agrum aqua deflueret: hoſce ut operiret per arbitrum aquæ pluuiæ arcendæ cogere poſſe. *Secunda replicatio eſt: Niſi cum quis etiam ſine ſulcis arare & ſerere poſſet, ſulcos aquarios fecerit. Hæc replicatio approbatur l. 1. §. ſed & ſi quis. ff. de aqua pluuia arcenda, his uerbis*: Si quis arare & ſerere poſſit etiam ſine ſulcis aquarijs, Mutius ait, teneri eum ſi quid ex his fecit, licet colẽdi agri cauſa uideatur feciſſe. Quòd ſi aliter ſerere non poſſit, niſi ſulcos aquarios fecerit, non teneri. *Concordat d. l. 1. §. item Sabinus. in fine. cuius uerba uide ſ. ead. except. in prin. Tertia replicatio eſt: Niſi in diuerſas partes ſulcos dirigat agri colendi cauſa. Hæc replicatio approbatur d. §. ſed etſi. in fine, his uerbis*: Ofilius ait, ſulcos agri colendi cauſa directos, ita ut in unam uergant partẽ, ius eſſe facere. *Quarta replicatio eſt: Niſi per foſſas agri colendi cauſa factas, aquam in uicini agrum deriuet. Hæc replicatio approbatur d. l. 1. §. ſed et foſſas. cuius uerba uide ſ. cauſa 7. except. 2.*

III. EXCEPTIO: *Niſi fructuum recipiendorum cauſa opus ſit factum. Hæc exceptio approbatur l. 1. §. Labeo ff. de aqua pluuia arcēda. his uerbis:* Labeo etiam ſcribit, ea quęcunq; frugum, fructuumq; recipiendorum cauſa fiunt, extra hanc cauſam eſſe: neq; roferre quorum frugum, fructuumq; percipiendorum cauſa id opus fiat.

IIII. EXCEPTIO: *Niſi prati irrigandi cauſa quid factū ſit. Hæc exceptio approbatur l. 3. §. ſi uicinus. ff. d. tt. his uerbis:* Si uicinus, qui hortum ſolebat certo tēpore anni irrigare, pratum illic fecerit, cœperitq; aſsidua irrigatione uicino nocere: ait Ofilius, neq; damni infecti, neq; aquæ pluuiæ arcēdæ actione eum teneri: niſi locum complanauerit, eoq; facto citior aqua ad uicinum peruoni re cœperit.

V. EXCEPTIO: *Niſi id quod factum eſt, uicino non noceat. Hæc exceptio approbatur d. l. 1. §. ijſdem autē. cuius uerba uide ſ̄ cauſa 5. Huius exceptionis replicatio hæc eſſe uidetur: Niſi per id quod factū eſt, non proſit amplius uicino, quod anteà profuit. Hæc replicatio reprobatur l. 1. §. ſicut. ff. de aqua pluuia arcenda, his uerbis:* Sicut opus factum ut aqua pluuia mihi noceat, in hanc actionē uenit: ita per contrarium quæritur, an poſſit aquæ pluuię arcēdæ agi, ſi uicinus opus fecerit, ne aqua quæ alioquin decurrens agro meo proderat, huic proſit? Ofilius igitur & Labeo putant agi non poſſe, etiamſi interſit mea ad me aquam peruenire. Hāc enim actionem locum habere, ſi aqua pluuia noceat, non ſi non proſit. *Concordat l. 2. §. item Varus. ibi: nam hac actione. ff. eod. tt. cuius uerba uide ſ̄. except. 1. repl. 2.*

VI. EXCEPTIO: *Niſi reus aquam excludat ne ad ſe perueniat, & ſibi noceat. Hæc exceptio approbatur d. l. 2. §. penult. cuius uerba uide ſ̄. cauſa 4. except. 1. Huius exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi uicino uel natura, uel lege ſeruitutem aquæ recipiendæ debeat. quæ replicatio approbatur per ea quæ propoſita ſunt ſ̄. d. cauſa 4. in princ. Concordat J. exception. 10.*

VII. EXCEPTIO: *Niſi patiente uicino opus factum ſit, ex quo aqua ei nocet. Hæc exceptio approbatur l. 19. ff. de aqua pluuia arcēda, his uerbis:* Labeo ait, ſi patiente uicino opus faciam, ex quo ei aqua pluuia noceat: non teneri me actione pluuiæ arcendæ. *Huius exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi per errorem aut imperitiā uicinus ſit paſſus. quæ replicatio approbatur l. 20. ff. eod. tt. his uerbis:* Sed hoc ita, ſi non per errorem aut imperitiam deceptus fuerit: nulla enim uoluntas errantis eſt.

VIII. EXCEPTIO: *Niſi authoritate Principis uel Senatus opus factū ſit, uel ab iis qui primum agros conſtituerunt. Hæc exceptio approbatur l. 23. in prin. ff. de aqua pluuia arcenda, his uerbis:* Quod Principis aut Senatus iuſſu, aut ab his qui primi agros conſtituerunt, opus factum fuerit: in hoc iudicium nou uenit. *Concordat l. 2. §. Caßius. ff. eod. tt. his uerbis:* Caſſius ſcribit, ſi qua opera aquæ mittēdæ cauſa publica authoritate facta ſint, in aquæ pluuiæ arcendæ actionem nou uenire. In eadem cauſa aſſe ea, quorum memoriam uetuſtas excedat.

IX. EXCEPTIO: *Niſi operis facti memoria non extet. Hæc exceptio approbatur uerbis iā propoſitis hiſce:* In eadem cauſa eſſe ea, quorum memoriam uetuſtas excedat. *Concordat d. l. 2. in prin. cuius uerba uide ſ̄. lib. 25. cap. 2. cauſa 6. item concordat l. 23. §. fin. ff. eod. tt. cuius uerba uide J. except. 12. Cōcordat item d. l. 2. §. idem Labeo. in fine. cuius uerba uide ſ̄. except. 1. repl. 3. Declaratur exceptio propoſita d. l. 2. §. antepenult. his uerbis:* Labeo ait, cum quæritur an memoria extet facto opere, non diem & conſulem ad liquidum exquirendum, ſed ſufficere ſi quis ſciat factum, hoc eſt, ſi factum eſſe nō ambigatur: nec utiq; neceſſe eſſe ſupereſſe qui meminerint, uerùm etiamſi qui audierint eos, qui memoria tenuerint.

X. EXCEPTIO: *Niſi actoris prædium recipiendæ aquæ ſeruitutem debeat. Hæc exceptio approbatur l. 2. §. ult. ff. de aqua pluuia arcenda, his uerbis:* Illud uerū puto quod Ofilius ſcribit, ſi fundus tuus uicino ſeruiat, & propterea aquam recipiat: ceſſare aquæ pluuię arcendæ actionem: ſi tamen non ultra modum noceat. Cui cōſequens eſt quod Labao putat, ſi quis uicino ceſſeritius ei eſſe aquam immittere: aquæ pluuiæ arcendę eum agere non poſſe. *Huius exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi ultra modum uicino noceat. Hæc replicatio approbatur uerbis iam propoſitis hiſce:* Si tamen non ultra modum noceat.

XI. EXCEPTIO: *Niſi in loco publico opus factum ſit. Hæc exceptio approbatur l. 3. §. aquæ. ff. d. tt. his uerbis:* Aquæ pluuiæ arcendæ nō niſi eum teneri, qui in ſuo opus faciat, receptum eſt, eoq; iure utimur. Quare ſi quis in publico opus fecerit, hæc actio ceſſat, ſibiq; imputare deberis. qui damni infecti cautione ſibi non proſpexerit. Si tamen in priuato opus factum ſit, & publicum interueniat: de toto agi poſſe aquæ pluuiæ arcendæ, Labeo ait. *Concordat l. 18 ff. eod. tt. his uerbis:* Si in publico opus factum eſt, quo aqua pluuia noceret, agi non poteſt: interueniente loco publico, agi poterit. cauſa eius rei hæc eſt, quòd ea actiono non tenetur, niſi dominus ſolus. *Huius exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi in uectigalib. agris opus ſit factum. Hæc replicatio approbatur l. 23. §. hæc actio. ff. eod. tt. his uerbis:* Hæc actio etiam in uectigalibus agris locum habet.

XII.

XII. EXCEPTIO: *Niſi loco publico interueniente, aqua uicino noceat. Hæc exceptio reprobatur uerbis d. §. aquæ. ſ. except. prox. propoſitis biſce:* Si tamen in priuato opus factū ſit, & publicum interueniat: de toto agi poſſe aquæ pluuiæ arcendæ Labeo ait. *Concordat d. l. 18. uerbis ſ. except. prox. propoſitis biſce:* Interueniente loco publico agi poterit. *Concordat item l. 23. §. fin. ff. eod. tt. his uerbis:* Aggeres ſi iuxta flumen in priuato facti ſint, in arbitrium aquæ pluuiæ arcendæ ueniunt, etiā ſi trans flumen noceant: ita ſi memoria eorum extet, etſi fieri non debuerint.

XIII. EXCEPTIO: *Niſi ex ſepulchro aqua pluuia noceat. Hæc exceptio reprobatur l. 4. in prin. ff. de aqua pluuia arcenda, his uerbis:* Quanquam cum domino operis tantum aquæ pluuiæ arcendæ actio ſit: tamē Labeo ſcribit. ſi quis ſepulchrum ędificauerit, ex quo aqua noceat, etſi operis dominus eſſe deſierit loco facto religioſo: attamen magis probandum eſſe (inquit) aquæ pluuiæ arcēdæ eū teneri. fuit enim dominus, cū opus faceret. Et ſi iuſſu iudicis compulſus opus quis ſepulchri reſtituerit: non eſſe ſepulchri uiolati actionem.

XIIII. EXCEPTIO: *Niſi aqua in loco publico uel ſacro oriatur. Hæc exceptio reprobatur l. 1. §. item ſciendum. in fine. ff. d. tt. his uerbis:* Nec illud quæramus, unde oriatur. nam etſi ex publico loco oriens, uel ex loco publico aut ſacro per fundum uicini deſcendat, isque opere facto in meum fundum eam auertat: aquæ pluuiæ arcendæ teneri eum Labeo ait.

XV. EXCEPTIO: *Niſi ex ædificio urbano aqua noceat. Hæc exceptio reprobatur d. l. 1. §. apud Labeonem. in fine, his uerbis:* Apud Labeonem inuenio relatum, Si ex cōtinentibus profluens in meum agrum defluat, eiq; noceat: aquæ pluuiæ arcendę eſſe actionem. *Cōcordat d. l. 1. §. Caßium, his uerbis:* Caſsius quoque ſcribit, ſi aqua ex ædificio urbano noceat, uel agro uel ædificio ruſtico agendū de fluminib. & ſtillicidijs.

XVI. EXCEPTIO: *Niſi ex agro actori & reo communi aqua noceat. Hæc exceptio reprobatur l. 6. §. inde quæritur. ff. eod. tt. cuius uerba uide ſ. except. 20.*

XVII. EXCEPTIO: *Niſi opus factum non prædio ruſtico, ſed urbano noceat, uel alij loco qui eſt inter cōtinentia ædificia. Hæc exceptio approbatur l. 1. §. item ſciendum. ff. de aqua pluuia arcēda, his uerbis:* Sciendum hanc actionem non aliàs locū habere, quā ſi aqua pluuia agro noceat. Ceterùm ſi ędificio uel oppido noceat: ceſſat hęc actio. Agi autem ita poterit, ius non eſſe ſtillicidia & flumina immittere. Et ideo Labeo & Caſcellius aiūt, aquæ quidem pluuiæ arcendæ actionem ſpecialem eſſe, de fluminib. & ſtillicidijs generalem, & ubiq; agi ea licere. Itaq; aqua quæ agro nocebit, per aquæ pluuiæ arcendæ actionem coercebitur. *Cōcordat d. l. 1. §. apud Labeonem, his uerbis:* Apud Labeonem inuenio relatum, ſi ex agro meo aqua fluens nō ceat loco, qui eſt intra continentia ædificia, non poſſe me aquæ pluuiæ arcendæ conueniri. Quòd ſi ex continentibus, &c. *Reliqua uerba uide ſ. except. 15.*

XVIII. EXCEPTIO: *Niſi agro uectigali aqua noceat. Reprobatur hæc exceptio l. 23. §. hæc actio ff. de aqua pluuia arcenda. cuius uerba uide ſ. except. 11. repl. 1.*

XIX. EXCEPTIO: *Niſi non fundo uicini, ſed uia ad fundum noceat aqua. Hæc exceptio reprobatur l. 15. ff. eod. tt. his uerbis:* Is cuius fundo uia debetur, aquæ pluuiæ arcendæ agere poteſt fundi ſui nomine: quoniam deteriore uia facta, fundo nocetur.

XX. EXCEPTIO: *Niſi agro communi actori cum reo aqua noceat. Hæc exceptio reprobatur l. 6. §. inde quæritur. ff. de aqua pluuia arcendā, his uerbis:* Quæritur, ſi communi agro meo & tuo ex proprio agro tuo noceat, an agi poſsit aquæ pluuiæ arcendæ? & puto agēdum, ſic tamen ut pars damni præſtetur: uerſa quoq; uice ſi communis ager ſit, qui nocet proprio: poterit aquæ pluuiæ arcendæ agi, ut quis damnum conſequatur, ſed in partem. *Concordat l. 11. §. ſi ex priuato. ff. eod. tt. his uerbis:* Si ex priuato agro in agrum communem immittatur aqua, Ofilius ait ſocium cum eo agere poſſe.

XXI. EXCEPTIO: *Niſi alia quā aqua pluuia noceat. Hæc exceptio approbatur, ſimul & diſtinguitur l. 1. §. in ſumma. ff. de aqua pluuia arcenda. cuius uerba uide ſ except. 2. in prin. Concordat d. l. 1. §. 1. cuius uerba uide ſ. cauſa 1. Huius exceptionis exēplum proponitur l. 1. §. idem Trebatius. ff. eod. tt. his uerbis:* Trebatius putat eum, cui aquæ fluētes calidæ noceant, aquæ pluuiæ arcendę cum uicino agere poſſe: quod uerum non eſt. Neq; enim aquæ calidæ, aquæ pluuiæ ſunt. *Huius exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi alia aqua, quæ nocet, aqua pluuia creſcat, uel ei mixta ſit. quæ replicatio approbatur d. §. in ſumma, & d. §. 1.*

XXII. EXCEPTIO: *Niſi opus poſt litem conteſtatam ſit factum. De hac exceptione uide J. quæſt 5. reg. 1. except. 4.*

XXIII. EXCEPTIO: *Niſi rem opus uel fundum alienauerit. Hæc exceptio ipſo quidem iure approbatur, quoniam hoc caſu aduerſus eum, cui fundus alienatus eſt, competit actio, ut J. quæſt. 4. uerùm eius replicatio prima hæc eſt: Niſi poſt iudiciū acceptum alienauerit. quæ replicatio approbatur l. 4. §. Iulianus. ff. de aqua pluuia arcenda, his uerbis:* Iulianus ſcribit, ſi poſt iudicium aquæ plu

uiæ arcendæ ſuſceptum fundum alienaſſet ia, cum quo actum eſſet: de præterito damno & de opere reſtituẽdo id ſtatuere iudicẽ debere, quod iudicaret ſi nulla alienatio facta eſſet. nam & fundo alienato, nihilominus iudicium manere. & damni rationem uenire, eius etiam quod poſt alienationem contigit. *Secunda replicatio eſt: Niſi potentiori alienauerit hoc enim caſu nihilominus aduerſus alienantem competit actio, non quidem aquæ pluuiæ arcendæ. ſed quod ui aut clàm, uel de dolo malo. quæ replicatio approbatur l. 14. in prin. ff. eod. tt. his uerbis:* Atteius ait, Si is qui opus fecerit, potentiori uendiderit prędium: quatenus deſierit dominus eſſe, agendum cum eo Quod ui aut clàm. Quòd ſi annus prçterierit, de dolo iudicium dandum. *Tertia replicatio eſt: Niſi iudicij mutandi cauſa alienauerit. nã & hoc caſu nihilominus tenetur, ſed actione in factum de alienat. iud. mut. cauſa facta. quæ replicatio approbatur l. 16. in fine. ff. eod. tt cuius uerba uide J. quæſt. prox. reg. 3. except. 1. Plura de exceptione propoſita uide J. quæſt. 4. reg. 1. except. 5.*

XXIIII. EXCEPTIO: *Niſi reus loco cedere paratus ſit, in quo opus factum eſt. Hæc exceptio reprobatur ſub conditione l. 7. ff. de aqua pluuia arcenda, his uerbis:* Is cum quo aquæ pluuiæ arcendæ agitur quod opus fecerit: licet cedere loco paratus ſit, cogitur accipere iudicium: quoniam ex ſuo nomine conuenitur, ut opus tollat. Aliud eſt in bonę ſidei emptore. hic enim tantùm patientiam præſtat Igitur etſi fundo cedat, audiendus eſt: plus enim præſtat.

XXV. EXCEPTIO: *Niſi ſemel actum ſit. Hæc exceptio approbatur l. 11. §. Caſſius ibi: ſi unus egerit. ff. de aqua pluuia arcenda. cuius uerba uide J quæſt. 4. reg. 3.*

III. QVIBVS COMPETIT actio propoſita?

I. *Regula: De fructuario loci. huic regulariter actio propoſita non competit. quæ regula approbatur l. 5. § fin. ff. de aqua pluuia arcenda, his uerbis:* Neq; fructuarius, neq; cũ eo aquæ pluuiæ arcendæ agi poteſt. *Planè utilis actio illi danda eſt: quod exceptionis loco notandum. quæ exceptio approbatur l. 22 in prin. ff eod. tt. his uerbis:* Si uſusfructus fundi legatus fuerit, aquæ pluuiæ arcendæ actio & hæredi & cum hærede eius eſt, cuius prædium fuerit. Quòd ſi ex eo opere incommodum aliquod patiatur fructuarius: poterit quidem interdum uel interdicto experiri Quod ui aut clàm. Quòd ſi ei non competet: quærẽdum eſt an utilis ei quaſi domino actio aquæ pluuiæ arcendæ dari debeat: an uerò etiam contendat ius ſibi eſſe uti frui? Sed magis eſt utilem aquæ pluuiæ arcendę actionem ei accommodari.

II. *Regula: De emphyteuta. Huic actio propoſita competit. quæ regula approbatur l. 5. §. fin. ff. arborum furtim cæſarum. cuius uerba uide alibi. Concordat l. 23. §. hæc actio. ff. de aqua pluuia arcenda. cuius uerba uide ſ. quæſt. prox. except 11 repl. 1.*

III. *Regula: De emptore & uenditore fundi. cui aqua nocet. Emptori, non uenditori actio competit. quæ regula approbatur l. 6. §. ſi quis. ff. de aqua pluuia arcenda, his uerbis:* Si quis priuſquã aquæ pluuiæ arcendę agat, dominium ad alium tranſtulerit fundi: deſinit habere aquę pluuiæ arcendæ actionem, eaq; ad eum tranſibit, cuius ager eſſe cœpit. Cum enim damnum datum futurum contineat, ad eũ qui dominus erit, incipiet actio pertinere: quãuis cum alterius dominiũ eſſet, opus à uicino factum ſit. *Huius regulæ exceptio hæc eſt: Niſi accepto iudicio alienatio fiat. Hæc exceptio approbatur l. 16. ff. eod. tt. his uerbis:* Poſt uenditionem & traditionem quod nocitũ ſit ei fundo, de quo ante iudicium acceptũ eſt aquę pluuiæ arcendæ: nihilominus eo iudicio uenditorem poſſe conſequi: non quia uenditori, ſed quia rei damnũ datum ſit, idq; eum emptori reſtituere debere. Sed ſi antequam noceat, is cum quo actum ſit uendat, ſtatim agendum eſt cum emptore: uel intra annum cum eo qui uendiderit, ſi iudicij mutandi cauſa id fecerit.

IIII. *Regula: De uno ex pluribus proponitur l. 11. §. Caſſius. ff. de aqua pluuia arcenda. de qua re uide J. quæſt. prox. reg 3. item quæſt. 5. reg. 4.*

IIII. ADVERSVS QVOS actio competit?

I. *Regula: Regulariter hæc actio non niſi aduerſus dominũ fundi, ex quo aqua nocet competit. quæ regula approbatur l. 18. in prin. ibi: quod ea. ff. de aqua pluuia arcenda, his uerbis:* Hac actione non tenetur, niſi dominus ſolus. *Concordat l. 4. in prin. ff. eod. tt. cuius uerba uide ſ. quæſt. 2. except. 13. Concordat item d. l. 4. §. idẽ Iulianus, his uerbis:* Iulianus ſcribit, aquæ pluuiæ arcendæ actionem non niſi cũ domino eſſe. Idcirco ſi colonus ignorante domino opus fecerit, dominũ fundi nihil amplius quàm patientiã præſtare debere: colonũ autem interdicto Quod ui aut clàm impenſam quoq; reſtituẽdi operis: & damnũ ſi quod ex eo datũ fuerit, præſtare cogendũ. Si tamen dominus deſideret caueri ſibi damni infecti ab eo cuius prædio aqua nocet: æquiſsimũ erit caueri ei oportere. Itẽ ſi nõ ego, ſed procurator meus tale opus fecerit, ut aqua pluuia noceat uicino: aduerſus me hactenus erit actio, quatenus aduerſus colonũ: ipſe autem procurator interdicto Quod ui aut clàm conueniri poterit ſecundũ Iuliani ſententiã, etiã poſt opus reſtitutũ. *Concordat itẽ l. 5. ff. eod. tt. his uerbis:* Si colonus inſciẽte domino

mino

mino opus fecerit, ex quo aqua uicino noceat. Labeo reſpondit, coloonũ interdicto Quod ui aut clàm teneri: dominum uerò aquæ pluuiæ arcẽdæ actione, quia is ſolus reſtituere opus poſsit. Sed patientiam dũtaxat eum præſtare debere, ſi ei damni infecti ſtipulatione caueatur: & ſi quam impenſam in reſtitutionem operis fecerit, cõſecuturũ actione locati à colono: niſi quis ideo non putet, quoniã non fuerit neceſſe ipſum reſtituere. Sed ſi iuſſu domini feciſſet, etiam interdicto dominum teneri. *Huius regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi cum alius uõ dominus opus feciſſet, dominus patientiam tollendi operis præſtet. hoc enim caſu amplius non tenetur. quæ exceptio conſtat ex uerbis d.l. 5. iam propoſitis hiſce:* Sed patientiam duntaxat eum præſtare debere. *Concordat d.§.idem Iulianus uerbis ſ propoſitis hiſce:* Dominũ fundi nihil amplius quàm patientiam præſtare debere. *Huius exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi iuſſu domini alius opus feciſſet. hoc enim caſu dominus patientiam præſtando non liberatur. quæ replicatio approbatur uerbis d.l.5.ſ.propoſitis hiſce:* Sed ſi iuſſu domini feciſſet, etiam interdicto dominum teneri. *Secunda exceptio eſt: Niſi cum alius non dominus feciſſet, domino ab actore damni infecti nomine non caueatur. Et hæc exceptio approbatur uerbis d.§.idem Iulianus ſ. propoſitis hiſce:* Si tamen dominus deſideret caueri ſibi damni infecti ab eo, cuius prædio aqua nocet: æquiſsimum erit caueri ei oportere. *Concordat d.l.5.uerbis ſ.propoſitis hiſce:* Si ei damni infecti ſtipulatione caueatur. *Tertia exceptio eſt: Quod ſi alius quã dominus opus fecerit eo ignorãte, aduerſus eum qui fecit, interdictum Quod ui aut clàm cõpetat. quæ exceptio itidem approbatur uerbis ſ.propoſitis primum quidem d. §.idem Iulianus, hiſce nimirum:* Colonum autem interdicto Quod ui aut clàm impenſam quoq; reſtituẽdi operis, & damnum ſi quod ex eo datum fuerit, præſtare cogendũ. *tũ uerbis hiſce:* Ipſe autẽ procurator interdicto Quod ui aut clàm conueniri poterit ſecũdum Iuliani ſententiam etiam poſt opus reſtitutum. *item uerbis d.l.5.ſ.propoſitis hiſce:* Labeo reſpõdit, colonum Interdicto Quod ui aut clàm teneri. *Quarta exceptio eſt: Niſi fructuarius loci opus fecerit. hoc enim caſu non aduerſus dominum ſolum, ſed etiam aduerſus fructuarium competit actio. quæ exceptio approbatur l.22.§.fin ff. de aqua pluuia arcenda. his uerbis:* Si fructuarius opus fecerit, per quod aqua pluuia alicui noceat, erit quidem actio legitima cum domino proprietatis: an uerò etiã utilis in fructuarium actio aquæ pluuiæ arcẽdæ danda ſit, quæſitum eſt: & magis eſt ut detur. *Ait Iuriſconſultus:* An uerò etiam utilis *hoc ideo, quia directa non datur l.3.§.fin.ff.eod.tit.cuius uerba uide ſ.quæſt prox.reg.1.* *Quinta exceptio eſt: Niſi dominus prædium alienauerit. hoc enim caſu non amplius competit actio aduerſus dominum alienantem, ſed aduerſus eum cui alienatio eſt facta quæ exceptio approbatur l.12.ff.de aqua pluuia arcẽda, his uerbis:* Emptor (niſi ſimulata uẽditio eſt) cæteriq; ſucceſſores, uel reſtituere opus factum (ſi uelint) uel patientiam præſtare debent. Nã actori moram ſuam nocere debere manifeſtum eſt. In eadem cauſa eſt etiam ſocius eius qui opus fecerit, ſi ipſe autor non fuit. Idemq; in donato fundo, legatoue eſt. *Concordat l.16.in fine.ff.eod.tit.cuius uerba uide ſ quæſt. prox.reg 1.except.1. Huius exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi is cui alienatio facta eſt, patientiam tollendi operis præſtet. hoc enim liberatur. quæ replicatio approbatur uerbis iam propoſitis hiſce:* Vel patientiam præſtare debent. *Secunda replicatio eſt: Niſi ſimulata ſit alienatio quæ replicatio approbatur uerbis ſ.propoſitis hiſce:* Niſi ſimulata uenditio eſt. *Tertiæ replicationis loco notãdum, quòd prior dominus, ſeu is qui alienauit, interdicto Quod ui aut clàm teneatur. quæ replicatio approbatur l.13.ff.eod.tit.his uerbis:* Sed uenditor, aut donator interdicto Quod ui aut clàm de damno & impenſis ab actore factis, tenebitur. *Concordat l.14.in prin ff.eod. tit. cuius uerba uide ſ.quæſt.2 except. 23. repl. 2. Quarta replicatio eſt: Niſi dominus iudicij mutandi cauſa alienauerit. tunc enim in factum actione nihilominus tenetur. quæ replicatio approbatur l.24. in fine ff.d. tit.cuius uerba uide ſ.quæſt.prox.reg 5. except.1. Quinta replicatio eſt: Niſi dominus iudicio accepto, fundũ alienauerit. de qua replicatione uide ſ. quæſt. 2.except.23.repl.1. Sexta replicatio eſt: Niſi dominus locum religioſum fecerit. hoc enim caſu nihilominus ipſe tenebitur. quæ replicatio approbatur l.4.in prin ff.de aqua pluuia arcenda cuius uerba uide ſ.d. quæſt.2.except.23. Hæc de prima regula, eiusq; exceptionib. ſint dicta.*

II. Regula: *De primo & tertio uicino, ſi tertius opus fecerit, & per primi fundum noceat, proponitur l.6 in prin.ff.de aqua pluuia arcenda. his uerbis:* Si tertius uicinus opus fecerit, unde decurrens aqua per fundum primi uicini mei mihi noceat: Sabinus ait, poſſe me uel cum primo, uel cũ tertio, primo omiſſo, agere. quæ ſententia uera eſt.

III. Regula: *Si aqua uel fundus ex quo nocetur, plurium ſit, quilibet tenetur in ſolidum. Quæ regula approbatur l.11.§.Caßius.ff.de aqua pluuia arcenda, his uerbis:* Caſsius ait, ſiue ex communi fundo, ſiue communi aqua noceatur: uel unũ cum uno agere poſſe, uel unum ſeparatim cum ſingulis, uel ſeparatim ſingulos cum uno, uel ſingulos cum ſingulis. Si unus egerit, & reſtitutio operis, litisq; æſtimatio facta ſit: cæterorum actionem euaneſcere. Item, ſi cum uno actum ſit, & is præſtiterit:

cæteros liberari: idq́; quod ſociotum nomine datum ſit, per arbitrum communi diuidũdo recuperari poſſe à ſocijs. Nõ utiq; eum eo agendum, qui opus fecit: nec minus eum quoq; damnũ reſtituere debere, qui author operis fuerit. *Huius regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi unus conuentus opus reſtituerit, litisq; æſtimationem præſtiterit. hoc enim caſu aduerſus cæteros ſocios actio denegatur. quæ exceptio approbatur uerbis iam propoſitis hiſce:* Item ſi cum uno actum ſit, & is præſtiterit, cęteros liberari. *Secunda exceptio eſt: Niſi unus ex pluribus cõuentus, cum opus non feciſſet, patientiã operis tollendi præſtet. hic enim ulterius non tenetur. quæ exceptio approbatur d.l.11.§.apud Ferocem, his uerbis:* Apud Ferocem Proculus ait, ſi cũ uno dominorũ actum ſit, qui opus non fecerit, debere eum opus reſtituere ſua impenſa: quia communi diuidũdo actionẽ habeat. Sed ſibi magis placere, patientiã duntaxat eũ præſtare oportere: quia ſua culpa actor id patiatur, qui non agat cum eo, à quo opus factum ſit. Et eſt iniquum, eum qui nõ fecit, id reſtituere oportere, quoniam communi diuidundo agere poteſt. Quid enim fiet, ſi ſocius eius ſoluendo non fuerit? *Tertia exceptio eſt: Niſi non de opere reſtituendo agatur, ſed damni dati & operis non reſtituti nomine. tunc enim quilibet pro ſua parte ſoluendo liberatur. quæ exceptio approbatur d.l.11.§.officium, his uerbis:* Officiũ iudicis inter duos accepti quale futurum ſit, dubitare ſe Iulianus ait: ſi fortè ius in fundo, cuius aqua noceat, ſiue in quo opus factum ſit pluriũ, & cum uno eorum agatur: utrum & eius damni nomine, quod poſt litem conteſtatam ſit datũ, & operis non reſtituti in ſolidum cõdemnatio fieri debeat: quemadmodũ cum ſerui communis nomine noxali iudicio cum uno agitur, condemnatio in ſolidũ fit: quoniã quod præſtiterit, poteſt à ſocio recipere: an uerò is cum quo agitur, pro parte ſua & dãni dati, & operis nõ reſtituti nomine dãnandus ſit: ut in actione dãni infecti fit, cum eius prædij ex quo damnũ metuitur, plures domini ſint, & cũ uno eorũ agatur: licet opus ex quo damnum futurum ſit, indiuiduum ſit, & ipſæ ędes, ſolumq́; earum non poteſt pro parte duntaxat damnũ dare: nihilominus eũ cum quo agitur, pro ſua parte cõdemnari? Magisq́; exiſtimat id ſeruandum in aquæ pluuiæ arcendę actione, quàm in actione damni infecti: quia utrobiq; nõ de præterito, ſed de futuro damno agitur. *Concordat l.6.§.1.ff. de aqua pluuia arcenda, his uerbis:* Si ex pluriũ fundo decurrẽs aqua noceat, uel ſi plurium fundo noceatur: placuit, eoq́; iure utimur, ut ſiue plurium fundus ſit, ſinguli in partẽ experiantur, & condemnatio in partem fiat: ſiue cum pluribus agatur, ſinguli in partem conueniantur, & in partem fiat condemnatio.

V. QVID, QVANTVMQVE VENIAT IN ACTIONE PROPOSITA?

I. *Regula: De opere reſtituendo proponitur l.6. §.officium. ff. de aqua pluuia arcenda, his uerbis:* Officium iudicis hoc erit, ut ſi quidem à ulcino opus factum ſit: eum iubeat reſtituere, damnumq; ſarcire, ſi quod poſt litem conteſtatam contigit. Quod ſi ante litem conteſtatam damnum contigit: tantùm opus reſtituere debebit, damnũ non ſarcire. *Concordat l.1.in prin.ff.eod.tt. cuius uerba uide ſ. quæſt. 2.cauſa 1. Concordat item d.l.1.§.Neratius. cuius uerba uide ſ. quæſt. 2. cauſa 4. Huius regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi non opus manufactum ſit, ſed natura uel caſu acciderit. tunc enim reus patientiam reſtituendi operis præſtãdo liberatur. quæ exceptio approbatur l.11.§ fin. ff. de aqua pluuia arcenda, his uerbis:* Trebatius exiſtimat, ſi de opere agatur quod manufactũ ſit, omnimodo reſtituendum id eſſe ab eo, cum quo agitur. Si uerò ui fluminis ager deletus ſit, aut glarea iniecta, aut foſſa limo repleta, tunc patientiam duntaxat præſtandam. *Plura de hac exceptione uide ſ. quæſt.2.except.generali 1. repl. 1 & 2. Altera exceptio eſt: Niſi alius, non reus opus fecerit. nã & hoc caſu ad ſolam patientiam præſtandam tenetur. quæ exceptio approbatur, ſimul & diſtinguitur l.6.§.fin.ff.d.tt. his uerbis:* Celſus ſcribit, ſi quid ipſe feci, quo tibi aqua pluuia noceat, mea impenſa tollere me cogendum. Si quis alius, qui ad me non pertineat: ſufficere ut patiar te tollere. *Concordant ea quæ propoſita ſunt ſ. quæſt.prox.reg.1.except.1.& except.5. repl.1. item reg.3.except.2. Cõcordat item l.7.ff. eod. tt. cuius uerba uide ſ. quæſt.2.except.24. Planè huius exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi reus ſit dominus eius qui opus fecit. tunc enim ſolam patientiam præſtando non liberatur. Secunda replicatio eſt: Niſi reus hæres ſit eius qui opus fecit. quæ duæ replicationes approbantur d.l.6.§.fin. his uerbis:* Sed ſi ſeruus meus, aut is cui hæres ſum, hoc fecerit: ſeruum quidẽ noxæ dedere debeo. Quod autem is cui hæres ſum, fecit: perinde eſt quaſi ego ipſe feciſſem. *Tertia replicatio eſt: Niſi iuſſu rei alius opus fecerit. quæ replicatio approbatur l.5.in fine.ff.eod. tt. cuius uerba uide ſ. quæſt. prox. reg.1.in prin. Hæc de ſecunda exceptione, eiusq́; replicationib. Tertia exceptio eſt: Niſi opus reſtitutum ſit. Hæc exceptio ipſo quidẽ iure ſubſiſtit: uerùm eius replicatio hæc eſt, Niſi aqua nondũ coerceatur. quæ replicatio approbatur l.22.§.non aliter. ff de aqua pluuia arcenda, his uerbis:* Non aliter reſtituiſſe rẽ uidetur is quis opus fecit, quã ſi aquã coerceat. *Quarta exceptio eſt: Niſi poſt litem conteſtatam opus factum ſit. Hæc exceptio approbatur l.14.§.fin.ff.d.tt. his uerbis:* De eo

opere.

opere, quod poſt litem conteſtatá factum eſt, nouo iudicio agendű eſt. *Huius exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi opus quod antè factum eſt, ſine eo quod poſtea eſt factū, tolli nō poſſit. quæ replicatio approbatur l. 15. ff. eod. tt. his uerbis:* Sed interdum opus & quod poſt lité conteſtatá factum eſt, tollitur: ſi id quod anteceſsit, tolli ſine eo non poteſt.

II. Regula: *De damno præſtando proponitur uerbis l. 6. §. officium. ff. de aqua pluuia arcenda. ſ̄. reg. prox. in prin. propoſitis hiſce:* Damnumq́; ſarcire, ſi quod poſt litem conteſtatam contigit, &c. *Huius regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi damnum ante litem conteſtatam, non poſt contigerit. hoc enim non uenit in hanc actionem. quæ exceptio approbatur ibidem, his uerbis:* Quod ſi ante litem conteſtatam damnum contigit, tantùm opus reſtituere debebit, damnum nō ſarcire. *Concordat l. 14. §. in hoc iudicium. ff. eod. tt. his uerbis:* In hoc iudicium, ſicut in damni infecti, futurum damnum uenit: cum in reliquis ferè omnibus iudicijs præteritū præſtstur. De eo quod antè eſt datū, Quod ui aut clam agendű eſt. De eo quod poſt ſententiá iudicis futurű eſt, damni infecti caueri oportet: uel ita opus reſtituendű eſt, ut nullum periculū damni ſuperſit. *Concordat item l. 1. §. hæc autē. ff. eod. tt. cuius uerba uide ſ̄. quæſt. 2. cauſa 1. Concordat item l. 11. §. officium. in fine. ff. eod. tt. cuius uerba uide ſ̄. quæſt. prox. reg. 3. except. 3. Secunda exceptio eſt: Niſi ſocum cū ſocio prædij communis nomine agat. hoc enim caſu non in ſolidum damnum præſtandum eſt. ſed pro parte tantū. quæ exceptio approbatur l. 6. §. inde quæritur. ff. de aqua pluuia arcenda. cuius uerba uide ſ̄. quæſt. 2. except. 20.*

III. Regula: *De damni æſtimatione facienda proponitur l. 6. §. fin. ff. d. tt. his uerbis:* Aeſtimationē iudex faciet ex rei ueritate, hoc eſt eius damni quod appatuerit datum.

IIII. Regula: *De uno ex pluribus agente. huic nō niſi pro parte competit actio. quæ regula approbatur l. 6. §. 1. ff. de aqua pluuia arcenda. cuius uerba uide ſ̄. quæſt. prox. reg. 3. exc. 3. Concordat l. 11. §. quod ſi is. ff. eod. tt. his uerbis:* Si is fundus, cui aqua pluuia nocet, pluriū ſit, agere quidem uel ſingulos poſſe: ſed damni, quod poſt litem conteſtatam datum ſit, non amplius parte ſua conſecututos. Item, ſi opus reſtitutum non fuerit: non amplius quàm quod pro parte eotum interfuit opus reſtitui, condemnationem fieri oportere.

V. Regula: *De uno ex pluribus conuento. hic in ſolidum tenetur. quæ regula approbatur, ſimul & diſtinguitur d. reg. 1.*

VI. ADIVNCTA, SEV de probatione.

Si quæratur, an memoria operis extet: quomodo probandū, definitur l. 2. §. idem Labeo. ff. de aqua pluuia arcenda. cuius uerba uide ſ̄. quæſt. 2 exc. 8.

VII. EVENTVS HVius actionis.

I. Regula: *De actione condemnato aduerſus alios competente ad recuperandum id quod præſtitit, proponitur & primùm quidem de locati actione l. 5. ibi: & ſi quam. ff. de aqua pluuia arcenda. cuius uerba uide ſ̄. quæſt. 4. reg. 1. in prin.* Deinde de communi diuidundo actione idem proponitur l. 11. §. Caſſius. *ibi: idq́; quod ſociorū. ff. eod. tt. cuius uerba uide ſ̄. quæſt. 4. reg. 3.* Concordat d. l. 11. §. apud Ferocem. *cuius uerba uide d. reg. 3. except. 2.*

II. Regula: *De actione qua actor id quod percepit, alij cogitur reſtituere. proponitur l. 26. ibi: idq́; cū emptori. ff. d. tt. cuius uerba uide ſ̄. quæſt. 3. reg. 3. ex. 2.*

VIII. ADFINIA HVIVS actionis remedia.

Regulariter ſi alicui aqua noceat, aquæ pluuiæ arcendæ actio, non alia competit. quæ regula ex ſupra dictis patet. Eius autem exceptio prima hæc eſt: Niſi non ruſtico, ſed urbano prædio, uel ex urbano prædio aqua noceat. hoc enim caſu actio negatoria de flaminibus & ſtillicidijs generalis competit. quæ exceptio approbatur l. 1. §. item ſciendum. ibi: agi autem ita poterit. ff. de aqua pluuia arcenda. cuius uerba uide ſ̄. quæſt. 2. except. 17. Concordat d. l. 1. §. Caſſius. *cuius uerba uide ſ̄. d. quæſt. 2. except. 16. Secunda exceptio eſt: Niſi alius, non dominus opus fecerit. hic enim interdicto* Quod ui aut clàm *tenetur. Quæ exceptio approbatur l. 4. §. idem Iulianus. ibi: colonus autem. itē §. fin. ibi: ipſe autem procurator. item l. 5. in prin ff. de aqua pluuia arcenda. quorum omnium uerba uide ſ̄. quæſt. 4. reg. 1. in prin.* Concordat item l. 13 ff. eod. tt. *cuius uerba uide ſ̄. d. reg. 2. except. 3.* Concordat item *l. 14. in prin. ff. eod. tt. cuius uerba uide ſ̄. quæſt. 2. except. 23. repl. 2.* Tertia exceptio eſt: *Niſi nō dominus, ſed fructuarius agat. hic enim interdictum* Quod ui aut clàm *habet. quæ exceptio approbatur l. 22. in prin. ff. d. tt. cuius uerba uide ſ̄. quæſt. 3. reg. 2.* Quarta exceptio eſt: *Niſi de damno præterito agatur. De hoc enim interdictum* Quod ui aut clàm *competit. quæ exceptio approbatur l. 14. §. de eo quod. ff. de aqua pluuia arcenda. cuius uerba uide ſ̄. quæſt. 5. reg. 2. except. 1.* Quinta exceptio eſt: *Niſi de eo damno quod poſt ſententiam timetur, agatur. De hoc enim damni infecti ſtipulatio eſt interponenda. quæ exceptio approbatur d. §. de eo quod.* Sexta exceptio eſt: *Niſi is qui opus fecit, id potentiori alienauerit: hoc enim caſu de dolo actio competit. quæ exceptio approbatur d. l. 14. in prin. cuius uerba uide ſ̄. quæſt. 2. except. 23. repl. 2.* Septima exceptio eſt: *Niſi dominus iudicij mutādi cauſa fundū alienauerit. hoc enim caſu competit actio de eo quod iudicij mutandi cauſa factum eſt. quæ exceptio approbatur l. 16. in fine. ff. eod. tt. cuius uerba uide ſ̄. quæſt. 3. reg. 3. except. 1.*

Hactenus de iure quod in rebus habemus, cum ſuis cauſis & actionibus.

DIGESTORVM LIBRI XXVII. FINIS.

DE ARTE LITEM CONTESTANDI LIBELLVS TAM NECESSARIVS; quàm hactenus fuit incognitus.

PRAEFATIO.

HACTENVS genera iuris pertractauimus tam ea quæ ad publicum, quàm quæ ad ius priuatum pertinent. Antequam autem cauſas iuris tractandas aggrediamur: libet hic uarietatis cauſa digredi in locum iuris de Litis conteſtatione, cuius nomen ut hoc tempore in iudicijs omniũ notiſsimum eſt, ita res ipſa omnium maximè incognita. Hac ratione & ſtylum uarietate recreabo, ut ad ſequentia pertractanda reddatur aptior, & iuuentuti legum ſtudioſæ uſum iuris oſtendam, quo ſciat quomodo ea quæ hactenus tradita ſunt, quæq; in poſterum tradentur, ad negocia hominum ſint accommodãda. Non autem dubito, eos qui in foro uerſantur, lecta huius libelli inſcriptione riſuros uno ore omnes: quòd eius rei artem profitear, quæ illis omnium ſit facillima. Nihil enim aliud litis conteſtationem eſſe putant, quàm cum reus dicit, Nego narrata prout narrantur: & dico petita fieri non debere, quemadmodum præceptor illorum Durantus tradit. Sed ſi didicerint quid ſit litis conteſtatio, & quomodo lis ſit conteſtanda: potius ſe deridendos (ne quid grauius dicam) ſentient, quòd de cauſis & controuerſijs hominum ſæpe grauiſsimis iudicantes, ſubſtantialia iudiciorũ ignorent.

Non autem abnego hanc materiam, quam nunc tractandam ſumpſi, antea etiam à me tractatam eſſe: attamen alio nomine, ijs qui hodie in foro uerſantur, non ſatis noto. Ideoq; parum apud eos profeci: cum & res ipſa & uocabula illis eſſent ignota. Nunc autem cum inuenerim nomen ipſi rei ſatis aptum, & ijs qui in foro uerſantur notiſsimum: maior mihi ſpes eſt aliquid apud eos proficiẽdi. Quod ut fiat, & reipublicæ & mea intereſt. Reipublicæ quidem, ut ſcilicet uera litis conteſtandæ & iudicandi ratione cognita, triennio ad ſummum iuxta leges controuerſias finiant, in quibus nunc ultra triginta ſæpè annos ſolent procedere: mea autem intereſt, ut tandem illis cognitis atq; receptis, mea Iuriſprudentia in aliquo apud eos precio habeatur.

QVID

QVID SIT LITIS CONteſtatio? Cap. I.

Aliud eſſe litis cõteſtationẽ, ĩj q̃ hodie in iudicijs p litis cõteſtatione uſurpãt, ex l.unica.C.de litis cõteſtatiõe, conijci poteſt. Ait enim ibi Impator: Lis tũc cõteſtata uidetur, cũ iudex p narrationẽ negocij cauſam audire cœpit. Hæc definitio ſi uera eſt, quemadmodũ certè eſt: fatẽdũ hodie litis cõteſtationẽ in iudicijs nõ eſſe, niſi tũc cũ acta iudicij referũtur iã ã dicturo ſentẽtiã. Siqdẽ ante cauſã audire nõ incipit, adeò ut poſt multas cõtẽtiones probationes et teſtiũ examina, ſi interroges iudicẽ, quæ ſit cauſa ſeu id in quo cauſa cõſiſtit, quod fuerit probãdũ et de quo illi ſit pronũciãdũ, plerũq; reſpõſurus ſit ſe ignorare. nõdũ.n.cauſam audiuit, nec acta illi ſunt relata. Attamẽ interim multæ dilatiões partib. ad probãdũ cõceſſit, ignarus adhuc qd fuerit in cauſa probãdũ. Sanè recepta ẽ uulgò definitio hæc, quod litis cõteſtatio ſit principalis negocij apud cõpetẽtẽ iudicẽ facta narratio, & ad eã ſecuta reſpõſio. Quæ definitio cũ ex iã dicta l.unica cõſtat, tũ approbatur etiã l.12.§.patroni.C.de iudicijs, ubi Imp. Cũ lis fuerit cõteſtata (inquit) p narrationem ppoſitã & cõtradictionẽ obiectã, &c. Accedit c.unicũ ibi: cũ nõ.extra de litis cõteſtatione his uerbis: Nõ p poſitiões & reſpõſiones ad eas, ſed p petitionẽ in iure ppoſitã & reſpõſionẽ ſecutã, litis cõteſtatio fit. Vera itaq; eſt definitio propoſita, ſed à paucis hactenus intellecta. aliqua igitur ad eã interpretãdã adducemus, à uocabulo reſpõſionis initiũ ſumẽtes. Triplici aũt ratiõe ad id q̃ propoſitũ eſt ab aduerſario reſpõderi ſolet: ſcilicet uel negãdo id q̃ propoſitũ eſt, uel diſtinguẽdo, uel deniq; litẽ trãsferẽdo, ut Rhetores loquũtur, ſeu (ut Iuriſcõſulti aiũt) actionẽ differẽdo. Sit excẽpli gratia hæc cauſa in iudiciũ deducta: Pater cũ pro filia dotẽ daret, pactus eſt nullis teſtib. præſentib. nec cautiõe ulla interueniẽte, ut ſi intra bienniũ filia ſine liberis deceſſerit, dos ſibi à genero reſtitueretur. Sex mẽſib. præteritis celebrãtur nuptiæ: moritur nullis relictis liberis filia, intra biẽniũ qdẽ à nuptijs celebratis, poſt biẽniũ uerò ab interpoſito pacto. Pater apud nõ cõpetentẽ iudicẽ de dote reddẽda generũ cõuenit. Narrat inter ſe et generũ cõueniſſe ut mortua in matrimonio ſine liberis filia ſua, dos ſibi reſtitueretur. Iã aũt filiã ſuã ſine liberis cõſtãte matrimonio eſſe mortuã. petere itaq; ſeſe ut iudex generũ ſuũ ad dotẽ ſibi reſtituẽdã cõdẽnare uelit. Hæc lõgiore narratione exponi poſſũt. Triplici aũt modo ad hãc actionẽ gener reus reſpõdere poteſt. Primũ negãdo pactũ de reddẽda dote interceſſiſſe. Deinde diſtinguẽdo in hũc modũ, Si intra biẽniũ à pacto interpoſito filia mortua eſſet. Sed poſt biẽniũ filia eſt mortua. Ergo actionẽ tãq̃ cõditione pacti deficiẽte actori denegãdã. Poſtremò litẽ trãsferendo, ſeu actionẽ differẽdo reus reſpõdere poteſt, ut omiſſa cauſa ex qua agitur, dilatoria exceptiõe oppoſitã, dicat iudicẽ nõ cõpetẽtẽ. Quo caſu ipſa cauſa principalis nõ diſputabitur. Nec igitur p illã reſpõſionẽ lis cõteſtabitur, cũ litis cõteſtatio principalis negocij: hoc eſt, cauſæ ex qua agitur ſit narratio, et ad eã reſpõſio ut ſ. eſt propoſitũ. Ad ipſam aũt cãm nõ reſpõdet, q̃ dicit iudicẽ incõpetẽtẽ, uel aliã ſimilẽ exceptionẽ dilatoriã opponit. Sed nec ſi diſtinguẽdo reſpõdeat reus, litis fit cõteſtatio, quãuis ad ipſã cãm principalẽ reſpõdeatur. Nulla enim lis adhuc apparet iudici actore dicẽte pactũ de reddẽda dote interceſſiſſe: et reo reſpõdente, Interceſſit qdẽ, ſed ſub cõditiõe hac, Si intra biẽniũ filia decederet. Intra biẽniũ aũt nõ deceſſit. Videtur enim reus q̃ diſtinguẽdo reſpõdet, de intẽtione actoris tacitè cõfiteri, niſi expreſſim poſtea negauerit. Quẽadmodũ et in hac cauſa cũ dicit accuſator, Hominẽ occidiſti: reus excipiẽdo reſpõdeat, Sed uim ui repellẽdo occidi, uidetur fateri ſe hominẽ occidiſſe. Quãq̃ Marcellus Iuriſc. Nõ utiq; (inq̃t) exiſtimatur cõfiteri de intẽtione aduerſarij cũ quo agitur, q̃ exceptione utitur.[a] Sed hoc de eo q̃ expreſſe negauerit, intelligẽdũ eſſe cõmunis doctorũ interpretatio eſt. Licet aũt reus aliqua except. utatur, nõ tamẽ prohibetur poſtea negare factũ: cũ nemo pluribus defenſionib. uti prohibeatur, q̃uis diuerſæ ſint.[b] nec pro cõfeſſo habebitur, q̃ expreſſè nõ eſt cõfeſſus, quãuis nõ negauerit. Qui enim tacet (Paulus ait) nõ utiq; fatetur, ſed tamẽ uerũ eſt cũ nõ negare.[c] Reus itaq; q̃ factũ defendit, et diſtinguẽdo reſpõdet, factũ nõ negat. Quo caſu lis nõdũ oritur. Quæ enim poteſt lis uel quæſtio oriri, cũ actori dicẽti, Fundum mihi uẽdidiſti, reus reſpõdeat, Sed dolo deceptus, uel errore inductus. pinde enim eſt ac ſi reſpõdeat, Vẽdidi: niſi quod in hoc caſu pro cõfeſſo habetur, in illo non utiq;. Cũ itaq; nulla lis ſeu quæſtio ex hac reſpõſione oriatur, litis cõteſtationẽ p eã fieri nemo rectè dixerit. Quanq̃ nõ ignoro, quoſdã ſcribere affirmatiuè quoq; fieri poſſe litis cõteſtationẽ. Sed hi qd litis cõteſtatio ſit, prorſus uidẽtur ignorare. Impator ſanè Iuſtin. l.12. §. patroni. C. de iudicijs: Cũ lis fuerit cõteſtata (inq̃t) p narrationẽ propoſitã & cõtradictionẽ obiectam, &c. Quib. uerbis Imp. aſſerere uidetur nõ affirmatiõe, ſed ſola negatiõe fieri litis cõteſtationẽ. Si enim q̃s adfirmat id q̃ aduerſarius affirmauerat, non cõtradicit, nec cõtradictio obiecta dici poteſt. neq; igitur litẽ differẽdo neq; diſtinguẽdo fit litis cõteſtatio. Supeſt tertia reſpondẽdi ratio, quãdo ſcilicet reus id q̃ ab aduerſario propoſitũ eſt negat: utputa, cũ affirmãte actore pactũ de reddẽda dote interceſſiſſe, reus pactũ illud interceſſiſſe negat. Hac ſola reſpõſione fit litis cõteſtatio, cũ ex ea ſola inter actorẽ & reũ lis ſeu quæſtio naſcatur: ut in caſu propoſito, utrũ pactũ de reddẽda dote interceſſerit, nec ne. Quod igitur in definitione propoſita dicitur, litis cõteſtationẽ eſſe principalis negocij narrationẽ ſeu petitionẽ in iure propoſitã, et aduerſus eã ſecutã reſpõſionẽ ſeu cõtradictionẽ obiectã: nihil aliud eſt q̃ q̃ Rhetores dicere ſolẽt, intẽtionẽ et depulſionẽ, ex qua cõflictionẽ cauſarũ fieri, et ex hac ſtatũ oriri ijdẽ Rhetores aſſerũt. Ergo (dicet aliqs) cũ reus nõ negãdo, ſed diſtinguẽdo reſpõdebit, iudiciũ ſine litis cõteſtatiõe procedet? nequaq̃. Sed expectabitur aduerſus eã diſtinctionẽ ſeu exceptionẽ, actoris reſpõſio ſeu replicatio, quæ ſimiliter aut negabit id q̃ reus diſtinguẽdo propoſuit, aut rurſus diſtinguet, aut deniq; litẽ trãsferet, ſeu dilatoriã replic. obijciet. tot.n. ſunt ad exceptionẽ rei cõnecti reſpõdẽdi modi, quot ad actionẽ eſſe ſ. oſtẽdi. Sit excẽpli cauſa, pacti conuẽti de nõ petẽdo exceptio à reo oppoſita: ad hãc actor reſpõdens ſeu replicãs, aut negabit pactũ interceſſiſſe, aut diſtinguet fortè hoc mõ, Si nõ poſtea in cõtrariũ cõuenerit, ut petatur: uel alio modo ſimili, aut demũ litẽ à cauſa except. ad alias eius circũſtantias trãsferet, puta hoc mõ: Sed tibi ex eo pacto nõ cõpetit exceptio. Pactũ enim

a l.9. ff. de exceptionib.

b l.8. ff. de exceptionib.

c l. qui tacet. 142. ff. de reg. iuris.

enim pſonale eſt, quod nulli alij quā paciſcēti prodeſt. Igitur ſiqdē actor id quod in exceptione propoſitū eſt replicādo neget, quoniā ex ea reſpōſione oritur q̄ſtio: ibi lis cōſtituēda, et litis cōteſtationē factā eſſe dicendū eſt. Sin aūt diſtinguat, uel litē trāſferat: erit ad duplicationē rei cōuēti procedēdū, et qd ad replicationē propoſitā reſpōdeat animaduertendū, ubi eadē quæ diximus erūt obſeruāda. Totidē enim replicatio, quot et actio et exceptio, rationib. elidi poteſt. Sit exēpli cauſa aduerſ9 repetitionē dotis ſ. propoſitā rei cōuēti exceptio hæc: Pactū de reddēda dote interceßit ſub hac cōditione, Si filia intra biēniū ſine liberis decederet. Sed poſt nō intra biēniū filia deceßit. Ergo actori utputa deficiēte pactū cōditione, actio denegāda. Sit itē aduerſus exceptionē hāc actoris replicatio talis, Si biēniū illud à die pacti interpoſiti, et nō à die celebratarū nuptiarū eſſet numerādū: ſed à die potius celebratarū nuptiarū q̄ à die pacti interpoſiti biēniū eſt numerādū. Quo caſu intra biēniū, nō poſt filia deceßit. Hac replicatione actor neq; negat id quod in exceptione propoſitū eſt, neq; trāſfert, ſed diſtinguit. Proinde hac diſtinct. ſeu replic. actoris in ſyllogiſmū redacta procedēdū ad duplicationē rei cōuēti, q negādo reſpōdebit ſeu duplicabit. Quo caſu lis ſeu quæſtio talis orietur. Pacto de reddēda dote ſub hac cōditione, Si mulier intra biēniū moriatur, interpoſito: utrū biēniū illud à die interpoſiti pacti, an uerò à die celebratarū nuptiarū ſit numerādū? In qua quæſtione lis cōſtituta et cōteſtata erit. In hac enim tota cauſa cōſiſtit, qua deciſa, nulla lis, nulla cōtrouerſia amplius ſupererit. Quāuis aūt (ut id obiter admoneamus) regulariter qdē à die pacti ſeu ſtipulationis interpoſitæ tēpus, de quo cōuenit, ſit numerādū: tamē cū de dote intra certū tēpus dāda uel reddēda cōuenit, nō ante tēpus currere incipit, q̄ nuptiæ fuerint celebratæ. l. tali ſtipul. ff. de iure dotiū. Sed hic rurſus (credo) mihi obijcietur: Quoniā litis cōteſtationē uis fieri nō una reſpōſione rei cōuēti, ſed ab ea procedi ad replicationē actoris, à replicatione ad duplicationē, & interdū ulterius: nō uno die litis cōteſtatio fieri poteſt, ſed multo tēpore ad litē conteſtandā erit opus. Quoniā nō ſolū reo ad excipiēdū, ſed actori quoq; ad replicādū, reo rurſus ad duplicādū, et ſic deincepi dilatio dāda eſt. Quæ dilationes ſæpè qnquēnio uel ſexēnio litis cōteſtationē fieri uix paterētur. Quod abſurdiſſimū erit. nego antecedēs. Quāquā enim nō ignoro dilationes hodie dari ad excipiēdū, replicādū, duplicādū et triplicādū tamē huiuſmodi dilationes ueterib. iuriſconſultis, q litē eo, quē dixi, modo cōteſtabātur, prorſus fuerūt incognitæ, quemadmodū nullibi legib. Romanis cōceduntur. Et ſanè quod l. 42. ff. de reg. iuris dicitur, actorē ante ſuſceptū iudiciū certū eſſe debere, cū ſit in poteſtate eius quādo uelit experiri, et antè debere rē diligēter explorare, et tūc ad agendū procedere: nō hāc ſolū habet ſignificationē, ut actor ſecū certò cōſtituat, quo genere actionis experiatur, ſed etiā deliberet qua exceptione reus ſe ſit defenſurus, deq; replicatione iſti exceptioni obij tēda, itē quo argumento iſta ſua replicatio ab aduerſario poßit elidi, quaq; ratione illud aduerſarij argumētū refutare poßit, diligēter exploret. Iſtiuſq; omnib. probè exploratis, tūc demū ad agēdū procedat. Quo facto alijs dilationib. præterq̄ probationū cauſa opus nō habebit. Idē de reo cōuēto dicēdū, cui cū citatio ne libellus trāſmittitur, et terminus ad reſpōdēdū præfinitur. Interim enim cognita actione qua cōuenitatur, deliberare debet, utrū cedere an cōtēdere ultrà debeat: et ſi contēdendū putet, ſeſe inſtruat, et diligēter omnia exploret, qua ſcilicet replicatione iſta ſua exceptio elidi, et qua rurſus duplicatione replicationē iſtā actoris elidere poßit: hoc eſt quod l. 1. in pr. ff. de edēdo dicitur, ut ueniat inſtructus ad agēdū cognita actione qua cōuenīatur. Vterq; enim tā actor q̄ reus de iure ſuo certus eſſe debet, anteq̄ ad agēdū procedat, nec in ipſo conflictu ad tela quærēda dilationē petere. Ipſa enim iura nō ideo in medio ſunt cōſtituta, ut litigatores ad fouēdas lites inſtruamus, liteſq; in rebuſpub. multiplicemus, ſed potius ut ortas lites ſecūdū ea cōponamus. Expedit enim reipublicæ lites minui, magiſq; eas, quāuis iuſtas (modò ius earū in iudicio nō ſit propoſitū) extingui, q̄ materiā ſuppeditādo eas fouere ac multiplicare: quemadmodū etiā trāſactionū nō minor q̄ rerū iudicatarū authoritas habetur, licet iſti ius alterius magnepe ſit læſum. Hæc ſine dubio procul ueterū Iuriſcōſultorū et iudicū ratio, propter quā ad replic. duplic. triplic. quærēdas dilationes nō dabāt: ſed uno eodēq; tēpore hiſce, ſi quas litigatores habebāt, auditis et cognitis litē cōteſtabātur. Hoc etiā eſt quod imp. Iuſtinianus: Lis (ait) tūc cōteſtata uidetur, cū iudex p narrationē negocij cauſam audire cœperit: id eſt, argumētis utriuſq; partis ex negocio deſumptis expoſitis, id in quo cauſa cōſiſtit, audiuerit atq; cognouerit. Nec enim cauſam audire aliò ſpectare poteſt, q̄ ut iudex id in quo cauſa cōſiſtit, ſeu ſtatū cauſæ inquirat et indaget: ut eo tāquā cauſa et genere morbi cognito, facilius negocio medeatur, litēq; dirimat. Sanè poſt litē etiā cōteſtatā quādocūq; ante ſentētiā licet reo exceptionē et actori replicationē ab initio p ignorātiā omiſſam, proponere.a Porrò ex iā dictis cōſtat ueterib. Iuriſcōſultis litis cōteſtationē nihil aliud fuiſſe, q̄ inqſitionē & cōſtitutionē litis ſeu ſtat9 cauſæ. Statū aūt cauſæ Rhetores definiūt, quòd ſit quæſtio, quæ ex prima cauſarū cōflictione oritur. Cauſæ aūt in hac definitiōe dicūtur argumēta utriuſq; partis tā actoris q̄ rei cōuēti ex circūſtātijs cauſæ deſumpta. Siqdē cauſæ uocabulū duplici modo ſumitur: primū quidē uniuerſaliter pro caſu ſeu negocio, deinde particulariter pro argumēto ex caſu deſumpto. Sic cauſa dicitur agēdi argumētū quo actor intēdit rē ſibi dari oportere: cauſa excipiēdi argumētū, quo reus actionē elidit: cauſa replicādi argumētū quo actor elidit exceptionē rei, et ſic deinceps. Ex huiuſmodi cauſarum cōflictione oritur ſtatus. Cōflictio aūt cauſarū cōſtat ex intētione et depulſione, cū idē altera pars affirmat, altera negat, ut ſuprà eſt dictū. Ex hac cōflictione quæſtio nō aliter ac ex duorū corporū colliſione ſonus oritur: utputa cū dicēti actori, centū promiſiſti: reus reſpōdeat negādo ſe promiſiſſe, oritur quæſtio hæc, An promiſerit. Quæ quæſtio ſtatus dicitur. Quoties aūt alter ad id quod ab aduerſario propoſitū eſt, nō quidē negat, ſed diſtinguit, et ſic quadā cōditione cōfitetur, conflictio ceſſat Ideoq; nec ſtatus uel quæſtio inde poteſt oriri. Vnde nec litis cōteſtatio p illā reſpōſionē (ut ſ. oſtēſum eſt) fieri poteſt. Teſtatur hoc et à Quintilianus his uerbis: Sit accuſatoris intētio, Hominem occidiſti. Si negat reus, faciet ſtatum qui negat. Quod ſi confitetur, ſed iure à ſe

[Margin: a l. 4. & l. 8. C. de exceptionib. l. 2. C. ſententiam reſcindi non poſſe. Quintilian. Inſt. orator. lib. 3. cap. 6.]

[Margin: lib. 3. Inſt. orator. cap. 7.]

adulterum

adulterũ dicit occiſum: niſi aliquid accuſator ei reſpõdeat, nulla lis eſt. Non fuit (inquit) adulter. Ergo depulſio incipit eſſe actoris, illa ſtatũ faciet. Iꝰs erit quidẽ ſtatus ex prima depulſione, ſed ea fiet ab accuſatore, nõ à reo. *hæc Quintilianus. In eandẽ ſententiã Rhodolphus Agricola:* Quãdiu (inquit) cõſentanea dicũt, certũ eſt quæſtioné eſſe nõ poſſe: ubi cœperint cõſiſtere, ita ut alter nõ ꝓgredi lõgius alterũ patiatur, quæſtio erit. *Porrò nõ quæuis quæſtio, quæ in cõtrouerſiã incidit, cauſæ ſtatus rectè dicitur: ſed ea demũ, quæ ex prima cauſarũ conflictione oritur, cuius occaſione naſcũtur aliæ. Vtputa ſi ex ſtipulatu actione cõuentus, reſpondendo neget ſtipulationẽ eſſe factã: erit hæc prima inter actorẽ & reum cõflictio, ex qua naſcetur quæſtio hæc, An ſtipulatio facta ſit? Hic ſtatus erit et caput totius reliquæ diſputationis. Iã ſi actor, quod ſtipulatio interceſſerit probaturus inſtrumentum produxerit, quod reus falſum aſſerat, actor falſum neget: orietur alia quæſtio, hæc ſcilicet, An productũ inſtrumentum falſum ſit? quæ quidẽ ſtatus cauſæ nõ rectè dicetur. Similiter ſi reus nõ quidẽ ſtipulationẽ factã eſſe urget, ſed neget eã ad producendã actionẽ utilẽ: dicat fortè ſe minorẽ uigintiquinq; promiſiſſe, uel ſic ſoluiſſe, & actor ad exceptionẽ propoſitã negãdo reſpondeat: in eo erit prima cõflictio, ex qua naſcatur quæſtio hæc, An minor uigintiquinq; annis reus promiſerit, uel ſoluerit. quæ quæſtio principalis erit, & ſtatus cauſæ, cuius occaſione naſcẽtur aliæ quæſtiões minus principales. Planè poſſunt eiuſdẽ cauſæ plures eſſe ſtatus, quoties ſcilicet plures actiones uel exceptiones cumulantur, uel plura proponũtur argumẽta, quorũ alterũ alteri probãdo nõ adhibetur. Vnde Quintilianus:* Ex coniũcta ꝓpoſitione (inquit) plures quæſtiones & ſtatus eſſe poſſunt. ſi aliud negat reus, aliud defendit, aliud à iure actionis excludit. Attamẽ cũ de effectib. litis cõteſtationis quæritur. hoc eſt, de ꝑpetuãda actione, de dilatorijs exceptionib. amplius nõ opponẽdis, item ut procurator dominus fiat litis, &c. *Prima litis cõteſtatio, ſeu prima cauſarũ cõflictio propriè litis cõteſtatio dicetur. Quanquam in omnib. ſimul & eodẽ tẽpore litẽ cõteſtari poſſumus. Nã ita Imp. Diocletianus:*[a] Siquidẽ (inquit) intentioné actoris probatione deficere cõfidis, nulla tibi defenſio neceſſaria eſt. Si uerò de hac cõfitendo exceptione munitũ te uideris, de hac tantũ conuenit agi. Nã ſi etiã de intentione dubitas, habita exceptionis cõteſtatione, tunc demũ cũ intentionẽ ſecundũ adſeuerationẽ ſuã petitor probauerit, huic eſſe locũ mõſtrari cõuenit. *Quinimò quoad dictos litis cõteſtationis effectus attinet: etiãſi nõ negãdo, ſed diſtinguẽdo reſpõderit reus, litis conteſtationẽ factã eſſe dicendũ eſt. hoc enim caſu cœpta litis cõteſtatio pro impleta habetur. Et ſic patet admitti quod quidã dicũt etiã affirmatiuè litis cõteſtationẽ fieri poſſe. Sed hæc propriè litis cõteſtatio nõ eſt, ſed pro ea habetur. Quemadmodũ etiã pro litis cõteſtatione habetur, ſi preces Imperatori ſint oblatæ, et ad eas reſcriptũ impetratũ, licet aduerſarius nihil adhuc reſpõderit.*[b] *Poſtremò, ne quis putet definitionis uerba ſuperius propoſita hæc* Ex prima cauſarũ cõflictione, *ita ſtrictè intelligẽda, ut ſine diſcrimine in qua cunq; re partes primũ confligũt, in ea etiã ſtatus cauſæ ſit cõſtituendus. Nã generalis petitio et reſpõſio neq; ſtatũ faciet, neq; litis conteſtatio rectè dicetur. Veluti cũ dicit actor reo, Debes mihi decẽ: et reſpõdeat reus, Nõ debeo: ut ſit quæſtio, An reus actori decẽ debeat? Status enim cauſæ ex prima cõflictione, nõ quæ ſit circa cauſam generaliſſimã, & nimiũ à ſequentib. diſputationib. remotã, ſed quæ ſit circa cauſam propinquã et ſpecialẽ ducẽdus eſt, ut ex eo, Vẽdidiſti, nõ uẽdidi: Bona mea rapuiſti, nõ rapui, nõ ex eo: Debes, nõ debeo. Nã & actor ſpecialẽ ſuæ intẽtionis cauſam edere tenetur, alioquin libellus tãquã ineptus reijciẽdus.*[c] *Vnde rectè Quintilianus:* Inde uerò ingẽs (inqt) male intepretantib. innatus eſt error, q quia primã conflictioné legerãt: credidere ſtatũ ſemper ex prima cõflictione ducendũ, qđ eſt uicioſiſſimũ.[d] *Idẽ alibi:* Status (inquit)[e] nõ eſt tale, Habeo ius actionis, nõ habes: ut ſit quæſtio, an habeat? & inde ſtatus. Accipiat enim actioné, nec ne, ad euentũ ꝑtinet, nõ ad cauſam, & ad id quod ꝓnunciat iudex, nõ id ꝓpter quod pronũciat. Hoc illi ſimile eſt, Puniendus es, nõ ſum: uidebit iudex an puniendus ſit? Sed nõ hic erit quæſtio, nec hic ſtatus. Vbi ergo? Puniẽd9 es, hominé occidiſti, nõ occidi: an occiderit? Honorãdus ſum, nõ es: nũ ſtatũ habet? nõ ut puto. Honorãdus ſum, qa tyrannũ occidi: nõ occidiſti, quæſtio & ſtatus. Similiter nõ rectè agis, rectè ago, nõ habet ſtatũ. Vbi eſt ergo? Nõ rectè agis ignominioſus: quæritur an ignominioſus ſit: aut an agere ignominioſe liceat? & quæſtio eſt & ſtat9. *hæc Quintilianus.* *Ex his patet, litis cõteſtationẽ eſſe cauſæ, ex qua agitur, apud cõpetentẽ iudicẽ facta narratio, et ad eã ſecuta reſpõſio nõ generalis, ſed ſpecialis: neque in diſtinguẽdo, ſed in negãdo cõſiſtens, ex qua ſtatus cauſæ iudici cõſtare poſſit. Vnde liquet etiã, quàm ridicula ſit formula illa, qua hodie paſſim in iudicijs pro litis cõteſtatione utũtur, hæc ſcilicet, Animo litẽ cõteſtandi nego narrata prout narrãtur, et dico petita fieri nõ debere. Seu (ut noſtri loquũtur)* Ich bin der klagen in maſſen die fürbracht nicht geſtendig. Bitt mich darvon zůabſoluieren. *Nam poſt huiuſmodi litis conteſtationẽ iudex æquè incertus eſt, in quo lis cõſiſtat, ac fuit antè. Hiſce deliramẽtis pro litis conteſtatione, quæ potiſſima pars iudicij eſt, interuenientib. iudices de uita & fortunis hominum ſolent pronunciare.*

Marginal notes:
- lib. 2. de inuẽtione cap. 11.
- Rhodolph. Agricola li. 2. de inuentione ca. 12. in fine. Quintilian. lib. 3. Inſtit. orator. cap. 1.
- a l. 9. C. de exceptionib.
- b l. 1. cum legeſequẽte C. quando libellus principi datus, &c.
- c l. 1. in princ. & ibi gloſſa ff. de edendo.
- d Inſtit. orat. lib. 3. cap. 6.
- e d. lib. 3. cap. 8. § Status.

IVDICIA SINE LITIS CONTEſtatione non rectè procedere. Cap. II.

VEra igitur litis cõteſtatio hodie in iudicijs nõ eſt. Nam illam generalem formulam, quam diximus, litis conteſtationẽ ueram nõ eſſe, ex prædictis patet;

patet. articulos libellos ad ſingulos articulos reſponſiones non eſſe litis conteſtationē, cū c. unicū. extr. de *litis cōteſtatione, probat, his uerbis:* Non per poſitiones & reſpōſiones ad eas, ſed per petitionē in iure propoſitā, & reſponſioné ſecutá fit litis cōteſtatio, tū ipſa dictat ratio. Si. n. cauſa triginta exponatur articulis, & ad ſingulos articulos ſingulariter reſpōdeatur, pleroſq; negādo, alios multiplices, alios captioſos, alios iuris, alios facti alienidicédo, poſteaq; haud pauciores opponātur articuli defenſionales, quib. eodé modo actor reſpōdit: haud facile cōſtare iudici poteſt, quis totius negocij ſtatus ſit, quę queſtio principalis, quæ ſecúdaria. Intricatur negociū uetius, quàm extricatur. *Mihi ſanè ſemel accidit, ut cauſa quadam in iudicio eo quo nūc fieri ſolet modo diſputata, cū iā diſputationi finis eſſet imponendus, & meo more breuiter argumenta utriuſq; partis enumerarē, ſtatūq; cauſæ iudici ob oculos ponerē: aduocatꝰ aduerſæ partis negaret in eo ſtatū eſſe, alio neſcio quo ſtatu ficto. Ita poſt multā diſputationē nondū inter nos cōſtabat de ſtatu ſeu quæſtione, quæ in diſputationē uenifſet. Adeò omnia diſputāt & impugnāt, ignari ad quod ſibi potiſſimū ſit reſpiciendū. Cū ergo nulla hodie in iudicijs litis cōteſtatio uera fiat, & litis cōteſtatio ſit de ſubſtātia iudicij (qd' etiam ij qui quid ſit litis cōteſtatio ignorāt, fatentur) nemini mirū uideri debet, quòd hodie tāta de iudicijs omniū hominū querela exiſtat, tū propter litiū immortalitatē, tū etiā propter incertitudinē. Illud quoq; mihi cauſas agēti ſemel accidit, ut ſi iudex litē noluiſſet cōteſtari, hoc eſt inquirere & cōſtituere id in quo lis cōſtitiſſet, nullā litē inueniſſet. Ego enim pro reo cōuento exceptionē rei iudicatæ obijciebā, quā actoris aduocatus replicādo nō negabat. Extabat enim ea de re certū inſtrumentū: ſed diſtinguebat hoc modo, Rem inter alios eſſe iudicatā, nō inter eos inter quos nūc ageretur. Quod itidē uerū erat, nec ius huius replicationis negabā: ſed duplicādo rurſus diſtinguebā hoc modo. Eos inter quos nūc ageretur hæredes eorū eſſe, inter quos antea actū & iudicatū eſſet. Exceptionē aūt rei iudicatæ, quæ defuncto & in defunctū competeret, etiā defuncti heredib. et in heredes dari. Nec hāc duplicationem actoris aduocatus tam quoad ius quàm quoad factū negabat, ſed triplicādo repetebat ſuā replicationē. Ego quadruplicādo repetebā meā duplicationē. Ita cū neuter id quod ab altero eſſet propoſitū negaret, nec ulla lis eſſet: litigatū tamē et diſputatū eo quo dixi modo inter nos eſt per totū annū. Tādē cōcluſa diſputatione per totū bienniū per iudicem ſtetit, quo minus ſententia ferretur. Ita totū trienniū conſumptū eſt in ea cauſa, quā iudex ſi ſciuiſſet & uoluiſſet litē cōteſtari, primo die finire ſua ſentētia potuiſſet: nullā enim litē inueniſſet. Nec dubito mille huiuſmodi cauſas hodie in iudicijs uerti, in quib. ſi iudex litē cōteſtaretur, nullā litē inuenturus eſſet, ſed omnia plana atq; cōceſſa: niſi quod de remotis cōtrouertetur: utputa debes, nō debeo, in quib. (ut oſtendi) lis cōſtituēda nō eſt. Incertitudinem aūt litium inde naſci, quod litis cōteſtatio nulla fiat, nemo ſanæ mētis negauerit.* In arte altercādi (*Quintilianus ait*) præcipuú eſt ſemper id in oculis habere, de quo quęritur, & quod uolumus efficere: qa propoſitū tenētes, in rixá nō ibimus, nec cauſę debita tēpora cōuiciando conteremus, gaudebimusq; ſi hoc aduerſarius faciat. *In eandē ſententiā Rodolphus Agricola:* Marcus Antonius (*inquit*) putauit nihil æquè iuuare dicturū, quàm reſpicere quá crebertimè ad id de quo ſit dicturus. Quod nedum in id prodeſt, ut quæ latét in eo, facilius acriori mentis intentione eruas: ſed uti obſerues (quod pleriſq; difficilimū eſt) ut nec plura quàm opus eſt, nec pauciora, nec quę nihil ad rem attinēt dicas. Hoc sūt facere nemo poteſt, qui nō antè fixá, exploratáq; quæſtionem habuerit, do qua ſibi ſit dicendú. Oratio carēs tecta diſpoſitione (*Fabius inqt*) tumultuetur neceſſe eſt, & ſine rectore fluitet, nec cohęreat ſibi, multa repetat, multa trāſeat uelut nocte in ignotis locis errans, nec initio nec fine ꝓpoſito caſum potius quàm cōſiliū ſequatur. *Vnde liquet tā aduocatis in diſputādo, quā iudicib. in iudicādo neceſſariā eſſe litis conteſtationē. Et ſanè quemadmodū medico in curandis morbis ante omnia incūbit probè inquirere genus & cauſam morbi: ita quoq; iudici in decidēdis litib. in primis lis cōſtituenda eſt, ſeu quid litē faciat inquirendū. Planè in extraordinarijs cognitionib. et cauſis quæ magis officio iudicis quā actionis iure expediūtur, in quib. cauſæ cognitio eſt, quales ſunt omnes in integrū reſtitutiones, litis cōteſtatio neceſſaria nō eſt. In his enim iudex pro ſua prudētia cauſæ circūſtantijs exploratis & cognitis, quid iuſtū iniuſtūue ſit decernit, quēadmodū copioſius in libello meo de Ratione iudicandi cap. 9. oſtendi. In appellationū quoque cauſis ſecundum communem Doctorum opinionem litis cōteſtatione opus nō eſt, ſed ſufficit in prima inſtātia litem eſſe conteſtatā. Nec enim neceſſe eſt ut iudici appellationis actor rurſus proponat ſuā actionē, reus ſuā obijciat exceptionē, actor rurſus replicet, & ſic deinceps, cū ex actis prioris inſtātiæ iudici lis cōſtare poßit. Planè ut appellās certā ſuæ appellationis cauſam reddat, appellatus huic reſpōdeat, & ita iudex inquirat in quo lis appellationis cōſiſtat, omnimodo neceſſariū eſt, ſiue quis hoc litis conteſtationē, ſiue alio nomine appellet. Idē de cauſis quoque tranſlationū ſeu dilatorijs exceptionib. dicendū eſt. Quāuis enim cū reus ad cauſam ex qua agitur nō reſpōdet, ſed aliqua exceptione dilatoria utitur, inde nō fiat litis cōteſtatio, ut ſ. demōſtratū eſt: tamē tenetur reus certā ſuæ intētionis cauſam ſeu rationē proponere, actor replicādo ad id quod à reo propoſitū eſt reſpōdere, reus duplicare, ut iudex animaduertere queat in quo partes confligant, & lis propoſitæ exceptionis dilatoriæ conſiſtat, ut certò & conſtanter de iure eius pronunciare poßit.*

lib. 4. Inſtit. orator. ca. 5.

lib. 2. de Inuētione. cap. 11. in prin.

lib. 7. Inſtitu. orator. cap. 10.

QVO-

QVOMODO LIS CONteſtanda. Cap. III.

